

CRANIO
8-11



3-10-2-9

3  
25-53

320

*del Colegio N. y N. de S. R. 8600*

TRACTATUS

+ DE CONTRACTIBVS +

PETRI NICOLAI MOZZII +

MACERATENSIS,

Diuini, atque humani Iuris peritissimi;

In quibus etiam contrariarum inter se pugnantium opinionum octoginta  
Conciliationes, veręque Resolutiones continentur:

*Nunc primum instar Amphitheatri mira eruditione, optimaq; serie depicti, in lucem  
editi, omnibus Legum professoribus, atque causarum  
Patronis perutiles & necessarij.*

Cum Summarijs, & Indice locupletissimis.

*Tractatus verò, qui hac prima parte continentur, versa pagina indicabit.*


CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVS




CEDE INVIDIA.

Venetijs, ex officina Damiani Zenarij, M.DLXXXV.



TRACTATUS QVI  
IN HOC VOLVGINE  
CONTINENTVR.

De	Contractibus in genere fol. 1.
	Mutuo fol. 11.
	Indebito fol. 24.
	Commodato fol. 27.
	Deposito fol. 34.
	Pignore fol. 40.
	Stipulatione fol. 56.
	Emptione, & venditione fol. 67.
	Locatione, & conductione fol. 77.
	Societate fol. 100.
	Mandato fol. 124.
	Donationibus fol. 140.
	Nuptijs, idest Sponfalibus, & Ma- trimonio. fol. 166.



ILLVSTRIAC  
REVERENDISSIMO

DOMINO ABBATI  
ALBANO

Petrus Nicolaus Mozzius Maceratensis, Iur. Vtr. Doc.  
& A. C. S. P. D.



**Q**VI. *varias in hoc vita humana curriculo perturbationes, & incerta discrimina contemplantur, non inepta quidem ratione hominum conditionem nauiculae marinis fluctibus commissa contulerunt: quemadmodum enim illa saepe et Caeli iniuria, & ventorum impetu, & fluctuum motu agitur, ita hac natura fragilitate, & fortuna vicibus, & aduersa valetudine vexatur. Quae ratione & mihi quandoque ea vita pars, quae in hoc graui ac laborioso legalis scientiae studio ducitur, nauis pariter visa est, quae sempiternis Aegaei procellis, vel continua Euripi agitatione iactetur, in tanta immensorum voluminum copia, & rationum conflictu, & auctoritatum congressu. Adeo ut cum summa difficultatis sit fructus aliquos ex facultate sui ingenij comparare, tum etiam maius supersit opus illos comparatos incolumes eo tractu maris deferre ad portum destinatae absolutionis: quod si naturalibus incommodis huius navigationis aliqua praeter ea aduersa violentia inferatur, causa profecto iam in summam desperationem deducitur. Hoc idem in Operis huius confectione mihi contigit: Licet enim res ipsa per se & noua operis forma summis me angustijs oppresserit, ea tamen, quae praeter spem fortuna iniquitate contigerunt, adeo meum animum turbauere, adeo distraxere mentem, ut ab incepto opere desistere, & nauem turbatam euertere, & merces has (quacumque illae forent) fluctibus absorbendas iam penitus relinquere compellerer, nisi a felici Orientis plaga caeleste signum triplici sidere expressum coepexissem, cuius lumine emicanti inter fractas nubes respirare concessum fuit, & cursum non incertum, vel in medijs dirigere procellis. Mox una affulsit exoriens Eous iubar albore roseo suffusum, cuius aspe-*


Et ut tantum cessere nubila ac saui turbines ex parte sedati sunt, ut fractos inde colligere remos possem, et vela aurea non inique daræ: sic aliquando ineuntis anni tempore, dum frigida fugit tempestas, ut tempori meliori concedat, aurei caput vel-  
 leris triplici radio collucens ori montem conscendit, cui extemplo aurora consequitur  
 nec abest Phœbus tunc ibi prope inhabitans. Utinam verò maturius albor ille in  
 diem mihi lucidissimum emergat, et renouata Phœbi facie orbi optatus illuceat  
 uniuerso. Tunc enim spero quacunque pelagi parte etiam turbulentissima sereno  
 Cælo, et secundis ventis cursum tenere felicissimum, ac merces uniuersas et  
 nauis iam dudum impositas, et quas imponere decreui in portum tutissimas et  
 plenissimas exponere. Hac interim (Præsul amplissime, summum sanctitatis et  
 sapientia exemplar et decus) tuo dicat a nomini benigno vultu agnoscas, donec tuæ  
 pariter tutela præsidio dum quieto magis ac tranquillo animo mihi frui liceat,  
 eisdem et alijs suprema imponatur manus.

# HIERONYMVS

ZOPPIVS, ACADEMICVS

CATENATVS,

in Petri Nicolai Mozzij Theatrum.

 SPECTANDVM miraris opus, vastumque  
 Theatrum.

Hospes? cui cedat Regia celsa Iouis.

Multo etiam mirere magis cum videris ipsos

Fungier actores munere quemque suo.

Namque Themis primas agit, Themidosque secūdas

Irene soboles, Euphonia atque Dice.

MOZZIVS ipse chorus ducit, cui defluit ipso

Cecropijs apibus dulcius ore melos.

MOZZIVS ille Iouis cælo quem lapsa catena

Exornat, fedes qua reperat superas.

Quem blande Charites, blande instruxere Camenę

Cui dono cytharam doctus Apollo dedit.

O igitur lætis oculis, o perlege: post hæc

Da plausum, en prodit MOZZIVS: en loquitur.

## IVLIVS TROILVS, ACADEMICVS

*Catenatus Maceratesis, in Theatrum*

*Petri Nicolai Mozzij, Aca. Cat.*

QVAM cernis molem, ludis ne crede viator

Erectam, non hic ludrica mimus agit.

Has Astrea colit fedes, huc Iupiter omnes,

Quas habuerit terris, condere iussit opes:

Ingredere, atque oculi solo lustraueris ictu

Omnia, quæ miram continet arte locus;

Si quid opus fuerit, gratis fas fumere, namque

MOZZIVS est condus, promus & ipse Deæ;

MOZZIVS aurata redimitus colla catena,

Imis qua lætus nec tere summa valet.

Hoc miremur opus, iactent miracula, nugas

Præ docto hoc MOZZI, Græcia, Roma, Pharos.

DEL S. MARCANTONIO  
CITTADANI ACCADEMICO  
C A T E N A T O .

**Q**VESTO Ch' in cose belle, e dotte carte,  
Ampio Teatro, MOZZI, ergi e disegni,  
Già non deuri del tempo ira, o disdegni,

Temer: tanta iui gratia Astrea comparte.

Che con sì bell'auoro, o sì bell' arte

Non vide mai da i piu sublimi ingegni

L'antica Roma alti edificij, e degni,

Fabricati in honor di Giove, o Marte.

Onde, la tua mercè, l'humido corno

Vedrassi al'Ar dalla superba fronte

Il Chienti, e gir altier fra gli altri fiumi:

Indi volar d'eterna gloria adorno

Il nome tuo, mentre volgendo i lumi

L'orto e l'ocaso il Sol giri, e sormonta.

Del Signor Marcello Ferri, Accademico  
Catenato, detto l'Infruttuoso.

Non piu nel cerchio, oue il Sol gira intorno

Vedrassi Astrea col lioncorno in seno

All'ardente Leon ponendo il freno

Con dritta lance, a noi librare il giorno:

Ma scesa tra mortali a far soggiorno

Di stelle cinta, come in Ciel sereno

Già render l'alto tuo Teatro a pieno

De Santi riti suoi ricco & adorno.

Felice MOZZI, che con sì bell' arte

L'hai rinocata dal suo lungo esiglio

Ad illustrar questa terrena parte.

Et hor qual suo piu generoso figlio,

Quel ch' altri appena scorge in mille carte

Ne sai vedere a vn sol girar di ciglio.

Dell'Eccellente Sig. Alessandro Centio, Accademico  
Catenato, detto il Custodito.

Tosto ch' in ogni parte omai comprende

Confuso il mondo, e in tenebre sepolto;

D'aurea catena il saggio MOZZI auolto

Sorge, e secur sopra le stelle ascende:

Oue a gli eterni mati, alle stupende

Pompe del Ciel non ha il pensier riuolto,

Ma dalla pura Astrea felice accolto

Leggi diuine, alti decreti apprende;

Indi gioioso dall'empiree rote

Torna, & le spiega all'uniuerso insano,

Onde il giusto s'inalza, il reo s'opprimo.

Inuido mille volte hoggi, e profano

Chi lui dunque non pregia e non sublima

Di sì gran Dea ministro, e sacerdote.

Præfatio in Amphitheatrum.



MNES ferè quicunque opus aliquod explicaturi assumunt, vt posteritati consulescentes (quod passim illi iactant) animi non ingrati signa edant in vulgus, vel ambitionis ducti gloria, vel pecuniæ cupiditate allecti, elucubrata materia feriem typis cudendam præbent non inuiti. Nos autem, quibus in legali facultate ab immensi æquoris planitie breui spatio metam decurrentibus concludere mens est, non equidem eruditionis ostentatione (quam in nobis vel modicam agnoscere iuuat) non auri cumulandi ardore, quem ab incunabulis cohibuisse natura dedit, inexhausti adeo laboris onera subire decreuimus: Sed in hiantium amicorum petitionibus, & quòd ingenioli nostri primos fructus, & in iurium euoluenda materia sudores impensos (cum eos pro viribus nostris vmbatili perfectionis facie cernemus absolutos) communi omnium affectu deperire indoluit. Namque Patauio reuersi cum in patria iucunda Sodalium familiaritate perfrueremur liberius, & quotidianis sermonibus facultatis nostræ summam rationes percurrere contigisset, illicò omnium ore communis querela prorupit, quòd tantus Interpretum cumulus per infinitam librorum copiam, & lapsum humanæ vitæ, & mentis mortalium captum longè magis, quàm par erat, exuperaret: sed ille quibusdam acrius intuentibus non postremus inhæsit dolor, quòd facultas hæc vsu omnium celeberrima methodo quadam vniuersalis theoreticæ carere videatur, cum non satis quibusdam appareat ordo scientiæ percipiendæ ad vnguem perfectè seruatus, si quidem neque ad summa quædam capita breuiter reuocetur, neque à generalibus ad specialia per singulas materias Imperator descendat, quod à nobis tunc prima fronte reiectum fuit acerbius. Etenim nihil omninò Imperatorem mente agitasse diximus, quod non esset ab omni sui parte perfectissimè absolutum: tamen quemadmodum alia atque alia iniungentibus plurima discutendo emergunt, quæ primò latebris inuoluta delitecebant, fuit obiectum, si quis theoreticam in legibus ordinem inferri tentaret, neque noua, neque penitus aspernanda facturum; Cum idipsum Marcus Tullius Cicero, iuris peritissimus, & eloquentiæ speculum, attentasse videatur dum loquutus fuit in hæc verba, Aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primum omne ius ciuile in genera dirigat, quæ perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quædam membra disperiat, tum propriam vniuersæ vim diffinitionem declaret, perfectam quidem artem iuris ciuilis habeat. Nec defunt alij clarissimæ conditionis viri, qui noua ordinis ferie innumera iuris prudentiæ volumina componere sunt aggressi, ordinem Imperatoris penitus inuertentes; Enumerati autè fuere & Speculator, & Papiensis, & Corradus Lagus, Vigellius, Capra, Maranta, Frigius, Gomefius, & Gabr. & Clarus, & Menochius; & alij plerique, qui vel tacitè vel expressè leges noua eleganti methodo tradidere, atque vterius progredientes inquirebamus in quas partes magis absolutas materia deduci posset, vt vniuersa comprehenderet. Nec defuit qui Speculatoris ordinem recenseret. Is enim dilucidum tractatum in duas species seiunxit Ciuilem, & Criminalem, cuius vestigijs Lancellottus Corradus inhæsisse visus est, & post eum celeberrimus Menochius, qui in celeberrimo opere de Arbitrarijs iudicij, scripti & non scripti partes discussit. Nec defunt alij plerique. subtilis autem Gomefius Hispanus trinam distinctionem cum Rebuffo prosequuti sunt: primus enim vltimas voluntates, contractus, & delicta, seorsum explicat: secundus autem in acquirendo; siue conseruando, & amittendo prosequatur. Papiensis autem in quatuor excreuisse dicitur est, vltimas voluntates, contractus, delicta & iudicia. Quintus numerus intactus ibi remansit. Ad senarium ascendit Corradus, & Io. Thom. primus enim philosophicam, secundus historicam, tertius de contractibus, quartus de actionibus, quintus de iudicijs, sextus de priuilegijs materiam tradidit. In eodem numero resedit Capra, vt in regularum & conclusionum & tractatum opere ab ipso elaborato apparet, in quo etiam numero permansit Robertus Maranta in diuisione sui Speculi aurei. At septenarium Vigellius constituit, qui in prima parte de iure publico

in

in secunda de iure priuato, tertia de iure quod in rebus habemus, quarta de successioneibus, quinta de contractibus, sexta de obligationibus ex delicto, septima de exceptionibus, & alijs similibus summam posuit. hunc videtur insecutus Iulius Clarus, post Anto. Gabr. Rom. libro sententiarum receptarum, nam in prima de legibus & constitutionibus, in secunda de iure personarum, in tertia de vltimis voluntatibus, in quarta de contractibus, in quinta de maleficijs, in sexta de iudicijs, in septima de quibusdam mixtis loqui profiteretur. Ex quo apparuit varios varia deduxisse, sed eorum ordo neque arrisit simpliciter, etenim quibusdam apparebant ij, qui interim talia conati sunt, partes apposuisse quidam implicitas & confusas, quidam imperfectas & mutilas, quidam superuacuas, & redundantes, quidam dissolutas, & incongruas. Is tamen ordo minus culpatus fuit omnibus, qui in contractus, vltimas voluntates delicta, & iudicia deducebatur, & cui inhæsisse Papiensis apparuit. Verum neque omnibus satis faciebat perpendicularibus quædam adhuc, nec pondere leuia, nec numero pauca superesse, ex quibus ordo iustè inculpandus esset: quædam enim in iure nostro passim inueniuntur sic in sui natura indiscreta, vt cuius præmissarum portionum adhæret non satis liqueat, adeoque nec per se ad quintam speciem perfectè descendunt, nec cuiquam ex quatuor congruunt simpliciter, atque adeo neque nominatam partem quintam ponere dabatur, neque in quatuor residere ratio permittebat, si qua tamen esset eam, vel mixtam partem, vel anomalam appellare cogebamur. Emergebat suo Marte per propria capita materia distinctè decurrens, vt contractus & iudicia & cæteras partes per suas diuisiones edisserere cuique nullo negotio daretur: namque iactis optima ratione primis materiæ fundamentis, reliqua superadstruere nullo labore promptum est, vt Hostiensis inquit. modus autem hanc methodum tradendi non explicabatur, & simplici narratione, vt omnes hucusque fecerunt, exile profectò ac miserum videbatur. quamobrem nobis excidit ( nihil certè quidem tale cogitantibus) nunquid in Theatri facie porrectum ordinem cuiquam ostendere daretur, quemadmodum & acutissimi vir ingenij Iulius Camillus in sua Theatri Idea attentasse, ( licet in diuersa facultate) & legimus & cognouimus; quamquam omnibus astantibus, sed itidem, & nobis compositio illa impossibilis primo apparebat. Quis enim, Dij boni, faciem Theatri apta concinnitate per proportionabiles distinctiones inducere consideret, qui in hac nostra facultate, vel modice eruditus nosset sanctiones innumeras pro vniuersæ rei contingentiæ, vt humanæ ferebant necessitates, nulla numeri ratione attendita, iuris corpori conditas fuisse & insertas? Quæ res celeberrimo Camillo leui brachio peracta fuit, qui novos inducere terminos, & commentitias materias, & eas imaginarijs condere loculis quàm facillime potuit, nulli rationi astrictus, cum alioquin nobis præclusus & arctissimis cancellis circumscriptus modus esset, ne terminos notissimos egrederemur, & per omnium mentem peruagatos. Hinc exterriti substitimus aliquandiu deliberantes; tamen periculum ingeni facere visum est, & primus ordo quinque partes concinne admodum emerfit, secundus itidem increuerat in alias particulas quinque, sed & aliæ partes principales in totidem breuiora membra contigit dissecare. Hinc animo sic vires additæ, vt verissimè per medium profundum euntes quantum in cæteris profecerimus, vestri iudicij erit Lectores ornatissimi: hæc autem cum proportionabili æquitate inter se distincta esse animo intelleximus, tunc in Amphiteatri formam columnarum structura penicillo expressa admodum eleganti ab oculos aspicientium proponere cogitauimus, vt legalis vniuersæ machinæ bellæ profectò & ratione ædificatæ primi essemus Architecti, quod eo libentius conficere potuimus, quoniam vt addiscentium animis legum præcepta acrius infigantur, fides oculata non leue momentum afferre consuevit, quod & ab Imperatoris præcepto fecimus sub titulo de gradibus affinita. dum inquit. Necessarium duximus post narrationem graduum eos etiam præsentis libro inscribi, quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolecentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. ex quibus mox arborem adpingit. Quinimo etiam Bartolus ipse lucerna iuris, in sua Thiberiade non picturam minus quàm verbis usus est, accedant eius distinctiones à Socino iuniore proprijs quibusdam loculis per interiectas lineas dispositæ, quod ipsum Iodocus Damhauder in criminalium rerum praxi peregit; Pertranseo actionum arbores per Crispum, & Ioannem à S. Blasio, Petrum Rebuffum, Tho. Freg. qui fecit partitiones, & alios plerosque delineatas, sed postremò picturæ vim quandam acriorem in Lazari Bayfij annotationibus recognoscere par est, quas ad

ad l. 2. ff. de capt. & postlim. reuer. apposuit, in quibus de re nautali, & per consequens de longis nauibus, onerarijs, piscatorijs, & actuarijs, picturæ fide intercedere, sed differit, atque rursus per eundem l. vestis. ff. de auro & argento legato, vbi hoc ipsum cum sequenti tractatu latius profequitur. At verò nedum in nostratibus hæc dabitur agnoscere, sed si quis paulò diligentius animaduertit & alienæ facultatis professores, dum manifestius rem aperire attentauerunt, huic deuolutos esse fatebitur, quod in libris diuini Aristotelis passim reperire conceditur, quid memorem Raymundum Lullum in arte sua? qua breuibus quibusdam terminis omnium facultatum præcepta constrinxit. quid Cornelium Agrippam eiusdem commentatorem? quibus & opus Horatij Toscanellæ superaddi potest, in quo armonico cõplexu rethorices, facultatem picturæ testimonio explicauit, ex quibus satis probatam crediderim rationem nostram, per quã quinque principalibus ordinibus distinctam Amphitheatri speciem spectantibus exposuimus, quas vniuersas, quoniam vnica paginæ facie explicare non commodè dabatur, eas distinctè per singulas facies exposuimus, vbi idem penitus ordo per omnia ad vnguem seruatus apparet, vt nisi scripturæ testimonio alteram ab altera dignoscere non valeas, in quibus illud non omisisse velim candidi Lectores, vt testatum apud vos relinquam, si quicquam est, quod prima fronte minus congruenter positum appareat, non illud statim reiiciendum existimatis, nequod per plura temporum curricula studiosè elaboratum est & iudicii trutinam diligentius libratum strictim prætereuntibus temere quodammodo reprobetur, etenim si acrius mētis lumina in omnia conieceris corporis vniuersi cõpagem, connexam perpendendo summâ ratione vnum quodque suo loco appositum esse deprehendes, atque hæc de summa mentis nostræ ratione exposuisse non pigeat, exactiorem verò partium declarationem infra proxime perlegendum mentem nostram compendio saltem intelligere poteris. Nunc figuram ipsam inspicite.

# Amphitheatri pars prima.

Contractus	Re	Mutuum	Septem
		Indebitum	Septem
Verbis	Consensu	Commodatum	Septem
		Depositum	Septem
Litteris	Anomali	Pignus	Septem
		Stipulatio	Septem
		Empio, & venditio	Duplex
		Locatio, & conductio	Duplex
		Societas	Duplex
		Mandatam	Duplex
		Donatio	Duplex
		Matrimonium	Duplex
		Dos	Duplex
		Emphyteusis	Duplex
		Feudum	Duplex
		Pactum continent.	Duplex
		Pollicitatio	Duplex
		Constitutum	Triplex
		Litterarū oblig.	Duplex
		Contra. inominatus	Quadruplex
		Quasi contractus	Sexduplex
Transactio	Duplex		
Fideiussio	Quadruplex		
Obligatio	Triplex		

# Pars secunda.

Ultima voluntas	Dispositiua partit.	Legatum	Septem
		Fideicommissum	Septem
Disposit. generalis.	Disposit. non solen.	Donatio causa mortis	Septem
		Mortis causa capio	Septem
		Anomalum relictum	Tria
		Testamentum	Septem
		Testamentū nō factū	Dupliciter
		Non iure factum	Triplex
		Ruptum	Triplex
		Iritum	Dupliciter
		Nemine existēte hīde	Dupliciter
		Hīrede incapace	Dupliciter
		Querela habēte locū	Dupliciter
		Contra tab. subuersa	Dupliciter
		Testō iure dicto nullo	Dupliciter
		Iure acc. habēte locū	Dupliciter
		Iarrog. aliquo se dato	Dupliciter
		Adiect. bonorū lib. cā.	Dupliciter
		Codicillus.	Duplex
Bonorum possessio.	Duplex		
Legitima	Triplex		
Trebellianica	Duplex		
Falcidia	Duplex		
Collatio	Duplex		

# Pars Tertia.

<b>Delictum</b>	Privatum	Furtum	Quinplex	Septem
		Rapina	Sexduplex	Septem
		Dammum	Quadruplex	Septem
	Improprium	Iniuria	Triplex	Septem
		Mistum	Quadruplex	Quatuor
		Quasi delictum	Quintuplex	Quatuor
	Publicum	Crimen laese maiesta.	Duplex	Septem
		Adulterium. ad l. r.	Triplex	Septem
		Sicarijs ad l. c.	Sexuplex	Quinque
		Parricida ad l. p.	Triplex	Quatuor
		Falsi ad l. c.	Sexduplex	Quatuor
		Vis publica privataq; } Peculatis ad l. r.	Ostuplex	Quatuor
		Refiduis ad l. r.	Triplex	Quatuor
		Repetundarum ad l. r.	Duplex	Quatuor
		Plagiarijs ad l. f.	Duplex	Quatuor
Ambitu ad l. r.		Duplex	Quinque	
Annona ad l. r.		Duplex	Septem	
Anomalum	Extraordinariū	Triplex	Quinque	
	Hæresis	Duplex	Septem	
	Simonia	Triplex	Septem	
	Vfura	Triplex	Septem	
Ecclesiasticum	Apostafia	Triplex	Septem	
	Sacrilegium	Triplex	Septem	

# Pars Quarta.

<b>Iudicium</b>	Canonictim	Civile Ecclesiasticum	Dupliciter	Quatuor
		Civile Spirituale	Dupliciter	Quinque
		Criminale temporale	Dupliciter	Quatuor
		Criminale Spirituale	Dupliciter	Quinque
	Sine forma	Mistum	Dupliciter	Quatuor
		Summarium	Quadruplex	Quinque
		Personale	Duplex	Tri
		Reale	Duplex	Tri
		Mistum	Duplex	Tri
		Vniuersale	Triplex	Tri
		Generale	Triplex	ia
		Particulare	Duplex	Tri
		Ordinariū	Triplex	Tri
		Delegatum	Sexduplex	Tri
		Peritorijū	Triplex	Tri
	Poffessorijū	Triplex	Quatuor	
	Civile	Arbitrariū	Duplex	Quinque
		Competens	Duplex	Quinque
		Respectu ci. & cri.	Duplex	Quinque
		Capitale in corp us	Triplex	Quinque
Capitale ext. corpus		Duplex	Quinque	
Nō capitale i corpus		Triplex	Quatuor	
Nō capitale ex. corp.		Duplex	Quinque	
Mistum	Requiale	Duplex	Quinque	



# Pars Quinta.

Iniunctio	Triplex	Septem
Procuratio	Duplex	Septem
Actio	Triplex	Septem
Executio	Duplex	Septem
Restitutio	Duplex	Septem
Pœna	Duplex	Septem
Alienatio	Quadruplex	Septem
Possessio	Triplex	Septem
Solutio	Triplex	Septem
Compenſatio	Duplex	Septem
Vincapio	Quadruplex	Septem
Præſcriptio	Quadruplex	Septem
Dominium	Duplex	Septem
Seruitus	Triplex	Septem
Vusufructus	Duplex	Septem
Præſumptio	Triplex	Septem
Intereffe	Triplex	Septem
Pœſtas	Duplex	Septem
Succeſſio	Duplex	Septem
Euiſtio	Duplex	Septem
Dolus	Duplex	Septem
Conditio	Duplex	Septem
Renunciatio	Duplex	Septem
Iuramentum	Duplex	Septem

Adhærens iudicij	Adhærens delictis	Adhærens omnibus	Adhærens vltimæ vol.	Adhærens atra. vel quali
Mista.				

# B R E V I S


## F I G V R Æ

### D E C L A R A T I O.



**C**CIP E igitur breuem ac ſummariam Amphitheatri declarationem, & quoniam ordo eſt ſubſtantialis vniuſcuſque rei figura, vt Baldus docuit in Conſilio Schiſmatis, poſito poſt rubri. de iure emphitheu. Ideo ad eius ordinem aduerte: ſcire enim quid facias, & neſcire quo ordine facias, non eſt perfectę cognitionis, cum ordo ſit ipſa inuentione difficilior, vt Neuizanus ait proœmio Syluæ nup. & Neguſantius in proœmio tractatus de pigno. Menochius in principio de Arbitra. Iudicum, eo præcipuè quod Claudius Cantiuncula in ſua epiſtola de modo ſtudenti ſcriptum reliquit, quod ius ciuile ordinem expoſcit præter naturam & exercitationem, quia vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio, prout inquit Caſſane. in proœm. catalo. glor. mundi. ordo autem à genere ad ſpecies dirigitur ex mente Baldi in rubrica, ſi certum petatur, & nos ergo idem perficiemus, licet per modicè diuerſa. Primæ etenim columnæ ſolo primæ inherentes quinque numero generaliores materias ſubiecti continebunt, contractus videlicet, vltimas voluntates, delicta, & iudicia, quibus quinta ſuperadditur Mixta, ea ratione cæteris iniuncta, quoniam (vt dixi) ſi quæ ſunt in iure materiæ, quæ ſingulis ex his quatuor non propriè conueniant, ſedem & ipſe certam habeant, quo poſſint legentibus inueniri: mixtam autem ideo appellauimus, quoniam quæ in ea comprehenſa continentur, cum non magis vni, quàm alteri ex præmiſſis applicari poſſunt, & tamen genere inſpecto materiam omnium habeant communem, merito mixti nomen illis iniungere par fuit. hæc autem primo penitus inſunt ordini. Secundus iterum ordo ſuboritur, in quo præmiſſa genera ad dilucidiorum materiæ notitiam in ſuas principales ſpecies diuiduntur, eas quidem & ipſas ſubalternatim in nouas alias ſpecies infra diuidendas, quæ in tertio poſtea ordine explicantur. In quo ad particularia nomina contractuum, vltimarum voluntatum, delictorum, & aliorum deuenitur, atque inibi vniuerſa penitus continentur, quæ ſpeciale nomen illorum generum fortiuntur, vt nihil etiam ſubtilius indaganti reperiri poſſit, quod non ibi, vel reductiuè ſaltem inſit. In Quarto autem ordine earum ſpecierum diſtincta ſigillatim theorica ſecundum receptiores Doctorem traditiones vel ſaltem per nos clarius explicatas (ſi quæ erant inuolutiora) reponuntur, vt vnico luminis icſtu in expoſita Amphitheatri ſpecie ſtudioſus Lector nullo negotio percurrere valeat. & quoniam natura nouas quotidie proferat edere formas, vt multa ex factio legis lator in eadem etiam ſpecie diuerſas æquitatis rationes ingruentes varia reſpondere cogatur, atque inde diuerſas etiam diuiſionibus iteratas ſubdiuiſiones apponere coacti fuerint interpretes, ideo quod frequentius proſectò continget minutas alias ſubdiuiſionum particulas in ſerie ordinis ad tractatum infra fuſius explicandum magis appoſite enumerabuntur, & ſi res expoſcer ſubdiuiſa iterum cuiuſlibet columnæ ſerie explicabitur, ſi quidem non æquum fuit tot designatas ſubdiuiſionum particulas inſpicientium oculis proponere, & legentiū animos prima fronte auerrere: nam idcirco figura lineata fuit, vt terminos vniuerſæ legalis machinæ, & compilationis noſtræ ordinem vnico vmbraſtilis notitiæ referret obtutu.

Quintus domum, & ultimus ordo, qui deuius fortasse videbitur continet articulos, seu considerabilia intrinseca, vel extrinseca, quæ in vnoquoque possunt inspicere subiecto. & licet eorum ordo subtili animo indaganti multiplex apparere possit, atque ijs præcipue, quæ ex Philosophantium mente Aristoteles in secundo Posteriorum tradidit, scilicet, an sit, quid sit, cur sit, qualis sit: tamen noua quædam, licet fortasse non insubtilia, spinosa tamen & nostratibus insueta refugit animus apponere, atque ideo planius, & æquabilis temporis inferuendo, & materia, quæ non omnium auribus faciliter potest per nouos terminos pertractari, methodum solitam elegimus.




INDEX RERVM AC VERBORVM  
MEMORABILIVM, QUAE IN  
TRACTATIBVS AMPHITHEATRI

Petri Nicolai Mozzij Maceratenfis, Iur. Vtr. Docto. continentur.



- A**  
*BBAS & Couar. recipiunt opinionem Bar. in l. si merces. §. vis maior. ff. loc. vide trac. loca. & conduct. in 5. col. ult. ordi. nu. 19 fol. 96*  
*Abbas & Coua. non videntur intellexisse mentem Bar. ibi saluatur Bar. & Abbas distinguendo. ibi. nu. 20.*  
*Acceptilatio est imaginaria quedam solutio. trac. stipu. 1. col. ult. ord. nu. 13 62*  
*Acceptilatio tollit tantum obligationem uerborum. ibid. nu. 14*  
*Acceptilatio tollit non possunt obligationes iurigentium, qua causata sunt, vel re, vel consensu, sed possunt nouari per stipulationem. ibi. nu. 16*  
*Acceptilatio inuenta est propter stipulationem tollendam. trac. stip. in prin. nu. 18. 57*  
*Acceptilatio iurigentium esse dicitur. ibi. nu. 17.*  
*Acceptilatio iurigentium est per approbationem. ibidem, nume. 19.*  
*Acceptilatio est iurigentium per fictionem. ibidem, nume. 21*  
*Accidentalia in contractibus, qua dicuntur. 1. col. contractus inscripta. arti. 7*  
*Accidentalia que sint in pignoris contractu, vide trac. pign. in 5. col. ult. ord. pag. 52. & que sint in contractu emp. in 5. col. 91. & que sint in contrac. societatis 113, mandati 136. Mutui 11. Commodati 32. Depositi. 38. & similibus contractibus semper. vide suis trac. in 5. col. & sic de singulis.*  
*Accidentalia dicuntur, qua esse, & abesse possunt. trac. emptio. col. 5. ult. ord. nu. 1. 82*  
*Accidentalia sponsaliorum & matrimonij, qua sint. col. 5. ult. ord. trac. sponsa. 169*  
*Accidentalia in contractu donationis, qua sint. trac. donat. col. 5. ult. ord. 157*  
*Actio ex pacto nudo non producitur, col. contractus, articu. 3. nu. 22. 3*  
*Actio ex mutuo duplex oritur. trac. mutui, col. 6. vlti. ord. nu. 1. car. 22*
- Actio ex mutuo descendens civilis est, sicut & omnis conditio, & datur heredibus, & in heredibus, & est perpetua & stricti iuris. ibi. nu. 6.*  
*Actiones omnes personales ex contractu, vel quasi descendunt. trac. indebiti. col. 6. nu. 2 27*  
*Actiones aliq. sunt uniuersales, alie generales, alie singulares. ibidem, nu. 6.*  
*Actio ex commodato duplex est, directa & contraria, trac. commod. col. 6. nu. 1. 32*  
*Actio ex commodato est personalis, civilis, p. perpetua, non prætoria, & competit contra heredem, & datur heredibus. trac. commod. col. 6. ult. ord. nu. 11 33*  
*Actio directa commodati & actio contraria, que sit, & quomodo distinguatur inter directam et contrariam. trac. commod. col. 5. ult. ord. nu. 2. car. 32*  
*Actio ex deposito duplex datur, directa & contraria, trac. deposti. col. 6. ult. ord. nu. 2 38*  
*actio directa deposti datur ratione doli, uel latae culpe. ibid. nume. 3*  
*actio contraria deposti datur depositario, nec in ea iuratur in litem. ibi. nu. 5.*  
*actio contraria deposti bonæ fidei est, actio deposti est prætoria, aliquando civilis exceptis quatuor casibus. ibidem, numero 6.*  
*actio directa deposti est famosa, non contraria. ibidem, numero 7.*  
*actio hypothecaria & actio pignoratitia dantur ex contractu pignoris. trac. pigno. in 6. col. ult. ord. nu. 1. car. 53*  
*actio hypothecaria altera est directa, altera est utilis. ibidem, numero 2.*  
*actio utilis hypothecaria illa est, qua competit cessionario, uel emptori pignoris. ea. col. 6. nu. 3 60*  
*actio hypothecaria utilis competit omni secundo creditori, cui pign. creditor obligauit suum nomen, uel cui pignus pignori adiectum est. ibi. nu. 4*  
*actio hypothecaria competit contra principalem debitorem. ibi. nu. 5*  
*actio hypothecariæ natura est, ut tribuat facultatem apprehendendi, retinendi que possessionem. ibi. nu. 6*  
*Actio pignoratitia duplex est, directa & contraria. trac. pig. col. 6. ult. ord. nu. 8 60.*

b 3 actio



I N D E X

Actio pignoratitia directa illa est, que datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus. eod. tract. colum. 6. nu. 9. Actio pignoratitia non datur si debitum solutum non sit. ead. col. nu. 11. Actio pignoratitia datur etiam debito non soluto si creditor male custodiat rem pignoratam, & alijs tribus casibus. ea. col. nu. 12. Actio pignoratitia contraria est, qua datur creditori contra debitorem pro expensis factis in pignore. ead. col. numero 13. Actio pignoratitia est bonafidei, hypothecaria stricti iuris. ibid. nu. 14. Actio pignoratitia est personalis, aliquando in rem scriptam. ibid. nu. 15. Actio hypothecaria est realis. ibi. nu. 16. Actio hypothecaria, & pignoratitia, in quibus differant. ibi. nu. 17. Actio pignoratitia alio tempore tollitur, & alio hypothecaria. ibid. nu. 18. Actio pignoratitia directa differt ab hypothecaria in tribus. ibi. nu. 19. Actio pignoratitia nascitur rei interveniu. ibid. num. 20. Actio hypothecaria, quomodo differat a Salmiano interdictione. ibid. nu. 21. Actio duplex ex stipulatione datur secundum communem. tracta. stip. col. 6. vlt. ord. nu. 1. car. Actio ex stipulatu, datur quoties stipulatio incertum continet. ibid. nu. 2. Actio ex stipulatu stricti iuris est regulariter ad certum non datur. ibi. nu. 4. Actio ex stipulatu in vno casu licet certum sit datur, cum mulier peteret dotem etiam certam. ibi. nu. 5. Actio ex contractu emptionis, & venditionis duplex. tracta. empti. col. 6. vlt. ord. nu. 1. car. Actio personalis non sequitur possessorem fundi. trac. emp. col. 7. vlt. ord. nu. 15. Actio ex contractu locationis duplex datur ex locato, & ex conducto. tracta. loca. colum. 5. vlti. ordi. numero 1. car. Actio locati datur ad omnia ea, quibus conductor tenetur. ibi. nu. 3. Actio conducti datur conductori contra locatorem, ut re frui liceat. ibi. nu. 5. Actio locati, & conducti est perpetua, & bonafidei, & datur heredibus. ibi. nu. 8. Actio conducti datur, ut villa reficiatur, vel ostia, vel stabulum. ibi. nu. 6. Actio conducti datur ad promissa in conductionis lege. ibid. numero 7. Actio pro socio ab utraque parte est directa & non repetitur contraria. tracta. societa. colum. 6. vlti. ordi. numero 1. car. Actio pro socio nascitur societate finita regulariter, limitata nisi in casu societatis publici vedigalis. ibidem, numero 2. Actio pro socio famosa est & damnata ea actione fit infamis. ibi. nu. 4. Actio pro socio, datur socio, & heredibus eius contra socios, & heredes. ibi. nu. 5. Actio mandati duplex est directa, & contraria. trac. manda.

col. 6. vlt. ord. nu. 1. car. 136 Actio mandati directa datur mandanti contra mandatarium, & in ea venit dolus culpa lata, culpa levis, & leuissima. tract. mand. col. 6. vlt. ord. nu. 4. 60. Actio mandati contraria datur ad consequendas expensas, quas fecit mandatarius occasione mandati exequendi. ibi. numero 5. Actio, que detur pro matrimonio, seu quomodo agi possit, tracta. matrimo. col. 6. vlt. ord. 193 Actio popularis datur ad opponenda impedimenta matrimonij. ibi. nu. 6. Actio mandati contraria datur ad consequendam mercedem promissam. ibi. nu. 7. 137 Actio contraria mandati potest agere mandatarius, siue adimpleat mandatum siue aliquid equipollens faciat. ea. col. 6. in fi. nu. 8. 60. Actioem mandati, quis non habet, nisi pro parte, qua quis fuit heres & inter heredes diuiditur. ead. col. 6. in fine. nu. 9. 60. Actioibus arbitrijs veniunt accessiones, & tamen sunt stricti iuris. col. contractus, art. 4. nu. 37. car. 5 Actus si non valet uti agitur, nec valet ut valeat potest. trac. pig. col. 5. vlt. ord. nu. 23. 53 Actus attribuitur mandanti non exequenti. trac. mand. col. 4. vlt. ord. nu. 11. car. 134 ad iudicandum qualitatem contractus non attenditur sonus verborum, sed rei effectus. tracta. donat. 5. col. vlt. ordi. nu. 3. 157. Administrator pupilli si est solus non potest ratificare solutionem suam, & auctorari in facto proprio. tract. indeb. col. 3. vlt. ord. nu. 7. 27 Administrator rei communis rationem reddere tenetur. consil. Manentis Col. nu. 12. 116 Aduocati persona est dignior persona medici, ratione subiecti. trac. locatio. in prin. nu. 16. 89 Adultus prodigo similis est si curatorem habet. col. contractus, art. 7. nu. 3. 8 Affinitas impedit matrimonium. colum. 7. vlt. ordi. numero 43. 200 Agens ex contractu, primo debet se adimpleuisse pro eius parte. consil. 2. Baptista de Hieronym. nu. 55. 121 Alcianus reprehendit Doctores libro paradoxorum eo, quod male intelligant & male declarent. trac. stip. in 4. ord. diuis. in 2. diuis. nu. 10. 58 Alea, & iactus retium potest emi. trac. empt. in 2. col. vlt. ord. nu. 17. 73 alienare prohibitus, an possit alienationi consentire. tracta. emp. in fine prin. 90 alienatio magis necessaria permittitur, quam voluntaria. consilio 2. Baptista de Hieronym. numero 7. 119. aliud pro alio inuito creditore solui non potest. trac. mutui. in prin. nu. 7. 12 allegans agendo, vel excipiendo contractum esse fictitium, debet designare speciem fictionis. col. contractus, art. 4. numero 47. 6 alienatio non fit per pignus. trac. pigno. col. 5. vlti. ord. numero 21. 53 alluio, que accrescit, seu accedit rei pignoratam, edit etiam obligationi pignoris. tracta. pigna. columna 4. vlti. ordi. nu. 15. 50

allu-

I N D E X

Allusioni verbi standum est, quando de eius significatione queritur. col. contract. art. 1. nu. 17. Alternativa stipulatio est quando stipulamur Stichum aut Philum est quando tenear ad summam maiorem vel minorem tra. stipula. col. 2. in 6. diuis. stipu. nu. 24. car. 61 Amphiteatrum nil continet contra communem sententiam doctorum. col. contractus art. 1. nu. 8. Amphiteatrum concordat semper contraria & saluare conatur Bar. col. contra. ar. 1. nu. 9. 60. Animalia minuta, qua dicantur. trac. societ. col. 2. vlti. artic. numero 6. Animalia quomodo dentur in foccidam, seu in societatem. ibidem. num. 8. Appellatione contractus non venit compromissum. col. contract. art. 6. num. 5. Appellatione contractus non venit testamentum. ibi. nu. 6. Appellatione contractus non venit contractus ipso iure nullus. ibid. nu. 7. Appellatione contractus, an veniat contractus conditionalis. ibid. num. 9. Appellatione debiti, veniat ne debitum in d. e. ibid. nu. 10. Appellatione contractus non venit fideiussio. ibid. nu. 12. Appellatione contractus proprie non venit donatio & stipulatio. ibid. nu. 13. Appellatione contractus in materia favorabili, veniunt contractus improprie. ibi. nu. 14. Appellatione contractus non venit renunciatio simplex, nec distractus. col. contra. art. 6. nu. 2. Appellatione rei, qua veniat ex proprietate verbi. col. Re. numero 13. Appellatione bonorum, veniunt omnia secundum Soci. idem de verbo, Re. ibi. nu. 31. Appellatione auri, non venit monetatum argentum. tracta. mutui. col. 2. vlt. ord. nu. 9. 15 Appellatione emptionis & venditionis qui veniant contractus. tract. empt. & vend. in prin. nu. 26. 70 Appellatione emptionis & vend. non veniunt alij contractus secundum aliquos. ibi. nu. 27. Appellatione emptio, & vend. venire omnem contractum, per quem transfertur dominium, secundum aliquos. ibi. numero 28. concordatio & limitatio. Appellatione emptionis & vend. in materia penali, vel restrinribili, solum veniet contractus emptionis. ibi. nu. 31. Appellatione emptionis ex communi vsu loquendi non venit omnis contractus, sed solum emptio. ibid. nu. 32. Appellatione emptio, & vend. veniet omnis contractus, nisi diuersa sit ratio. ibi. nu. 35. Appellatione dandi, veniet dare, & facere, & appellatione sciendi, veniet non facere, trac. stipu. in ord. diuis. in 1. diuis. numero 8. 58 apponens manus ad connexa, non dicitur excedere fines man. dati. trac. mand. col. 4. vlt. ord. nu. 15. car. 134 Aristatio mulieris, an sit semper impedimento matrimonio. tract. de matrim. col. 7. vlt. ord. nu. 47. 200 argenti libra valet decem aureos. trac. mutui. col. 3. vlt. ord. numero 22. 17 argenti facto legato quod quis habet, non intelligitur de argento monetato, limita duobus casibus. tract. mut. col. 1. or. nu. 12. 15 argenti mutui loco an possit reddi pecunia, qua sit eiusdem liga. trac. mutui. col. 4. vlti. ord. nu. 12. 18

argumentum ab etimologia vocabuli affirmatiue sumptum valet & procedit. trac. mutui. in prin. nu. 1. 11 argumentum ab etimologia tunc procedit cum definitioni non repugnat. ibi. nu. 3. argumentum a contrario sensu valet. trac. mutui. col. 2. vlti. ord. nu. 11. 15 argumentum procedit quod ille qui potest donare potest vendere, & alienare, & pignorare. trac. pigno. 1. col. vlt. ord. numero 3. 46 argumentum de contractibus ad vltimas voluntates non se per procedit. colu. verbis inscripta. nu. 8. argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, in vno casu non procedit. tracta. de matrimonio. in 4. ord. diuis. numero 2. 180 aromatarij vendentes venenum quando teneatur. tract. emptio. col. 2. vlt. ord. nu. 50. 75 archa est de accidentalibus emptionis. trac. empt. col. 5. vlt. ord. num. 9. 83 arba est argumentum venditionis contracta. ibi. nu. 10. arba interveniente, in posu a venditione recedit. trac. empt. col. 4. vlt. ord. nu. 11. 60. arba quid sit in matrimonio. tracta. matrimo. colum. 4. vlt. ord. nu. 1. 142 assertioni patris donantis & attestantis de meritis, non statuitur, nisi probetur meriti a per se iam etiam si pater exprimet merita in specie. trac. dona. col. 1. vlt. ord. nu. 14. 147 atrox iniuria est, si donarius dixerit, donatore esse cornuti maleficum, incantatorem. tract. donat. colum. 7. vlti. ordi. numero 23. 160 atrox iniuria an dicatur, si donarius fuerit aduocatus contra donatorem in causa capitali. ead. 7. col. nu. 30. 60. aureus apud Romanos erat didragmus ante traslatum imperium, & libra auri consuebat scutos 48. trac. mutui. col. 3. vlt. ord. nu. 16. 17 auri libra tempore Alexandri Severi fuit estimata scutis. 72. ibid. nu. 17. 70 auri libra his nostris temporibus facit scutos 96. ibid. numero 22. & 23. auctoritas Azonis glose & Barto. precellunt auctoritates aliorum doct. orum. tract. indeb. in ordi. diuis. nu. 7. 25 Azon fuit auriga iuris, & nas electionis appellatur. eo. tract. indeb. in ord. diuis. nu. 8. & idem de Accursio. tra. stipu. in diuis. 1. nu. 7. 58

B

Bartolus saluatur, & concordatur in glo. & doct. trac. mutui. col. 3. vlt. ord. nu. 5. car. 17 Barto. saluatur trac. mutui. col. 1. vlt. ord. nu. 9. 13 Barto. saluatur & concordatur trac. depos. col. 4. vlti. ordi. numero 19. 37 Barto. saluatur trac. stipula. col. 5. vlt. ord. nu. 7. 65 Barto. arguitur de contrarietate & eod. loco saluatur. trac. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 50. 81 Barto. saluatur tract. locatio. col. 3. vlt. ord. nu. 19. 92 Item in prin. tracta. locatio. nu. 27. 89 Item Barto. saluatur eod. tract. col. 3. vlti. ord. & in prin. numero 15. eod. Barto. saluator. tracta. pigno. in 4. ordi. diuis. pign. nu. 16. 42 Bartolus saluatur eod. tracta. de pign. colum. 2. vlti. ord. numero 5. 417 Barto.

I N D E X

Barto. saluatur. tract. emptio. col. 4. ult. ord. nu. 38 81
Barto. saluatur. tract. locatio. col. 4. vlt. or. nu. 9 93
Barto. saluatur. tract. mand. in ordi. diuis. scilicet in illis casibus in quibus requiritur speciale mandatum. 126
Bartolus semper ab aullore saluatur. col. contractus. arti. 1. numero 10 1

C A pitale, est de substantia in contractu societatis. vide tract. societa. col. 3. ult. ord. nu. 6 107
Carceratus an possit contrahere. col. contractus. arti. 4. numero 69. 7. et art. 7. nu. 34. 9. et tra. emptio. col. 1. vlt. ord. nu. 14 71
Castratus, seu utroque testiculo carens tanquam impotens ad secundum matrimonium contrahere non potest. tract.

matrim. col. 1. vlt. ord. nume. 9 ibid.
Castro venditio non veniunt molendina. tract. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 41 81
Casus fortuitus si accedat culpa conductoris non fit remissio tract. locatio. col. 5. vlt. ord. nu. 28 96
Casus si accidat et extinguat penitus rem seu partem rei, fit remissio mercedis pro rata. tract. locatio. col. 5. vlt. ord. numero 18 80
Catechismus dicitur a catechizo, id est instruo, vel doceo. tract. a. mutui. col. 7. vlt. ord. nu. 20 196
Catechismus impedit matrimonium. tract. matrim. col. 7. numero 54 202
Causa efficiens causa formalis et materialis et finalis, quae sunt, et quomodo stipulatio reddatur nulla causa earum: tract. stipu. col. 4. nu. 2 64
Causa solennitatis et causa subiectina quae sunt, secundum Bo lognet. ibid. nu. 3
Causae, quae faciunt cessare conditionem indebiti, sunt septem, et quae sint. tract. inde. col. 2. vlt. ord. nu. 1 26
Cautela ad illaqueandum donantem causa mortis, et non possit ipsam donationem reuocare. tract. dona. col. 7. vlt. ord. nu. 15 160
Cautela ad emendum rem sine pretio et pecunia. tract. emp. col. 3. vlt. ord. nu. 31 74
Cautela ad hoc ut possit emi res furtiua. tract. empt. 2. col. vlt. ord. nu. 32 eod.
Cautela Francisci Marci ad hoc ne habeat locum remissio in locatione, tract. loca. in 5. col. vlt. ord. nu. 54 98
Cautela ad hoc ne reuocetur mandatum. tract. manda. col. 7. vlt. ord. nu. 16 137
Certa stipulatio, et incerta, quae sit. tract. stipu. 3. col. pen. ord. nu. 61
Certi conditio generalis est illa, quae datur ex quolibet contractu, in quo certum aliquid petitur. tract. mutui. col. 6. vlt. ord. nu. 2 22
Certi conditio nunquid ad interesse detur. ibid. nu. 7
Certi conditio datur, quotiescunque certi quid stipulatio continet. tract. stipula. col. 6. vlt. ord. nu. 2 66
Certi conditio specialis oritur ex contractu mutui, si autem interuenit stipulatio oritur certi conditio generalis. tract. mutui. in ord. diuis. nu. 5 12
Cessionis contractus ad heredes transit, prout regulariter ceteri contractus. conf. 2. Bap. de Hieronymis. nu. 4 119
Clandestina sponsalia seu matrimonium, quomodo tolerentur. tract. sponsal. in prin. nu. 16 167
Clandestina matrimonia, quare sint prohibita ab ecclesia. tract. matrim. col. 3. vlt. ord. nu. 16 183
Clandestina matrimonia hodie sunt nulla secundum dispositionem Concilii Tridentini. ibid. nu. 17
Clandestinum matrimonium potest acquiri per eos, qui praesentes fuerint. ibi. nu. 18
Clausula, cum omnibus iuribus, quae intra se habet, in venditione apposita, intelligitur de his, quae ex natura rei sunt. tract. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 40 81
Clerici possunt conducere praedia causa necessitatis non causa lucri. tract. locatio. in 1. col. vlt. ord. nu. 7 90
Clericus non potest conducere praedia nec promotor esse, nec fideiusor. ibi. nu. 6
Clericus contrahens matrimonium amittit beneficium ipso iure. tract. matrim. col. 4. vlt. ord. nu. 4 185
Cognatio spiritalis non oritur ex illicito coitu, tract. matrim. col.

I N D E X

col. 7. vlt. ord. nu. 22 196
Cognatio spiritalis quid sit. ibi. nu. 18. et quid sit legalis. num. 23. et quo gradu impeditur. num. 21.
Colonus si habet bona obligata, et fundus vendatur non poterit expelli. tract. loca. in 6. col. vlt. ord. num. 16. 99
Colonus si post tempus completum contra voluntatem tuam fructus perceperit, poterit illos condicere conditione futurina. tract. locati. col. 5. vlt. ord. num. 4. 98
Colonus si praeter ea ad quae tenetur effecerit, repetet expensas et melioramenta. tract. loca. in 6. col. vlt. ord. num. 24. 99
Colonus si in melioramentis non asserat utilitatem nisi ad tempus, pro tempore repetet. tract. loca. in 6. col. vlt. ord. num. 27. 100.
Columnare, quare sit inscriptare, et quare columna uerbis, et quare columna consensu, uide suis locis.
Collisor non potest emere a collisore. tract. emptio. 1. col. vlt. ord. nu. 15. 72
Commodum ab onere regulari solet. conf. 2. Baptista de Hieronymis, num. 50. 111
Concedens et vendens rem videtur concedere, et vendere eam cum suis pertinentijs. tract. emptio. 4. col. vlt. ord. num. 38. 80
Concordantur opiniones contrariae. tract. emptio. col. 5. vlt. ord. nu. 8. 83. et col. 7. eiusdem ord. num. 23. conf. 86. et tract. locati. col. 4. vlt. ord. nu. 14. et eod. tract. in prin. num. 18. conf. 89. et in 4. ord. diuisi. 105
Concordantur opiniones. tract. societa. col. 1. vlt. ord. nu. 15. car. 112. et eod. tract. in 4. ord. diuis. nu. 9. car. 101. et 4. col. vlt. ord. num. 40. car. 126. et in col. 6. ult. ord. nu. 3. 114
Concordantur opiniones s. tract. manda. in ord. diuis. num. 3. et in 7. col. vlt. ord. num. 10. car. 137. et alijs in locis multis.
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. spons. col. 1. vlt. ord. num. 4. 168
Concordatio et distinctio opinionum. col. 7. eod. ult. ord. num. 5. 170
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. matr. in 4. ord. diuis. num. 11. 175
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. matr. col. 1. vlt. ord. num. 3. car. 176. et ibidem sub num. 8. et iterum sub num. 10. et sub nu. 17.
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. matr. col. 3. ult. ord. num. 12. car. 182. et sub num. 15. et iterum sub nu. 25. et sub nu. 27.
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. matr. col. 4. vlt. ord. sub num. 3. car. 185. et iterum nu. 5. et nu. 14. et num. 17. et num. 41.
Concordatio et conciliatio opinionum. tract. matrim. col. 7. vlt. ord. nu. 32. car. 197. et sub num. 37. et nu. 52. et num. 56. et num. 59. et num. 67. et num. 70. et 72. et 75.
Concordatio opinionum contrariarum. tract. donatio. in 4. ordine diuis. nu. 2. 144
Concordatio et saluatio Bartoli. tract. donat. 1. col. ult. ord. num. 10. 146
Concordatio et distinctio opinionum. ibid. num. 12.
Concordatio opinionum contrariarum. ibid. nu. 19.
Concordatio et saluatio opinionum contrariarum. ibid. nu. 33.
Concordatio opinionum contrariarum. eod. tract. num. 18.

col. 2. vlt. ord. 151
Concordatio opinionum, secundum Imolam. tract. donat. col. 3. ult. ord. num. 4. 152
Concordatio opinionum contrariarum. ibid. nu. 21.
Concordatio opinionum contrariarum. tract. donat. col. 7. ult. ord. num. 49. 162
Concordatio opinionum contrariarum. ibid. nu. 60. 163
Concordatio opinionum. ibid. nu. 62.
Concordatio et saluatio Bartoli. ibid. num. 76. 164
Concordatio et saluatio Couarruiae. ibid. num. 83. 165
Concordatio Bartoli. ibid. num. 94.
Concordatio opinionum. eod. num. 29. iterum sub num. 73. Item num. 85. 162
Concordatio et declaratio. tract. donat. col. 5. vlt. ord. num. 2.
Conditio haec adiecta de matrim. si promittas te amplius meretricem non esse, an ualeat. tract. matr. in 4. ordine diuis. num. 13. 175
Conditio haec adiecta matrim. si uirginem te inuenero, te uxorem accipiam: an ualeat. ibid. num. 13.
Conditio impossibilis in matrimonio rejicitur, nec initiat contractum. ibid. et tract. matr. col. 4. ult. ord. nu. 38. 191
Conditiones in sponsalibus possunt esse licitae et illicitae. tract. sponsal. in prin. num. 14. 167
Conductor si intrasset soluere pensionem tali tempore, si non soluit, potest expelli. tract. loca. 3. col. ult. ord. nu. 24. 96
Conductor tenetur conferuare fundum et rem locatam in essentia quareperitur fundus. tract. loca. 4. col. ult. ord. nu. 10. car. 93. et 7. col. nu. 23. 99
Conductor poterit petere remissionem pro eo tempore, quo non habitauit domum, tract. loca. col. 7. vlt. ord. nu. 5. eo.
Conductor si ante tempus e domo migrauerit contractus annullatur. tract. loca. col. 7. ultimo ord. num. 17. 100
Conductor licet recedere a locatione si non potest uti frui re conducta, tract. eod. col. 7. num. 18.
Conductor si plantauerit arbores sponte, ex quibus arboribus sit utilitas locatoris, repetet expensas. ibid. nu. 25.
Conductor si male uersetur in re locata potest annullari contractus locationis. ibid. num. 13. 99
Conductor si turbetur in possessione potest agere actione in factum uel implorare officium iudicis. tract. loca. col. 5. ult. ord. num. 9. 98
Conductor habet in istam causam migrandi si morbus pestis accidat. tract. loca. col. 5. ult. ord. num. 6. 95
Conducendi agrum propè flumen quod solet inundare, non fit remissio. tract. locati. col. 5. vlt. ord. num. 33. 97
Conductor si remanserit post annum in praedio, uidetur renouata conductio per annum. tract. loca. col. 4. ult. ord. num. 5. 93
Conductor in locatione potest agere ad ea quae ex bono, et equo procedunt, et debentur usura post moram. col. contractus. arti. 4. num. 34. 5
Conductor, an teneatur soluere onera, seu tributa. tract. loca. col. 4. num. 9. cum seq. 95
Commodatum interdum pro mutuo in iure reperitur. col. mutuum, num. 18. 12
Commodatum quid sit, et quid sit precarium. tract. commod. col. 3. ult. ord. nu. 8. 30
Commodatum, et precarium conuenit, quia per neutrum transferitur dominium et per utrumque res mobiles et imobiles conceduntur. ibid. num. 9. Com-

I N D E X

Contractus differunt respectu pluris, & minoris fidei. ibid. numero 20
Contractus bonafidei & stricti iuris qui sint. eod. artic. numero 25. & 30
Contractus iniustus cum principe semper est bonafidei. eod. artic. numero 26
Contractus factus à sacerdotibus semper est bonafidei. eod. artic. numero 27
Contractus stricti iuris de iure canonico sunt bonafidei. d. artic. numero 29
Contractus quidam est fictitius, quidam imaginarius, quidam simulatus. d. trac. contr. c. arti. 4. nu. 42
Contractus fictitius cuius sit natura. ibi. nu. 43
Contractus imaginarius quis sit & cuius naturæ. ibidem, numero 44
Contractus simulatus, quis dicatur. ibid. nu. 35
Contractus simulatus vnicus est continens sub se tres species. ibid. nu. 46
Contractus interdum presumitur simulatus ex coniecturis. ibid. nu. 51
Contractus non iuratus presumitur simulatus. ibi. nu. 52
Contractus presumitur simulatus si celebratur in loco in quo consuevit fieri fraud. ibid. nu. 53
Contractus presumitur simulatus ex consuetudine contrahentium qui soliti sunt talia facere. ibi. nu. 55.
Contractus simulatus presumitur si duo concurrant secundum aliquos, alij tenent, quod tria debent concurrere. eod. artic. numero 56. sed magis communis est opinio, ut duo tantum sufficiant. eo.
Contractus presumitur simulatus ex clausulis & pactis insolitis. nu. 62
Contractus irritatur ex nimis cautelis. eod. artic. numero 63. eo.
Contractus simulati presumptiones ponuntur à Bartb. Vero non. trac. de simul. contra. eod. nu. 64
Contractus alij sunt diuidui, alij indiuidui. ibid. nu. 66
Contractus alij sunt conditionales & modales, alij pure in diem alternatiui. ibi. nu. 67
Contractus alij privilegiati speciales solemnnes iurati dolosi & furarij illiciti. ibid. nu. 68
Contractus meticulousus est quando in carcere celebratur & valet, si in utilitatem carcerati. ibid. nu. 69
Contractus meticulousus est, si celebratur cum illo qui exercet tyrannidem, eod. artic. in fine.
Contractus alij sunt validi alij inuvalidi seu nulli. ibi. in fi. eo.
Contractus deficit respectu personæ, si furiosus contrahat, col. contras. artic. 7. nu. 1
Contractus deficit si pupillus contrahat, & si prodigus. eod. artic. 7. numero 2
Contractus deficit ratione personæ si contrahat pater cum filio. ibi. nu. 4
Contractus deficit ratione personæ si uir donat uxori. ibid. numero 5
Contractus deficit ratione rei. ibi. nu. 6
Contractus deficit ratione rei si res futiua vendatur. ib. n. 9
Contractus deficit ratione conditionis impossibilis. ibidem numero 15
Contractus deficit si condizio turpis, & inhonesta apponatur. ibid. nu. 16
Contractus deficit in excõmissis super morte principis. ibid.

numero 17
Contractus deficit in excõmissis super matrimonio, si nupsit. ibid. nu. 18
Contractus deficit in ludo taxillorum, & alearum, ut si fiat pactum. ibi. nu. 20
Contractus deficit ratione potestatis, ut si preses contrahat cum subditis. ibi. nu. 22
Contractus deficit ratione personæ, & rei si testator prohibet venditionem rei. ibidem, nu. 25
Contractus deficit ratione dissensu. ibi. nu. 26
Contractus deficit ratione solemnitatum. ibi. nu. 27
Contractus deficit ratione legis, ut si aliquis paciscatur ne liceat renouare precarium, vel ne dolo agatur. ibi. nu. 32
Contractus deficit respectu temporis, ut si aliquis alienauit bona post commissum delictum. ibid. nu. 33
Contractus deficit ratione loci, ut si aliquis contrahat in carcere. ibid. nu. 34
Contractus deficit si quis contrahat calore iracundiæ. ibid. numero 35
Contractus, cui potest opponi aliqua exceptio, est impropria contractus, trac. contras. arti. 8. nu. 10
Contractus omnes contrahuntur aut re, aut verbis, aut consensu, aut literis, aut anomala. col. Re. nu. 1
Contractus qui contrahuntur re, sunt quinque. ibi. nu. 4
Contractus, qui contrahuntur re, dicuntur illi, ad quarum ualiditatem non requiritur solemnitas uerborum, sed principaliter traditio rei. ibid. nu. 5
Contractibus stricti iuris stricta fit interpretatio. ibid. nu. 9
Contractus, an celebrentur in oppido, vel iuri, differt. tracta. mutui. col. 2. vlt. ord. nu. 5
Contractus quando dicatur fieri palam. trac. mutui. col. 5. vlt. ord. nu. 10
Contractus accipiunt legem ex conuentione. trac. commod. col. 5. nu. 9
Contractus si fiat gratia dantis, de dolo tantum & lata culpa tenetur recipiens, si fiat gratia recipientis de leuissima & si communi gratia de dolo tantum. tracta. de po. col. 4. nu. 6
Contractus quando dicatur perfectus remissi. trac. emptio. 5. col. vlt. ord. nu. 17
Contractus uerborum, & stipulatio, sunt idem. colum. uerbis. nu. 7
Contractus societatis est de iure gentium & bonafidei. trac. socie. in prin. nu. 8
Contractus mandati pariter inuisgentium, & bonafidei est. trac. mad. in prin. nu. 8. & 10
Contractus ex conuentione legem accipiunt. conf. 2. Baptista de Hieronymis. nu. 62
in Contractibus, qui contrahuntur Re, non potest in plus contrahi obligatio quam sit datum. col. re. inscripta. nu. 8. 10
Consuetum inducitur per duos actus, solum per unicum. tracta. loca. col. 4. vlt. ord. nu. 14
Conuentio in societate de expellendo non adimplet em conuenta, ualida dicitur. conf. 2. Baptista de Hieronymis. numero 60
Conuentioni nudæ hodie fere nunquam locus est. tracta. stipu. in prin. nu. 4
Constitutum fuit nouiter introductum a pretore. tracta. stipu. 1. col. vlt. ord. nu. 8
Constitutum appositum in emptione facit, ut transferatur dominium in emptorem & non poterit alteri vendi res illa.

I N D E X

la. tract. empt. col. 4. vlt. ord. nu. 33
copula seu concubitus carnalis, an sit de substantia, & integritate matrimonij. trac. matrim. 3. col. vlt. ord. n. 30. 184
Credens Titium indigere pecunia mutuo si mandauit alicui postquam ille mutauit eam ut Titio crederet & mutaueret pecuniam non tenetur mandati. trac. mand. col. 3. vlt. ord. nu. 3
Creditor si promisit debitori non molestare illum nec in pignore nec in fructibus non computantur fructus in pignore si iurauit etiam. trac. pigno. col. 4. vlt. ord. nu. 11
Creditor si cessit alicui debita & iura sibi competentia contra aliquem non venient debita per conditionem. tracta. stipu. in 2. col. vlt. ord. nu. 22
Culpa lata & dolus, & culpa leuissima, & leuis. tracta. commod. in ord. diui. nu. 6. car. 29. & tra. de po. col. vlt.
Curialis non potest conducere nec fideiusor conductoris esse. trac. loca. 1. col. vlt. ord. nu. 4
Curialis potest succedere in locatione alteri. ibi. nu. 5

80
eod. col. 7. nu. 21
Delinquere quis in dubio non presumitur. conf. 2. Baptista de Hieronymis. nu. 49
Degustatio uini habet vim traditionis. trac. emptio. col. 5. vlt. ord. nu. 28
Degustatio uini facit ut post degustationem periculum sit emptoris. ead. col. 5. nu. 27
Deficit pignus multis modis, de quibus. trac. pigno. 7. col. vlt. ord. car. 54. inde pignus
Deficit contractus stipulationis quatuor de causis. trac. stipu. col. 7. vlt. ord.
Depositum à de, & positum dicitur, prepositio de, auget. tra. depo. in prin.
Depositum dicitur, quasi deorsum positum, secundum Goffre. ibid. nu. 2
Depositum est quod custodiendum alicui datum est, ibi. nu. 3
Depositum potest fieri pactum, ut reddatur alia res eiusdem generis. ibi. nu. 4
Depositum aliquando fit gratia deponentis, & depositarius non tenetur de leui, & leuissima culpa. tra. depo. in 4. ord. diui. num. 1
Depositarius si mercedem acceperit pro custodia tenetur de culpa leuissima. ibid. nu. 2
Depositum aliquando fit gratia depositarij, & tunc tenetur de leuissima. ibid. nu. 3
Depositum aliquando fit gratia utriusque, & tenetur de dolo lata culpa & leui. ibi. nu. 4
Depositum dupliciter videtur fieri non tripliciter. ibi. nu. 5
Depositum aliud est actuale, aliud confessatum, aliud uerum, aliud fictum. ibi. nu. 6
Deposito confessato non censentur competere privilegia ueritatis depositi. ibid. nu. 7
Deposito actuali nulla potest exceptio obijci non numerata pecunie. ibid. nu. 9
Depositum alterum est proprium atque regulare, alterum improprium, & irregulare. ibid. nu. 12. & quare ita dicitur.
Depositum si non fuit datum ob signatum videtur tacite actum & concessum depositario dominium. tracta. de po. col. 7. vlt. ord. nu. 7
Deponenti uas, fardellum, arcæ, & similia, videndum est an restituatur aperta vel ob signata res deposita. eod. nu. 8. in 7. col.
Deponens aliquam rem in camera, vel domo alterius, ipso sciente, an teneatur dominus domus. ead. col. 7. nu. 9
Deponens si dixerit, depono istam rem penes te, & alter ex preste vel tacite consentiat, ut ibi deponat, tenetur indistincte. eod. nu. 10
Depositum finitur & annullatur si depositarius sua sponte restituat depositum. ibi. nu. 11
Deponentes apud numularios, & bancharios si bancharij decoxerint quando possint repetere, & quis sit prior consuetudo est Venetis, ut fiat diuisio equaliter inter creditores per es & libram. ibi. nu. 14
Depositum contractus extinguitur si conuertatur depositum in alium contractum. eod. in fine
Depositum non excusatur ob ignorantiam, nec locator ob locationem uas vitiosi, tracta. commod. colum. 6. numero 9
Depositum fit tradita re expresse ad custodiam ad hoc ut teneatur depositarius. trac. depo. col. 3. vlt. ord. nu. 15
Depositum non est si res tradatur ad perfevendum alio sed manda-

D

Dammum contingens procuratori casu fortuito, cui spectare debeat. trac. mand. col. 4. vlt. ord.
Dammum contingens in societate communiter imputari debet. trac. socie. col. 4. vlt. ord. nu. 12
Data libera potestate iudici procedendi ut sibi videtur, intelligitur tamen iuris ordine seruato & statuto seruato, & consuetudine. trac. mand. in 4. col. vlt. ord.
Debitori eiusdem generis non licet reddere deteriorem rem. trac. mutui. in prin. nu. 8
Debitor soluta pecunia potest condicere rem pignori datam. trac. pigno. col. 6. vlt. ord. nu. 10
Debitor ille uere, & proprie est, & dicitur, à quo statim debitorum exigi potest. tracta. stipu. col. 2. 6. ord. nu. 20
Debitor quantitates perempta etiam quantitate casu fortuito non liberatur. trac. emp. col. 4. vlt. ord. nu. 26
Debitor si dat damnum in pignore conuentionali creditor agit contra eum contraria pignori sibi. trac. pigno. in ord. diui. nu. 14
Debitor si potest reperire de materia sibi mutuata tenetur ad eam restituendam, alias ad eius estimationem. trac. mutui. col. 4. vlt. ord. nu. 9
Debitor in diem si soluerit repetere non potest, secus si sub conditione. trac. inde. col. 1. vlt. ord. nu. 8
Debitor & creditor si conueniant inter se ut debitor daret illam rem illi, qui portaret talia signa, si quis vadit cum illis signis pro re an debitor sit liberatus tradendo rem illi. trac. depo. col. 7. nu. 12
Debitor conditionalia non veniunt sub statutis. in trac. stipu. 2. col. 6. ord. diuis. nu. 21
Debitum in diem, semper potest solui ante diem. trac. stipu. col. stipu. in diem. nu. 14
Debitor sub conditione non est proprie debitor. ibi. nu. 19
Debitor deponens pecuniam qua debeat obseruare ut ab usu liberetur. trac. de po. col. 3. vlt. ord. nu. 20
Debitum in matrim. hinc inde à coniugibus, reddi debet. ibid. concordatio & definitio. trac. matrimo. col. 4. vlt. ord. numero 14
Deceptus ultra dimidiam, quod remedium habeat, & quibus contractibus. trac. emptio. col. 7. vlt. ord. nu. 9
Deceptus ultra dimidiam an possit venire contra transactionem.

C

I N D E X

mandatu m. ibidem.
Depositum ad hoc ut fiat in pecunia, & dicatur pecunia de-
posita, oportet ut sit actum ut eadem corpora reddantur.
ibid. nu. 17
Depositum debet tradi ob signatum ad hoc ut dominium non
transferatur, & sit proprie depositum. ibid. nu. 18
Deponere possunt omnes, qui sunt habiles ad contrahendum
& seruis deponere potest. trac. depo. 1. col. ult. or. nu. 1.
ubi qui deponere possit & apud quem. 35
Deponi potest per praeonem, & habet actionem ad repeten-
dum rem illam. ibi. nu. 3
Deponi potest apud quemcumque etiam seruum & filium sa-
& pupillum, & apud ecclesiam, & tenetur semper eccle-
sia si corpori ecclesiae deponatur. ibi. nu. 7
Depositum potest repeti ante tempus si deponi apud Titium,
& Titius apud Mevium, an possim repetere a Mevio, ibi.
numero 9
Deponi potest apud unum vel plures, ibi. nu. 7
Deponi possunt res, & debent esse mobiles, & se moventes.
trac. depo. col. 2. nu. 1 35
Deponi possunt omnes res, quae alienari possunt a privato.
ibidem.
Depositum in re propria non consistit, sicut nec locatio, nec
precarium. ibi. nu. 2
Depositum quomodo fiat, trac. depo. 3. col. ult. ord. n. 1. 3. 36
Depositum substantialem formalia, quae sunt. trac. depo. col. 3.
ult. ord. eo.
Depositum naturalia vide in 4. col. ult. ord. 36
Depositum deficit & annullatur contrario consensu, &
potest repeti quoad omneque. trac. depo. in 7. col. ult. ord.
numero 1 39
Depositarius tenetur reddere statim atque petitur depo-
situm, & habet executionem paratam, eod. tracta. col. 7.
ult. ord. nu. 2 eod.
Depositum non potest opponi exceptio non numerata pecuniae.
trac. depo. d. 7. col. nu. 3 eo.
Depositum debet reddi sine ulla cunctatione, & exceptione.
fallit quatuor casibus. ibi. numero 5, & etiam in col. 4.
ult. ord.
Depositum annullatur si res deposita pereat, ead. 7. colum.
numero 6 eo.
Depositarius potest, quando vult rem depositam recusare, et
restituere, sed sequester non potest nisi iusta de causa. tra.
depos. in prin. nu. 5 34
Depositum dicuntur, quae alterius fidei traduntur custodie-
de, sed sequestratione tantum res litigiosae. trac. depo.
in prin.
Deponuntur in deposito mobilia, apud sequestrum immobi-
lia. ibid. nu. 3
Depositum alterum reperitur iuris, alterum facti. tract. de-
po. in diu. nu. 14 35
Depositum facti alterum est voluntatis, alterum necessitatis.
eod. nu. 16 35
Depositum necessitatis non licet potissimum fidem frangere &
contra negatem datur in duplum. ibi. nu. 17
Depositum differt & sequestratio a mutuo, quia non trans-
fertur dominium in deposito & sequestratio nisi expresse co-
nueantur sit. tract. depo. in prin. nu. 5 34
Depositum differt a commodato, quia illud gratia accipien-
tis, hoc deponentis. ibid.
De substantia dicitur illud, sine quo actus esse non potest. tra.

emptio. col. 4. nu. 1. & col. contra. art. 5
Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam & iura-
mentum. col. contra. art. 3. nu. 26 3
disposita in locazione propria habent locum in impropria. tra.
cta. loca. in prin. 88
dictio contra habet duos significatus. col. contractus. arti. 1
numero 16 1
diffinitio iurisconsulti non est reiicienda, nec ab ea recedendum.
col. contractus, art. 7. nu. 9 2
diffinitio rei substantiam declarat. d. col. contractus, articu. 1.
numero 2 eo.
diffinitio debet tradi per uerba propria, eorum. mutuum.
numero 15 12
diffinitio debet tradi per genera propinquiora. d. col. nu. 13
diffinitio Bal. Corn. & Bologner. circa mutuum rescitur. d.
col. mutuum. nu. 9. & 10
diffinitio Bar. circa mutuum sequeada. d. col. mutuum. nu. 15:
diffinitio mutui ponitur in add. ad glo. eod. nu. 16
diffinitio iurisconsultorum non respuenda. col. contract. art. 1.
nu. 1. & artic. 2. nu. 9 2
differtur in nonnullis emptio & conductio. trac. loca. in prin.
numero 3 88
differentia inter contractus stricti iuris & bonae fidei est. col.
contract. art. 4. nu. 31 5
dispensatio in matrimonio cum infidelibus contractio ex ma-
gna causa a Papa fieri potest. tract. matr. col. 1. ult. ordi.
numero 26 179
distinguendo tempora concordantur scripturae. trac. mut. col.
3. ult. ord. nu. 19 12
dispositio est facienda ut negotium euidentius appareat. col.
contract. art. 1. nu. 5 1
diuiduae stipulationes quae sunt. tra. stip. in 6. ord. subdistinc. 56
diuisio per legem in quatuor casibus non potest fieri. tracta.
stip. col. 1. 6. ord. 60
diu idere est separare actualiter vel intellectualiter partes.
trac. mutui. in ord. diu. nu. 9 12
diuisio bona debet fieri per species oppositas. col. contra. ar. 4. nu. 15
diuisio & distinctio negotii redditur clarius. col. contra. arti.
1. num. 3 1
diuisio tria bona operatur. ibid. nu. 4
diuisiones sunt magistraliter inuentae ad maiorem declaratio-
nem materiei, non autem quoad semper obtinentur in iure.
trac. mutui. 4. ord. car. 3
diuisio duplex est, actualis, & intellectualis & quando diui-
di possit per legem, & per naturam. tra. stip. col. 1. 6. or. n. 9. 59
diuisio, an presumatur facta inter fratres ex longa possessione.
trac. socie. col. 4. ult. ord. nu. 37 111
diuisiones inter fratres quis teneatur facere, & quis eligere
ponit. Spelunca. in pratica artis notari. in for. instru. duo.
fra. sol. 283. & Ias. l. 1. nu. 39. ff. si cer. pet. & l. si duob.
nu. 7. comm. de leg. Ripa l. 1. nu. 70. ff. si cer. pet. ubi aiunt
forte esse diuidentium de iure civili, sed de in. cano. ma-
ior diuidet et minor eligit, ut per Pet. de P. bal. de duo. fra-
tri. par. 2. q. 1. 2. nu. 13. Affl. trac. de in. probom. in prin.
nu. 45. Soa. de commu. sent. recep. litte. d. nu. 9. tract. so-
cier. in 4. col. ult. ord. in fine. 113
diuortium triplex est, secundum Bald. trac. matrim. col. 7. vl.
ord. nu. 2 194
doctoratus potest probari mediis per instrumentum priuilegijs,
sed etiam per testes. tra. soc. col. 4. ult. ord. nu. 46 111
doctori, qui propter pestem non potest in studijs legere, non sit re-
missio

I N D E X

missio. tract. loca. col. 5. ult. ord. nu. 43 97
Doctori distinguendi, ceteris paribus semper est standum. cof.
Mantis. Cof. nu. 3 115
Doctoris super dicto contrario non est faciendum fundamen-
tum. conf. 1. Baptiste de Hieronymis. nu. 4 117
Dolus, culpa lata, & leuis, & leuissima, quid sint remiss. trac.
comm. in diu. nu. 6 29
Dolus in contrac. depositi, quid faciat. trac. depo. col. 4. vl.
ord. nu. 6 36
Dolus intercedens contractibus bonae fidei vitiat ipso iure co-
tractum. trac. emptio. col. 7. vl. ord. nu. 7. 84. col. contra.
art. 4. nu. 2 1
Dolus in contractibus stricti iuris non vitiat contractum ipso
iure, sed per actionem vel exceptionem purgatur. ibidem,
numero 2
Dolus mandatarij, culpa lata, leuis, & leuissima punitur. trac.
mand. col. 4. vl. ord. nu. 26 125
Dominium an transferatur per locationem ad tempus. tract.
loca. 4. ordi. nu. 7 90
Dominium in emptione videtur de substantia. tract. empt. 4.
col. nu. 6. 79
Dominium in emptione non venit de necessitate. ibid. num.
16. & 24
Dominium in uenditione generis, semper venit. tract. emptio.
col. 4. num. 18 eo.
Dominium non transferitur in locatione. trac. loca. in prin.
numero 13 88
Donatio solo consensu vel pacto nudo celebratur, & perficitur.
tract. dona. in prin. nu. 1 140
Donatio dicitur a dando seu dono, quasi domi datio. eod. trac.
dona. in prin. nu. 2 eo.
Donatio differt a munere, quia illud cum causa, donatio sine
causa. ibid. nu. 3
Donatio est libertas absoluta nullo iure cogente volenti
concessa. ibid. nu. 4
Donatio qua a parentibus vel ab alijs in eos confertur qui ip-
sis ab intestato alioquin sunt successuri, non dicitur libera-
lis donatio, nec donationis diffinitionibus diffinitur, & re-
gitur. ibid. nu. 5
Donatio qua fit in contractu venditionis, vendendo tibi pro ta-
to pretio, & si plus valet dono, non est vere donatio nec
ex mera liberalitate facta. ibi. nu. 6
Donatio est contractus nominatus, cum habeat speciale no-
men. ibid. nu. 8
Donationis contractus iuris gentium est, & stricti iuris. ib. n. 9
Donationum tot sunt species quot sunt diuersitates volunta-
tum. tracta. donat. in ord. diuisi. nu. 1 141
Donationum tres sunt species, secundum Accursium. ibi. nu. 2
Donationes omnes rediguntur aut ad propriam aut ad impro-
prium. ibi. nu. 3
Donatio ad hoc vt sit propria tria requirit, secundum Caslr.
sed secundum Fabr. Are. & alios requiruntur quinque. ibi. n. 4
Donatio impropria quae fit. ibi. nu. 5
Donatio conditionalis fit quando aliqua causa vel modus vel
tempus vel conditio in eius deputationem ponitur. ibi. nu. 6
Donationes, quae sunt ex causa matrimonij contrahendi etiam cum
pure & simpliciter factae sunt presumuntur fieri ob cau-
sam futuri matrimonij. ibi. nu. 7
Donatio facta a sponsis quomodo restituatur quando propter
casum matrimonium non est secutum. ibi. nu. 9 242
Sponsa quae intravit religionem, an consequatur donata a

sponso. ibidem, numero 8
Donatio propter nuptias olim dicebatur ante nuptias, & si
in recompensationem dotis & potest fieri ante, & post m-
rimonium, & si fiat ante matrimonium potest excedere
dotem, si post non potest excedere. ibi. nu. 10
Donationes propter nuptias hodie de consuetudine non fiunt
sed loco earum tenetur vir obligare se & bona sua pro
conseruanda, & restituenda dote. ibi. nu. 14
Donatio inter viuos, quae fit. ibi. nu. 15
Donatio causa mortis est illa cum quis habere se manu quae
eum cui donat, magisque eum cui donat quam heredem
suum, & in ea debet fieri mentio mortis ad hoc ut presu-
matur. ibid. nu. 16
Donatio causa mortis tripliciter potest subdividui. ibi. n. 17
Donatio causa mortis quibus differat a donatione inter viuos
ibi. num. 18
in Donatione si est facta mentio mortis in dubio presumitur
donatio causa mortis. limitatur multis modis. ibi. nu. 19
Donatio reputatur inter viuos non facta mentione mortis, li-
mitatur. ibid. nu. 20
Donatio causa mortis equipatur contractui vel vltimo vo-
luntati. ibid. nu. 21 143
in Donatione causa mortis requiritur praesentia vtriusque par-
tis, & sollemnis stipulatio. ibi. nu. 23
in Donatione causa mortis oritur actio ex nudo pacto. ibid.
num. 24 144
Donatoris post mortem non requiritur aditio hereditatis sed
absque ea valet. ibid. nu. 25
donatorius qui semel consensit stipulando vel acceptando non
potest donationem causa mortis repudiare, licet heres vel
legatarius possit repudiare hereditatem vel legatum. ibid.
numero 27
Pro donatione causa mortis non competit actio ex testa-
mento nec hypothecaria. ibi. nu. 28
donatoris post mortem dominium rei donatae transit in dona-
tarium, & si nulla traditio facta fuit in vita. ibi. nu. 29
in Donatione causa mortis habet locum ius accrescendi da-
ta coniunctione. ibi. nu. 30
in donatione causa mortis detrahitur falcidia sicut in legatis.
ibid. nu. 31
in donatione causa mortis non requiritur consensu licet
excedat summam quingentorum aureorum. ibidem,
numero 32
in donatione causa mortis habet locum cautio Mutiana sicut
in legatis relictijs in vltima voluntate sub cautione nega-
tina. ibid. nu. 33
in donatione potest fieri substitutio vulgaris & fideicommissa-
ria sicut in hereditatibus vel legatis. ibi. nu. 34 145
in donatione causa mortis rescitur conditio impossibilis sicut
in vltima voluntate. ibi. nu. 35
donatarij capacitas vel incapacitas inspicitur tempore mor-
tis donantis sicut in vltima voluntate. ibid. nu. 36
donatio causa mortis potest fieri sicut institutio legatum vel
fideicommissum potest fieri inter maritum & uxorem et
blanditijs, & uerbis deprecatis. ibi. nu. 37
donatio causa mortis alienatione voluntaria rei legatae reuo-
catur. ibi. nu. 33
donatio quando fieret absenti non interueniente nuncio vel
epistola indistincte quoad omnia habetur pro vltima vo-
luntate. ibi. nu. 39
donare quilibet potest & cuique ita, ut de infanti donatio fieri
possit

posse & filijs nascituris. tracta. dona. colum. 1. vlti. ord. numero 1 145  
 Donare non potest ille qui non est compos sue mentis ut furiosus & stultus. eod.  
 Donare non potest prodigus postquam curator est ei datus. ibid. nu. 3  
 Donare non potest minor 25. annis nisi ratum habeat post completam vigesimum quartum annum. ibid. nu. 4  
 Donationem non impedit senectus nisi delirium attulerit. ibid. nu. 5 146  
 Donare non prohibetur mutus, & surdus. ibid. nu. 6  
 Donare an possit cecus, & maxime causa mortis sine solemnitate. l. hac consultiissima. ibid. nu. 7  
 Donare an possit procurator de bonis sibi commissis quid de administratore. ibid. nu. 8  
 Donare an possit filiusfam. ibid. num. 9  
 Donare an possit pater filio in eius potestate. ibi. nu. 13  
 Donare pater potest filio aliquid in premium emancipationis & poterit pater donare filio libros. ibidem, numero 16. & 18 147  
 Donatio an confirmetur virtute iuramenti. ibi. nu. 20  
 Donare an possit seruus religiosus monachus, & similes. ibi. numero 21  
 Donare, an possit Abbas, vel alij prelati, & quid de milite. ibid. nu. 23 148  
 Donatio seu promissio facta meretrici valet. ibi. nu. 24  
 Donatio facta causa sodomice, non valet. ibid. nu. 25  
 Donatio facta per criminiosum post crimen contractum ante sententiam condemnatoriam valet. ibid. nu. 27  
 Donare an possit hereticus, vel qui crimen lese maiestatis committit. eod. nu. 26  
 Donari non potest presidi seu rectori prouincia manenti in prouincia. ibi. nu. 29  
 Donatio an prohibita sit inter coniuges. ibi. nu. 31  
 Donatio inter coniuges, an virtute iuramenti validetur, ibid. numero 32  
 Donatio facta per maritum senem iuueni pulchra, & nobili, an valet, & tenet. ibid. nu. 34  
 Donatio morte mariti confirmatur dummodo non mutauerit maritus voluntatem. ibid. num. 35  
 Donatio inter virum & uxorem confirmatur non solum morte naturali, sed etiam morte civili. ibi. nu. 36  
 Donatio causa mortis secuta morte mariti, vel uxoris sublinebitur in vim relicti. ibid. nu. 37  
 Donatio causa mortis ad hoc ut valet, & confirmetur morte non requiritur hereditatis aditio. ibi. nu. 38. intelliguntur dummodo ante mortem mariti interuenerit traditio uera vel ficta. ibi. nu. 39  
 Donatio facta inter coniuges propter benemerita requirit probationem meritorum. ibid. nu. 40  
 Donari possunt omnes res que in commercium nostrum venire possunt aut quarum dominium transferri potest siue corporales siue incorporales. tracta. donat. colum. 2. vlti. ord. num. 1 150  
 Donari non possunt alienę res & constante matrimonio res dotales vxor non donat. ibi. nu. 2  
 Donari potest spes, & ius litigandi sed non potentiori, ibid. numero 3  
 Donari possunt res singulares vel vniuersales in parte vel in toto, & retentione vsus fructus dominium & civilis possessio transferuntur. ibi. nu. 4

Donatio incerta re, & loco & quota non valet. ibi. nu. 5  
 Donatio omnium bonorum presentium valet, quia in futurum aliquid quari potest. ibi. nu. 9  
 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum non valet etiam si fuerit iurata. limitatur tamen. ibidem.  
 Donatio valet si quis simpliciter donaret bona sua vel mobilia, & immobilia. ibid. nu. 7  
 Donatio facta ab aliquo simpliciter sue hereditatis non valet. ibidem.  
 Donari an possit pars hereditatis. ibi. nu. 9  
 Donator omnium bonorum si reseruauit sibi vsufructum suorum bonorum an valet donatio. ibid. nu. 10  
 Donatio causa mortis facta per aliquem omnium bonorum suorum presentium & futurorum valet. co. nu. 11 151  
 Donatio facta de re ecclesie a prelato, an valet. ibi. nu. 12  
 Donatio iur. presentandi facta a patrono an valet. ibidem. numero 13  
 Donari non potest hereditas iuuentis. ibid. nu. 15  
 Donari an possit feudum per uassallum. ibi. nu. 16  
 Feudatarius poterit obligare feudum pro restitutione dotis quoad feudatarij preiudicium. ibid.  
 Donatio propter nuptias, an valet facta de re emphiteutica, vel de re subiecta restitutioni. ibi. nu. 19. & 20  
 Donatio hodie nudo pacto fieri solet & potest. trac. dona. col. 3. ult. ord.  
 Donatio seu promissio de donando valet, etiam si non interuenit traditio. ead. col. 3. ult. ord. nu. 2 152  
 Donatio insinuari debet si summam quingentorum aureorū excesserit etiam si donator volebat censeri plures donationes. ibid. nu. 5  
 Donationes excedentes summam quingentorum aureorum quare insinuari debeat. ibid. nu. 7  
 Donationes sunt quedam, quae intimationem minime desiderant. ibi. nu. 15  
 Donatio pura & simplex quae a principio non ualuit, an sit in totum nulla respectu insinuationis, an autem pars excessiua. ibid. nu. 16  
 Donationis de substantia est consensus utriusque. trac. dona. col. 3. ult. ord. nu. 25 car. 154  
 Donationis de substantia, quae excedit 500. aureos, est insinuatio. ibi. nu. 24  
 Donatio an valet si aliquis donat absenti cum interuentu notarij qui pro absente stipulatus sit. ibi. nu. 25  
 Donatio, an sit perfecta antequam tertius ratificet donatorem stipulatam per notarium. ibid. nu. 26  
 Donatio de sui natura est contractus irreuocabilis, & penitentia non admittitur. trac. don. col. 4. ult. ord. nu. 1 155  
 Donatio non presumitur quando alia potest sumi coniectura. ibid. nu. 2  
 Donatū non presumitur si maritus uel eius pater mitteret aliquid sponsę nulla facta mentione donationis. ibi. nu. 4  
 Donata a consanguineis sponse ex parte uiri sunt uiri, & remanent marito uel eius hereditibus. ibi. nu. 5  
 Donatio non inducitur per uerba generalia quando possunt trahi ad alium sensum. ibid. nu. 6  
 Donatio presumitur ob consanguinitatem. ibi. nu. 7  
 Donatio in dubio presumitur, quando benemerita præcesserunt. ibid. num. 8  
 Donatio presumitur cum mater filium redemit ex coniecturis. ibid. nu. 9  
 Donatio presumitur, cum mater res aliquas extra dotem eius

eius genero nomine filia presente filia tradidit. ibidem. numero 10  
 Donatio presumitur in l. unica. §. accedit. de rei vxor. actio. ubi dos data ab extraneo mulieri donata presumitur. ibi. numero 11 156  
 Donatio presumitur cum datur aliquid a viro nobili & diuite. ibid. nu. 12  
 Donatio presumitur in l. campanus. ff. de ope. liber. ubi libertus qui sciens se ad operas non teneri si passus est se ad illas obligari dotare presumitur. ibi. nu. 13  
 Donatio presumitur ex aliquibus coniecturis. l. vxori. §. vlti. ff. de leg. 3. ibid. nu. 15  
 donator tenetur de emictione quotiescumque; donatio incipit a promissione. ibid.  
 donator non tenetur nisi in quantum facere potest. ibidem, numero 17  
 donator si diceret se non habere nisi prædium, ex quo percipit alimenta, & non ultra, non tenetur seruare donationem factam. ibi. nu. 18  
 donatio si fuit facta duobus pro indiuiso, ille qui habet in ea minorem partem, potestatem habet offerendi estimationem ei, qui habet maiorem partem. ibidem, numero 19 157  
 donator ante traditionem poterit nedum donare alteri, sed obligare, & vendere. ibid. nu. 20  
 donando quis simpliciter rem, an videatur donare rem vel tantum ius quod habet in ea. ibid. nu. 21  
 donatio maxime differt a legato. ibid. nu. 22  
 donata aliqua re veniunt etiam accessoria de natura contractus. ibid.  
 donatarius vniuersalis habetur loco heredis. ibid. nu. 25  
 donationi causa mortis si sit apposita clausula. omnia, & singula promittunt attendere, obseruare, & non contrariari, dicitur factus transitus ad donationem inter viuos. tracta. dona. col. 5. vlt. ord. nu. 4 157  
 Et quando celebratur donatio inter viuos et causa mortis per suprad. clausulam, vide ibid. nu. 5  
 In Donatione causa mortis si sit apposita clausula, pro se & suis heredibus, censetur inter viuos. ibi. nu. 6  
 donans an possit pactum reuocare seu remittere donatario in preiudicium ecclesie. ibi. nu. 8  
 donationes reuocantur per conditionem ex lege vel vtili rei vindicatione. tracta. donatio. colum. 6. vlti. ordine, numero 3 158  
 donatio ex ingratitudine reuocari potest a donatore si ipse reuocauerit: sed si tacuerit eius heres reuocare non potest. ead. 6. col. nu. 5 eod.  
 donatio reuocari potest propter vndecim causas secundum aliquos, alij addunt duas. tracta. donatio. colum. 7. vlt. or. numero 1 159  
 donatio causa mortis reuocatur expresse, vel tacite ibidem. numero 2  
 donatio reuocatur tacite per penitentiam, & reuocationem tacitam factam a lege, vel ab homine. ibi. nu. 3  
 donatio reuocatur si donator rem ipsam quam donauit causa mortis voluntarie nulla necessitate cogente in alium alienauerit. ibi.  
 donator licet voluntatem mutauerit, & illum penituerit donasse: si tamen postea contingat illum decedere sine herede ex testamento, vel ab intestato, donatio non censetur reuocata. ibid. nu. 5

Donatio causa mortis reuocatur etiam tacite si prius decedat donatarius quam ipse donator. ibi. nu. 6  
 Donatio causa mortis reuocatur tacite si donator fecit donationem cum esset infirmus, vel in periculo positus, & contra luit vel fuit liberatus ab illo periculo, vel non intrauit periculum. ibi. nu. 7  
 Donatore mortuo si heres eius dicat eum prius conualuissse quam moreretur, id probare debet. ibidem, numero 9  
 Donatio causa mortis si fiat & sano, non reuocatur, licet incidat postea in infirmitatem. ibi. nu. 10  
 Donatione reuocata expresse vel tacite reuertitur ipso iure dominium in donatorem. ibid. nu. 11  
 Donationis facta reuocatione possunt repeti fructus nedum pendentes, sed percepti. ibi. nu. 12  
 Donatarius ingratus tenetur restituere fructus perceptos ex prædij donantis a die ingratitudinis. ibidem, numero 13 160  
 donatio causa mortis reuocatur etiam tacite per inimicitias capitales quae interueniunt inter testatorem, & donatarium sicut reuocatur etiam legatum. ibidem, numero 14  
 in Donatione causa mortis si fiat promissio de non reuocando, assumit naturam donationis inter viuos. ibidem, numero 16  
 In Donatione ob causam si causa non est secuta ipso iure reuocatur donatio. ibi. nu. 17  
 donatio propter nuptias non reuocatur nisi morte vel adultério. ibi. nu. 18  
 donatio si fiat liberti reuocatur sola ratione obsequij non prestat. ibi. nu. 19  
 donatio si fiat extraneo, ex tribus causis principalioribus reuocari posse videtur. ibi. nu. 20  
 donatarius si protulit in donatorem verum conuictum, an donatione priuari possit. ibid.  
 donatarius si tentauit uerbis tantum pudicitiam vxoris vel filie donatoris, an possit reuocari donatio. ead. 7. colum. numero 25 eod.  
 donatarius qui adulterauit vxorem donantis dicitur intulisse se donatori atrocem iniuriam, & donatio reuocatur. ead. 7. col. nu. 26 eod.  
 donatarius si cognoscat carnaliter concubinam donantis poterit priuari donatione cum sit atrocis iniuria. ead. colum. numero 27 eod.  
 donatarius si destorauit filiam donatoris dicitur commississe atrocem iniuriam, idem de nepte, & pronepte. eodem, numero 29 161  
 donatarius qui iudicauit in causa criminali vel magna causa contra donatorem si iuste iudicauit non reuocatur donatio propter ingratitudinem: secus si iniuste. ibidem, numero 31  
 donatarius qui perhibuit testimonium contra donatorem in causa criminali dicitur ingratus si sponte perhibuit testimonium. ibid. nu. 32  
 donatarius si inferat per se vel per alium impias manus in donatorem priuatur donatione vti ingratus. ibidem, numero 33  
 donatarius qui eleuauit manum, ut percuteret, & non percussit, an sit donatione priuandus. ibid. nu. 35  
 donatarius qui lacerauit vestimenta donantis, an sit donatio ne priuandus. ibi. nu. 36

Donatarius si intulit manum in res quas donator tenebat an donatione possit priuari. ibid. nu. 37
Donatarius si detineat donatorem in vinculis vel carcere absque legione corporis, an dicatur inferre impias manus. ibi. numero 38
Donatarius si detineat donatorem in bello licito & non inferat iniuriam, non poterit donatione priuari. ibi. nu. 39
Donatarius si inferat impias manus in uxorem vel filium donantis non poterit donatione priuari. ibi. nu. 4
Donatarius si se defendendo vel iurando percussit donatorem non dicitur intulisse impias manus. ibi. nu. 44
Donatio an possit reuocari si donatarius volens percutere alium percussit donatorem. ibi. nu. 45
Donatione an possit priuari vulnerans donantem principis, & patrie proditorum. ibid. nu. 47
Donatio reuocatur si graue damnum donatarius in bonis donatoris dedit. ibi. nu. 50
Donatarius si non intulit graue damnum, sed inferre tentauit an possit priuari donatione. ibid. nu. 52
Donatarius si aliquid periculum vii donatori intulerit donatione priuari poterit. ibid. nu. 53
Donatio reuocatur si non fuit adimpletus modus in donatione adiectus. ibi. nu. 54
Donatio non reuocatur ex eo quod donatarius non subuenit donatori in necessitatibus si non fuit dictum. ibi. n. 56
Donatarius qui non adimpleuit coeuentia, an possit purgare moram. eod.
Donata qua actione repetantur quando donatarius non adimpleuit coeuentia. ibid. nu. 58
Donatarius si denegauerit alimentum donatori pro modo facultatem donatio poterit reuocari. ibi. nu. 59
Donatione facta si alteri sint bona hypothecata per donatarium an per ingratitudinem repeti possint bona. ibidem, numero. 61
Donatio facta a matre filio poterit propter ingratitudinem reuocari. eod. 63
Donatio ob causam an ob ingratitudinem reuocetur. eodem, numero 64
Donatio facta ecclesie propter ingratitudinem capituli vel prelati reuocari non potest. ibid. nu. 65
Donatorem si peniteat ingratitudinis petendo veniam, an firmabit donationem. ibi. nu. 69
Donatio reuocatur ob superuenientiam literarum. ibidem, numero 71
Donator si tempore donationis habeat filium & alij postea superueniant an reuocetur donatio. ibi. nu. 73
Donator vel alius tertius si promittat quod nunquam reuocabit neque contraueniet si donans repetat bona donata propter superuenientiam literarum non committitur stipulatio. ibid. nu. 77
Donatio cuiuslibet partis an reuocetur natiuitate filiorum. ibid. nu. 78
Donatio neque adoptione neque arrogatione filij reuocatur. ibi. nu. 84
Donatio reuocatur si filius naturalis legitimitur per subsequens matrimonium. ibi. nu. 85
Donatio reuocatur si fuit facta legitimitio per rescriptum principis. ibid. nu. 87
Donatio non reuocatur legitimatione per rescriptum principis subsecuta. ead. col. 7. vlti. ord. nu. 88
Donatio iam reuocata an mortuis filijs superstitibus patre dona-

tore conuadidetur. ibid. nu. 90
Donatio reuocatur ob querelam inofficose donationis. ibid. numero 91
Donatio inofficiosa re & consilio, quando dicatur. ibidem numero 91
Donatio extraneo facta si pater ipsi filio aliqui d relinquit an poterit in totum per filium reuocari. eadem column. numero 93
Dos an debeat reſci fratri de bonis communibus. trac. societate. col. 4. vlt. ord. nu. 38
Dos tradita mulieri an possit reuocari propter ingratitudinem. trac. de don. col. 7. nu. 67
Dos promissa, & partim soluta filie de bonis communibus duorum fratrum sociorum, an in portionem fratris dotantis imputetur: an vero de communi patrimonio detrahatur, et quod in portionem imputetur plures doctores recententur. conf. 1. Baptista de Hieronimis. nu. 1
Contraria ta est opinio doctores enumeratur. nu. 2. et 3. os est quid accidentale ad matrimonium. trac. matrim. col. 5. vlt. ord. nu. 8
Ductio ad domum non est necessaria pro validitate matrimonij. trac. matrim. col. 3. vlt. ord. nu. 21
Dotis de accessorijs & appenditijs, pro ut de dote ipsa indicatur. conf. Manentis Costa. nu. 9
Duo rei stipulandi & promittendi, quomodo fiant. trac. stipu. col. 2. vlt. ord. nu. 4
Duo rei stipulandi sunt etiam in testamento. ibi. nu. 7
Duo rei debendi sunt non solum ubi dari quid promittitur, sed ubi fieri etiam. trac. stipu. col. 2. vlti. ord. nu. 8
In duobus reis promittendi lite contestata contra unum interuempitur prescriptio contra alium, & vnus contestando prodest alteri quoad interruptionem. ibidem, numero 20

E

Ebrius matrimonium contrahere non potest. tract. matrimo. col. 1. vlt. ord. nu. 6
Ecclesia non debet aliquem fraudare. trac. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 54
Ecclesia an possit mutuari. trac. mutui. colum. 1. vlti. ordine. num. 16
Ecclesia debet magis abstinere ab usura quam laicus. tracta. pigno. 4. col. vlt. ord. nu. 7
Emens ab herede bene emit, nisi ematur infra tempus datum ad deliberandum, vel nisi sit motalis aliqua super hereditate. tracta. emp. d. col. 1. nu. 33
Emens in dubio presumitur emere pro se, & ex sua pecunia. trac. emptio. 1. col. vlti. ord. nu. 42
Emens rem alienam mobilem committit furtum. trac. empt. col. 2. vlt. ord. nu. 14
Emens scilicet rem alienam venditor illi non tenetur de euctione. eod. nu. 13
Emens scienter rem sacram, & religiosam amittit rem, & precium. d. columna. 1. numero 26. limita, vt numero 28
Emens res dotales scienter perdit pretium. trac. emp. 2. col. vlt. ord. nu. 36
Emi non possunt spiritalia, & spiritali annexa, vt ius patronatus. tracta. emptio. colum. 2. vlti. ordi. numero 27

Emi

Emi non possunt liberi homines, eadem columna, numero 30
Emi non possunt dignitates, & magistratus, nec iurisdictiones, nec merum & mixtum imperium. d. col. 2. numero 33. & 34
Emi non possunt omnes illa res, que notantur in d. col. 2. vt bona feudalia empbitentica, licitiosa, ususfructus, fideicommissa, nisi quatuor de causis bona minorum furiosorum, prodigorum, nisi cum solemnitatibus, nu. 33. cum sequentibus.
Ita non potest emi frumentum missum exercitui, oleum, vinum, vt exportentur barbaris, nec arma sicut a lorica arcus, & similia. Item nec arbores ex loco Daphnes, venena mala, Christiani a Indeis & similia, que habentur. d. col. 2.
Emolumentum & lucrum societatis distracta, transit ad heredes, licet socij non sint, emolumentum tamen successores sunt. conf. 2. Baptista de Hieron. nu. 43
Ampliatur de omni emolumento etiam futuro ex eodem negotio acquirendo, sed contra, numero 52. 53. 66. & seq.
Emptio in dubio censetur facta nomine proprio non communi. tract. 1. societa. columna 4. vltimi ordinis, in fine.
Emptio, & venditio sunt correlatiua. in prin. trac. empt. & vendi.
Emptio & venditio sunt diuersa quoad distinctionem personarum. trac. emp. in prin. nu. 3
Emptio & venditio sunt paria & regula parium est, vt statutum in vno sit statutum in alio. ibidem, numero 5
Emptio & venditio quando proprie assumitur pro contractu in esse deducto, & formato emptionis nomen est idem in sensu cum nomine venditionis. ibidem, numero 7
Emptionis & venditionis contractus, diffinitus non reperitur ab Imperatore. eod. tracta. emptionis, numero 9.
Emptio & venditio est contractus bonafidei vltro citroque obligatorius, qui consensu re & pretio perficitur. ibid. numero 10
Emptio & venditio est alienatio quedam qua dominium, & possessio rei vendita transferuntur per traditionem ipsius domini, vel si non est dominus vsucapendi conditio in ementem pro ipso soluto pretio. ibidem, numero 11
Emptio & venditio est iuris gentium contractus quo alienus rei pro certo pretio dominium transferuntur, vel nexus euctionis contrahitur. eodem tracta. emptionis, numero 12
Emptionis contractus debet denominari a principaliori, & sic a consensu in princip. tracta. emption. numero 14
Emptio & venditio est contractus obligatorius vltro citroque consensu initus super re aliqua mediante pretio. ibidem, nu. 20
Emptio est de iure gentium absolute secundum Bar. trac. em. in prin. nu. 22
Emptio quomodo fuerit introducta. ibi. nu. 23
Emptionis appellatione, que veniant & comprehendantur. tracta. emptio. in princip. numero 26. & vide supra in ver

bo appellatione.
Emptio & venditio quotuplex sit. tracta. empt. in ord. diuis.
Emptionis & venditionis contractus inter quas personas possit contrahi. trac. emp. 1. col. vlti. ordi. ubi qui possint emere & qui non.
Emptio & venditio regulariter est prohibita inter patrem & filium. trac. emp. col. 1. vlt. ord. nu. 6.
Emptionis contractus non potest fieri inter gerentem officium publicum & subditos limita, vt trac. emp. col. 1. vlt. ord. nu. 7
Emptionis contractus non valet inter pupillum & tutorem. limitatur vt d. col. 1. nu. 8
Emptionis & venditionis substantia sunt tria, res, pretium & consensus. tracta. emptio. 3. columna, vlti. ordi.
Emptio non valet si res, que venditur non subest & si subest pro parte valet pro parte. trac. emp. col. 3. vlt. ord. aliquando valet, nu. 3
Emptor cogitur dare pecuniam & venditor tradere rem tantum. trac. emp. col. 3. nu. 9
Emptio a locatione discernitur ex mercedis quantitate si annua, vel semel. ibi. nu. 17.
Ementibus licet se pretio circumuenire extra tamen dimidiam iusti pretij. tracta. emptio. columna 3. vlti. ordi. nu. 21
Emptio facta pro quanto pretio erimus in concordia inter nos non valet statim. tracta. emptio. colum. 3. vlti. ordi. nu. 25
Emptor non potest retinere rem & pretium. trac. empt. col. 3. nu. 36
Emptor debet percipere fructus pro rata temporis & pretij soluti. ibid. nu. 37
Emptor aliquibus casibus non potest agere de euctione. trac. emp. col. 4. vlt. ord. nu. 2. & 3.
Emptionis natura est, vt dominium transferatur in emptorem si vendens est dominus, alias transferatur vsucapienti di conditio. trac. emp. col. 4. num. 8
Emens videtur emere rem ratione dominij. ibidem, numero 21.
Emptor potest agere de euctione in contractu emptionis. trac. emp. col. 6. vlt. ord. nu. 2
Emptor an teneatur stare colono tracta. emptio. 4. col. vlti. ordi. numero 37. 80. & tracta. loca. 4. col. vlti. ordi. numero 3
Emptio & venditio pluribus modis annullatur. trac. empt. col. 7. vlt. ordi. nu. 1
Emptio & venditio rescinditur contrario consensu partis, vel propter dolum & metum per lationem ultra dimidiam per inobseruantiam promissorum per pactum & similia. trac. emp. col. 7. vlt. ord. nu. 2
Empta res si pereat casu fortuito, non potest agi remedio legis. 2. C. de rescin. vend. tract. emptio. col. 7. vlt. ordi. nu. 16.
Emptio & venditio potest consistere in re incerta, non autem pignus in prin. trac. pign. nu. 7
In emptione & venditione quamuis res intervenire debeat non tamen actus requiritur ad cauendam obligationem. col. Re. nu. 11
Enormissima lesio facit presumi contractum dolo factum, trac. mutui. col. 7. vlt. ord. nu. 18

enor-



I N D E X

Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.
Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.
Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.

Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.
Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.
Enormissima laesio, enormior, & enormis, quae sint, colum.

F

Faber si conduxit domum prope studiosum, lectorem,
Faber si conduxit domum prope studiosum, lectorem,
Faber si conduxit domum prope studiosum, lectorem,

I N D E X

Filiusfam. non tenetur de mutuo sibi facto, nisi ipse habeat
Filiusfam. non tenetur de mutuo sibi facto, nisi ipse habeat
Filiusfam. non tenetur de mutuo sibi facto, nisi ipse habeat

set magnum laborem. ibid. nu. 13
Fructus non computantur in sortem si creditor fecit expen
Fructus non computantur in sortem si creditor fecit expen

G

Gallus Aquilius inuenit stipulationem. trac. stip. 1. col.
Gallus Aquilius inuenit stipulationem. trac. stip. 1. col.
Gallus Aquilius inuenit stipulationem. trac. stip. 1. col.

I N D E X

Generali obligatione omnium bonorum, veniunt pecunia. trac. pig. in 5. ord. subdist. pig. nu. 13 44
Generali obligatione veniunt nomina debitorum. ibidem, numero 14
Generali obligatione omnium bonorum, adiecto constituto veniunt sit. ar. ibi. nu. 12
Gener. oblig. bonorum, non restricta ad locum certum, veniunt mercos. ibi.
Generali obligatione veniunt bona emphyteutica. ibidem, numero 17
in Generali obligatione apposta in locatione comprehenditur res locata. ibi. nu. 18
In Generali obligatione non veniunt res dotales datae mari to. ibi. nu. 19
Generali obligatione non veniunt feudalia bona. ibidem, numero 21
Generali obligatione non veniunt bona prohibita alienari sub pena eo. nu. 24
Generali obligatione non veniunt bona linellaria. ibidem, numero 25
Generali obligatione non veniunt bona haereditaria, qui obligat. ibi. nu. 26
Generali obligatione, non venit ius patronatus. ibid. numero 27 45
Generali obligatione non veniunt bona, quae verisimiliter, quis non est obligatus. ibi.
Ad Generalis obligationis essentiam sufficit, si res veniat posse in bonis debitoris obligatis. ibi. nu. 32
Genus perire non potest. tracta. emp. col. 5. vlti. ordi. numero 25 83
Gratiosa venditio, quae sit. vide trac. empt. in 4. ord. diuis. nu. me. 6 70

H

Haeres promissoris, qui non possidet rem in solidum conuenitur in solidum in contractibus, seu actionibus bonafidei. columna contrac. articu. 4. numero 39 5
Haeres potest uendere & emens ab haerede bene emit nisi emat infra tempus datum ad deliberandum, uel nisi mota sit aliqua lis. tracta. emptio. col. 1. vlti. ord. numero 33 72
Haeres vendens rem, de mandato testatoris dicitur emens habere rem a testatore non ab haerede. trac. manda. col. 4. vlt. ord. 134
Haeres certus nominari non debet in societate, ne libera restandi facultas adimatur. consi. 2. Baptista de Hierony. nu. 35 121
Haeres socij complere, & perficere tenetur negocium inceptum. Intellige, quando negocia essent pendencia, uel ex re. communi, ibid. nu. 44. & 67.
Haereditas uiuentis vendi non potest, & vendens primatur eius successione. trac. empt. col. 2. vlti. ord. numero 5 73
Hypothecaria actio, quae sit, & quando detur, & cuius naturae sit, vide tract. pigno. columna 6. vltimi ordinis. 53
in Hypothecaria actione oportet quod probetur rem illam si bi fuisse hypothecatam & fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, secus in interdico Saluianq. trac. pig. col.

6. vlt. ord. in fine. 54
Hypothecaria actio altera est directi, altera utilis. eodem, nu. 2 53
Hypothecaria actio, est realis. trac. pigno. col. 6. suprad. numero 16 54
Hypothecaria sicut solo consensu constituitur, ita solo consensu soluitur, tracta. pigno. columna 7. vlti. ordi. numero 1 54
Humana natura inesse deducta triplex potentia ei concessa fuit. col. contractus, art. 3. nu. 7 3

I

Actura gratis, quae dicitur. trac. donat. col. 7. vlt. ord. numero 51 162
Ignorantia in facto proprio non est tolerabilis. limita sex modis. trac. indeb. in prin. nu. 6 25
Impedimentum legitimum excusat a mora. ibidem, numero 55
Implementi non secuti exceptio dicitur litis finitae, & impedit litis ingressum, & potest quandocunque opponi, etiam stante statuto prohibente exceptiones aliquas opponi, & datur eadem exceptio ad rescindendum etiam contractum nominatum. consi. 2. Baptista de Hiero. nu. 56 121
Implementum secutum fuisse probari debet ab eo, qui implere tenetur. ibi. 59
Incestuosus quod prohibitus videatur contrahere matrim. trac. mar. col. 1. vlt. ord. nu. 24 179
Incorporalis res non potest diuidi per naturam, seu accidentaliter. trac. stipu. in 6. ord. col. 1. nu. 20 60
Inclusio unius est exclusio alterius quando non apparet de contraria uoluntate disponentis. trac. contractus. 1. col. art. 4. nu. 31 5
Indebitum triplex est secundum glo. trac. indeb. in ord. diuis. nu. 1. secundum Bar. quadruplex est. 25
Indebitum non est contractus, cum distrahatur uideatur, qui soluit indebitum. trac. inde. in prin. nu. 1.
Indebiti distinctio, quae sit, seu quomodo describi possit. trac. indeb. in prin. nu. 4 eo.
Indebitum est non tantum quod omnino non debetur, sed quod alij debetur si alij soluitur aut si alius soluat, quod aliud debet per errorem. eo. nu. 7 eo.
Indebiti in contractu quatuor sunt consideranda. ibidem, numero 5
Indebitum secundum Bar. quadruplex est secundum Petrum quintuplex, secundum Cassem. sexduplex, secundum Ias. octuplex, sed Bar. communiter approbatur. trac. ind. in ord. diuis. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. eo.
Indebitum iure civili, & indebitum naturale quale sit, & indebitum iure naturali, sed debet iure civili, & indebitum iure civili, sed naturaliter debet, & quando possit indebitum repeti. eod. ord. diuisi. numero 9. 10. & 11 eo.
Indebitum per exceptionem, sed utroque iure debet, quid sit, quando repeti possit. ibi. nu. 13
Indebitum per exceptionem unicum est, quod dupliciter potest distinguui, immo quadrupliciter. tract. inde. eo. ord. nu. 14. eo.
Indebiti conditionem, quae causa inducant, duas. trac. inde. col. 1. vlt. ordi. nu. 1 26

Inde.

I N D E X

Indebiti conditio inducitur, quoties dubium est, an exceptio sit temporalis, uel perpetua. trac. in. leb. col. 1. vlt. ord. nu. 5 eo.
Indebitum in duobus casibus repetitur. d. col. 2. numero 7 eo.
Indebitum mutuo assimilatur. trac. indeb. col. 5. vlti. ordi. numero 2 27
Infideles, ut sunt Iudei & Saraceni, & similes, an contrahere possint matrimonium. tracta. matrimo. col. 1. vlt. ordi. nu. 25 179
Individuum quatuor modis accipitur. trac. stip. col. 1. sex. ordi. nu. 2 59
insinuatio quid sit. tracta. donat. colum. 3. vlti. ord. nu. 6 152
insinuatio requiritur de substantia in donatione, quae excedit 500. aureos. ibi. nu. 5
insinuatio a quo, & quando, & quo tempore fieri debeat. ibid. nu. 8
insinuatio siue fiat a donante, siue a donatario, confirmatur donatio. ibi. nu. 9
insinuatio non requiritur in aliquibus donatarum. ibi. nu. 5. usque ad 22 152. & 153
ingrati uero quid sit. tracta. de donat. colum. 7. vlti. ordi. nu. 21 160
ingrati uero est, si donatarius atroces iniurias in donatorem effundat. ibi. nu. 22
intellectus quatuordecim dantur ad l. Labeo. §. contractus. ff. de uerbo. signi. col. contrac. art. 1. nu. 18 1
intellectus ad l. Labeo. §. contractus, col. contrac. articu. 2. nu. 10 2
intellectus ad §. 2. Insti. quib. mod. re. contrab. obli. col. indebitum, nu. 3 24
intellectus ad l. si olei. C. loca. trac. loca. col. 2. vlti. ordi. numero 14 92
intellectus ad l. Paulus. ff. de solutio. trac. mut. col. 2. vlt. ord. nu. 10 15
intellectus ad l. cum quid. ff. si cert. peta. trac. mut. col. 4. vlt. ord. nu. 6
intellectus ad l. die sponsali. & l. Lucius. ff. de pos. col. 3. vlti. ord. trac. de pos.
intellectus ad l. si fur. ff. si cer. pet. trac. mut. col. 2. vlt. ordi. numero 22
intellectus ad l. commodis. ff. de re iudi. & l. spem. C. quae res pig. trac. pig. 2. col. vlt. ord. nu. 29
intellectus ad l. actionem. S. non nunquam. ff. pro soc. trac. socie. col. 6. vlt. ord.
intellectus quatuor habet. l. singularia. ff. si cer. pet. trac. mut. col. 5. nu. 5
intellectus & animi probitas locari non potest. tract. loca. col. 5. vlt. ord. nu. 46
intellectus ad c. commissum, de spons. trac. spons. col. 7. vlti. ord. nu. 7 170
interesse incertum est, sed verificatur per iudicem. trac. mut. col. 6. vlt. ord. nu. 8
interesse in uenditione toleratur de iure civili, & canonico. trac. emp. col. 3. vlt. or. nu. 38
inseparabile & indiuiduum differunt. trac. stip. col. 1. 6. ord. numero 6
intrinsicca matrimonij naturalia, tria sunt, fides, proles, & sacramentum. tracta. matrimo. col. 3. vlti. ordi. nu. 29 184

immensus in possessionem pignoris si potest tenetur locare rem & fructus percipere. tracta. pigno. col. 4. vlti. ordi. numero 6
inquilius dicitur qui conuocit domum in ciuitate, iuxta dicitur colonus. trac. loca. in prin. nu. 11
immunitas concessa hominibus certi loci extenditur ad Iudaeos. trac. soc. col. 1. vlt. ord. nu. 24
immunitas concessa alicui & rebus suis censetur hominibus, & uassallis concessa. colum. Re inscripta, numero 19 10
impedimenta matrimonij, quae sint. trac. matrim. col. 7. vlt. ord. per totum 194
impedimenta coeundi impediunt matrimonium. ibid. numero 44 200
impuberes dicuntur prohibiti contrahere matrimonium ratione aetatis. tracta. matrimo. columna 1. vlti. ordi. nu. 1. 176
in Instrumentis publicis de consuetudine duo testes sufficiunt. trac. mutui. col. 2. vlt. ord. nu. 4 15
in Instrumentis publicis iuratur per contrahentes omnia & singula uera esse nec contrahere. col. contractus, articu. 4. nu. 50 6
Instrumentum stipulationis in consecutione octo requirit. tracta. stip. 4. col. vlt. ord. nu. 12 64
in iudicij bonafidei iurari potest in litem, non autem in iudicij stricti iuris. col. 1. contractus inscripta, articu. 4. numero 38 5
inuocatio Domini nostri Iesu Christi in instrumentis non est necessaria in puncto iuris, secus de consuetudine. col. contractus, art. 7. nu. 28 9
iocalia ut bona mobilia filia tempore nuptiarum data, an in partem patris dotantis dari debeant. consi. Adamentis Co. ste. nu. 8 116
index ecclesiasticus non ingerit se in pena sanguinis. col. contractus, art. 3. nu. 31 4
Index etiam de quantitate incerta debet ferre sententiam. tract. mutui. col. 6. vlti. ord. nu. 9. 22
Index uendere potest propria auctoritate rem absentis. trac. emptio. col. 1. vlt. ord. nu. 34. 72
Iudex potest emere & uendere. tract. emptio. col. 1. vlti. ord. nu. 36. eo.
Iudicialis stipulatio quae sit. tract. stipula. in ord. diuis. 2. 7
Iurisdictiones uendi non possunt. tract. emptio. col. 2. vltim. ord. numero 33. 74
Iuramento apposto, an sponsalia dissolui possint mutuo consensu absque peccato, ubi distinctio & conciliatio opinionum. trac. spons. col. 7. vlti. ordi. nu. 4. & 5: 170
Iuramentum ualeat & tenet in filiofami, & maxime de iure canonico. trac. mutui. col. 3. vlt. ord. nu. 16 17
Iuramentum, an ualidet contractum. emp. col. 7. vlti. ordi. numero 25 24
Iuramentum an suppleat insinuationis defectum. trac. don. col. 3. nu. 20 152
Iurari potest in litem in omnibus contractibus stricti iuris, col. contractus, articu. 4. nu. 28 5
Iurari potest in litem in contractu depositi. trac. de pos. col. 5. vlt. ord. 37
Iurari potest in litem in contractu commodati. eo.
Ius pertinet uel ad personas, uel ad res, uel ad actiones. col. Re. nu. 17. 10
Ius civile ius naturale tollere non potest si ad contrarium tendit.

I N D E X

tendit. trac. stip. col. 1. ult. ord. nu. 79 & col. contractus. art. 3. nu. 20 3
ius civile inuenit quasdam conuentiones à iure gentium inuentas, que nude erant à nomine non à causa. col. contra. art. 3. nu. 33 4
ius civile ne defectuum videretur inuenit quatuor contractus. eo. 3. arti. nu. 34 eo.
ius civile introduxit quosdam actus, in quibus pacta nulla producerent actionem. col. contractus, articu. 3. nu. me. 32 eo.
ius civile inuenit quasdam conuentiones nudas à nomine, & nudas à causa & eas nec approbauit nec improbauit eo. 3. arti. nu. 21 3
ius civile improbauit quasdam conuentiones turpem habentes casum. d. 3. arti. nu. 19 eo.
ius civile nariè se circa dispositionem inuigilantem habuit. d. 3. arti. nu. 17. eo.
ius pratorium superuenit & in iuris civilis dispositione locutum fuit & varia noua remedia introduxit. d. 3. arti. nu. 35 4
ius pratorium in celebratione contractuum inuenit constitutum. d. 3. arti. nu. 36 eo.
ius gentium inuenit nominatas conuentiones emptionem, uenditionem. d. 3. arti. nu. 18 3
ius gentium dupliciter potest distingui. d. 3. articu. numero 11. eo.
iura passiva in alium transire non possunt. consi. 2. Baptiste de Hier. nu. 33 120
iuramentum intelligitur secundum naturam actus. ibidem numero 38 8
iuramentum obligat quempiam ad praesentiam obseruantiam, & facit ualere actum omni meliori modo. consi. 2. Baptiste de Hier. nu. 9 119
inuentum secundo introducta sunt bella seruitutes distincta dominia condita regna obligationes causata. col. contra. 3. arti. nu. 12 3
inuentum contractus seu obligationes non actionum remedijs executioni demandantur, sed manu regia. col. contractus. eo. nu. 14. eo.
ius naturale dupliciter distingui potest. d. 3. articu. numero 9 eo.
iure canonico regulariter non datur actio. eodem, numero 27 eo.
iure canonico datur actio. eo. nu. 29. eo.
iure canonico ius naturale appellatur, quod in euangelio continetur, eo. nu. 10 eo.
iure canonico pactum nudum producit actionem, col. contractus. art. 3. nu. 24 eo.
iure antiquo creditor poterat eligere de duobus reis unum, & in solidum conuenire cum protestatione, hodie non potest conueniri nisi unus pro parte, nisi alter sit inops, uel absens. trac. stip. col. 2. vlt. ord. nu. 18. 64
iura varia considerantur in actibus inuentum. col. contractus. 3. arti. nu. 4. 3
ius patronatus emi non potest. trac. emp. col. 2. vlti. ordi. nu. me. 27. eo.
ius patronatus commune laico, & ecclesie, an reguletur secundum ecclesiam, uel laicum. trac. stipu. 6. ord. colu. 1. nu. 3 59
ius reuocandi donationem, est personale ab utraque parte. trac. donat. colum. 6. ult. ord. nu. 4 158

ius acquisitionem tertio non potest per legitimacionem per scriptum Principis tolli. d. trac. col. 7. eo. ordine. numero 89 165
ius pretium quando intelligatur. trac. emp. col. 3. vlt. ordi. nu. 30

L

Legati, seu ambassiatores si mittunt in legatione equos & uasa argentea, non restituntur eis de publico. trac. mand. 4. col. vlt. ord. nu. 25 135
Legatum pluribus factum diuiditur inter eos. trac. stipu. col. 2. vlt. ord. nu. 13 64
Legatum reuocatur alienatione voluntaria rei legatæ, sicut donatio causa mortis. trac. de donat. ordi. diuis. nu. 38 145
Legis finalis. C. de reuo. dona. conditioni, an possit praescribi. trac. de dona. col. 7. nu. 70 163
L. si unquam. C. de reuo. dona. quomodo loquatur de libertis tamen procedit etiam in donatione facta extraneo. ibid. nu. 74. 164
L. si unquam dispositioni an possit per patrem renunciari. ibidem, nu. 75
Legis, si unquam, decisio non procedit in donatione ob causam. ibi. nu. 80
Legis, si unquam, dispositio an procedat in donatione causa mortis. ibi. nu. 81
Legis, si unquam, dispositio, an procedat & habeat locum etiam in filio naturali, ead. 7. col. nu. 82 eo.
Legitimatio, an propter ingratitudinem filiorum reuocetur. trac. dona. col. 7. nu. 64 163
Legitimati per subsequens matrimonium, dicuntur proprie & uere legitime nati. trac. dona. col. 7. vlt. ordi. numero 86 164
Leuatio proprii filij de fonte matris, impedit matrimonium. trac. matrimo. columna 7. vlti. ordi. numero 64. 203
Lewis & leuissima culpa, qua sit, uide supra in uerbo, culpa.
Lex non debet uerbis imponi. trac. stipu. in princip. numero 11 57
Liberalitas nolenti conferri non potest. trac. donat. in prin. nu. 7 140
liberatio non potest fieri sine uerbis, ut per acceptilationem. trac. stipu. 1. col. ult. ordi. nu. 11 62
liberatio non inducitur per donationem hoc est per ipsum actum donandi sed per solutionem, qua uidetur facta à debitore ipsi creditori donante. trac. stipu. col. 1. vlti. ord. nu. 12 eo.
libellus quomodo formetur pro consequendo beneficio. l. 2. de rescrip. uenditio. trac. emptio. columna fina. numero 27 86
licitum, an sit pacificum cum mercatore, ut soluat, nomine lucrari quid certum singulo anno. trac. socie. in 3. col. vlti. ordi. nu. 8. remissiuè. 10 107
litigiosa res non possunt emi, nec uendari. trac. emp. col. 2. vlti. ord. nu. 38 74
locatio ponitur immediate post uenditionem, quia ad eius similitudinem contrahitur. trac. loca. col. 1 88
locatio solo consensu contrahitur. ibid. nu. 2. & contrario soluitur. col. fi. nu. 1. 99

loca-

I N D E X

locatio interdum sine pretio fit, sed uenditio non fit. trac. loca. in prin. nu. 6 88
locatio & conductio sunt correlatiua. trac. loca. numero 9 eo.
locator & conductor quis dicatur. trac. loca. numero 10. eo.
locationis contractus quomodo à Doctoribus diffiniatur. eo. nu. 12 eo.
in Locatione usus transfertur non dominium. eodem, numero 13 89
locationis contractus assimilatur in tribus emptioni. eodem, numero 21 eo.
locationis substantia est merces. eo. nu. 24 eo.
locatio alia est in scriptis, alia sine scriptis. trac. loca. in ordi. diui. nu. 1 eo.
locatio altera est in specie, altera in genere. eodem, numero 2 eo.
locatio alia est proprie, altera improprie. eodem, numero 3 eo.
Quando locatur, ut reddatur idem, est proprie locatio, quando, ut reddatur eiusdem generis est improprie locatio. trac. loca. in ordi. diui. nu. 3 eo.
locatio improprie erit, si detur pensio in alio genere & detur ad numerum. trac. loca. in prin. nu. 25 89
locatio alia est temporalis alia perpetua. trac. loca. in ordi. nu. 5 90
locatio altera fit ad tempus modicum, altera ad tempus magnum. eo. ordi. diui. 6. eo.
per Locationem constituitur ius in re & dicitur alienatio. trac. loca. in ordi. diui. nu. 8 eo.
locatio facta ad uitam, an habeat naturam perpetua locationis. trac. loca. in ordi. diui. nu. 9 eo.
locatio perpetua dicitur, si per 30. annos singulis annis conductores soluerint pensionem. trac. loca. in ordi. diui. numero 10 eo.
locatio altera est expressa, altera tacita. ibi. nu. 11 91
locatio alia est conditionalis alia pura. ibi. nu. 12 91
locatio alia est circa rem, alia circa operam. ibi. nu. 13 91
locator tenetur ad tradendam rem & ad patientiam usus & functionis, & precise tenetur, alias ad interesse, & e contra conductor ad pensionem. trac. loca. 3. col. vlt. ord. nu. 10 92
in Locatione locatorem debet per biennium defecisse, ad hoc ut expelli possit. trac. loca. colum. 3. vlti. ordi. numero 25 92
in Locatione tria sunt de substantia, res, merces, & consensus. trac. loca. in 3. col. vlti. ord. eo.
in Locatione debet necessario pecunia adesse. trac. loca. col. 5. vlt. ordi. nu. 2. 98
in Locatione praesertim ille, cui domus, seu fundus est solitus locari. trac. loc. col. 4. vlt. ord. nu. 12 94
locatio annullatur si res conducta pereat. trac. loc. colum. 7. nu. 19 99
locatio annullatur si tempus locationis sit finitum. trac. loc. 7. col. vlt. ord. nu. 2 eo.
locatio annullatur propter pestem. ibid. nu. 3 eo.
locatio annullari potest à conductore, quando locator non uult obseruare pacta. trac. loca. col. 7. vlti. ord. numero 7 eo.
locatio annullatur à conductore, si conductor fuit expulsus. trac. loc. col. 7. vlt. ord. nu. 10 eo.

locator potest annullare contractum, si conductor non soluit mercedem. trac. loca. eadem colum. 7. numero 10 eo.
locator potest annullare contractum si doceat sibi esse necessariam domum. Item si eam uelit reficere, uel si conductor in ea male uerletur, uel si fundus uendatur à locatore. Item si faber mallearius sit prope rem locatam, & multis alijs de causis, de quibus in 7. col. vlt. ord. trac. locatio. eo.
locator si promittit conductori tradere praedia seminata, & conductor recipiat frumentum pro semine, sibi preiudicat. trac. loc. col. 7. vlt. ord. nu. 8 eo.
locationis natura est, ut per eam acquiratur possessio. trac. loca. colum. 3. vlt. ord. numero 15. nisi sit in preiudicium tertij. 94
locatio facta duobus diuerso tempore cui debeat seruari, & prauelet ille cui primo res est tradita. trac. loc. col. 4. vlt. ord. nu. 11 93
locatio & conductio quomodo cognoscatur ab emptione, & uenditione. trac. loca. colum. 5. vltimi ordinis, numero 23 95
locatio transit ad heredes etiam si sit unita cum societate, sed contra, numero. 41. & seq. consi. 2. Baptiste de Hiero. nu. 17 119

M

Magistratus de iure civili sunt introducti, col. contractus, art. 3. nu. 13 3
magistratus de iure civili non sunt inuenti, sed de iure gentium. eo. nu. 16 eo.
mandatum solo consensu contrahitur in prin. man. nu. 1. 124 & col. 3. vlt. ord. trac. mand. nu. 1. 133
mandatum dicitur quasi manu datum. trac. man. in princip. nu. 2 124
mandatum diffinitur, ut sit ius, quod consistit in moribus. eo. nu. 3 eo.
mandatum in genere omnium legum precepta dici possunt, sed in specie ea sola mandata dicuntur qua iudicibus traduntur circa modum gubernandi prouinciam. eodem, nu. 3 eo.
mandatum à precepto quid differat. trac. manda. in princip. nu. 5 eo.
mandatum est officium honestum gratis susceptum exhibendum. eo. nu. 6 eo.
mandatum alterum uoluntarium, alterum necessarium. trac. mand. in 4. ord. diuis. nu. 1 125
Mandatorum tria reperiuntur genera de subiecto uniuersali de generali de particulari. trac. mand. in 4. ordi. diui. nu. 2 eo.
mandatorum duo genera reperiuntur, non tria, eodem. 126.
mandatum generale & uniuersale uidetur idem, & non differt. ibi. nu. 3 eo.
mandatum generale si fiat procuratori, si in eo casus aliquis speciale mandatum exigens excipiat, ceteros omnes casus, in quibus speciale mandatum exigeretur, comprehendit, trac. manda. in quarto ordi. diui. numero 5 eo.
mandatum speciale siue singulare, quod dicitur. trac. mand. in 4. ordi. diui. eo.

d man-

# I N D E X

mandatum speciale a generali quomodo differat . ibidem , numero 9  
 mandatum speciale regulariter plus potest , quam generale ibidem .  
 mandatum generale regulariter comprehendit illud speciale , sine quo generale mandatum esset frustratorium . ibid . numero 6  
 mandatum generale in multis casibus non sufficit , sed requiritur speciale . ibi . nu . 10  
 mandatum speciale requiritur , si quis alterius nomine matrimonium promittere velit . ibid . nu . 11  
 mandatum speciale requiritur , cum agitur in causa restitutionis in integrum . ibi . nu . 12 . Et late declaratur , quando procedat .  
 mandatum speciale non est necessarium ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum . ibidem , numero 23  
 mandatum speciale requiritur cum agitur de suspicione . ibidem , nu . 24  
 mand . spec . requiritur in interdico de liberis exhibendis . ibidem , nu . 25  
 mand . spec . requiritur quando sunt duo procuratores omnium rerum alicuius , tunc non potest unus ab alio exigere sine speciali mandato . ibi . nu . 26  
 mand . spec . requiritur in interponendo filio super hereditate adenda . ibi . nu . 27  
 mand . spec . requiritur in ligando in causa matrimonij . ibidem , numero 28  
 mand . spec . in casu . l . qui ita . ff . ad Senatufconsul . Trebel . ibid . nu . 29  
 mand . spe . in casu . l . item eorum . § . sed si ita decreverint . ff . quod cuius unius ibi .  
 mand . spec . in remittenda pignoris obligatione eo . Et quando sit idoneum mand . ad pignorum vide tr . ac . pig . col . 1 . ut . ord . nu . 30  
 mand . spec . requiritur in acceptilatione , in pacti interpositione , in iuramenti declaratione , Et prestatione , Et recipienda solutione . eo . 4 . ord . diui . tr . ac . mand . nu . 31 . Et 32 . eo .  
 mand . spec . requiritur in iuramento calumnie , vel in iuramento in animam alicuius prestando in transactionis interpositione . ibi . nu . 35  
 mand . spec . requiritur in vendendo Et in retractanda venditione facta per dominum . ibi .  
 manda . specia . requiritur in donando , Et in renuntiando , Et ad ualidandam Et ratificandam sententiam . ibidem , numero 36  
 mand . spec . requiritur ad obligandum dominum ex contractu Et obligatione personali . ibi . nu . 37  
 mand . spec . requiritur in voti transmarini dispensatione in absolutione petenda ab excommunicatione . ibidem , numero 38  
 mand . spec . requiritur in exemplatione instrumentorum conscriptorum . ibi .  
 mand . spec . requiritur in compromisso faciendo . ibidem , numero 39  
 mand . spec . requiritur in rescripti impetratione , Et sic in literis apostolicis ad lites impetrandis , nisi sit coniunctus . ibidem .  
 manda . specia . requiritur in pace fienda , Et conseruanda . ibidem .  
 mand . spec . requiritur in criminum obiectione , Et oppositio

ne . ibi . nu . 40  
 mand . spec . requiritur in conventionione iudicis post finitum officium . ibi .  
 mand . spec . requiritur in collatione beneficiorum . Item ad acceptandum beneficium nomine alicuius . ibidem , numero 41  
 mand . spec . requiritur cum Papa , vel Imperator aliquid sibi resonat . eo .  
 mand . spec . requiritur in nominando dominum in iudicio . Item ad declarandum libellum obsecrum productum , ad allegandum iudicem suspensum . ibi .  
 mand . spec . requiritur in provocanda in iudicio . Item quando aliquis impetrat pro alio restitutionem natalium . ibi . nu . 45  
 mand . spec . requiritur cum petitur absolutio in formaturis in persona alterius . ibi .  
 mand . spec . requiritur in actione iudicati . Item ad renunciam dum libris ac causis nomine domini . ibidem , numero 40 . Et 45  
 manda . spec . requiritur ad faciendum incidere in penam mandantem , Et sic ad illicitum actum . ibidem , numero 47  
 mand . spec . requiritur ad ponendum in instrumento constitutum . ibi . nu . 48  
 mand . spec . requiritur in oblatione filij idolis facienda . ibid . numero 49  
 mand . spec . requiritur ad carcervandum aliquem . ibidem , numero 48  
 mand . spec . requiritur ad faciendum mandatum . ibi .  
 mand . spec . requiritur ad tollenda , Et immutanda ea , qua a domino sunt statuta . ibi . nu . 50  
 mand . spec . requiritur ad interpellandum . nu . 49 . Et similia Et ponit aliquos casus , in quibus speciale mandatum requiritur Rebuffus in sua praxi beneficiorum in forma variatus sub nu . 31 . ibi dum declarat clausulas , que mandatum speciale operantur , Et includunt .  
 mandatum generale aliquando fit cum libera , aliquando sine libera . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . in diuis . nu . 55 . 128  
 mandatarius , qui habet mandatum cum libera , potest omnia facere , que potest dominus , Et habet liberam administrationem , Et aliud pro alio exigere Et accipere potest ibidem .  
 mandatum generale cum libera , tantum valet quantum speciale in casibus , quibus requiritur speciale mandatum . ibidem .  
 mandatum quantumcunque generale , Et liberum , Et plenum fuerit , tamen non comprehendit facultatem profurandi , Et alienandi temere , Et donandi aliena . ibidem , numero 57  
 mandatum superioris factum alicui ut aliquid faciat , intelligitur cum causa cognitione , Et servatis seruandis . ibid . nune . 59  
 mandatum habens ad transgendum Et ad compromittendum cum generali Et libera non potest gratis liquidum remittere . nec potest extendi eius facultas , ut mandatarius faciat id quod dominus non est verisimiliter factururus . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . nu . 60  
 mandatum habens ad recipiendum solutionem a debitore , Et ad quietandum Et liberandum , si non apparet de solutione realiter facta , sed solum de confessione ipsius , non nocet mandanti ne possit petere . ibi . nu . 61

man-

# I N D E X

mandato quantumcunque generali nunquam intelligitur mandatum procuratori , ut indebitum recipiat aut illicitum . ibi . nu . 62  
 mandatum generale cum libera , aut est cum libera a lege , aut cum libera ab homine . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . in 4 . diuiso . nu . 63  
 mandatum generale cum libera ab homine maioris efficacia est , quam mandatum a lege . ibi . nu . 65  
 mandatum speciale in aliquibus casibus omnino requiritur , nec sufficit generale cum libera , ut tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . nu . 66  
 mandatum generale cum libera ab homine , aut est cum libera , Et generali administratione omnium rerum , vel bonorum ipsius mandantis , aut est generale mandatum cum libera administratione omnium negotiorum ipsius mandantis , Et quomodo differant vide tr . ac . mand . in ord . diuisi . nu . 67  
 mandatum potest esse indeterminatum , Et determinatum . tr . ac . mand . in ord . diui . Et ibidem , quomodo differant . ibi . nu . 68  
 mandatarius si plures emit rem in excessu , vel deterioratione vel diminutione quantitatatis in preiudicium mandantis , non datur actio mandati nisi ad formam debitam reducatur . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . nu . 69  
 mandatum non impletur si in alia specie excedatur . in 4 . ord . di . eo .  
 mandatum aliud est expressum aliud tacitum . eo . ord . diui . nune . 70  
 mandatum tacite probatur ex scientia Et patientia . ibi . nune . 71  
 mandatum quatuor casibus tacite non inducitur etiam ob scientiam Et patientiam . eo .  
 mandatum procuratorium non solum per expressam confessionem , sed etiam per tacitam inducitur . ibidem , numero 73  
 mandatum tacitum inducitur per concessionem instrumenti , Et per redditionem censetur reuocatum tacite . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . Et colum . 4 . ultimi ordinis , numero 74  
 mandatum tacitum presumitur ex verbis obscuris , Et ambiguis . ibi .  
 mandatum quibus verbis fiat refert , dummodo delictum committatur per ipsum mandatarium . ibidem , numero 76  
 mandatum tacitum est illud quod inducitur a lege . eod . ord . diui .  
 mandatum aliud est licitum , aliud improprie . tr . ac . mand . eo . 4 . ord .  
 mandatum aliud est licitum , aliud illicitum . ibidem , numero 78  
 mandans alicui , ut aliquem tantum vulneret expresse prohibendo ne illum occidat , si mandatarius excessit fines mandati vulnerando , Et occidendo , an mandans teneatur de occiso . ibi . nu . 79  
 mandans Et mandatarius in delictis non differunt , Et eadem pena puniuntur . ibidem . Et 4 . colum . ultimi ordi .  
 mandans aliquem vulnerari debet cogitare , quod vulnera non dantur ad mensuram . ibi . nu . 79  
 mandatum illicitum Et inonestum nunquam presumitur factum procuratori . ibi . nu . 82

mandatarius non facit iudicium ad torturam quando simpliciter affirmat talem sibi mandasse facinus Et delictum . ibi . nu . 83  
 mandans Et rogans fratrem suum , ut ipsius iniuriam viciscatur , si frater occidat iniuriantem , mandans non tenetur de occiso , cum intelligatur de vindicta licita . ibi . nu . 84  
 mandatum aliud est simplex , aliud non simplex . ibi . nu . 88  
 mandatum contrahi potest pure , in diem , ad diem , sub conditione . ibi . nu . 91  
 mandatum continens capturam cambiorum ad annum , non potest mandatarius illud tempus limitatum transgredi ultra annum . ibi .  
 mandatum nunquam inducitur per verba conditionaliter prolata . ibi . nu . 92  
 mandatum contrahitur gratia mandantis , vel gratia aliena , vel mandantis Et aliena , vel mandantis Et mandatarij , vel tantum causa mandatarij , Et aliena mandata vij tantum , mandantis mandatarij , Et aliena . tr . ac . mand . in 4 . ord . diui . in fine . nu . 33 .  
 mandare qui possit . tr . ac . man . 1 . col . ult . ord . nu . 1 . 131  
 mandare an possit seruis alicui , ut se emat . ibi . nu . 2  
 mandatum an possit fieri minori de stando in iudicio . ibi . nu . 3  
 mandatum minor , seu pupillus , an possit facere alicui de soluendo aliquid alicui . ibi . nu . 4  
 mandatum si minor facit procuratori , ut possit stare pro se in iudicio , an valeat . ibi . nu . 5 . Et quid si intercedat iuramentum . eo .  
 mandatum an possit facere filius . ibi . nu . 7 . Et an possit fieri filiosa . ut sit procurator . ibi . nu . 8  
 Si quis mandat alicui , ut Petro mutuet centum , qui Petrus erat filiusfam . an valeat tale mandatum . ibidem , numero 9  
 Mulier an possit mandare alicui , ut pro se fideiubeat . ea . col . 1 . nu . 10  
 Quid si mulier mandat alicui , ut fideiubeat pro alio , Et non pro se . ibi . nu . 11  
 Si mandato mulieris aliquis fuit obligatus , an Sena . Conf . Velle . ille iurari possit . ibi . nu . 12  
 Mandatum an possit facere ad emendum ille , cuius bona sunt publicata . ibi . nu . 13  
 mandatum bannitus nostri temporis , an possit facere alicui de emendo . ibi .  
 mandatum potest intercedere , Et fieri in omnibus negocijs , dummodo sint possibilia . tr . ac . mand . col . 2 . vlti . ordi . nu . 1  
 mandatum contra bonos mores Et contra honestatem non est obligatorium . ibi .  
 mandans tibi de furto faciendo , vel iniuria aut damno , nulla illi tenetis actione etiam si sit pena promissa , tr . ac . mand . in 2 . col . nu . 13  
 mandatum potest fieri , Et dari ad vendendum rem mandantis , Et ut precium inde recipiendum conuertetur in aliquam utilitatem mandantis , qui rem recepit , ut ueneret si non vendidit ad omne interesse tenetur . ibidem , numero 3  
 mandatum , an valeat de re incerta . ibi . nu . 4  
 mandatum an valeat de re propria emenda . ibidem , numero 4  
 mandatum seu satisfactio non potest intercedere Et peti pro dote exigenda a marito , vel a patre mariti , uel ab his , qui dotem suscipiunt . ead . col . 2 . in fi . nu . 6

d 2 man-

**mandatum** debet precedere obligationem, non autem sequi, quia mandatum non potest intervenire pro eo quod est factum, sed pro eo quod est sciendum. *trac. manda. col. 3. ult. ord. nu. 3.* eo.

**mandans** credit ori, ut tempus debitori daret ad soluendum & suo periculo jure pecuniam dicendo, tenetur mandati. *trac. mand. col. 3. ult. ord. sub nu. 3.*

**mandatum** ratificat precedentia, quando illud, quod autem erat nullum erat ipso iure. *ibi.*

**mandatum** non debet continere errorem. *trac. manda. col. 3. ult. ord. nu. 5.* eo.

**mandatum** continens errorem manifestum, est ipso iure nullum. *ibid.*

**mandatum** quod iuri diuino & naturali contrarium est, non obligat, & non valet. *trac. mand. col. 3. ult. ord. nume. 6.* eo.

**mandatum** inducitur per quaecunque verba, dummodo sint idonea. *trac. mand. d. col. 3. nu. 8.* eo.

**mandatum** contrahitur per litteras, & per nuncium. *ead. col. 3.*

**mandatum** non inducit ut per verbum admoceo, nec per verbum exhortor. *nu. 9.* eod.

**mandatum** non inducitur per verba conditionaliter prolata. *ead. col. 3. ult. ord. nu. 10.*

**mandati** natura est ut sit retro, citroque obligatorium. *trac. d. mand. 4. col. ult. ord. nu. 1.* 134

**mandati** natura est, quod voluntas precedat mandatum. *col. 4. ult. ord. nu. 2.* eo.

**mandator** non obligatur si mandatum non expeditur secundum formam & modum in eo expressum. *trac. mand. in 4. col. ult. ord. nu. 3.* eo.

**mandans** alicui ut totum fundum emat, alias non potest agere, si ille mandatarius emerit partem, non habet actionem mandati. *ead. col. 4. nisi simpliciter dixerit, ut emerit fundum. ibi. nu. 4.*

**mandans** & dicens debitori suo, ut tibi soluat & non dices ut tibi promittat si tibi promiserit etiam per stipulationem non liberatur a mandante, nec fiet delegatio, quia non adimplevit secundum formam. *trac. mand. d. col. 4. nu. 5.* eo.

**mandatarius** debet custodire diligenter fines mandati, & excedendo non obligat. *ea. 4. col. nu. 6.* eo.

**mandatarius** egrediendo fines mandati sciente & patiente domino mandante nocet domino mandanti. *ibi.*

**mandatum** licet non seruetur in sua forma superficiali est satis quod seruetur in effectu, *ibi. nu. 7.*

**mandando** superior aliquid alicui intelligitur ex natura talis mandati, ut faciat cum causa cognitione, & seruatis seruandis. *ibi. nu. 8.*

**mandans** fieri, ipse fecisse videtur. *trac. manda. ibidem, nume. 12.*

**mandati** natura est, ut in eo censeantur mandata nedum ea, que sunt expressa, sed omnia, que veniunt ad sequelam, & consequentiam adimplendi mandatum. *trac. mand. col. 4. ult. ord. nu. 14.* 134

**mandato** dato alicui, ut pecunie transmittentur ad aliquam negotiationem, & frumenta & blada emantur de suis pecunijs pro pretio, quo alij mercatores emerent, censeatur etiam datum mandatum, ut conduceretur nauis, que haberet portare frumentum. *trac. mand. col. 4. ult. ord. nu. 16.* eo.

**mandatum** censeatur datum secundum alias solitum in similibus. *ea. 4. col. nu. 18.* eo.

**mandato** generali veniunt ea que constituentes facere solebant, & que ex consuetudine loci sunt. *ibidem, numero 19.*

**mandatum** habens ad vendendum, seu locandum censeatur etiam habere mandatum ad precium recipiendum. *ibi. nume. 17.*

**mandans** tenetur suppedicare mandatario omnes sumptus, quos in executione mandati facere cogitur. *ibidem, nume. 20.*

**mandatarius** seu procurator potest domino imputare quicquid licite impendit etiam pro sua persona, intellige secundum conditionem. *ibi. nu. 21.*

**mandatarius** seu procurator si conduxit equum causa curandi negocia domini recuperabit sumptum in eo factum. *ibi. nu. 22.*

**mandatarius** si equitabat cum equo suo dum curabat negocia domini mandantis, repetet ne sumptus ac si conduxisset equum. *ibi. nu. 23.*

**mandatarius** de leui & leuissima culpa tenetur. *trac. mand. d. col. 4. nu. 26.* 135

**mandatarius** tenetur restituere omnia instrumenta & scripturas, & apud eum nihil remanere debet. *ibidem, numero 28.*

**mandatum** potest reuocari ad voluntatem mandantis. *trac. de mand. col. 5. nu. 3.* 136

**mandati** natura est, ut in eo debeantur iura post moram debite ratione boni & equi. *ibi. nu. 31.*

**mandans** duobus, quilibet tenetur in solidum. *d. 4. col. nu. 32.* eo.

**mandatum** appositum contractui, vel actui, alicui, eius naturam assumit. *ibi. nu. 33.*

**mandatum** simplex licet de sui natura sit reuocabile, tamen si ad contractum irrevocabilem accedat, eius naturam assumit, & fit irrevocabile. *ibi.*

**mandatum**, quod fit propter utilitatem mandantis, ei actionem mandati contra tertium non parit. *ibidem, nume. 34.*

**mandatum** factum procuratori poterit probari per testes. *ibi. nu. 35.*

**mandatum** nunquam presumitur etiam per spatium mille annorum, sed allegans probare debet. *trac. mand. col. 4. ult. ord. nu. 36.* eo.

**mandati** obligatio ab heredem mandatarij non transit, quia industria personae videtur electa. *d. 4. columna, numero 37.* 136

**mandatum** suscipiens videtur actum geuere nomine mandantis etiam quod actum simpliciter gerat, quia actus videtur geri ex titulo precedentis. *d. quarta columna.*

**mandans** debet cauere ne in libello suo petat rem, quam mandauit emi, cum habeat solum actionem ad interese. *trac. mand. col. 6. ult. ord. nu. 3.* 136

**mandans** clericum percuti, ita est excommunicatus sicut ipse, qui percussit. *trac. dona. col. 7. ult. ord. numero 34.* 161

**mandatum** debet esse gratuitum, alias in locationem transit. *trac. man. in prin. nu. 8.* 124

**mandati** actio cessat, ubi cessat interesse. *trac. mand. 6. col. ult. ord. in prin. limitat ut ibid.* 136

man-

**mandatarius** potest agere contraria actione mandati siue adimpleat mandatum siue aliquid equipollens faciat. *ead. col. 6. nu. 8.* eo.

**mandatum** soluitur pluribus modis. *trac. manda. col. 7. ult. ord.* 137

**mandatum** soluitur reuocatione ex parte mandantis. *trac. d. mand. col. 7. ult. ord.* eo.

**mandatum** aliquando reuocatur tacite, aliquando expresse. *ibid. nu. 3.*

**mandatum** ad reuocandum, que cause sint sufficientes, & iuste. *ibi. nu. 4.*

**mandatum** reuocatur renunciatione ex parte mandatarij. *ibid. nu. 5.*

**mandatum** soluitur finita, causa ob quam mandatum factum fuerat. *ibi. nu. 6.*

**mandatum** soluitur qualibet mutatione status in peius respectu vtriusque. *ibi. nu. 8.*

**mandatum** procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum mutatione conditionis eius in deterius, ut si bannitus efficiatur, vel ribaldus. *ibi. nu. 9.*

**mandatum** soluitur furore superuenienti. *ibidem, numero 11.*

**Item** soluitur per sententiam latam. Item si sit affinis. Item si a iudice inter dicatur officium. Item per comparationem domini. *ibi. nu. 12. 13. 14. 15.*

**mandati** reuocatio debet intimari aduersario. *trac. mand. d. 7. col. nu. 17.* eo.

**mandatum** soluitur morte civili. *ibi. nu. 18.*

**mandatum** soluitur alterius morte naturali, limita & amplia. *d. 7. col. ult. ord. in fine. nu. 21.*

**maritus** non conuenitur a muliere, nisi in quantum facere potest. *trac. matrimo. col. 4. ult. ord. numero 6.* 194

**maritus**, vel eius pater mittens aliquid sponsa, non presumitur donasse, si simpliciter missum est non facta mentione donationis. *trac. don. col. 4. ult. ord. nu. 4.* 155

**maritus** habet liberam facultatem, & mandatum a lege, ut possit agere pro uxore in quacunque causa, dummodo caueat de rato. *trac. mand. in 4. ord. diuis. in 4. diuisio. numero 6.*

**mater** simpliciter domina & usufructuaria relicta per existentiam filiorum testatoris, alimenta tamen consequitur, nisi aliter voluntatem testatoris esse percipiatur. *con si. Manentis Coste, nu. 16.* 116

**matrimonium** est de iure diuino quoad primam institutionem. *col. contractus inscripta, de orig. contrac. in 3. art. numero 5.* 3

**matrimonium** quibus verbis fuerit institutum. *d. col. contractus in 3. art. nu. 6.* eo.

**matrimonium** solo consensu contrahitur. *trac. emp. in prin. nu. 18.* 69

**matrimonium** consummatum quando dicatur. *trac. spon. in prin. nu. 5.* 171

**matrimonium** quod magis dicatur a matre, quam a patre & de eius allusionibus. *in. trac. matrimo. in princip. nu. 1.* eo.

**matrimonij** diffinitio. *ibi. nu. 2.*

**matrimonij** perfectiones, que sunt. *ibi. nu. 3.*

**matrimonium** contrahentes debent esse eiusdem fidei. *ibidem, num. 8.*

**matrimonium** quo iure institutum fuerit. *ibid. nu. 9.*

**matrimonij** institutio diuersimode consideratur. *ibidem, matrimonium aliud carnale aliud spirituale. trac. matr. in 4. ord. diuis. nu. 1.* 179

**matrimonium** carnale aliud consummatum aliud non. *ibid. nu. 3.* 180

**matrimonium** aliud verum aliud presumptum aliud legitimum aliud non & de multiplici eius diuisione. *ibi. nu. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

**matrimonium** putatiuum regulariter habet privilegia veteri matrimonij. *ibi. nu. 8.*

**matrimonium** aliud pure aliud sub conditione contrahitur. *ibi. nu. 9.*

**matrimonij** condiciones plures sunt & que. *ibi. nu. 10. & d. conciliatione & concordia plurimarum opinionum. ibid. numero 11.*

**matrimonium** ad hoc ut suspendatur septem requiruntur. *ibi. numero 12.*

**mutus** & surdus cecus & similes prohibentur contrahere matrimonium, ut *trac. mat. col. 1. ult. ord. nu. 7. ibi concordatio opinionum.* 177

**matrimonium** quod videatur prohibitum mulieribus, que honeste uxores esse non possunt & ibidem concordatio. *eo. trac. col. ea. 1. nu. 16. & 17.* 178

**matrimonium** inter catholicum, & hereticum tenet. *col. ea. nu. 27.* 179

**matrimonium** in facie ecclesie dicitur contractum quando contrahitur in congregatione fidelium. *trac. matr. col. 3. ult. ord. nu. 14. & 15.* 182

**matrimonium** contractum ob finem pulchritudinis diuitiarum, & similibus, an teneat. *ead. col. 3. ult. ord. numero 31.* 185

**matrimonij** natura est trahere secum dotem. *trac. mat. col. 4. ult. ord. nu. 1.*

**matrimonium** secundum publice contractum praesertur primo clandestine contracto. *col. 4. ult. ord. nu. 13.* 187

**matrimonij** cognitio ac diffinitio spectat ad episcopum. *ibi. nu. 18.* 189

**matrimonialis** causa a iudice seculari cognosci non potest. *ibi. nu. 19.* 190

**matrimonialis** causa ac differentia in arbitrium committitur non debet nec super ea fieri transactio. *ibidem, num. 20. & 21.*

**matrimonialis** causa a iudice cognosci potest etiam parte absente ac contumaci, & testes recipi & per sententiam diffiniri & multa alia specialia concurrere possunt fauore matrimonij de quibus. *numero 23. cum sequen.*

**in Matrimoniali** causa singularis opinio vnius authentici Doctoris praeualet communi opinioni. *ibidem, numero 30.* 191

**in Matrimoniali** causa iura canonica semper praeualet aliis legibus. *ibi. nu. 29.*

**in Matrimoniali** causa licitum est venire contra propriam confessionem iuratam, quia agitur de periculo animae. *ibi. nu. 31.*

**in Matrimoniali** causa & in eius accessorijs possunt laici recurrere ad ecclesiam. *ibi. nu. 34.*

**in Matrimoniali** causa defertur iuramentum deficiente actore. *ibi. nu. 35.*

**in Matrimoniali** causa non adiudicatur uxor primo probanti propter periculum animae. *ibid. nu. 37.*

d 3

ma-

I N D E X

Matrimonij appellatione an veniat matrimonium non con-
summatum, & ibi conciliatio opinionum. ibidem,
nume. 1. & 41
Matrimonium pluribus de causis soluitur & impeditur, trac.
mat. col. 7. vlt. ord. nu. 3. circa seq. 199
Matrimonium an etiam consummatum soluitur ipso iure mor-
te alterius. d. trac. mat. col. 7. vlt. ord. nu. 4
Matrimonium non soluitur per mortem civilem. ibidem,
numero 5
matrimonium non soluitur per ingressum religionis alterius,
sed per ingressum amborum. ibi. nu. 6.
Matrimonium soluitur & impeditur si sit contractum per
errorem persone. d. trac. matrim. col. 7. vlt. ord. nume-
ro 7
Matrimonium impeditur per conditionem appositam. ibid.
numero 10
Matrimonium impeditur ob votum solemnne. ibidem,
numero 11
Matrimonium soluitur & impeditur per cognationem car-
nalem spirituaalem & legalem. ibi. nu. 13 195
matrimonium usque ad quem gradum ob consanguinitatem
prohibeatur. ibi. nu. 14
matrimonium in quo gradu sit prohibitum quantum ad ius
canonicum. ibi. nu. 16
matrimonium non potest contrahi inter patrem, & filiam le-
galem. ibi. nu. 24 196
matrimonium soluitur, seu impeditur ob crimen. ibidem,
numero 25
matrimonium impeditur ob cultus disparitatem. ibidem,
nu. 33
Matrimonium impedit vis, seu coactio. ibidem, numero
34 198
Matrimonium impedit ordo sacer. ibi. nu. 35
matrimonium impeditur ob vinculum alterius matrimonij,
numero 36
Matrimonium post contractum an ex dispositione Pontificis
possit quis alteri nubere. ibi. nu. 38
Matrimonij impedimentum est publicæ honestatis iustitia.
ibid. nu. 39 199
Matrimonij impedimentum est affinitas. ibid. nu. 41
matrimonium impedit affinitas & divinitas, si illud præue-
niat. ibi. nu. 43 200
matrimonium impedit impotentia cocundi. ibidem nu-
me. 44 200
matrimonium impedit frigiditas & arctatio & quatuor re-
quiruntur ad hoc ut impediatur. ibi. nu. 45
matrimonium impeditur si mulier sit ita lata, ut non pos-
sit cognoscere. ibi. nu. 46 201
matrimonium non impeditur si mulier pariat filios mortuos
vel mingat in lecto. ibi. nu. 49
matrimonij impedimenta, quæ non dirimunt sunt septem,
ibi. nu. 50
Matrimonium prohibetur ob crimen incestus. ibidem, nu-
me. 62 202
Matrimonium an, si sit aliqua sciens aliquem multos habere
filios quorum nullum cognoscit si aliquis eorum falso di-
cat se primogenitum & illa consensit in eum, trac.
mat. col. 7. vlt. ord. nu. 9 194
Mens verbis exequatur. trac. commoda. col. 6. vlt. ord. nume-
ro 6. 33
mens Doctorum debet intelligi, secundum legem, quam

allegat. trac. pig. in 4. ord. diu. nu. 17 42
Mensuratio fundi venditi, venit ex natura contractus. trac.
emp. col. 4. vlt. ord. nu. 52 82
mensuratio habet vim traditionis. trac. emp. col. 5. numero
28 83
Mensoris opera dedignantur locari. Item de proxenetâ. tra.
loca. col. 3. vlt. ord. nu. 16 94
melioramenta in emphiteusi debent redire ad heredes etiam
extraneos. trac. loc. col. 7. vlt. ord. nu. 28 100
Mens contrabentium magis attenditur in societate, quàm
verba, & magis effectus, quàm verborum sonus. conf. 2.
Baptista de Hier. nu. 26 120
Mentis nostra nullum testimonium maius quàm qualitas in-
specta factorum, quæ sine loquela se in cligunt, & per so-
luti aspectum imprimunt suam voluntatem. conf. 2. Ba-
ptista de Hier. nu. 65 122
Merces seu pensio requiritur in locatione sicut pretium in
empione. trac. locat. in prin. nu. 20 20
Merces seu pensio in locatione, quando debeat solui. trac. lo-
ca. col. 3. vlt. ord. nu. 11 92
mercedis remissio, quando debeat fieri. trac. loca. col. 3. vlt.
ord. 92
Merces in locatione debet solui in fine anni, ibi. nu. 26.
merces, de qua moneta solui debeat. ibi. nu. 27
merces debet consisti iusta, & honesta. ibi. nu. 15.
Merces seu pensio, quæ dicitur iusta. ibi. nu. 18
metus iustus cadens in constantem virum, qualis esse de-
beat. trac. mat. col. 3. nu. 6. & quod iudicis arbitrio reli-
quendum est. nu. 8. 182
Metus excommunicationis cadit in constantem virum, quan-
do illa est iniusta. ibi. col. 7. 80.
Metus in matrimonio ad hoc, ut dicitur iustus, oportet, ut
ab aliquo inferatur, non autem à natura vel fortuna. ibi.
numero 9.
Metus aliquando per spontaneam cohabitationem purgatur
ibi. nu. 10
Milites possunt emere pro se, non tamen ut mercaturam ex-
erceant. trac. emp. 1. col. vlt. ord. nu. 40 80.
minor non potest vendere, absque curatoris auctoritate,
& iudicis decreto. trac. emp. 1. columna 1. vlti. or-
di. nu. 9. 71
Mixtum continetur sub simplicibus. trac. stip. in ord. diu. 1.
nu. 8. ibi quid sit mixtum, & quot genera mixti remissive
habentur. 58
Monopolium quid sit. trac. emp. 1. col. vlti. ord. nume-
ro 20. 72
Monopolij non possunt emere. ibi. nu. 19
more purgatio admittitur in contractibus bonæ fidei, ubi in
promissione dies, & pena certa expressa est, secus
in stricti iuris contractibus. colum. contractus, artic. 4.
nu. 40 5
mortaliter peccat, qui recedit à pacto. col. contractus, art. 3.
nu. 25 3
mortis facta mentione in dubio intelligitur in donatio-
ne causa mortis, & non facta de donatione inter vi-
uos. trac. donat. in 4. ordi. diu. numero 19. &
20 143
mulier poterit sibi soluere & restituere dotem, si est tutrix.
trac. mut. col. 5. vlt. ord. nu. 5
Mulier si pro aliquo intercedat, & obligationem in se susci-
piat obligatur civiliter, & naturaliter, sed liberatur per se-
na-

I N D E X

natum. conf. 1. velle. trat. inde. in ord. diu. nu. 15 26
Mulier quod imaginem Dei non habeat, quomodo intelligatur.
in prin. trac. sponsal. vlt. 3 166
Mulier non censetur hebes idonea in societate publicorum ne-
gociorum & similia. conf. 2. Baptista de Hieronymis.
numero 29 120
Mulier non cogitur ad executionem tributorum & collecta-
rum. ibidem nu. 30
Mulier habens amplum patrimonium censetur illud in do-
tem marito dedisse. ibi. conciliatio & concordatio. Bart.
tra. matrim. col. 4. vlt. ord. nu. 2. & 3 185
Mulier nobilis Romana contraxit matrimonium cum rustico
Gallicano asserente se filium regis Angliæ, cum non
sit, an sit matrimonium. d. trac. matrim. col. 7. vlti. ordi. nu-
mero 8 194
Mutuum dicitur quasi de meo tuum fiat. col. mutuum, in
prin. 11
Mutuum à Bart. quomodo diffiniatur. trac. mutui. in prin.
numero 6 12
Mutuum habet tria genera subalterna, conuentio scilicet, con-
tractus, & mutuum. eod. trac. mutui. nu. 12 80.
Mutui diffinitio tradita a Baldo Corneo. Cagnolo Bolognet-
to, & alijs, recitatur. tra. mutui. in prin. numero 10. 11.
& 12 80.
Mutuum triplex est. trac. mutui. in ordine diu. nu. 1 80.
Mutuum quadruplex est secundum Bar. ibi. nu. 2
Mutuum vnicum est secundum aliquos. ibi. nu. 4
Mutuum quanto magis diuiditur, & subdividitur, eo magis
clarum, & perspicuum nobis apparet, cum ea quæ diuisum
traduntur, commotius percipiuntur. trac. mutui. in 4. ord.
diu. nu. 8. 80.
Mutuum triplex est, vel quadruplex, quilibet opinio esse po-
test vera. trac. mutui. in ord. diu. nu. 11 13
Mutui species cum sint plures, subdividitur libellus etiam in
mutuo civili, quod fit per chirographum si potest adaptari,
secus si non possit adaptari libellus. ibid. nu. 12
Mutuum aliud est verum aliud est fictum seu palliatum, seu
velatum. tra. mutui. in ord. diu. nu. 13 80.
Mutui vsus triplex est. eod. ord. diu. in fine. 80.
Mutui substantia sunt quatuor. trac. mutui. col. 3. vlt. ord.
numero 4 16
Mutuum requirit consuetudinem, & dupliciter intelligitur,
trac. mutui. 3. col. vlt. ord. nu. 5 80.
Mutuum non consistit in onibus, & codicibus, nisi illæ res ne-
dantur, & convertatur pecunia in mutuum. trac. mutui.
col. 2. vlt. ord. nu. 6 80.
Mutuum requirit actum, hoc est quod factum hominis apti-
tudini aptetur. trac. mutui. col. 3. vlt. ord.
Mutuum non est nisi proficiatur pecunia, quæ complectitur
ea quæ pondere, numero, vel mensura consistunt. tra. mu-
tui. col. 2. vlt. ord. nu. 2
Mutuum requirit aptitudinem, ut sui natura aptetur ad mu-
tuuum. trac. mut. col. 3. vlt. ord. nu. 6
Mutuum debet esse gratuitum, mutuum dantes, nihil inde
sperantes. col. 3. vlt. ord. trac. mutui. nu. 12
Mutuum non consistit in pane, nisi fiat ad pondus. d. 2. col.
numero 7
Mutuum consistit in regulis si ad certam formam fieri consue-
uerunt. d. 2. col. nu. 15
Mutuare possunt omnes, qui & alienare possunt, trac. mut.
1. col. vlt. ord. nu. 2

Mutuum tripliciter deficit ratione rei, diffensu, & persona.
trac. mutui. col. 7. vlt. ord. nu. 3. 22
Mutuum non potest renocari statim atque datum est, sed de-
bet expectari per aliquod tempus. ead. col. nu. 4 80.
Mutuum deficit ratione persone si quis à furioso, vel pupillo
mutuum accipiat. ead. col. 7. vlt. ord. nu. 6 23
Mutuum videtur deficere ratione persone si mutuetur eccle-
siae, quæ æquiparatur pupillo. eod. trac. col. 7. nu. 7 80.
Mutuus ecclesiæ debet probare versum esse mutuum in vi-
litatem, ad hoc, ut possit repetere. trac. mut. col. 7. vlt. or-
numero 8 80.
Mutuum potest dici, ut deficit respectu persone, si mutuare-
tur illi qui statim est consumpturus. trac. mutui. d. 7. col.
vlt. ord. nu. 9 80.
Mutuum deficit si quis mutuavit in ludo collusori suo. ea d.
numero 10 80.
Mutuum deficit si quis mutuaret hostibus, ead. colum. 7. nu-
mero 12 80.
Mutuari non potest per præsidem subditis. ibi. nu. 13
Mutuum deficit si mutuaretur minori absque solemnitate, vel
siliofam. ead. col. 7. in fine. nu. 14
Mutuum reconciliatur tribus tantum modis secundum Azo.
trac. mut. col. 2. vlt. ord. in fi. 16
Mutuum reconciliatur quatuor malis secundum glo. ibidem.
in fine.
Mutuum reconciliatur quinque modis secundum Socin. ibid.
Mutuum reconciliatur septem modis secundum Bar. ibidem.
Mutuum debet reddi in eodem genere, & æque bonum. tra.
mutui. col. 4. vlti. ord. num. 3. car. 18. & in 3. col. eius-
dem. ord. nu. 28
Mutuanti falsos nummos, an debeant reddi probi nummi.
trac. mut. col. 2. vlt. or. nu. 21 17
Mutans vel solvens pecuniam reprobam punitur pena falsi
si scienter. ead. col. nu. 11 16
Mutuum conciliatur stipulatione, ead. 2. col. num. 23 80.
Mutuum conciliatur usurpatione. ead. col. nu. 26 80.
mutuum reconciliatur cursu biennij in luterario contractu,
ead. col.
mutuum conciliatur conditionis euentu. ead. colum. nu. 27.
mutuum reconciliatur superuenientia dominij. ead. col. 16
mutuum reconciliatur ratificatione dominij. ead. colum. in
fine. 80.
mutans alicui decem cum pacto, ut quando opus sit mutuet
& ipse alia decem, vsuram committit. col. Re inscripta.
numero 10
mutuum dum contrahitur diuersas requirit solemnitates, &
est differentia, an libra auri vel plus veniant in contractu.
trac. mut. col. 3. vlt. ord. nu. 13
mutuari potest piper ad numerum, sed consuetudo non acce-
piat. trac. mutui. col. 3. vlt. ord. 15
mutuare qui possunt, & quibus possit vide. 2. colum. vlti.
ord. nu. 13
mutuum quibus rebus contrahatur. vide. 2. col. vlt. ord. 15

N

Naturalia contractuum dicuntur illa, quæ tacite intel-
liguntur de natura actus. col. contractus, art. 7
Naturalia in contractu mutui, vide. 4. colum. vlt. o. d. trac.
mutui. 18
Naturalia in contractu commodati, vide tracta. com-
mod.

I N D E X

mod.in 4.colum.vlti.ord.nu.31
Naturalia in contractu depositi vide.4.colum.vlti.ord. tra. depo. 36
Naturalia in contractu pignoris vide.4. colum. vlt. ord. in trac.pigno. 49
Naturalia in contractu emptionis vide.tract.empt. col. 4. vlt. ord. 79
Naturalia in contractu locationis vide.4.col.tract.locat.93
Naturalia in contractu societa. vide tra. socie.4. colum.vlt. ordi. 108
Naturalia in contractu mandati, vide.tra.manda.4.colum. vlti. ordi. 134
Natura in mutuo intelligitur, vt possit naturaliter materia mutuari, ponderari, & mensurari.tract.mutui.col.3.vlt. ord.nu.3 16
Natura commodati est vt res tradatur ad determinatum vsu. Item vt reddatur eadem res non deteriorata, vt vsus sit gratuitus, & vt detur ad tempus terminatum expresse vel tacite.tract.commod.col.4.vlt.ord.nu.2 31
Natura actionis commodati directa, vel contraria, tra. commod.col.6.nu.10 33
Negligentia in commodato causatur per tempus 40. amor. tract.commod.col.7.vlt.ord.nu.13 eod.
Nominationes ad beneficia sicut perduntur per expressam renunciationem ita per tacitam, col. consensu inscripta. numero 12 67
Notarius per stipulationem acquirit ius alteri, & acquiritur actio absentis, & ignorantis.tracta. stipu.col.7.vlti.ordi. numero 8 66
Nonatio non potest fieri, nisi per stipulationem.tra.stip. col. 1.vlt.ord.nu.10 62
Nonatio hodie fit noue persone interuentu tunc cum expresse nonandi animo in stipulationem itum est.tract.stip.col. 1.vlt.ord.nu.20 63
Nudo pacto quis non obligatur in causa matrimonij, licet alias regulariter secus sit. de iure Canonico.tract. matrim. col.4.nu.36 191
Numismatum immutatio, quo tempor e facta fuerit. tract: mutui.col.3.vlt.ord.nu.2 191
Nuptiarum contractus, quod dupliciter consideretur. in prin. tract.sponsu.4 166
Nuptiarum solemnia celebrari non possunt a septuagesima usque ad octauam Pentecostes. tracta. matrimo. colum. 4.numero 8 186
Nuptias consensus, non concubitus facit. in prin. tracta. spons. 166
Nuptie dicuntur a nubendo seu uelando. ibid. nu. 2
Nuptie et matrimonia debent a sacerdote benedici. tracta. mat.col.4.numero 9 186
Nuptie secundae non sunt benedicenda. ibi. nu. 10

O

Obligaciones inuigentium, quae causatae sunt uel re, uel consensu, acceptatione tolli non possunt. tract. stip. col.1.vlt.ord.nu.16 62
Obligatio non cadit inter patrem, & filium scilicet civilis. col. contractus. art. 7. nu. 13 9
Obligatio antidotalis multa privilegia habet. col. contractus art. 3. nu. 9 3
Observantia secuta declarat animum, & uoluntatem precedere

tem. conf. 2. Baptista de Hieronymis. nu. 22 120
Odium uel fauor, quomodo cognoscatur. tract. indeb. in diuis. numero 17 26
Odia sunt restringenda, fauores ampliandi. tract. indeb. ordi. di. ui. nu. 17 eod.
Officium iudicis non est actio, colum. contractus, artic. 3. numero 28 3
Ordines minores, & maiores, qui sint, trac. mat. col. 1. vlti. ord. nu. 20 178
Opinio plene discutientis articulum praevalet obiter tractanti. conf. 1. Baptista de Hieronymis. nu. 6 117
Opinio communis ouium gregi. equi paratur. ibi. nu. 8 118
Opinionem communem cursu temporis mutari posse, non est nouum. conf. 1. Baptista de Hieronymis. nu. 7 118
Opinionones communes nascuntur, crescunt, senescunt, & interit. in scholis. conf. 1. Baptista de Hieronymis. nu. 8. 118
Opiones ubi diuersae sunt antiquioribus adhibendum nisi textus expressus in contrarium reperiantur. conf. Manentis Co. ste. nu. 6 116
Ordo sacer impedit matrimonium. eod. tra. col. 7. nu. 35. 198
Origo contractuum est de iure gentium, col. contractus. arti. 3. num. 1 2
Origo non est spectanda, sed exercitium in stipulationibus iudicialibus & pretorijs. tract. stipu. in 2. diuis. nu. 10 58
Origo contractus emptionis, secundum aliquos est de iure gentium quo ad aequitatem, sed quo ad formam & introductionem de iure civili. tract. de stipulat. in prin. nu. 21 69

P

Pacta que fieri possunt in contractu mutui. colum. 5. vlti. ord. num. 1 21
Pactum in mutuo a debitore an fieri possit de reddendo rem deteriorem. tract. mutui. col. 5. vlt. ord. nu. 2 eod.
Pactum in mutuo, ut reddatur eadem res, an fieri possit. ead. col. nu. 5. & 6 eod.
Pactum de non reuocando precario est nullius momenti, & idem de pacto de dando pecuniam. tract. commod. col. 5. vlti. ord. nu. 3. & 4 32
Pacta, quae apponi possunt, uel non, in contractu commodati. tract. commod. 5. col. vlt. ord. eod.
Pacta que fieri possunt in contractu depositi. tract. depo. col. 5. vlt. ord. nu. 1 38
Pactum in re deposita, ut transeat dominium, & ne quis reneatur de dolo non potest fieri. tract. depos. col. 5. vlt. ordi. numero 2. & 5 eod.
Pacta que apponi possunt in contractu pignoris. tra. pign. 5. col. vlt. ord. 52
Pactum turpe, & illicitum in pignore prohibitum est. tra. pigno. col. 5. vlt. ord. nu. 1 eod.
Pactum legis commissoriae in pignore quando fiat. tract. pig. col. 5. vlt. ord. eod.
Pactum legis commissoriae est prohibitum. tract. pign. 5. col. 5. vlt. ord. nu. 6 eod.
Pactum simile legi commissoriae quale sit, & quomodo concipiatur. tract. pig. col. 5. vlt. ord. nu. 5 eod.
Pactum legis commissoriae non ualet etiam si apponatur fauore mulieris, & cum iuramento, & extaret consuetudo in contrarium, & esset conceptum per quacunq; uerba. eod. tract. col. 5. nu. 7. 8. 9. 10. & 11 eod.
Pactum legis commissoriae interdum ualet, & distinguitur secundum

I N D E X

dam. Bar. d. colum. 5. nu. 12
Pactum quod non soluto debito creditor possit occupare propria auctoritate pignus ualet. tract. pigno. ead. 5. colum. numero 18 53
Pactum quod possit creditor vendere pignus ualet. ibidem, numero 19
Pactum quod nunquam debitor possit redimere pignus non ualet. ibid. nu. 20
Pactum, quod possit debitor redimere pignus, non ualet, etiam ut alienatio. tra. pigno. col. 5. vlt. ord. nu. 22 53
Pactum, ut pignus non possit luere debitor, est prohibitum: & idem ut nunquam censetur posse luere, uel si per 30. annos, quia censetur perpetua prohibitio, & alienatio. tra. tra. pigno. d. col. 5. vlt. ord. nu. 24 eod.
Pactum factum a creditore, ut debitori non liceat vendere pignus non ualet. tract. pigno. col. 5. vlt. ord. nu. 25 eod.
Pactum retentionis uilis, & directi dominij facit contractum nullum, & directi dominij facit contractum emphiteuticum. tract. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 10 79
Pactum ut non transferatur dominium in uenditione destruit uenditionem, quia est contra bonos mores. tract. emptio. col. 4. vlt. ord. nu. 20 eod.
Pactum legis commissoriae, et pactum additionis in diem, sunt accidentalibus in contractu emptio. tract. emptio. col. 5. vlt. ord. in prin. 82
Pactum additionis in diem quomodo concipiatur. ibidem, numero 2
Pactum legis commissoriae, quomodo fiat, an faciat uenditionem conditionalem. ibid. nu. 4 83
Pactum de retrouocando quomodo fiat in uenditione. ibi. nume. 5
Pactum de retrouocando etiam sine temporis praefinitione ualet. ibid. nu. 6
Pactum factum duobus de retrouocando, an altero tantum ualente possit redimi. eod. col. 7 87
Pactum de usuris, quando possit apponi in contractu depositi, tra. depo. col. 5. vlt. ord. 38
Pactum fortuiti casus, quando ualeat. tract. locatio. col. 5. vlt. ord. nu. 55 98
Pactum quando perit res in totum operabitur, ut locator uideatur teneatur ad interesse. tract. loca. col. 3. vlt. ord. nu. 56 eod.
Pactum factum a locatore non uelle teneri de casu fortuito, siue res pereat pro parte, siue in totum. ibidem numero 57
Pactum regulariter non potest fieri in societate, ut societas transeat ad heredes, fallit tamen, ut tract. socie. col. 4. vlt. ord. nu. 28 109
Pactum de non reuocando mandatum non ualet. tra. mand. col. 5. vlt. ord. 136
Pactum non potest fieri in societate, ut alter tertiam partem lucri, alter duas tantum habeat regulariter, & quando non possit fieri, vide tra. socie. 5. col. vlt. ord. 113
Pactum in societate an possit fieri quod lucrum, & damnum sit inaequale, & quod unus ferat maiorem partem lucri. tract. socie. 5. col. vlt. ord. 113
Pactum an possit fieri, quod partes sint aequales, si capitale sit inaequale. ibid. nu. 4
Pactum an possit fieri, ut unus socius habeat partem lucri, alter uero solum damnum. ibi. nu. 5
Pactum in societate non ualet ut res date in societati sint ad periculum accipientis, & non dantis. ibid. nu. 6

Pactum de legitima, & infra hereditate diuidenda, de qua hereditate intelligendum ibi. nu. 8
Pactum an ualeat quod societas infra certum tempus non diuidatur. ibi. nu. 9
Pactum an ualeat quod filia unius socij de comuni dotari debeat, & de altera filia socij nihil sit dictum, uide ibidem, numero 10
Pactum nudum in societate producit actionem effitacem. conf. 2. Baptista de Hieronymis. nu. 61
Pactum de non reuocando donationem si apponatur in donatione causa mortis, transe inter uiuos. tract. dona. col. 5. vlt. ord. nu. 2 157
Pactum appositum in donatione, ut donatio non possit reuocari ob ingratitudinem, an ualeat. ibi. nu. 7
Pactum de donando, an importet donationem, ibidem, numero 8 158
Pactum uel consuetudo, an possit fieri & induci, quod uir lucretur dotem, & sic mulier remaneat sine dote, si soluat matrimonium aliter quam per mortem. tract. donat. 4. ord. diuis. nu. 12 142
Papa, si mandat alicui clerico pauperi prouideri de beneficio iuxta sua prohibitiois merita, si ille clericus pauper aliud beneficium fuerit assecutus, antequam sit prouisum de beneficio, episcopus non tenetur prouidere. tract. man. col. fina.
Papa an dispensare possit in gradibus prohibitis Leuitici. tra. matrim. col. 7. vlt. ord. nu. 15 196
Paria sunt non esse, & esse inuaidam obligationem. tra. pig. 3. col. vlt. ord. 49
Partiarius colonus si debita cum domino contraxit non potest conueniri nisi in quantum facere potest. tract. locat. in prin. nu. 29 89
Pars numeralis, & quotatiua, integralis, simplex, quae sit. tract. stipu. in 6. ord. diuis. col. 1. nu. 10. & 11 59
Partes conuenire possunt, ut scriptura priuata uim habeat publici instrumenti in forma camerae Apostolicae etiam iura. conf. 2. Baptista de Hieronymis. nu. 12 119
Participare uerbum, conuenit societati, & eius natura praesertim in damno, & lucro. d. conf. 2. Baptista de Hieronymis. numero 24 120
Passiue actiones quibus tenebatur defunctus non transeunt in emptorem hereditatis. tract. emptio. colum. 2. vlt. ord. numero 7 73
Pater & filius una, & eadem persona censetur. tract. stipu. col. 7. vlt. ord. nu. 6 66
Pater potest uendere filium ob famem. tract. empt. col. 2. vlti. ord. nu. 22 74
Pater & filius poterunt inter se contrahere, & in aduentitij obligatur pater. col. contractus. arc. 7. nu. 24 9
Pater si sciat filium consuetum fenerari, & det ei pecuniam, tenetur pater ex tacito mandato ad restitutionem que sitarum usurarum per filium. tracta. mand. in 4. ord. diuis. numero 72 130
Pater contrahens sponsalia pro filio praesente & tacete, quod sponsalia teneant. tract. spons. col. 1. vlt. ord. nu. 6. & quod secus sit in tutore. ibi. nu. 7 168
Pater contrahens matrimonium pro filio praesente, quod obliget filium, & quomodo, & quando. ibidem, colum. 3. numero 5 181
Pater poterit donare aliquid filio in premium emancipationis. tract. donat. col. 1. vlt. ord. nu. 16 147
Pater

I N D E X

Pater poterit donare filio liberos, uel aliquid aliud causa studij, vel matrimonij ibi. nu. 18
Pater iurans una de filiis suis alicui dare, quod promissio tenet, sponsalia autem non contrahuntur. trac. spo. n. col. 3. nu. 6
Pater promittens dare filiam determinat, aut si illam non potuerit dare aliam, quod teneatur facere possibilia ad dandum primam, & bonafide laborandum. ibi. nu. 7
Patres tenentur aere filios ex matrimonio natos. tracta. matrim. col. 4. ult. ord. nu. 15
Patronus non potest promittere praesentationem, nec dare in specie alicui potestatem presentandi, cum vacabit. tra. do. nat. col. 2. ult. ord. nu. 14
Pecunia inuenta est ad emendum, non ad mutuandum. trac. mutui. col. 3. ult. ord.
Pecunia appellatione, venit res omnis. col. Re inscripta. numero 26
Pecunia si tradatur in sacculo, non est mutuum, sed depositum. trac. mutui. col. 3. ult. ord. nu. 9
Pecunia aliam pecuniam generare non potest, & usura est. eod. nu. 32
Pecunia mutua si mittatur domino ut restituatur per mutuum fidelem, & illa pecunia amittatur, cuius sit periculo vide trac. mutui. col. 7. ult. ord. nu. 5
Pena imposta per statutum offendenti potestatem non intelligitur imposta offendenti filium potestatis. tra. dona. col. 7. ult. ord. nu. 42
Pensio in ista est, si 20. annis collecta ascendit ad capitale. tra. loc. col. 9. ult. ord. nu. 18
Percutiens clericum credens percussere laicum, non incidit in excommunicationem. trac. dona. col. 7. ult. ord. numero 45
Percutiens uxorem non dicitur intulisse violentas manus in clericum. ibi. nu. 41
Peremptare uenditor tenetur ad pretium. trac. emptio. col. 5. ult. ord. nu. 20
periculum rei depositae ad deponentem spectat: sed quid si res deposita percat post mortem, vide colum. 4. ult. ord. trac. depo. nu. 3
periculum rei venditae spectat ad emptorem. trac. empt. col. 5. ult. ord. nu. 14
periculum publicationis spectat ad uenditorem. trac. emp. col. 5. ult. ord. nu. 31
persona aduocati est dignior persona medici ratione subiecti. trac. loca. col. locatio. in prin. nu. 16
perpetua locatio dicitur illa quae fit donec pensio soluat. tra. tra. loca. in ordi. diuis. nu. 9
per partes facilius deuenitur in cognitionem totius. trac. mutui. in 4. ord. diuis. nu. 10
pignoratitia actio duplex est, directa, & contraria. col. 6. ult. ord. trac. pigno. nu. 8 & in uerbo actio.
pignoratitia actio est bonafidei, & personalis, et quibus differat ab hypothecaria. ibid. & vide in uerbo, actio.
pignorari possunt omnes res, & obligari, dummodo non sint exemptae a commercio nostro natura iure civili vel gentium. trac. pigno. col. 2. ult. ord. nu. 1
pignorari non potest res penitus aliena nec potest obligari. ibidem nu. 2
pignorari non potest res sacra, & religiosa nisi de iure canonico pro necessitate ecclesiae, & pro pauperibus alendis. ibi.

nu. 13 & 14
pignori dari non potest ius patronatus. eod.
pignori dari non possunt res pupillares, res litigiosae, res quae ad culturam agri pertinent, liberi homines, praemium iura victoriae, seruitutes, iura urbanorum praediorum, & ius fructus, bona dotalia, & bona fideicommissaria, & res sua sibi ipsi, & familia. d. trac. pigno. in 2. colum. ult. ord. per totum. 47
pignorari possunt res, quae sunt in bonis nostris, vel res, in quibus habemus aliquod ius. ead. col. nu. 33
pignus potest pignori dari, & an secundus possit tertio, et an tertius quarto. eod. 2. col. nu. 35
pignori dari potest res communis, & fidei potest in totum rem communem obligare. ead. col. nu. 36
pignori dari & obligari possunt bona emphyteutica, & feudum. eod. col. 2. nu. 38
pignori & hypotheca dari possunt res, quae sperantur nasci. ibi. numero 37
pignorari & hypotheca dari possunt universitates rerum, ut grex, & possunt pignorari res sitae in alio territorio. ead. 2. col. nu. 39
pignoratitio praedio comprehenduntur instrumenta, quae ibi sunt. trac. pigno. col. 4. ult. ord. nu. 16
pignus in iure varijs modis appellatur. trac. pigno. in prin. numero 11
pignori dari possunt filij a patre ob necessitatem extremam, eod. nu. 41
pignus dicitur a pugno. trac. pigno. in prin. nu. 2
pignus aliud est, & potest capi in genere, aliud in specie. trac. pigno. in ord. diuis. & in prin. tra. de pigno. 41
pignus dicitur contrahi re. tra. pigno. in prin. nu. 1
pignoris obligatio potest contrahi solo consensu. trac. pigno. in prin. nu. 4
in pignore quodam est speciale, ut possit contrahi nudo consensu. ibi. nu. 4
pignus quamuis dicitur contrahi nuda conuentione, tamen dicitur contrahi re. trac. pigno. in d. prin. nu. 6
pignus aliud est proprium, aliud improprium. ibid. nu. 9. & in ord. diuis.
pignus in specie diffinitur, ut sit res mobilis tradita de pugno, ibi. nu. 14
pignus proprie est, quod pro securitate alicuius manu traditum est. ibi. nu. 15
pignus aliud est conuentionale, aliud praetorium, aliud iudiciale, aliud legale. trac. pigno. in ord. diuis. nu. 4
pignus conuentionale est, quod ex partium conuentione procedit. ibi. nu. 2
pignus conuentionale duplici modo constituitur, conuentione aut testamento. ibi. nu. 4
pignus praetorium est, quod ex praetoris dispositione inducitur. ibi. nu. 6
pignus conuentionale & praetorium, quibus conueniant, & quibus differant. ibid. nu. 7. & secundum Bar. decem sunt differentiae. nu. 8
pignus conuentionale solo consensu constituitur, eod. ord. numero 9
pignore conuentionali si male ueretur creditor tenetur debitori pignoratitia actione. tra. pigno. ord. diuis. nu. 10
in pignore conuentionali creditor habet naturalem, & civilem possessionem, secus in praetorio, in quo nullam. trac. pigno. ord. diuis. nu. 11

in pignore conuentionali creditor habet interdictum possessionis utile. eod. ord. diuis. nu. 12
in pignore conuentionali uenditor tenetur de dolo, & lata culpa, & leui, in praetorio solum de dolo, & lata culpa. ead. numero 13
pignus praetorium pro debito adiectum pro toto debito censetur adiectum creditori, in ord. diuis. pigno. nu. 15
pignus praetorium constituitur in bonis minorum eadem forma sicut in bonis maiorum, sed in pignore conuentionali non possunt bona minorum absque decreto pignorari. eod. ord. diuis. nu. 19
Pignus conuentionale non potest recuperari per debitorem nisi prius soluto debito. praetorium statim recuperatur seruatis seruandis. eod. ord. diuis. nu. 20
in pignore conuentionali non potest creditor aequo contra tertios possessores nisi prius facta excussione principalis debitoris, secus in praetorio. eod. nu. 21
Pignus iudiciale est illud quod constituitur quando procedente sententia diffinita pro eius executione fit immisso in bonis debitoris condemnati ex primo decreto. eod. ord. diuis. numero 23
Pignus iudiciale, & praetorium differunt inter se. ibidem, numero 24
Pignus legale est illud quod a lege inducitur, ut in his quae tacite sunt obligata. ibi. nu. 25
Pignus aliud est expressum, aliud tacitum, aliud generale, aliud speciale. trac. pigno. in 5. ord. mobilium pigno. nu. 1. 43
Pignus tacite contrahitur in bonis tutoris, & curatoris, quae tacite sunt obligata. ibi. nu. 3
Pignus tacite contrahitur in bonis mariti, quae bona sunt tacite obligata pro bonis paraphernalibus restituendis. ibid. numero 4
Pignus tacite contrahitur, si credidi pecuniam ad nauem armandam. in ord. subdiuisio. tra. pigno. nu. 10
Pignus generaliter contrahitur, cum quis omnia bona sua pignori obligauit. ibi.
Pignus aliud potest dici, ut sit pure conceptum, aliud in de, & sub conditione. eod. nu. 28
Pignori dare potest quilibet habens liberam administrationem rerum suarum, uel alterius patrimonij. trac. pigno. 1. col. ult. ord.
Pignorare non possunt prodigi, dementes, furiosi, ebrii, pupilli sine decreto iudicis, seruus nisi habeat peculij liberam administrationem filiusfam. nisi pariter habeat administrationem peculij. Item non potest defunctus rem heredis quamuis possit rem illam legare. Item nec prelati nec procurator nisi ut supra uide colum. 1. tracta. pigno. in ord. ultimo ubi late. 45. & 46
Pignori dare potest superficialis usufructuarius procurator & negociorum gestor publicus administrator, & similes. trac. pigno. col. 1. ult. ord. nu. 11. 13. 16
Pignoris contractus contrahitur re, & consensu. trac. pigno. col. 3. ult. ord.
pignoris constitutio est iudicij praedicti. eod. trac. pigno. eo.
pignus contrahitur, & constituitur quibuscumque uerbis. numero 6
pignus potest constitui in quacunque obligatione tam pura quam sub conditione. d. trac. pigno. col. 4. ult. ord. nu. 18
pignus potest constitui per pactum, uel per subscriptionem scripturam uel pro aliquo fidei iudicando, qui rem suam prius

obligauit. tra. pigno. d. 3. col. ult. ord. nu. 8
pignoris natura est, ut creditor teneatur de dolo, & lata culpa. trac. pigno. in 4. car. ult. ord. nu. 17
pignori quidquid accedit, dicitur pignus. eod. nu. 15
pignus datum pro uno debito, potest pro alio detineri. ibid. numero 19
pignoris fructus an computentur in fortem. eod. nu. 1, 49
pignus pluribus datum, censetur omnibus. d. 4. col. nu. 20,
pignus deficit, & resoluitur ipsa uenditione, praescriptione, solutione debiti, sententia lata, & pluribus alijs modis de quibus. trac. pigno. col. 7. ult. ord.
per pignus non fit alienatio. trac. pigno. col. 5. ult. ord. numero 21
plus est habere pignus quam hypothecam. trac. pigno. in prin. numero 14
plus dignum trahit ad se minus dignum. trac. stip. ord. 6. col. 1. nu. 4
pontifex non potest dispensare, ut religiosus sit ad matrimonium habilis. trac. matr. col. 7. nu. 12
possessio nulla transit in commodatum, hoc est in recipientem, in precario transit possessio naturalis, & apud dantem rem manet civilis. trac. commod. col. 1. ult. ord. nu. 18
possidere duo insolidum rem non possunt. trac. commod. 1. col. ult. ord. nu. 11
possessio non probatur per locationem in praedictum tertij. trac. loca. col. 4. ult. ord. nu. 16
possessio acquiritur etiam per locationem, hoc est locando. trac. loca. col. 4. suprad. nu. 15
praedio pignoratitio comprehenditur in tali obligatione instrumenta. trac. pigno. col. 4. ult. ord. nu. 16
precarium quid sit. trac. commod. col. 3. ult. or. nu. 8
in precario hoc est peculiale, quod possessio apud dantem, & recipientem remanet. ibi.
precarium, an morte concedentis censetur reuocatum. ibid. numero 17
precario accipiens rem lucratur fructus. ibid. nu. 19
precarius de dolo lata culpa tenetur. ibi. nu. 16
precarium, & precaria differunt, & quid sit precaria, & quibus differat a donatione. eod. nu. 22
precarium finitur ex negligentia eius, qui tradidit. trac. commod. col. 7. ult. ord. & per quantum tempus causetur. eod.
precarij concessio ad heredes transit eius, qui concessit, non autem ad heredes eius qui rogauit. trac. commod. col. 7. ult. ord. nu. 4
praesbiter, an contrahere possit matrimonium. trac. matr. col. 1. nu. 19
praesbiter in minoribus constitutus contrahere potest matrimonium retinendo priuilegia clericalia, & quae sint. ibid. numero 21
pretium tenue, quando dicitur. trac. cotrac. in 4. art. nu. 49. 6
pretium in emptione debet esse congruum. trac. emptio. col. 3. ult. ord. nu. 19
pretium in emptione si non est iustum minuitur officio iudicis. ibi. no. 29
pretium in emptione debet esse specificum, & declaratum, & quando ualeat uenditio pro iusto pretio, & de materia pretij uide d. col. 3. ult. ord. nu. 12. usque ad num. 43. car. ca. de mercede in materia locationis. 4. col. ult. ordi. tracta. locatio.
praescriptio non currit contra detinentem pignus proprium. tracta.



I N D E X

tracta pigno. in prin. numero 12 41
P rascriptio nunquam procedit, nisi abst. malafides de iure ca
nomico. trac. pigno. col. 7. ult. ord. nu. 8 55
Præsumptio quâdo fit ex coniecturis, ut sit mutuû, colum. 4.
ult. ord. nu. 25 19
Princeps non potest tollere ea, que sunt iurisdictionum sine cui
denti causa. trac. emptio. in prin. nu. 23 70
Privilegium ut non condemnentur, nisi in quantum facere po
tess, an habeat locum inter fratres. tra. soc. 4. col. ult. ord.
numero 21 109
Prior in tempore potior in iure. tra. pigno. colum. 4. ult. ordi.
numero 24 50
Quæ regula prior in tempore, 13. modis ampliatur, & 28.
limitatur. d. trac. pigno. col. 4. ult. ord. numero 24. usque
in finem, 10
Privilegium concessum tacite hypothecæ actioni de dote cõ
petit etiam pro augmento dotis. trac. pigno. in ord. diuisi.
numero 4 43
Privilegium est priuata lex, & dicitur quasi priuans legem.
col. re. inscripta. nu. 28 10
Privilegia quæ competunt deposito, non competunt deposito
confessato. trac. de pos. colum. 6. nu. 4. in ult. ord. & col. 3.
numero 19 36
Priuatæ lit. ere. non habent fidem probationis. trac. de pos.
col. 3. ult. ord. eod.
Probat qui non in probat. conf. 2. Baptiste de Hieronymis.
numero 11 119
Procurator ad contrahendum matrimonium debet habere
speciale mandatum, nec potest alium substituere nisi ha
beat specialiter. trac. mand. in 4. ord. diuisi. 125
Procurator habens mandatum cum libera, potest petere resti.
in integrum. trac. mand. in 4. ord. nu. 19 126
Procurator constitutus in speciali causa mota contra aliquem
si in fine mandati constitutus sit procurator generalis in
causa mota, & mouenda coram quocunque iudice, & ma
gistratu, intelligitur facta constitutio contra eundem. trac.
mand. in ord. diuisi. eod.
Procurator alicuius potest vendere si speciale habet manda
tum, vel generale cum libera. uide trac. emptio. col. 1. ult.
ord. nu. 28 72
Procurator reuocato matrimonio per eum contractum nõ
pales. trac. matr. col. 1. ult. ord. nu. 32 179
Probans non debet obscure probare. col. contractus, art. 4. nu
mero 48 6
Prohibitus alienare, an possit alienationi consentire. trac. em
ptio. in prin. nu. 37 70
Procurator generalis sine libera potestate, vel speciali man
dato, non potest mutare. trac. mutui. colum. 1. vlti. ordi.
numero 4 13
Procurator constitutus ad accipiendum pecuniam, an possit
confiteri, & an ex illa confessione possit dominus conueni
ri. uide eund. trac. mut. col. 1. ult. ord. nu. 5 eod.
Procurator sibi & tutor, & curator non possunt vendere re
aliquam, & habere fidem de pretio, quia habent manda
tum generale cum libera à non ab homine, ut trac. mand.
in 4. ordi. diuisi. secus in eo, qui habet mandatum ab ho
mine. 125
Procurator si litem non prosequatur, vel si cum aduersario dã
ni colladat, tenetur actione mandati. trac. mand. col. 4.
ult. ordi. 134
Procurator constitutus ad emendum potest repetere pretium

quod soluit, & si aliquid pluri impenderit cum usuris.
trac. mand. col. 4. ult. ord. eod.
Prohibitus exportare frumentum, consetur prohibitus expor
tare farinam. trac. mut. col. 4. ult. ordi. nu. 13 18
Prohibitus vendere, an possit venditioni consentire. trac. em
ptio. col. 1. ult. ord. nu. 23 72
Prolixus esse non debet, qui tendit ad utiliora. col. contra
ctus, art. 1. nu. 6 1
Promissio quod donas rem reuocabit, recipit intellectum in
ris quod non reuocabit nisi in casibus permissis. trac. do
nat. col. 7. nu. 78 164
Promittens se non offendere sub pena si non offendat uxorem
tuam, non committit stipulatio pgnalis. ibi. nu. 43
Promittens accipere nam ex pluribus puellis, quod sponsa
lia non contrahatur, licet promissio teneat. trac. sponsa.
col. 3. ult. ord. nu. 5 169
Promissio sponsatorum, quod in foro conscientie vnus alte
ri obtinet, quando dicta sponsalia in etate legitima sunt cõ
tracta. ibi. col. 4. nu. 1 eod.
Proxenetæ non tenentur, quia non obligatur consensu sed lau
dare videtur non se obligare. trac. mand. col. 3. vlti. ordi.
in prin. 133
Proximus morti, an matrimonium contrahere possit. trac.
matr. col. 1. ult. ord. nu. 18 178
Pubertati proximus, quis dicatur. ibidem. concordatio. 176
Publicatis rebus alicuius intelligitur etiam publicatos esse na
sallos. col. Re. inscripta. nu. 18 10
Pupillus si soluit quod naturaliter debet, & factus est locuple
tior non repetit, idem de seruo. trac. inde. col. 1. vlti. ordi.
numero 9 26
Pupillus si promittat illud quod debeat, nonatio. trac. stip.
col. 1. ult. ord. numero 21 62
Pupillus mutuum contrahere non potest. trac. mut. col. 1. ult.
ord. nu. 11 & col. 4. nu. 16 13
Pupillo an mutuari possit, dic quod non. tra. mutui. col. 1. ul
ti. ord. nu. 15 eod.

Q

Qualitas contractus ex uerborum tenore dignoscitur,
& a uerbis in dubio non recedendum. conf. 2. Ba
ptiste de Hieronymis. nu. 1 119
Quomodo agatur ex contractu donationis. tra. dona. col. 6.
ult. ord. nu. 1 158
Qui paterna amicitia iuuat amici filium, impensam non repe
tit. tra. dona. col. 4. ult. ord. nu. 14 156
Qui reperitur detinere bona alicuius potest conueniri, & con
tra eum tamquam possessorem intentari potest interditiõ
recuperanda possessionis. trac. dona. colum. 4. vlti. ordi.
numero 26 157
Quæstio quid nominis, debet precedere quæstionem quid rei
col. contractus, art. 1 1
Quæ actio in dubio intentari uideatur. trac. mutui. colum. 6.
numero 4 22
Qui prior in tempore potior in iure, quæ regula ampliatur mul
tis modis, & pluribus limitatur. trac. pigno. colum. 4.
numero 22 50
Quicquid accedit sorti, usura est. col. re. nu. 9 10
Quodcumque factum, debemus facere in nomine domini Ie
su Christi. col. contractus, art. 7. nu. 39 9
Quomodo fiat de meo tuum per contractus, & quomodo
cogno-

I N D E X

cognoscatur. trac. mut. in prin. nu. 4
Quomodo vnus, vel duo contractus, creentur; & quomodo
cognoscatur. trac. stipu. col. 5. ult. ord. nu. 8 65

R

Raptor, an matrimonium contrahere possit cum rapta.
trac. matr. col. 1. ult. ord. nu. 15 178
Raptus et leuatio pprii filij malitiose, impedit matrimonium.
trac. matr. col. 7. ult. ord. nu. 64 203
Rationes in societate, quomodo reddendæ sint, & quis tenea
tur reddere. trac. socie. col. 4. ult. ord. nu. 27 96
Recedi potest a contractu innominato ex penitentia vnus
re integra. trac. ind. 2. ult. ord. nu. 8 26
Recipiens indebitum, tenetur quatenus est factus locupletior
tra. ind. col. 5. ult. ord. nu. 4 27
Reconciliatio mutui in re aliena, quot modis fiat. trac. mut.
col. 2. ult. ord. nu. 23 16
Reconditio facta censetur secundum qualitates anteceden
tes, & eadem mercede. trac. loca. col. 4. nu. 12
Reitor prouincie si contrahat matrimonium cõ subditis, dicitur
contra mandatum principis facere. tra. mand. in prin.
numero 4 124
Reddens rem deterioratam, non dicitur reddere. tra. commo.
col. 4. ult. ord. & trac. de pos. col. 4. ult. ord. nu. 2 36
Regula, quod quidquid acquirit uxor, acquirit uiro, quomodo
intelligenda. tra. de pos. col. 1. ult. ord. nu. 12 105
Rei appellatione, cause, & iura continentur, corporalia, &
incorporalia. col. Re. nu. 15 10
Rei appellatione veniunt, & comprehenduntur homines,
col. Re. nu. 17 eod.
Rei appellatione ex communi usu loquendi non venit homo.
col. Re. nu. 22 eod.
Rei appellatione non genus sed species significatur. eo. nu. 24
Aliquando generice, & specificè. nu. 14. & 25 eod.
Rei appellatione simpliciter non veniunt incorporalia ex pro
prietate uerbi, sed ex subiecta materia. col. Re. nu. 39. eod.
Res est uerbum latius, quam pecunia. col. Re. nu. 32 eod.
Rei appellatione qua ueniunt prout reperitur hoc uerbum in
corpore iuris, & quot significatus habeat. col. Re. nu.
numero 33 eod.
Res exponitur pro causa, pro iudicio, pro administratione, pro
estimatione, pro ueritate, æquitate, cõtractu, adulterio, ne
gotio, necessitate, officio, factu, et simili. col. Re. inscripta. e.
Res communes non possunt nec emi nec uendi in scio. tra
cta. empt. col. 2. ult. ord. nu. 59 75
Res interuenire debet in mutuo, commutato, pignore. col. Re
inscripta. nu. 3 10
Res regulariter in contractu emptionis interuenire debet, tra
cta. empt. in prin. nu. 15 69
Res est de substantia in contractu emptio. tra. emptio. colum.
3. ult. ord. nu. 17 car. 76
Item in locatione. trac. loca. col. 3. ult. ord. 93
Res aliena uendi potest. tra. empt. col. 2. ult. ord. nu. 10 73
Rem suam nemo potest conducere. tra. loca. col. 4. ult. or. 95
Remedium. l. 2. C. de rescind. uend. quando habeat locum, &
quibus contractibus. trac. empt. colum. 7. ult. ord. nu. 9. us
que ad 32 85 & 86
Remissio mercedis, quando debeat fieri. trac. loca. colum. 4. ul
ti. ord. 98
Remissio mercedis fit, si colonus habuit iustam causam mi
grandi, & si res locata perit pro parte uel si ex initio rei

uel debilitate fundi, uel si casu fortuito accidat infortunium
& similia. trac. loca. in 4. col. ult. ord. eod.
Remissio non fit si sit emptæ aleæ siue spes siue per uerbum em
pro siue locationis uerbo. trac. loca. inde. 4. col. nu. 24. 96
Remissio non fit pluribus de causis, ut puta si culpa conducto
ris accidat sterilitas, uel si locatio fuit facta per plures an
nos si iniquissimus est uir sceleratus, uel si sepe contigerit il
la sterilitas, & similia, de quo late. trac. loca. in 4. col. ult.
ord. nu. 24. usque in finem. eod.
Remissio non fit in emphyteusi nisi in totum uel pro maiori
parte pereat res. trac. loca. col. 4. ult. ord. nu. 50 97
Repetitio mutui facti in ludo datur, & uncens in ludo, non
tenetur ad restitutionem, si ludus sit permissus. trac. mu
tui. col. 7. ult. ord. nu. 11 23
Repetitio soluti cessat, quâdo creditor sibi deberi iurauit, licet
falso. trac. indeb. col. 2. ult. ord. nu. 5 26
Repetitio cessat propter pietatem. Item quando indebite so
lutum ab alio deberetur, & nomine eius fuit solutum. ibi.
numero 10 124
Repetitio soluti non semper datur, quando quis soluit suo no
mine, sed pro obligatione non contracta à se. col. 3. vlti.
ordi. 27
Repetitio quomodo competat, quando quis soluit nomine a
lieno. ibi. nu. 5 194
Repudij libellus hodie non est permissus, nisi ad separationem
thori. trac. matr. col. 7. ult. ord. nu. 1 194
Rescinditur emptio pluribus modis, de quibus trac. empt. col.
7. ult. ord. 84
Rescriptum in causa matrimonij impetratum non facta men
tione scientiæ ualeat. tra. matr. col. 4. ult. ord. nu. 33 195
Res cõmunis an possit mutuari uide 2. col. ult. ord. trac. mut.
nu. 17. uide quid de re aliena, an scilicet possit mutuari. 15
Res commodata deterior reddita non dicitur reddita. trac. cõ
mod. col. 4. ult. ord. nu. 5 5
Res aliena an possit pignori dari. tra. pig. col. 2. ul. or. n. 2. 26
Res exemplis demonstrari necesse est. tra. matr. col. 4. ult. or. 18
Res in contractu sponsatorum, qua sit, & que in contractu
matrimonij. tra. spons. col. 2. vlti. ordi. car. 168. & tracta.
mat. col. 2 180
Reus stipulandi, & reus promittendi unde dicantur. tracta.
stipu. col. 2. ult. ord. nu. 3 63
Rei stipulandi, & promittendi duo fiunt, & quomodo fiant
& quando. trac. stipu. col. 2. ult. ord. nu. 4 eod.
Reus stipulandi, & Reus promittendi vnus puer, alter sub cõ
ditione fieri potest, uel in diem obligatur. trac. stipu. col.
2. ult. ord. nu. 9 eod.

S

Sacerdos pro diuinis officiis non potest locare operas suas.
trac. loca. col. 2. ult. ord. nu. 11 91
Saluanum interditiõ quomodo differat ab hypothecæ. tra.
pigno. col. 6. ult. ord. in fine 54
Scientia emptoris in uenditione est scientia obligantis, scientia
uenditoris est scientia obligati. col. cõtractus, art. 7. n. 14. 8
Scientia emptoris plus æstimatur in re furtiua, quam uendito
ris. col. contractus, art. 7. nu. 11 eod.
Senex matrimonium contrahere potest. trac. matr. ult. or.
numero 11 177
Separatiõ thori potest fieri, si alter coniugium tentauerit alteri

occidere, & quibus causis fieri possit. d. tra. col. 7. nume. 65. 66. 67. cum seq. eo.
sequeretur esse litigiosae depositio, quae a pluribus fit, ut vi-

f. 24. n. 5.

Similitudo est inter contractum indebiti & mutu. col. inde- in prin. nu. 2 14
Simonia impedit contractum, col. contractus, art. 7. nu. 8 8
Simulatio & fictio, & dolus, nunquam a iure presumitur, nisi appareat aliquod signum vel aliqua urgens suspicio, col. contractus, art. 4. nu. 49 6

emunt, uel conducunt rem quampiam, nisi contrarium p- betur praesertim ubi habet causam successuam. ib. nu. 3 4
Societas in conducendo intelligitur secundum naturam socie- tatis. ibi. nu. 42 121

Societas secundum aliquos censetur contracta inter maritum et uxorem sola dato matrum. tacite i bonis acquirendis. ib. n. 3 4
Societas inter patrem, & filium an possit contrahi. d. col. 1. vlt. ord. num. 15 eod.

I N D E X

Societate contracta inter plures lucra, & questus, ceterum co- tracta pro partibus equalibus. tract. societ. colum. 4. vlti. ord. nu. 7
Societatem alleganti incumbit onus probandi. conf. 2. Bapti- ste de Hieronymis. nu. 5
Societatis natura est quod ponens pecuniam, in societate du- plici periculo sit, perditionis pecunie, & vsus negotij. eod. numero 9
Societatis & sociidae natura est, quod capitale non stet in to- to vel in parte periculo accipientis quantum ad casum for- titum nisi pactum interueniat. d. col. 4. nu. 11
Socius vnus, qui debita contraxit in causam societatis, potest deducere pecuniam quam debet in d. em. sed sufficit, vt pre- stetur ei cautio soluendi. tract. societ. colum. 4. vlti. ordi. nu- mero 15
Socius non potest pignori dare partem socij. ibi. nu. 16
Socius an possit locare domum communem, vel fundum com- muni inuito socio. ibi. nu. 17
Socius quilibet tenetur in solidum ex facto & contractu socij administratoris. ibi. nu. 18
Socius an in solidum, & pro toto debito, an vsque ad summam fortis postq in societate teneatur. ibi. nu. 16
Socius vnus iudici ex pluribus non potest agere contra de- bitorem iudici in solidum sine mandato. ibi. nu. 20
Societas simpliciter contracta extenditur tantummodo ad bo- na mobilia, & immobilia iura & actiones titulo oneroso quasi a non lucratio. ibi. nu. 21
Societatis natura est non transferre dominium in totum. ib. n. 23
Socius tenetur ne dum de dolo & lata culpa, sed etiam de leui- ibi. num. 22
Socius in re communi debet prestare diligentiam quam in suis proprijs rebus. ibi. nu. 27
Socius cui dedi pecunias ad mercandum, & negociandum te- netur mercari ac emere, & vendere, & negociari iuxta conuenta. ibi. nu. 23
Societas non transit ad heredes regulariter, quia soluitur mor- te vnus ex socijs. ibi. nu. 28
Socius socio de gestis, & administratis per eum tenetur red- dere rationem. ibi. nu. 26
Socius quando conuertit pecunias societatis in vsu suu, & est in mora restituendi ipsas pecunias, ipse tenetur ad inte- resse societatis. ibi. nu. 30
Socius sine alio socio potest domum vel hospitium locare al- teri, sed si alter sociorum vellet inhabitare, alter locare, prefertur inhabitare volens. ibi. nu. 31
Socius vnus potest vt, & disponere de re communi ad eum vsu, ad quem res est destinata. ibi. nu. 32
Socius si incidat suam communem cedam etiam contra vo- luntatem alterius socij non potest accusari de possessione turbata. ibi.
Socius si habet castrum vel domum in communi pro diuiso vel in diuiso, & ingrediatur etiam per vim castrum, vel do- mum, cuius possessionem ciuilem habeat, vel habere praten- dat ex constituto, vel precario ualidis, vel inualidis, excusa- tur a penis turbate possessionis, & violentie. ibi. nu. 33
Societas s natura est, vt nemo inuitus efficiatur socius. eod. numero 34
Socium se esse negans perdit societatis privilegium. ibi.
Propter societatem, vel communionem inhabilis gaudet beneficio habiliu & quomodo. ibi. nu. 35
Societas potest probari nedum per instrumenta, sed per testes. ibi. nu. 36

societas presumitur inter fratres ex cohabitatione, & ex co- munionem negociationis, dummodo nomine communi lucra & damna fuerint inter se communicata. ibi. nu. 37
sociorum filij an de communibus sint dotanda. tract. societ. colum. 4. vlt. ord. nume. 42. & nume. 43. concordatur opinionem contrarij. 112
societas an presumatur contracta in patrimonio vnus fra- tris. ead. 4. col. nu.
societas interdum non presumitur inter fratres. tra. soc. col. 4. num. 44
societatem alleganti incumbit onus probandi si vult in ea in- niti. ca. 4. col. nu. 47
in societate si res perdat, cuius periculo perdat. col. 5. vlti. ord. nu. 6
si societati adiungatur alia societas, & mutentur nomina, an vnica sit societas, vel plures. eod. in fi. 114
societas quot modis soluitur. colum. 7. vlt. ord. tracta. societ. numero 1
societas soluitur morte naturali, vel ciuili. limita vt col. 7. vlt. ord. nu. 2
societas soluitur finito negotio, cuius causa coita est. ibidem. numero 4
societas soluitur publicatione bonorum seu decoctione. ibid. numero 5
societas soluitur dissensu seu renunciatione. ibi. nu. 7
societati aliquando renuntiat tacite. ibi. nu. 8
societas finitur interemptione rerum naturalium, vel ciuili- lum. ibi. nu. 9
societas finitur actione scilicet cu stipulor ab alio nouadi ani- mo. ibi. nu. 10
societas annullatur, cum promissa non seruantur. ibi. nu. 11
societate finita, an debeat intimari omnibus his qui cum ali- quo ex socijs iure societatis possunt contrahere. ibidem. in fine. 5
Socij mei socius meus socius est. conf. 2. Baptista de Hierony- mis. numero 35
Sodomia & nefandum vitium soluit matrimonium quo ad liborum. tract. matr. col. 7. vlt. ord. nu. 74
Solitum in locatione verificatur per vnica tantum locatio- nem. tract. loca. col. 4. vlt. ord. nu. 13
Soluens suo nomine illud quod est indebitum semper repetit. tract. indeb. col. 2. vlt. ord. nu. 3
Solutio in dubio an videatur facta suo nomine uel debentis. tract. inde. d. 2. col. nu. 11
Solutum non dicitur si remanet aliqua pars pretij soluendi. tract. emptio. col. 3. vlt. ord. nu. 34
Specialia quatuor in mutuo concurrunt. secundum Azco. tra- mutui. col. 4. vlt. ord. nu. 31
Specialia octo in mutuo, secundum glo. & secundum Doct. septem. d. 4. col. nu. 32
Specialia mutui Barto. ad quatuor capita redigit, eod. nu- mero 33
Specialia mutui respectu aliorum contractuum. d. 4. col. nu- mero 54
Speciale est in mutuo, quod si a principio numeratio non ha- beat consensu reconciliatur, & oritur specialis certi condi- ctio. tract. mut. col. 4. vlt. ord. nu. 36
Specialis certi conditio non oritur ex mutuo quouis modo reconciliato secundum Bar. d. art. nu. 37
Speciale est in mutuo quod factio nomine alterius per libe- ram personam alteri actio & obligatio acquiritur, eod. numero 38

Spe-

I N D E X

Speciale est in mutuo, quod tutor & quilibet administrator ex sola scriptura ex hac causa fiat debitor. ibi. nu. 39. 20
Speciale est in mutuo quod facilius acquiratur dominium rei licet non contractetur. tract. mut. d. 4. col. nu. 48
Specialia que sunt in pecunia numerata, que non seruantur in alijs contractibus. ead. col. nu. 49
Specialia que sunt in pecunia, & non sunt in ulla alia re, tra- me. ead. 4. col. nu. 53
Specialia que sunt in mutuo contra naturam mutui. eadem, nu. 54.
Specialiter quando res dicitur obligari, & dari. tract. pig. in 5. ord. subdum. nu. 29
Specialis hypotheca dici potest si quis tantum presentia obli- get. eod. nu. 33
Speciali pigore oportet, quod res sit in bonis debitoris di- obligatur nu. 34
Specialiter res Ecclesie non potest obligare prelatum, eod. nu. 35
Speciale pignus plus iuris tribuit, quam generale. ibidem, numero 36
Speciale pignus potentius, & firmitus est hypotheca genera- li. ibi. nu. 37
Specialis obligatio reuocatur per donationem factam a marito vxori, secus per generalem. ea. nu. 37
Specialis hypotheca a generali differt in casu. l. si creditor. §. ff. de distrac. pig. nu. 39
Sponsa, que intravit religionem, an consequatur donata a sponso. tract. don. in 4. ordi. diuis. nu. 8
Sponsa de futuro verum dicitur maritata. tract. matr. col. 4. vlt. ordi. nu. 42
Sponsalia contrahens, si taceat, habetur pro contradicente in protestatione onerosa. ibi. nu. 39
Sponsalia impediunt matrimonium, sed non dirimunt. ibid. col. 7. nu. 53
Sponsus si cognouit carnaliter consanguineam sponsa non po- terit amplius matrimonium contrahere. ibi. nu. 63. 203
Sponsalia vnde dicatur & quid sint, in prin. tract. spons. nu. 6. & 7
Sponsalia quod de iure gentium sint instituta. eod. nu. 9. 167
Sponsaliorum ab a nuda & simplex alia firmata, & roborata & que. ibi. nu. 10
Sponsalia quod re verbis litteris & consensu contrahantur secundum Lancello. ibi. nu. 11
Sponsaliorum ab a pure, alia sub conditione, alia adiecta die con- trahantur. ibi. nu. 12
Sponsaliorum contractus quod omnino pure dicatur, licet sub intelligantur conditiones, quomodo procedat. ibi. nu. 13
Sponsalia & matrimonium sunt illicita de per se interdum, & non ratione conditionis apposite. ibi. nu. 15
Sponsalia a quibus contrahi possunt. tra. spon. co. 1. vlt. or. 167
Sponsalia quod per procuratorem, vel nuncium contrahi pos- sint, dummodo contrahens sit habilis & septimum annum compleuerit. col. 1. vlt. ord. tract. spon. nu. 5
Sponsaliorum substantia, seu essentialia, que sunt. ead. col. 3. vlt. ord. nu. 1
Sponsaliorum quod alia sint per verba de futuro alia per ver- ba de presenti & que. ea. col. 3. nu. 8
Sponsalia contracta per metum cadentem in constantem vi- rum, quod ipso iure non teneant etiam iurata. ea. col. n. 9
Sponsalia quod aliquando in matrimonium transeant ali- quando non. eo. tract. col. 4. nu. 2
Sponsus licet sponsam destrauerit, quod non dicatur matri-

monium contraxisse si sanguinis commixtio facta no fuit. ead. col. nu. 3
Sponsalia quomodo & quando in matrimonium transeant per oscula amplexum, iocalia, cohabitationem, & similia. ead. col. nu. 4
Sponsalia hodie in matrimonium no trahuntur et per copula no subsequitis solemnitatib. Concilij Tridentini. ibid. nu. 5.
Sponsalia plura contrahi possunt, non aut matrimonium. ib. n. 6
Sponsalibus contractis, quod aliquando quis censuris ecclesia- sticis compelli possit ad matrimonium contrahendum, si ex inde publici boni subsequi debet. tract. spon. col. 6. 170
Sponsalia aliquando soluntur cum peccato aliquando sine peccato, & aliquando ipso iure, aliquando facto hominis. eo. tract. col. 7. nu. 1
Sponsalibus contractis in foro contentioso, quis non cogitur contrahere matrimonium. ea. col. nu. 2
Sponsalia soluntur per mutuum contrahentium consensu. ibi. nu. 3
Sponsalia soluntur per ingressum religionis professione se- quuta. ibi. nu. 6
Sponsalia soluntur per sacrum ordinem, & votum simplex. ibi. nume. 8
Sponsalia soluntur fornicatione sequuta. ibi. nu. 9
Sponsa que diues erat tempore sponsaliorum si ad paupertatem redacta est, quod a sponso suo derelinqui non debeat quando nihil dare promisit. ibi. nu. 10. secus autem si da- re promisit, ibi. nu. 11
Sponsalia soluntur si sponsus per triennium vagauerit & ne- scitur in quo loco sit, aut steterit in provincia, per bien- nium expectari debet. ibi. nu. 12
Sponsalia lapsu temporis soluntur constituti in sponsalium contractu. ibi. nu. 13
Sponsalia soluntur per grauem infirmitatem superuenien- tem. ibi. nu. 14
Sponsalia etiam soluntur per superuenientiam affinitatis, & capitalis inimicitie. ibi. nu. 15. & 16. Item quando al- ter contrahentium sit hereticus seu si post pubertatem petiit absolui, seu propter aliquam causam rationabilem, aut per secudu matrimoniu subsecutum. ibi. n. 17. & 18
Stante statuto, quod si alter coniugum premoriatur alter lu- cretur dotem, vel donationem propter nuptias, an de- beat intelligi de morte naturali, vel etiam de ingressu religionis. tracta. dona. in 4. ordi. diuisio. numero 13
Stante statuto, quod liceat impune occidere bannitum an si donatarius occidat donatorem bannitum possit dona- tione priuari. tracta. donat. colum. 7. vltimi ordinis, nu. 48
Stante statuto, quod mulier coniugata non possit facere contractus, nec quasi contractus sine licentia viri nec poterit facere dona. cau. mor. eod. tracta. 4. ord. diuis. nu. 26
Stante statuto, quod de quolibet contractu, ex quo alteri que- ritur ius, soluatut gabella, an solui debeat ex contractu co- modati. tract. commod. col. 5. vlt. ord. in fine.
Statuta laicorum circa matrimonium generaliter sunt nulla. tract. mat. col. 4. nu. 22
Statutum compellens aliquem vendere, non intelligitur co- pellere aliquem emere. tract. emp. in princ. nu. 6
Statutum in emptione habet locum in venditione, & pena iudicta emptori, intelligitur alteri. ibidem, numero 4

steri-



sterilitas quando dicatur, plures referuntur opiniones. trac. loca. col. 5. ult. ord. nu. 10. ibi per plures columnas. 96  
 Stipulatio non impedit oriri actionē ex contractu super quo interposita est. trac. mut. col. 5. ult. ord. nu. 17  
 Stipulatio, donatio, mutuum, sunt proprie contractus contra Doc. col. contractus, art. 2. nu. 11  
 Stipulatio non fit nisi precedente interrogatione creditoris & secuta response debitoris. col. 3. secum. or. Amphib. verbis inscripta, nu. 2  
 Stipulatio & verborum obligatio sunt idem, col. verbis inscripta, nu. 7  
 Stipulatio dicitur à stipulo. trac. stip. in prin. 55  
 Stipulatione nullus contractus est firmior, & solet de consuetudine apponi in quocunque contractu. trac. stip. eod. nuem. 2  
 Stipulatio quare non denominatur potius, à consensu, quam à verbis. trac. stip. in prin. nu. 6  
 Stipulatio à verbis denominatur, veluti à speciali requisito. trac. stip. in prin. nu. 10  
 Stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturumve se interrogatus respondet. trac. stip. in prin. nu. 12  
 Stipulationis definitio quadruplicem causam ostendit, efficientem, formalem, materialem & finalem. trac. stip. in prin. nu. 13  
 Stipulatio est inuenta de iure civili. trac. stipula. in princip. nume. 15  
 Stipulatio est de iure gentiū. trac. stip. in prin. nu. 16  
 Stipulatio iurisdictionis est propter pactum, quod in se habet ibi. nu. 20  
 Stipulatio alia est in dando, alia in faciendo. trac. stip. in ord. diu. in 1. diu. nu. 6  
 Stipulatio alia iudicialis alia pretoria, alia cōventionalis, alia communis. trac. stip. in 2. diu. nu. 1  
 Stipulatio pretoria potest subdividui in iudicalem, cautionalem, & communem. ibi. nu. 4  
 Stipulationes alie sunt diuidua, alie indiuidua. in 1. subdivisione. stip. in 6. ord. 59  
 Stipulationes alie sunt indiuidua necessitate, alia ex voluntate contrahentium expressa, alia ex voluntate presumppta. trac. stip. in 6. ord. subdivis. nu. 7  
 Stipulatio dupliciter consideratur, per se, & in abstracto, ibidem, nume. 14  
 Stipulationes considerantur respectu verum in eis contentarum, & promissarum, & sunt diuidua, si res contentę sunt diuidua. ibi. nu. 15  
 Stipulationes continent res corporales sunt diuidua omni respectu, & ab utraque parte contrahentium. ibi. n. 19. 60  
 Stipulationes continent promissiones rerū indiuiduarū sunt indiuidua, et sūt diuidua qñ res ipsa sūt indiuidua. ibi. n. 23  
 Stipulationes rerum incorporalium quando afferunt utilitatem in parte sicut in toto dicuntur diuidua cōtractu obligatione, & actione, si non afferunt utilitatem respectu partem sicut totius sunt indiuidua. ibi. nu. 24. et idē de factis.  
 Stipulatio sub modo, que sit, & sub accessione, in 6. ordi. di. di. col. 2  
 Stipulatio pura, que sit, & quando peti possit. ibi. nu. 2  
 Stipulatio quamvis sit pura debet expectari per aliquod tempus. ibid. nu. 4. pōt peti statim, fallit sex modis. ibi. nu. 5  
 Stipulatio in diem, que sit, & quando possit peti si promissio fuit facta sub aliquo tempore. ibi. nu. 6. & 7  
 Stipulatio conditionalis, que sit. ibi. nu. 15


Stipulatio alia est certa, alia incerta, & que sint. eod. ord. in 3. col. nu. 11  
 Stipulatio alia est vera, & expressa, alia ficta. eo. or. col. 4. e.  
 Stipulatio alia est pura, alia pignalis. eo. in 5. col. 62  
 Stipulatio alia iuris alia facti, & que sint. eo. in 6. col. eo.  
 Stipulatio alia est utilis alia inutilis. eod. ord. diuis. col. 7. 62  
 Stipulatio quare sit inuenta. trac. stip. col. 1. ult. ord. nu. 1. e.  
 Stipulatio fuit inuenta duplici de causa utilitatis. eod. 1. col. nu. 1.  
 Stipulatio est utilis, quia inducit nouationem, & facit oriri actionem ex pacto nudo. eo. nu. 3. & 4.  
 Stipulationes habent sumentum à iure. ibi. nu. 5  
 Stipulatio ab initio fuit necessaria pro obligatione fideiussoria. ibi. nu. 9  
 Stipulatio que est iuris civilis non potest obligationem naturalem tollere. trac. stip. 1. col. ult. ord. nu. 18  
 Stipulatio sine necessaria introduci ob cōtractus dotiū, vt semper per stipulationē fingatur facta. promissio dotis. d. co. n. 24.  
 Stipulari possunt omnes illi, qui possunt contrahere. trac. stip. col. 2. ult. ord. nu. 1  
 Stipulari poterit non solum vnus, sed duo. ibi. nu. 2  
 Stipulari poterit & in stipulationē deduci pōt omnis res, que non est excepta à commercio nostro, natura, iure gentium vel civili. trac. stip. col. 3. ult. ord. nu. 1  
 Stipulatio que requiritur. trac. stip. col. 4. ult. ord. eo.  
 In stipulatione requiruntur octo de substantia, secundū las. trac. stip. col. 4. vlti. ord. nu. 3  
 Stipulatio quid operetur & cuius nature sit appositā in actu vel contractu. trac. stip. col. 5. ult. ord. 65  
 Stipulatio sequitur naturam contractus, vel actus, vt in plus non obligetur, sed naturam propriam, vt efficacius obligetur. trac. stip. col. 5. ult. ord. nu. 1  
 Stipulatio retinet naturam propriam propter firmitatem, fallit in vltima voluntate. d. col. 5. vlt. ord. nu. 2.  
 Stipulatio aut apponitur super cōtractibus, innominatis & semper retinet propriā naturā, aut super cōtractibus, innominatis & sequitur naturā ipsorū. trac. stip. col. 5. vlt. or. n. 3. e.  
 Stipulatio sequitur naturam contractus super quo interponitur. ibi. nu. 4  
 Stipulatio aut apponitur ex necessitate, aut ex voluntate. primo casu sequitur naturam, subdivisio, ut trac. stip. col. 5. ult. ord. nu. 5  
 Stipulatio est cōtractus notatus. tra. sti. col. 5. ult. ord. n. 5. e.  
 Stipulatio quid operetur super cōtractu innominato. ibi. n. 7  
 Stipulatio quid operetur super pacto nudo, et quid super cōtractu notato efficaciter, & quid super actu perfecto & extrinseco super extraiudiciali ex se efficaci. trac. stip. ibi. nu. 9. & 10. & 11  
 Stipulatio quomodo, seu quibus causis reddatur nulla & irrita secundum Doc. trac. stip. col. 7. ult. ord. nu. 1  
 Stipulatio reddatur nulla, seu irrita quatuor de causis efficienti, formali, materiali, & finali. trac. stip. col. 7. vlt. or. n. 2. e.  
 Stipulatio reddatur nulla propter cām efficiētē si is qui stipulatur sit inhabilis, vel si pater stipuletur à filio, vel seruus à domino. trac. stip. col. 7. ult. ord. nu. 4. & 10  
 Stipulatio deficit ratione causę formalis si preposteretur interrogatio response. ea. col. 7. nu. 12  
 Stipulatio reddatur inutilis rōne causę materialis si aliquis stipuletur rem que non reperitur. ead. col. 7. nu. 13.  
 Stipulatio reddatur inutilis rōne causę finalis, vt si centū promisi per stipulationē, vt homicidii faceres. eo. 7. n. 16. e.  
 Stipulatio reddatur nulla contrario consensu. ea. col. n. 17. e. sti-

Stipulari alteri nullus pōt & procedit quoad acquirendū, nō autē quo ad soluendū. trac. stipu. col. 7. ult. ord. nu. 6. 66.  
 Subdistinctio est faciendā, vt materia euidentius appareat. arti. 1. contrac. nu. 5  
 Substantiale in matrimonio est indissolubilis nexus. trac. ma. col. 3. vlt. ord. nu. 1  
 Substantia contraētus, que sint. col. contractus. art. 5  
 Substantia formalia, seu essentialia matrimonij vide tractat. mat. col. 3. ult. ord. nu. 1  
 Substantia seu formalia mutui videntur esse quatuor, tra. sti. mut. col. 3.  
 Substantia contraētus commodati, depositi, pignoris, stipulationis, emptionis, locationis, societatis, mandati vide in 3. col. ult. ord. in quolibet tractatu.  
 T  
 Tempus interdum apponitur in stipulationibus respectu alicuius casus, vel necessitatis, ut si quis promittat alicui aliquid quolibet anno pro habitatione, & tunc nō datur in certo tempore determinato, sed illo tempore quo inest, & durat necessitas illa & causa. tra. stip. ord. 6. col. 2. nu. 13  
 Tempus in dubio censetur appositum causa debitoris. tract. stip. 6. ord. col. 2. nu. 9  
 Tempus interdum apponitur gratia dilationis, sed uerba dirigitur ad creditorem tunc in prin. anni, uel temporis potest peti. ibi. nu. 11  
 Tempus interdum apponitur causa multiplicandę prestationis, & potest peti principio anni. ibi. nu. 22.  
 Testator legando omnes res ab eo emptas, non censetur legare res ex alio titulo provenientes. trac. emp. col. 1. ult. ord. nu. 34  
 Thesaurus repertus in fundo, vel domo empti, emptoris efficitur. trac. emp. & uend. col. 4. ult. ord. nu. 36  
 Thori separatio potest fieri pluribus de causis, vt cā secuti, si alter coniugum tentauit alium occidere ob furorem, ob fornicationem carnalem & spiritualem, ob peccatum, ob sodomitā, & similia. trac. mat. col. 7. ult. ord. n. 85. 203  
 Thori separatio in matrimonio non fit ob lepra, & morbum Gallicum. ibi. nu. 76  
 Tradens alicui rem, vel pecuniam, non videtur donare, sed deponere in dubio. trac. don. col. 4. ult. ord. nu. 23.  
 Transactio non potest rescindi ob remedium. l. 2. C. de rescin. uend. uide trac. emp. col. 7. ult. ord. nu. 21.  
 Tutor potest autorari sibi, & soluere, & ratificare secundū cōmmem sententiam. trac. m. ut. col. 4. ult. ord. nu. 44. 20  
 Tutor quod in sacro proprio possit autorari sibi, non simpliciter est uerum, & quando possit. ibi.  
 Tutor, curator, economus, prælatus, & similes, qui habent administrationem alicui patrimonij, possunt petere restitutionem in integrum absque speciali mandato. trac. m. in da. in 4. ord. diuis. 125  
 Tutor quod pro pupillo tacite sponsalia contrahere non possit. trac. spon. col. 1. vlt. ord. nu. 7  
 V

Vbi rei debet considerari tempore contractus, non autem postea. trac. emp. col. 7. ult. ord. nu. 13  
 Vassallus poterit domino dare feudum in pignus. trac. pig. in ord. 5. subdivis. nu. 22  
 Vassallus potest dotare filiam de re feudali. trac. don. col. 2. ult. ord. nu. 17  
 Vassallus qui propter iuramentum fidelitatis est obligatus seruare honestatē domino, non tamen priuatur feudo, si concubuerit cum fanticella domini. ibi. col. 7. nu. 28  
 Verba statuti proprie sunt intelligenda. col. contractus, art. 4. nu. 7  
 Verba interpretantur à cōi usu loquēdi, col. re inscrip. n. 23. 10  
 Verba non sunt adeo de forma in matrimonio, ut per signa suppleri non possint. trac. mat. col. 3. nu. 2  
 Verba que sufficiunt, & que signa ad contrahendum matrimonium. trac. eo. col. 3. ult. ord. nu. 22  
 Verba in matrimonio semper intelliguntur secundum communem sensum. ibi. nu. 23  
 Verba ista, nunquam te derelinquam, utrum inducant matrimonium. ibi. nu. 24. ubi concordatio & conciliatio. 184  
 Verba ista, nō habeo aliam in uxorem nisi te, an inducāt matrimonium. ibi. nu. 26. ubi conciliatio, nu. 27  
 Verba ista, promitto quod nunquam tibi deficiam, an matrimonium inducant. ibi. nu. 28  
 Verbum sponsalia, quod significet etiam munera que à sponso sponse dabantur. in prin. trac. spon. nu. 8  
 Verbum res, est uomen generale, col. re. nu. 14  
 Verbu res, est intelligendū aliqua restrictione, col. re. n. 21. e.  
 Verbum res, si consideretur in abstracto, ad omnia adaptari potest, & est idem quod ens. col. re. nu. 30  
 Verbum actio, est generalius, quam contractus, col. contractus, art. 4. nu. 37  
 Verbum creditum, dupliciter sumitur, generice, & specificē col. mutuum, nu. 14  
 Verbum stipulandi, est uerbum commune & tā rogare quā promittere significat. trac. stip. in prin. nu. 5  
 Verba specialiter in stipulatione requiruntur. trac. stipu. in prin. nu. 8. fol. eo. & in 4. col. ult. ord. nu. 4.  
 Verbum uolo, in ultimis uoluntatibus, importat plenam dispositionem. trac. emp. col. 3. ult. ord. n. 49.  
 Verbu n res, in diffinitione locationis intelligitur late & poterint omnes res locari, mobiles & immobiles. trac. loca. in prin. nu. 19  
 Verbu adnoneo, nō inducit mātātū. trac. mā. in 3. col. nu. 9  
 Item nec uerbum exhortor, nec per uerba conditionaliter prolata inducitur. nu. 10  
 Verbum, liberum arbitrium, & libere, requirit ordinem iuris. tra. mand. col. 4. ult. ord. 134  
 Verisimile pēdet ab arbitrio iudicis. tra. pig. in or. di. n. 31. 45  
 Vendi que res sint prohibite. trac. emp. col. 2. ult. ord. ibi plene, que possint uendi, & que non 73  
 Venditione prohibita, uel aliquo actu faciendo mentionē de emptione intelligitur de omni cōtractu, nisi diuersa sit ratio in alijs contractibus. trac. emp. in prin. nu. 35  
 Venditio an fuerit facta ad corpus, uel ad mensuram, quomodo cognoscatur. trac. emp. in ord. diu. nu. 8  
 Vendita re aliena quoad prauidicium uendentis perfecta est uenditio. trac. emp. col. 2. ult. ord. nu. 12  
 Uēdi nō pōt aialia morbosa. trac. emp. col. 2. ul. or. n. 60. 75  
 Uita aialit quādo uenduntur sunt manifestanda, alias quanto minoris. trac. emp. col. 2. ult. ord. nu. 61  
 Ven-

Vendere cogitur quis rem propriam inuitus. trac. emp. col. 2. ult. ord. nu. 58
Venditio non valet si res non subest: si subest pro parte, pro parte valet, sed per officium iudicis pretium minuitur. trac. emptio. col. 3. ult. ord. nu. 3. aliquando valet etiam si res non sit. 76
Venditio facta vno nummo non valet nisi non sit digna maiori pretio. trac. emp. col. 3. ult. ord. nu. 22 77
Venditio facta pro quanto pretio erimus in concordia inter nos, non valet statim. trac. emp. col. 3. ult. ord. nu. 25. eo.
Venditio facta pro iusto pretio valet, etiam si vendatur pro quanto reperiam apud alium emptorem, & si non reperiatur qui offerat, redigitur ad arbitrium boni viri. trac. emp. col. 3. ult. ord. nu. 27 eo.
Venditio facta si vis, si respondeatur, emoluit, valet. trac. emp. col. 3. ult. ord. nu. 50 78
Venditio an facta fuerit pro vno pretio, vel pluribus pretijs distributis pro quolibet fundi ingero, nihil refert. trac. emp. col. 3. ult. ord. nu. 42 eo.
Venditor non tenetur de euictione si emptor sciebat rem venditam alteri esse obligatam. trac. emptio. col. 4. vlti. ordi. nu. 3 79
Venditor non tenetur de euictione si emptor sua culpa possessionem amiserit & alijs casibus, de quibus ibi. trac. emp. col. 4. vlt. ord. nu. 4 eo.
Venditio tenet absque translatione domini. ead. 4. colum. nu. 12 eo.
Venditor transfert ius rescipiendi, quod habet, alias tenetur ad interesse de euictione. trac. emptio. d. colum. 4. numero. 14 eo.
Venditor videtur vendere ius, quod habet, in re. trac. emp. col. 4. vlt. ord. nu. 23 eo.
Venditor castro videtur vendita eius curia & iurisdictione. trac. emp. d. 4. col. nu. 39 81
Venditor castro non veniunt molendina. ead. col. nu. 41. eo.
Venditor territorio censetur venditorum castrum. ead. col. numero. 42 eo.
Venditor fundo, an veniant fructus, distingue. ead. col. numero. 43. eo.
Venditor vacca, vel equa, veniet pullus. ibi. nu. 44.
Venditor silua, censetur venditor ligna. nu. 45
Venditor fundo, non venit granum secatum, sed quod est in pendente. ibi. nu. 46
Venditor silua cadua, non censetur venditor glans, que ceciderat ante. ibi. nu. 47
Venditor equo, veniet eius sella, & ornamenta, quibus fuit ostensus, cum vendebatur. ibi. nu. 48
Venditor re, nunquid seruitus debeatur. ibi. nu. 49 82
Venditor fundo veniet aqua ductus, fistulae, canales. ibi. nu. 51
Venditor fundo veniet mensuratio infra 60. dies, vel annum ad plus, si nihil sit dictum. ibi. nu. 52
Venditor fundo veniet mensuratio & confines termini, ibidem, numero 54.
Venditor fructibus pendentibus veniet femina, & expense factae veniet pisces aquae & similia. trac. emp. col. 4. vlti. ordi. in fine. eo.
Venditor an fuerit facta ad corpus, vel ad mensuram. trac. emp. col. 4. vlt. ord. nu. 55. car. 82. & an attendenda sit mensura loci bonorum, vel contractus. ibi. nu. 53
Venditor in re vendita debet adhibere diligentiam illam, quam bonus paterfamilias suis rebus adhiberet proprijs. trac.

emp. col. 5. ult. or. nu. 19 83
Vendens rem vitiosam si ignoranter tenetur redditoria, quanto minoris, & si scienter tenetur ad interesse. trac. emp. col. 6. ult. ord. nu. 3 84
Venditor non liberatur ad interesse tradendo rem eque idoneam si vendidit rem alienam, sed locator liberatur. trac. loc. in prin. nu. 4 88
Vendere rem alienam maius peccatum est, quam emere. col. contractus, art. 7. nu. 12 8
Vendere rem alienam est contra alienationis naturam, col. contractus, art. 7. nu. 13 eo.
Venditor rei alienae valet, non autem pignoratitia. trac. pig. col. lum. 1. vlt. ord. nu. 2 45
Veneti quamuis accipiant pignora minus idonea volunt, ut sibi preiudicent. trac. pig. in 4. ord. diu. nu. 17 42
Verba interpretanda sunt contra eum, qui nititur in pacto. confi. 2. Baptista de Hier. nu. 38 121
Vir & uxor possunt celebrare omnes contractus etiam onerosos, excepta donatione. trac. emp. col. 1. vlt. ord. nu. 6. 71
Vir & uxor huius animi & intentionis a principio debent esse, ut nunquam separentur. trac. mat. in prin. n. 7. 173
Vir poterit uxori constituere donationem propter nuptias, uel dare arbitras in re, quam habet in emphiteusi sine consensu domini. trac. don. col. 2. ult. ord. nu. 19 151
Viro dissipante bona sua, mulier potest agere, sic propter adnotationem propter nuptias, sicut pro dote. ibi. col. 4. ult. ordi. diu. nu. 11 142
Viri & uxoris appellatio, an veniant sponsi. d. trac. col. 4. nu. 40. & 41. ubi conciliatio. 191
Vinum vetus quale dicatur. trac. mut. col. 4. ult. ord. nu. 8. 18
Vinum nouum non licet readere pro veteri. trac. mut. col. 4. ult. or. nu. 4 eo.
Vinum vetus, an possit reddi pro nouo. eodem trac. colum. 4. nu. 5 eo.
Vinum vetus loco noui, mutuo accepti, non potest reddi, quando mea interest potius habere unum nouum, ead. 4. col. nu. 7 eo.
Votum simplex impedit matrimonium contrahendum, non contractum. trac. mat. col. 7. ult. ord. nu. 55 202
Vota an sit licita in contractibus. trac. v. nu. co. 1. ult. or. n. 2018
Vota quid sit. ibi. nu. 31
Vota non dicitur proprie in eo, quod datur post mortem. eo. nu. 32
Vota, an de iure civili sit licita, ibi. nu. 33 19
Vota legitima, que dicatur. trac. dep. in ord. diu. n. 1535
Votarum promissio non potest fieri, nisi per stipulationem. trac. stip. col. 1. ult. ord. nu. 13 63
Vota non debentur pro mutua pecunia sine stipulatione. trac. mut. col. 5. ult. ord. nu. 9 21
Vota an possit opponi in contractu depositi. trac. dep. col. 5. ult. ord. nu. 6 38
Votarius manifestus, an possit donare causa mortis. trac. dona. col. 1. ult. ord. nu. 28 148
Vota pretij in uenditionibus post mortem debentur. col. contractus, art. 4. nu. 33. 5
Vota fructus in contractibus stricti iuris non debentur, & accessiones post mortem, sed a tempore litis contestatae. d. col. contractus, art. 4. nu. 36 eo.
Votus loquendi praefertur in quacunque materia significationum uerborum. trac. emp. in prin. nu. 33 70
Vxor sequi debet fori mariti. trac. mat. col. 4. ult. or. n. 7. 186



TRACTATUS DE CONTRACTIBVS IN GENERE, PETRI NICOLAI MOZZII MACERATENSIS IV. VTR. DOC. SUMMARIUM.



1. QUAESTIO quid nominis, debet praecedere quaestionem, quid rei.
2. Diffinitio, rei substantiam declarat.
3. Ex diuisione, & distinctione, negotium fit clarius.
4. Diuisio tria bona operatur, animum legitis incitat, mentem intelligentis preparat, ac memoriam artificiosè reformat.
5. Est faciendae subdiuisio, ut materia euidentius appareat.
6. Qui ad vitiosa tendit, non debet esse prolixus.
7. Breuitati studentes, modernos tantum sufficit adducant, dummodo moderni referant antiquos.
8. Nil contra communem Doctorum sententiam in hoc Amphitheatro reperitur.

9. Contraria concordantur in Amphitheatro.
10. Bartolum semper fere salutare pollicetur auctor, quia in Bartolo semper inest veritas.
11. Bartolus vocatur Princeps legistarum.
12. Bartolus esse solet substantia veritatis, & est luminare maius, & pater iuris, & omnes scribentes antecellit aequitate & veritate.
13. Contractus dicitur, quasi sit vicissim & mutuo trahere, vel quasi contra actus, secundum Alciatum.
14. Contractus dicitur, quasi factum, secundum Speculatorem.
15. Contractus dicitur, quasi contractus.
16. Dicitio contra, habet duos significatus.
17. Stadiū est allusio verbi, quod de eius significatione quærimus.
18. Quatuordecim intellectus dantur ad §. contractus, a Doc.

PRIMVS ARTICVLVS, VNDE DICATUR CONTRACTVS.



IN VOCATO subsidio sanctissimæ Trinitatis, Deique genitricis beatæ Mariæ semper virginis, deuenio ad cuiuslibet columnæ declarationem, & primum à Contractibus incipio, tanquam ab actibus inter vivos: etenim si ab vltima voluntate sumeretur initium, incongruum appareret: si quidem vltima voluntas eadem est, quæ à constitutis in vltimæ vitæ spiritu celebratur. Quamobrem opportunius me facturum arbitratus sum, si à Contractibus Tractatus initium assumerem, quod in ipso vitæ curriculo celebratur. Altius igitur

exordiendo, exemplo Iuriconsulti in l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commo. l. naturalis. §. r. ff. de præscr. ver. capio columnam primam solo inhaerentem, quæ continet, Contractus. Et pro eius declaratione primò (quoniam quæstio, quid nominis, debet præcedere quaestionem, quid rei, ut facit Iureconsultus in l. r. ff. de iust. & iur. & Arist. 2. Post r. 2. & 34. & Rhettorics suis locis) videndum est, unde dicatur Contractus. Secundò cum diffinitio rei substantiam declararet, ut inquit Bal. post Arist. in l. ff. de vsufr. quomodo diffiniatur. Tertiò originem latius assumemus explicandam. Quarto, quia ex diuisione & distinctione negotij fit clarius, c. super litteris, de resc. l. r. in fine gl. in prin. ff. de do. excep. §. sed ne in primis, Iust. de leg. col. laf. 24. col. 2. lib. 1. Crau. trac. de antiq. rep. in partitione operis, Labertinus trac. de iurpatronatus,

tus, in princip. Hinc est, quod inquit glos. vulgari in procc. Institut. in §. igitur, † diuisio tria bona operatur, animum legentis incitat, menscm intelligentis preparat, ac memoriam artificiosè reformat, d.l. i. ff. de doli mali exceptio. Ideo omnes contractuum diuisiones à Doctoribus hucusque traditas referre, & inuicem conciliare pro viribus enitemur. Quintò esset videndum de personis, de rebus, & substantialibus contractuum, in genere: verum nebis idem repetatur, de his in specie in reasumptione vniuscuiusque contractus, suis locis plenius dicemus. Idem etiam de naturalibus. Septimo de accidentalibus contractuum videndum erit. Quibus absolutis ad secundum deuenimus Amphitheatri ordinem, columnam a summitates, que signatur re, & que prima est in secundo ordine, qua paucis explicata, tertij ordinis primam pariter columnam aggrediemur, in qua Mutuum inscribitur, in ea vnde dicitur mutuum, & quid sit, explicabitur & quia in Amphitheatri specie altera atque altera columna, directò columnæ mutui superimponitur, quorum prima est inscripta quadruplex, secunda septem. † Ideo distinctè primam in quatuor columnas minores, secundam in septem diuidemus, vt materia euidentius in suis partibus appareat, & sic adiectæ ad primam mutui columnam formam quandam ferè Theatri particularis præferent, vt medijs columnarum ordo signet mutuum, & ciuile, & naturale, & cui natura, & cui ciuile cooperatur, supremus autem comprehendat articulos, siue considerabilia, quibus diligentius declaratis, ad alium contractum descendemus, positum in secunda columna tertij ordinis Amphitheatri, qui est Indebitum, in cuius declaratione idem ordo pro materia, vt & in cæteris seruabitur. Vnum interim non omiserim, ne culpæ fortasse immerito subdamur, in his quæstionibus, vnde appellentur actus, quid sint, à quo traxerint originem, & si quæ sunt subtilia magis cognita quam vltro proficua, nos minime latere, quod plurima & stylo elegantiori, & explicatione fusiori ibi in culcari potuissèt, quod re petentes nouissimi præcipue fuerunt, vt Ruinus, Soci. iun. Plaut. Ioan. & Albert. Bolognetti, & plerique alij de varijs materijs varijs in locis, quibus noua quædam ex nostro deprompta ingenio superaddere non iniucundè potuissèmus. At verò quoniam † ad vtiliora tendimus, nolumus nostram circa hæc diutius circumuolare orationem, verum ad alia grauiora deflexam conuertit, operi vniuerso consulentes, maluimus, quod boni consulere lector benignus non iniuria debet, si qua breuius eiusdem generis inseremus, & toti corpori inferuire, & particulas decreuimus relinquere non intactas: nam alioquin si singula disputatiuè prosequi voluissèmus, non dubium est, quin Amphitheatri huius compilatio, his præcipue subtilibus implicata, in corpus immensorum voluminum excreuisset.

7 Hinc est etiam, quod † breuitati studentes interdum modernos adducemus, omisis antiquis per modernos relatis, vt docuit Ioann. Neuzian,

in suo consil. posito inter consil. Alberti Bruni, nume. 12. qui allegat Felinum, hoc attestantem in c. Rodolphus, col. 4. de rescript. & docuit Iaco. Emilia. in consil. 101. nume. 12. equidem non eruditionis ostentatione, sed ad maiorem omnium commoditatem & vtilitatem, hoc laboriosum opus 8 conftruendum suscepimus. † idè nil contra communem Doctorum sententiam firmatum in hoc titris nostro Amphitheatro reperies: quinimo contraria in consonantiam redigere, & pro viribus saluare pollicemur Bartolum nostrum iuris aurigam, 9 in cuius dictis ferè semper inest veritas, vt inquit 11 Caccialup. in tract. de modo studij. & Rom. consil. 469. Goza. consil. 39. nume. 15. Paris. consil. 37. nume. 36. vol. 1. Neuz. Silua nuptia, charta 122. quem refert Silua. consil. 9. num. 18. & Nicola. Euer. vocat Bartolum Principem legistarum, in loco 48. id est ab autoritate, vt refert ita etiam vocari à sal. in l. 1. C. de summa trin. & fide catholi. & Ludou. Roma. consil. 479. inquit, quod † in Barto. semper esse debet substantia veritatis: vnde fuit vocatus luminare iuris ciuilis ardentissimum ab Andrea Siculo in c. Rainutius, nume. 123. de testam. & Abb. in c. cum vobis, de præscr. inquit, quod ipse Bar. omnes scribentes in æquitate & veritate præcessit, & fuit pater iuris, vt inquit Franc. de Aret. consil. 155. meritò igitur rectè & subtiliter intelligi & ponderari debet ad hoc, vt semper tantæ autoritatis, dignitatis, & sapientiæ, Doctor concordetur. defendatur conseruetur.

13 Veniò igitur ad primum † Contractus, secundum Alciatum in l. Labeo, §. contractus. ff. de verb. significatione, dicitur quasi si vicissim, & mutuo trahere, vel aliter quasi contra, seu vicissim actum. 14 † Sed secundum Speculat. in titu. de instrumen. editio. dicitur quasi factum, quia inter partes con- 15 trahitur & ordinatur. † Nos autem facile adhaeremus, vt dicatur quasi contra actus: nam dictio 16 † contra, habet duos significatus: aliquando enim stat pro vicissim, & sic erit vltro citroque actus, siue negotium, & hoc tacitè Alciat. videtur velle: aliquando dictio contra, pro aduersum accipitur, & sic poterit referri ad actum ex vna parte tantum, videlicet ad donationem, in qua tantum donans obligatur, & ita intelligendo, quod sit actus duorum, vel vnius, possent excitari multæ 17 oppositiones, à Doctoribus traditæ, in d. §. contractus, eo maxime, quod † Barto. inquit in l. 1. ff. si cert. pet. standum esse allusioni verbi, quando de eius significatione quærimus. Quare videtur posse dici, quod contractus aliquando est obligatorius ex vna parte tantum: interdum ex vtraque intelligendo præpositionem illam in vtroque significato, vt dixi, quod animaduerte, quia deseruic infra in expositione illius §. contractus, † in quo alias audiui quatuordecim intellectus nempe alium Bello. lib. 2. supputatio. qui verè subtilis est, & sequutus fuit Soci. rub. de verbo. obligat. num. 312. Alium Hieron. Campi sancto Pet. Institut. de obligat. Alium Carol. de Guarna. rubri. de verbo. obligat. numero 12. Alium Vaconij libro declar. suarum. Alium Thobiaz Institut. eodem: Alium Tor.

\* Toriellii ff. eod. Alium Bolognet. eod. nume. 302. Alium quorundam, quos refert Alb. Bolo. iun. in rub. de verb. obl. nu. 11. Alium Francisci connani, quem posuit libro quinto commenta. iur. capit. 1. nume. 4. Alium Archiepiscopi Costæ in suo libro var. res. iur. Alium Ronchegalli in eandem, numero 29. ff. de duobus reis. & postquam in patriam ingressus sum, alium audiui ab eruditissimo in omnium scientiarum genere, Ioanne Baptista Burgo Macerataensis gymnasij publico Interprete, sed nos infra de intellectu illius §. edisceremus.

SECUNDVS ARTICVLVS  
tractat. de Contractibus in genere,  
quid sit contractus, seu quomodo dif-  
finiatur Contractus.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractum esse vltro citroque obligationem ex voluntate & pacto partium surgentem.
- 2 Contractus est duorum pluriumve in idem consensus.
- 3 Contractus est verborum conceptio & consensus.
- 4 Contractus est conclusio contrahentium vltra nonnulla verba.
- 5 Contractum esse vltro citroque obligationem.
- 6 Contractus non est obligatio, sed causa obligationis.
- 7 Contractus est conuentio cum promissione obligatoria vniui, vel plurium tacite, vel expresse formiter inducta.
- 8 Contractus est actus obligatorij consensus pro ciuili commercio à iure formiter inductus.
- 9 Non recedendum à diffinitione Iureconsultorum.
- 10 Intellectus ad §. contractus. l. Labeo. ff. de verbo. significat.
- 11 Stipulatio & donatio & mutuum, sunt proprie contractus, contra Doct.
- 12 Non recedendum à communi intellectu. §. contractus.

Veniò ad secundum, pro cuius declaratione nonnullæ Doctorum diffinitiones hic erunt referendæ. Et prima est diffinitio Ray. in glo. de nego. secul. quam referunt summi quidam, scilicet † contractum esse vltro citroque obligationem ex voluntate & pacto partium surgentem. quæ diffinitio repellitur ex eo, quod non omnes complectatur contractus, cum nos quæramus diffinitionem, quæ omnibus congruat contractibus, licet vltro citroque non sint obligatorij, sed ex vna tantum parte, vt infra etiam dicemus. Alia est diffinitio generalior posita à Iacobo Vngarello in additionibus ad summas quosdam, † vt contractus sit duorum pluriumve in idem consensus. sed hæc pacti potius quam contractus est diffinitio, quæ sunt diuersa, vt Bolognet. tradit ad ru,

bric. ff. de verbo. obligat. nume. 75. & nos infra in pacti diuisio. dicemus. Alia diffinitio est glos. in §. fi. Institut. de obligat. in ver. consensus. id est contractus est verborum conceptio & consensus, quæ nec videtur admittenda, ex eo quod copulatiuè verba ad consensum requirant, cum alioquin nudo consensu sine verbis fiant contractus, vt Institut. de obligat. ex consen. & l. i. ff. de rer. permutu. Alia diffinitio fuit Bartholomæi Soci. in consil. 214. incipiente, cum Onofrij. versi. confirmatur, circa finem, in secunda parte, contractus est conclusio contrahentium, vltra nonnulla verba. quæ cum ponat semper verba, eodem vitio laborat, quo superior, præterquam quod non explicat manifestius rem ipsam per notiora, dum ponit conclusio contrahentium, quia non potest cognosci, qui sint contrahentes, nisi per noscatur, quid sit contractus, cum ab eo denominetur, l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui nota. infam. Aliam posuit Gomefi. libro commen. iur. in capitu. 1. de per. quæ poss. cont. in fine. Aliam posuit Ozerius ad d. §. fin. Institut. de obligat. Aliam Thobias eodem, quas per te videre poteris, & reprobaare, quia eandem patiuntur difficultates. Aliam diffinitionem dicunt Doctores tradi à Iureconsult. in d. l. Labeo. §. contractus. ff. de verbo. significat. dum inquit, † contractum esse vltro citroque obligationem, quæ nec diffinitio videtur: siquidem † contractus non est obligatio, sed causa obligationis. l. 2. ff. si cert. pet. Item neque est generalis ad omnes contractus. nam donatio, mutuum, depositum, stipulatio, nulli dubium est quin sint contractus, neque tamen sunt vltro citroque obligatorij. Quamobrem melius quis dixerit illam non esse diffinitionem, sed magis declarationem per partem essentialem: atque ideo Doctores huic consueuerunt addere verba illa, voluntate partium præcedente, quæ nec etiam satis commodè eandem. defendunt, si quidem & obligatio ipsa, quæ est effectus contractus, quando à contractu descendit, habet præcedentem partium voluntatem. Cum igitur in hac columna nostra ponamus nedum proprios, sed & improprios, & magis improprios, dicta diffinitio minus aptè accommodabitur, quandoquidem Doctores per illa verba, vltro citroque, concludunt, dictam diffinitionem competere tantummodo proprijs contractibus, non alijs, ideo ego melius sic describi posse arbitrabor, † vt contractus sit conuentio cum promissione obligatoria vnius, vel plurium tacite, vel expresse formiter inducta. dixi conuentio, loco generis. dicitur obligatoria, quia ex conuentione oritur obligatio. dicitur cum promissione vnius vel plurium, vt comprehendat & donationem, & mutuum, & pollicitationem, & emptionem, & locationem, & omnes contractus. dicitur, tacite vel expresse, vt comprehendat indubitum, & sic quasi contractum. dicitur formiter inducta, quia à iure est forma tradita. Aliam diffinitionem tradebat Burgus, compater meus, subtilissimus & ingeniosissimus, vt † contractus sit actus obligatorij consensus pro ciuili commercio à iure formiter inductus, quæ pariter

9 optima videtur esse definitio, tamen † nunquam auderem recedere ab illa Iureconsulti in dicta l. La-  
10 beo, §. contractus, † noua ratione, si intelligamus  
dictiones illas, vtro citroque, respectu  
consensus, qui semper in contractibus saltem  
fictus ex altera parte interuenire debet & sic  
erit vtro citroque obligatio: idest quod ex vna  
& altera parte inheret semper obligatio respectu  
consensus inducendi ad actum, hoc est, vt actus ce-  
lebrerur, & vterque contrahentium sit obligatus  
ad consentiendum, aliàs non erit contractus, & ita  
11 declarando † stipulatio, & donatio, & mutuum  
erunt proprie contractus, per illum eundem textum  
contra communem Doctorum sententiam, ad quod  
faciunt ea quæ superius diximus, dum contractus  
etymologiam inquirebamus, quod sit actus contra,  
aliquando, idest inducens obligationem ex altera  
parte, scilicet contra, aliquando vtro vtroque, intel-  
ligendo tamen isto casu de obligatione efficaci res-  
pectu executionis, non respectu consensus tantum  
vt supra dicebamus, faciunt dicta per Balb. in rub.  
ve verb. oblig. nu. 74. tamen † non recedendum à  
communi sensu & intellectu illius, §. vt scilicet ibi  
diffiniantur tantum proprii contractus, vt conclu-  
dunt Doctores omnes in rub. de verbo, oblig. dum  
inferunt postea, stipulationem non esse proprie  
contractum.

**TERTIVS ARTICVLVS**  
*de origine Contractuum.*

**S V M M A R I V M.**

- 1 Origo contractuum est de iure gentium.
- 2 Quo ad efficaciam contractus sunt de iure gentium secundario.
- 3 Ipsum contrahere est, facti, sed effectus ipsorum est iuris.
- 4 In actibus viuientium varia iura considerantur.
- 5 Quo ad primam institutionem matrimonium est de iure diuino.
- 6 Quibus verbis fuerit institutum matrimonium.
- 7 Humana natura in esse deducta, triplex potentia ei concessa fuit.
- 8 Obligatio antidotalis multa privilegia habet.
- 9 Ius naturale dupliciter distingui potest.
- 10 De iure canonico ius naturale appellatur, quod in euangelio continetur.
- 11 Ius gentium dupliciter potest distingui.
- 12 Ex iure gentium secundo introducta sunt bella, seruitutes, distincta dominia, condita regna, obligationes causatæ, &c.
- 13 Omnes penè contractus sunt introducti de iure gentium exceptis quatuor, qui sunt de iure civili.
- 14 Tempore iurigenium contractus, vel obligationes non actuum remedijs executioni demandabantur, sed manu regia.
- 15 Magistratus de iure civili sunt introducti.
- 16 Magistratus de iure civili non sunt inuenti, sed de iure

- gentium.
- 17 Ius civile variè varioque modo se circa dispositionem iuris gentium habuit.
- 18 Ius gentium inuenit nominatas conuentiones, emptionem, venditionem, &c.
- 19 Ius civile improbauit quasdam conuentiones turpem habentes causam.
- 20 Ius naturale, ius civile in esse deductum tollere non potest.
- 21 Ius civile inuenit quasdam conuentiones nudas à nomine & nudas à causa, & eas neque approbauit, neque improbauit, vt pacta nuda.
- 22 Hodie ex pactis nudis non producit actio, nec efficax obligatio.
- 23 Exceptio datur ex naturali equitate.
- 24 De iure canonico pactum nudum producit actionem.
- 25 Mortaliter peccat, qui recedit à pacto.
- 26 Inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus distinctionem.
- 27 Regulariter de iure canonico non datur actio.
- 28 Officium iudicis non est actio.
- 29 Datur actio de iure canonico.
- 30 Distinctio & concordatio, an de iure canonico detur actio.
- 31 Iudex ecclesiasticus non ingerit se in pena sanguinis.
- 32 Ius civile introduxit quosdam actus, in quibus pacta nuda actiones producerent.
- 33 Ius civile inuenit quasdam conuentiones à iure gentium inuentas, quæ nudæ erant à nomine, non à causa.
- 34 Ius civile ne defectuum videretur, inuenit quatuor contractus.
- 35 Ius prætorium superuenit, & in iuris civilis dispositione loquutum fuit, & varia remedia introduxit.
- 36 Ius prætorium in contractuum celebratione inuenit constitutum, & varias stipulationes seu cautiones.

**V**enio ad tertium, & contractuum origo, † secundum Bart. in l. ex hoc iure, nume. 8. ff. de iust. & iure, est de iure gentium: idest potestas ipsa contrahendi, & intellige de iure gentium primæuo, quo ad inuentionem, quod ius participat de iure naturali, sed eo tempore inefficaces erant contractus defectu superioris, qui ius redderet: at vero post distincta dominia, & regna con-  
1 ceperunt contractus manu regia executionem habere. l. 2. in princip. ff. de orig. iur. atque  
2 † adeo, quo ad efficaciam contractus sunt de iure gentium secundario, prout declarat Ruin. & Socin. iun. ad rubr. de verbo. obligat. numero  
15. referendo Barto. in l. frater à fratre, ff. de condic. indeb. Bolognet. ead. rubri. sub numero quinquagesimo septimo, & sexagesimo octauo, & Imola post Anton. de Butr. in capitu. quæ in ecclesiasticum, de constituit. † Ipsum autem contrahere, est facti, vt inquit Barto. in dicta lege, ex hoc iure, quod probatur per l. consilio, in fi. ff. de curat. furio. sed effectus ipsorum contractuum est iuris, quia obligatio est iuris vinculum. Verum in materia hac alta aded & profunda, non ita est sicco pede prætereundum, ided altius  
ini-

initium capiemus: atque ad perfectiorem notitiam latius aliquantulum ab instituto per humanorum actuum initia diuagabimur: & animaduertendum est, quod † in actibus viuientium varia iura considerantur: nempe ius naturale, ius gentium, civile, prætorium, & canonicum. Quapropter sciendum, ab initio Deum creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam, & ab Adam omnis generatio descendit, vt c. 1. Genes. & Archi. in c. hæc imago, 33. quæstio. 5. & cum creasset Adam, ex costa eius formauit Etiam, & in adiutorium dedit illi, benedixitque eis, & dixit, crescite & multiplicamini, & replete terram, & sic inter eos matrimonium instituit. Hinc dicitur, quo ad primam institutionem matrimonium esse de iure diuino, cum fuerit institutum à Deo in paradiso ante peccatum, vt 32. quæstio. 2. versicu. his. capitu. vnicu. de voto, lib. sexto. Goffre. in summa, titu. de sponsa. nume. 1. Hostien. titu. de matrimo. nume. 8. in summa, Abbas in cap. fina. num. 5. de frigid. & malef. Christoph. Porti Instit. de iure natu. colu. 1. in fi. Vacon. in quinta declarati. suarum declarationum, lib. 1. nume. 2. & intelligit & declarat, vt sit de iure naturæ origine ipsa: sed institutione de iure diuino manasse, & quod matrimonium sit de iure diuino, tenet Cardin. Paleot. tra&. de natur. liber. cap. 2. & Marqua. de Susannis, tra&. de Iudæ & alijs infide. par. 1. cap. 3. num. 10. & id ipsum Aristoteles naturali quadam motus ratione intellexit, 1. Econom. dum dixit, vxorem esse ex ara Deorum. † Quibus autem verbis fuerit institutum matrimonium, quidam dicunt illis verbis, Crescite & multiplicamini. Hostien. autem & Goffre. dicunt illa verba potius fuisse benedictionis, quam institutionis: quare dicendum potius institutum fuisse verbis Adæ, prophetico ore dicentis, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea, vt cap. gaudemus, de diuor. & si Adam non peccasset peccato inobedientiæ, nulla voluptas in coitu esset, vt elicitur ex glo. in d. cap. his autem, 32. quæst. 2. in verbo, sine ardore. Sicque humana † natura in esse deducta triplex potentia ei concessa fuit, intellectiua, sensitua, & vegetatiua, Aristo. 2. de anima, optimè & dilucidè declarat Nauarra in suo enchiridio, in 2. & 3. prælud. Prima est vegetatiua, quæ non hominis tantum, sed cæteris quoque animantibus communis, imo & plantis, cum nihil ab eis nisi vegetandi desiderium descendat, quod omnibus naturaliter inest. Secunda est sensitua, quæ naturalis potentia hominis est etiam communis cæteris animalibus rationis expertibus, à qua potentia quatuor proueniunt, victus desiderium, & maris & feminae coniunctio, filiorum procreatio, & eorum educatio, vt tradunt Docto. in §. singulorum, col. 1. Insti. de rer. diui. & §. 1. Insti. de iure nat. gent. & ciui. & l. 1. §. ius autem naturale. ff. de iust. & iur. Moder. Bononi. in rubr. de verbor. oblig. Tertia est illa, quæ hominis est propria, qua media ad ea, quæ bona sunt, homines naturaliter mouentur, & mala fugienda, & ab hac potentia quin que inducta sunt, scilicet in Deū religio, vt parenti bus & patriæ pereamus, vt vim ac iniuriam propul-

mus. l. veluti, l. vt vim. ff. de iustit. & iur. vt benefacienti benefaciamus, & hoc est, quod antidora appellatur. l. sed si l. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. † quæ obligatio antidotalis multa privilegia habet, vt tradit Barto. in l. ex hoc iure, num. 1. ff. de iust. & iur. & ibi in addition. in versu. antidora. Vltimo vt fidem seruemus: nihil enim magis naturale est, quam ea quæ placuerunt hominibus, inter eos seruari. l. 1. ff. de pact. & sic omnia ista dicuntur esse iure naturali. † quod ius naturale subtiliter & ipsum distingui dupliciter potest, quod alterum sit commune omnibus animantibus, alterum hominibus tantum, & sic primum & secundum, vt per Barto. & Iaso. in l. 1. §. 1. ff. de iustit. & iure, & ibi Docto. & Angel. & Porti. in §. singulorum, Instit. de rer. diui. & animaduerte, quia illud quod hic diximus, procedit de iure civili: † de iure autem canonico ius naturale illud appellatur, quod in euangelio continetur, vel in lege Moysæ, vt cap. 1. dif. 1. gl. notat Institut. in princip. de iure natur. & Barto. in l. Iulianus verum, nume. 77. ff. de cond. indeb. Aliud est ius gentium, quod & ipsum à nonnullis vocatum fuit ius naturale, secundum † quod etiam ipsum dupliciter potest distingui: nam primum ius gentium fuit inductum eo ipso quod gentes esse ceperunt, & istud ius naturale secundum esse, de quo superius dicebamus; Alterum erit ius gentium, quod & ipsum à gentibus fuit inductum, differt tamen à præcedenti in duobus, origine scilicet, & effectu: nam illud à natura hoc à gentibus fuit inductum. Item illud habet iuri naturali qualitatem conformem, hoc interdum difformem. exemplum in seruitute, in captiuitate, in bellis. §. ius autem gentium, Insti. de iure. natu. gent. & ci. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & quod duplex sit ius gentium declarat Bar. in d. l. si id quod. ff. de cond. indeb. & in d. l. ex hoc iure. ibi Card. Alba. in lucubr. Socin. in l. 1. in princ. ff. de iust. & iur. Ruin. in princip. ff. de verbo. obligat. Ripa ibidem, nume. 39. Bolognet. eodem nume. 31. & nume. 10. quamuis postea sibi contradicat, tenendo quod sit vnicum ius gentium, prout tenet etiam Zasius. d. l. ex hoc iure & quod duplex sit ius gentium, tenet Christo. Porti. Instit. de obliga. nume. 25. & tenet Vacon. suis declaratio. capitu. 15. libr. 2. numero primo à qua opinione tanquam communi non est recedendum. & ex hoc iure gentium secundo introducta sunt, vt dixi, bella, & quæ ex his sequuntur seruitutes, item distincta dominia, sunt condita regna, obligationes causatæ, & cætera, de quibus in d. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. & sunt inducti omnes præterea penè contractus, vt emptio venditio, locatio conductio, mutuum, depositum, mandatum, societas, & alij quàm plures, de quibus in d. l. ex hoc iure. §. ius autem gentium Instit. de iure natu. gent. & ciui. & animaduertendum, bene verum esse, quod † omnes ferè contractus sunt inducti, seu inuenti de iure gentium, secundum distinctionem, quam supra tradidimus, exceptis quatuor contractibus, qui sunt de iure  
A 3 ciui.

ciuili, vt stipulatio. §. de constituta. Insti. de action. item litterarum obligatio, vt eod. de litterarum obligatio. item emphiteusis, vt Insti. loca. §. ad eod. item sponsalitia largitas, id est donatio propter nuptias, 14 vt Authc. vt sponsa. larg. §. 1. & 2. colla. 9. † hoc tempore, videlicet iurisdictionem, vt diximus sup. in princ. non actionum remedijs contractus, vel obligationes executioni demandantur: sed omnia manu regia expediebantur, de quo in l. 2. §. 1. ff. de orig. iur.

15 Nec obstat si diceretur, † magistratus de iure ciuili sunt introducti. §. singularum. Insti. de rer. diu. quod etiam probatur in §. post originem. d. l. 2. ergo hoc tempore non erant: nam respondetur contrarium procedere in magistratibus inferioribus:

16 magistratus vero superiores, veluti Reges & Principes, hoc iure inducti fuerunt, vt inquit Bartol. in dicta l. Iulianus verum, numero vigesimo quinto, ff. de condit. indebi. & quod de iure gentium Reges, vel Imperatores sint inuenti, probatur. Lex hoc iure. ff. de iustit. & iure. ibi, regna, quem text. ad hoc propositum allegat etiam Bart. in l. frater a fratre, nu. 1. 2. de cond. indeb. & tradit Cassa. in Cathalo. glo. mundi, in quinta parte, vigesima octaua consideratione, & per Petrum Bertrand. Card. in tracta. de Origi. iurisdictionis. & nos latius in 4. parte Amphitheatri.

17 Superuenit postea ius ciuile, quod quidem vario modo se circa dispositiones iurisdictionum habuit.

18 Primo enim considerantur iurisdictionum inuenisse quasdam nominatas conuentiones, veluti emptio-nem, locationem & similes, de quibus in l. iurisdictionum, in princ. ff. de pact. & eas approbanit, de qua approbatione sequitur ciuili obligatio: vnde hodie ex his contractibus duplex oritur obligatio naturalis, quæ iurisdictionum est, vt inquit glo. 1. Insti. de oblig. & oritur ex consensu in contractu adhibito, vt inquit gl. 3. Insti. de oblig. vel ex æquitate iurisdictionum, vt inquit Bar. in d. l. Iulianus. Item & ciuili obligatio ex approbatione iuris ciuili oritur: nam & contractus isti iuris ciuili dici possunt. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. §. 1. Insti. de oblig. & §. omnia enim merito. C. de vet. iure enuclean. l. 2.

19 Secundo vidit quasdam conuentiones turpem habentes causam, in quibus tamen fidei seruandæ æquitas non aderat, & eas improbauit: vnde sequitur, nullam ex his promissionibus iure ciuili vel prætorio oriri actionem, cum nullius momenti sint. l. generaliter, cum sequenti. ff. de verb. oblig.

Nec obstat si diceret, ius ciuile ius naturale imutare non posse, §. penul. Insti. de iure nat. gent. & ciu. vnde naturalis obligatio, quin ex his conuentionibus oriatur, impediri posse non videtur: quoniam

20 respondetur, † ius naturale ius ciuile in esse deductum tollere non posse, & hinc est, quod iudicis sententia obligationem naturalem non soluit. l. iudex, vbi glo. & l. Iulianus. ff. de cond. inde. potest tamen impedire ius ciuile, ne naturalis obligatio oriatur, vt colligitur ex glo. vbi doct. in l. si non sortem, §. 1. in ver. stipulatum. ff. de cond. indeb.

21 Tertio † ius ciuile inuenit quasdam conuentiones nudas à nomine, & nudas a causa, & eas neque

approbauit, neque improbauit, & ista sunt pacta nuda: quare sequitur, quod † hodie ex pactis nudis non producatur actio. Doc. in l. iurisdictionum §. cum nulla. ff. de pact. declarat Vaçon. in suis declaratio. c. 23. nu. 2. libr. 1. & tradit Soein. in regu. 9. Petr. à Du regu. 11. Item nec efficax obligatio oritur, vt las. affirmat, Insti. de actio. in prin. vbi glo. & Ang. & cetero. Doct. sed tantum naturalis obligatio adest de iure gentium. Similiter ex hoc pacto producitur exceptio, quæ exceptio quamuis sit de iure ciuili, sicut actio, secundum Bar. in l. ex hoc iure, nu. 19. ff. de iust. & iur. tamen ego intelligo quo ad tacitam confirmationem, quam ius ciuile facit, † quia exceptio datur ex naturali equitate, l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. ff. de pact. secus autem de iure canonico, quo

22 † pactum nudum producit actionem, & pro eius executione potest adiri iustitia ecclesiastica, vt refert Præticus Corradus in sua praxi, tit. de denunti. lib. 1. cap. 9. §. 1. per tex. vulgat. in c. 1. de pac. vbi inquit glo. † quod mortaliter peccat, qui recedit à pacto, argu. 2. q. 1. cap. prædicandum. ratio est quia

26 † in simplici loquelam & iuramentum non facit Deus differetiam. Sed supradictis ob stare videtur doctri. Felin. in d. c. 1. col. 2. dum ait, † regulariter de iure canonico non dari actionem, qui citat Ioannem de Imo. in c. cum contingat, de iure iuram. Nec probatur in d. c. 1. & c. 3. dari actionem, quemadmodum Doctores præsupponunt, sed potius esse implorandum officium iudicis. † at officium iudicis non est actio proprie, vt not. in c. si de offic. iudic. Bar. in l. 1. col. 4. in fi. de iurisdiction. omnia. iud. Card. Alban. post Nat. consil. 47. vol. 2. in lucubra. ad Bart. nu. 8. qui addit quatuor differentias ex mente Iaso. & alias ultra eas, & ampliat Doct. etiam si iuramentum intercesserit, non dari actionem ex pacto nudo de iure canonico: Sed nec illa doctrina Felini videtur simpliciter inniti veritati, cum obster. c. examinata. & c. cum dilecti, de iudi. & ibi Abbas contra

29 rium tenet: scilicet † dari actionem de iure canonico, quamuis gl. in d. c. dilecti, exponat verbu, actio, id est causa, & etiam Felin. ibi contrarius, cum Abbas tenet in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 43. de consil. & hæc est communis opinio, quam tenuit Anto. de Butr. in c. ex parte, de censu. Ias. qui attestatur de magis communi in rub. de ver. oblig. post nu. 8. Ripa, nu. 3. Alciat. nu. 10. & nu. 16. Bolognet. num. 76. Card. Alb. in lucubr. ad Bar. in l. iurisdictionum. §. igitur, ff. de pac. Gomez. Hispan. in suis resolu. iur. titu. de

30 de contrac. verb. num. 3. † tamen ita distinguendo posset concordari vtraque opinio: nam si considerare mus ius canonicum de per se, regulariter non datur actio, prout supradicta gl. in d. c. cum dilecti, dum exponit, actio, id est petitio: At si consideremus ius canonicum annexum, & mixtum iuri ciuili, & ad istar eius redactum, tunc dabitur actio, cum non vtatur simpliciter iure proprio, arg. l. quæ situm, ff. de in ius vocan. & l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. posse. cum similibus. sed in praxi indistinctè semper datur & proponitur actio, etiam de iure canonico, vt videtur licet in pratica Follerij, & in pratica Diaz. quoniam potest agi & ciuilitè & criminalitè, vt per Le-lium Jordanum tractatu de maioribus rerum quæ capital.

31 pital. cap. si. bene verum est quod † iudex ecclesiasticus non ingerit se in pœna sanguinis, & se remittit curi seculari, vt vidi pluries seruari Romæ, & fuit admonitus de hoc quidam meus amicus ab excell. Io. Baptista Dionisio, Auditore Illustriss. Farnesij Cardi. Decani.

32 Quarto † ius ciuile introduxit quosdam actus, in quibus pacta nuda actiones producerent, veluti in dote. l. ad exactionem. C. de dot. promissio. similiter in donatione. l. si quis argentum §. si C. de do. d. l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. ff. de pac.

33 Quinto inuenit quasdam conuentiones à iure gentium inuentas, quæ nude erant à nomine, non tamen à causa, quæ quatuor sunt, do vt des, do vt facias, facio vt facias, & facio vt des, de quibus. l. naturalis, ff. de præf. ver. & has conuentiones approbauit atque ad eod. etiam hodie re ab altera parte secuta competet actio, l. ex placito. C. de rer. permu.

34 † Sexto ne defectuum videretur istud ius ciuile, quatuor contractus inuenit, quos supradiximus, stipulationem, contractum emphiteuticum, contractum litterarum, & largitatem sponsalitiarum, quos omnes quatuor refert glo. in §. ius autem gentium, Insti. de iure natur.

35 Demum & ius prætorium superuenit, quod in iuris ciuili dispositione loquutum fuit, & noua varia remedia introduxit in vltimam voluntatum dispositione, de quibus in §. 1. Insti. de bono. posse. & clarius in secunda parte Amphitheatri. in col. 20. tertij ordin.

36 Item & in contractuum celebratione inuenit constitutum, de quo in d. §. constituta, Insti. de actio. Item varias stipulationes, seu cautiones, de quibus toto titulo, de præto. stipu. & aliquid in §. 1. de diuif. stipulatio. Insti. & nos infra suo loco, Superuenit postea ius canonicum, de quo, quia plenius sua columna dicturi sumus, ne bis idè repetamus, modò nil dicam, referens & remittens me ad ea, quæ ibi dicam.

tractus.

9 Contractus quidam notati dicuntur, seu certi: quidam innominati, seu incerti: quidam magis innominati, seu magis incerti.

10 Qui contractus dicuntur certi secundum Azo. & Barto.

11 Qui contractus nominati appellantur.

12 Qui sint contractus in nominati, & quare dicantur innominati.

13 Magis innominati contractus qui sunt.

14 Quidam contractus sunt bonafidei, quidam stricti iuris.

15 Omnis bona diuisio debet fieri per species oppositas.

16 Non reperiuntur contractus qui sint malafidei.

17 Aliqui dicunt quod alij sunt contractus stricti iuris, alij largi iuris.

18 Quare dicantur contractus bonafidei.

19 Quo ad mentem & substantiam intentionis omnes contractus mundi sunt bonafidei.

20 In contractibus est differentia respectu puris & minoris fidei.

21 Si dolo in contractibus bonafidei interueniat, contractus ipso iure vitatur.

22 Dolo in contractibus stricti iuris non vitatur contractum ipso iure, sed per actionem, vel exceptionem purgatur.

23 Si dolo ad vendendum inductus sum, talis dolo ipso iure vitatur contractum, ita vt nullus sit omnino.

24 Si dolo sum inductus per stipulationem promissi, tunc teneor ipso iure.

25 Qui sint contractus bonafidei, & qui stricti iuris.

26 Quicumque contractus initus fuerit cum Principe, est bonafidei.

27 Contractus factus à sacerdotibus, semper est bonafidei.

28 In omnibus contractibus stricti iuris potest invari in litem.

29 Omnes contractus stricti iuris de iure canonico sunt bonafidei.

30 Contractus stricti iuris, qui sunt.

31 Inclusio vnus est exclusio alterius, quando non appareat de contraria voluntate disponentis.

32 Quæ sint differentia inter contractus stricti iuris & bonafidei.

33 In venditionibus pretij vsura post moram debentur.

34 In locatione conductor potest agere ad ea, quæ ex bono & aqno procedunt, & debentur etiam vsura post moram.

35 In mutuo, donatione & stipulatione, & ceteris contractibus stricti iuris, non veniunt, nisi ea, quæ expressim à paribus sunt promissa.

36 In contractibus stricti iuris non debentur vsura, fructus & accessiones post moram, sed à tempore litis contestate.

37 In arbitrarijs actionibus veniunt accessiones, & tamen sunt contractus stricti iuris.

38 In bonafidei iudicijs iuratur in litem, non autem in stricti iuris.

39 In contractibus vel actionibus bonafidei hebes promissoris, qui non possidet rem in solidum, conuenitur in solidum.

40 In contractibus bonafidei mora purgatio admittitur, vbi in promissione dies & pena certa expressa est, secus in stricti iuris contractibus.

41 Verbu, actio, est nomen generalius quam contractus.

42 Contractus quidam est fictitijs, quidam imaginarijs, quidam

QUARTVS ARTICVLVS de diuisionibus Contractuum.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus alij sunt proprij, alij improprj, alij improprjssimi.
- 2 Contractus alij strictè sumuntur, alij large, alij largissime.
- 3 Interdum vocantur contractus simplices, interdum correspèctiui.
- 4 Qui sint contractus propriè, vel strictè sumpti, seu correspèctiui.
- 5 Qui sint contractus improprè, seu late sumpti, vel simplices.
- 6 Si cauetur contra negligentem petere debitum præscribi decennio, non habet locum huiusmodi statutum, si quid debetur ex contractu improprè.
- 7 Verba statuti propriè sunt intelligenda.
- 8 Qui dicantur improprjssimi, seu largissime sumpti con-



- dam simulatus.
- 43 Cuius sit natura contractus fictitijs.
  - 44 Contractus imaginarius, qui sit, & cuius natura.
  - 45 Quis dicatur contractus simulatus.
  - 46 Contractus simulatus vnicus est continens sub se tres species.
  - 47 Qui allegat agendo vel excipiendo contractum esse fictitiuum, debet designare speciem fictionis.
  - 48 Probans, non debet obsequi probare.
  - 49 Si non appareat aliquod signum, vel aliqua vrgens suspitio, nunquam simulatio & fictio & dolus a iure presumitur.
  - 50 In publicis instrumentis iuratur per contrabentes omnia & singula esse vera nec contravenire.
  - 51 Inverum contractus presumitur simulatus ex coniecturis.
  - 52 Contractus non iuratus presumitur simulatus.
  - 53 Contractus presumitur simulatus, si celebratur in loco, in quo consuevit fieri fraudes.
  - 54 Presumitur simulatus contractus ex consuetudine contrahentium, qui soliti sunt talia facere.
  - 55 Presumitur simulatus, quando paruum pretium interuenit, & fuit adiectum pactum de retrouendendo.
  - 56 Inter Doctores est magna controuersia, an duo tantum sufficiant ad probandum contractus simulationem, vel debeant tria concurrere.
  - 57 Magis communis opinio est, vt duo tantum sufficiant ad probandum contractus simulationem.
  - 58 Distinctio & concordatio opinionum.
  - 59 Quando dicatur pretium tenue, & modicum.
  - 60 Presumitur contractus simulatus, quando venditor remansit in possessione.
  - 61 Presumitur simulatus contractus, quando venditio fit clam & occulte cum pacto de retrouendendo.
  - 62 Presumitur simulatus & fraudulentus ex pactis clausulis insolitis.
  - 63 Ex nimis cautelis irritatur contractus.
  - 64 Multa presumptiones ponuntur à Bartholomeo Veronen si in suo tract. de sim. contract.
  - 65 Alius est contractus imaginarius & simulatus, alius contractus factus in fraudem.
  - 66 Contractus alij sunt diuidui, alij indiuidui.
  - 67 Contractus alij conditionales, seu modales, alij puri, alij in diem alij, alternatiui.
  - 68 Contractus alij privilegiati, speciales, solemnes, iurati, dolo si, & iurati, illiciti.
  - 69 Contractus meticulosus est, quando in carcere celebratur & valet si in utilitatem carcerati factus est.
  - 70 Contractus meticulosus est, si celebratur cum illo, qui exercebat tyrannidem.
  - 71 Contractus alij sunt ualidi, alij inualidi, seu nulli.

**V**enio ad quartum articulum de Diuisione. Contractuum. & quia à Docto. quàm plures traduntur diuisiones, quæ ad maiorem declarationem magistraliter ab eis inuenti fuerunt ideò principales referamus, easque declarare pro viribus enitmur. Prima igitur diuisio talis est, contractus alij sunt proprii, alij improprii, alij impropriissimi, secundum Bal. & Summam Rolandin. in contractuum diuisione, & Iaf. in additio. ad Port. Instit. de oblig. in rub. quo loci eadem diuisio à Nonio Perusi. declaratur;

- 2 tur; nempe contractus strictè sumantur, alij largè, alij largissimè. Hinc est, quod contractus alij contractus simplices, alij correspondenti, vt aiunt Doctor. præcipue Ruin. rubr. ff. de verbo. oblig. nu. 13. Bolognet. rub. si cer. pet. num. 132. Bello. Instit. de obligat. Seb. Medi. tracta. de leg. 4. quæst. 3. partis. quod est idem ac si vocarentur proprii & improprii. Videndum est ergo, qui sint isti contractus proprii, vel strictè sumpti, seu correspondenti. Doctores communiter affirmant esse illos, qui hinc & inde sunt obligatorij: exemplum in venditione, in quæ ad rem venditam tradendum venditor tenetur, & emptor ad precium dandum. l. ex empto. ff. de actio. emptio. similiter in locatione tenetur locator pati conductorem frui, & conductor mercedem soluere, toto titu. ff. loca. & facit tex. in § 1 Instit. de obligat. quæ ex consensu nasc. Idem in similibus dicendum est: scilicet proprios esse, cum mutua nascitur obligatio, veluti in mandatis, & societatibus. l. Labeo, la. 2. ff. de ver. signi. Improprii autem contractus, siue latè sumpti, vel simplices, sunt illi, qui ex altera tantum parte obligatione pariunt: exemplum in stipulatione regulariter: item in donatione, in qua tantum obligatur donans efficaciter in mutuo, in quo recipiens tantum obligatur ad restitutionem. l. 2. ff. si cer. pet. & latius infra sua colum. & sic hi sunt improprii contractus, qui ex vna tantum parte pariunt obligationem, prout declarat Iaf. in Rub. de oblig. circa fi. Instit. vbi infert, quod si cauetur contra negligentem petere debitum præscribi decennio non habet locum huiusmodi statutum in eo, cui quid debetur ex contractu improprio, quia verba statuti propriè sunt intelligenda. §. l. j. §. is, qui nauè ff. de exer. actio. l. 3. hæc verba, ff. de neg. gest. Bar. in l. i. §. i. ff. de fonte Impropriissimi seu largissimè sumpti dicuntur contractus illi, in quibus nec mutua nascitur obligatio, nec etiam ex altera parte: sed potius facta dissoluitur, exemplum in acceptilatione, quæ contractum dissoluit. §. item per acceptilationem, Instit. quibus mod. tolli. oblig. item exemplum in transactione nudo pacto facta, quæ non producit actionem ante implementum, sed factum dissoluit, vt inquit Iaf. in Rub. supracita. in hoc vltimo tamen Bar. per eum allegatus in l. siue apud acta. C. de transact. contrarium tenet: scilicet contractum esse hinc & inde obligatorium sed illud est intelligendum, quando transactio interuentu stipulationis, vel acceptilationis facta fuit, vt idem sentit in secunda lectura, colum. fin. vel illud procedit quando secutum fuit implementum, quod Iaf. in dicto suo non supponit.
- 3 Alia & secunda diuisio datur contractuum, quod quidam nominati dicuntur, quos aliqui certos contractus appellant: quidam innominati, quos aliqui incertos appellant: quidam autem magis innominati, qui & ipsi possent vocari magis incerti. sed Azo in summa. C. si cert. pet. & Bar. in l. certi conditio. ff. si cert. pet. nu. 14. aliter intellexerunt contractus istos certos & incertos: nam Azo dicebat, quod illi sunt contractus incerti, in quibus continetur incertum, puta quid fieri, vel non fieri. l. vbi autem non apparet. §. quid. ff. de verb. oblig. Bar. incertos vocabat

- 1 bat, quando ex ipsius conceptione iure manifesto non apparet certum, vel est variabile ex potestate debitoris, vel ex natura rei, prout quando quis stipulatur partum ancillæ nasciturum, vel fructus nascituros: certos autem vocabat, quando ex ipsius conceptione apparet iure manifesto quod certum debetur, nec est variabile ex potestate debitoris, vel natura rei.
- 2 Nominati autem appellantur, qui elegans ac speciale nomen habent, veluti est emptio, & venditio, locatio, & conductio, depositum, commodatum, mutuum, & similes, de quibus in l. iuris gentium. ff. de pact. & ideo nominati dicuntur, quia nomen suum præspecificum habent, vt vnus nomen alteri non conueniat: non enim nomen hoc, venditio locationi congruit, nec e conuerso: similiter nec depositum como dato congruit, nec e contra, idem est de similibus.
- 3 Innominati contractus autem sunt quatuor, do vt des, facio vt facias, do ut facias, & facio vt des, de quibus in l. naturalis, & per totum. ff. de præf. ver. & inferius in discursu Amphitheatri, suis locis præsequitur. ideo innominati dicti, quia nomen suum speciale non habent: siquidem nomen illud, quod in se habent, generis respectu habent, & nominatis congruit, cum ibi rem dem, vt pecunia detur: similiter facio vt des, locationi aptatur, cum ego patiar, & sic facio vt te re locata, vt mihi mercedem des.
- 4 Magis innominati contractus sunt nuda conuentiones, & sic pacta nuda: ideo sic dicta, quia nomen suum & innominatis congruit: siquidem nullus contractus est, siue nominatus, siue innominatus sit, qui in se conuentionem non habeat. l. 1. §. adeo. ff. de pact. & inquit Roland. in summa sua, trac. no. iul. in contract. diuis. & nos latius suo loco.
- 5 Alia & tertia datur diuisio, quod quidam contractus sunt bonæ fidei, quidam stricti iuris: sed secundum Fabrum in § actionum, Instit. de actione hæc non videtur bona diuisio, quamuis Imperatoris sit ratio est, quia omnis bona diuisio debet fieri per species oppositas, vt Instit. de iure person. in princ. & de his, qui sunt sui, vel alteris iur. vt animal aliud est album, aliud nigrum: nam si diceretur, aliud nigrum, & aliud siccum, vel aliud album, aliud humidum, mala esset diuisio: ergo cum ista diuisio sit a separatis, omnino non erit bona, quia debuisset dici, quidam sunt contractus bonæ fidei, quidam malæ fidei: at quoniam non reperiuntur contractus, qui sint malæ fidei. l. bonam fidem. C. de actio. & oblig. inquit gl.
- 6 in d. §. actionum, ideo bona fuit diuisio illa, quæ nonnulli dicunt, aut stricti iuris, aut largi iuris, quapropter subtilis Faber ita declarando tueri conabatur illam Imperatoris, quod cum Imperator ad institutionem iuuenum has diuisiones inuenit, posuit illam diuisionem, non ut penes vocabula reciperetur, sed penes effectum, & sic innuit, quod quidam sunt contractus bonæ fidei, id est qui magis in bonafide excederant, & sunt vberiores, & languorioris iuris respectu bonæ fidei, cum illi actus, qui enumerantur dicto. §. actionum, per excellentiam, seu per analogiam (vt dicunt Philosophi) dicantur bonæ fidei, vt in l. iul. si possit dici in compositione nostri Amphitheatri, & maxime in quinta parte, in cuius constructione semper perspeximus, cui magis materia seu tâ

- 1 tulus conueniret, & sub qua columna magis aptè, & commodè adaptetur, quod probatur etiam ex doctrina Bal. in c. vnico, ad fin. de plus petitio. dum dicebat, quo ad mentem & substantiam intentionis omnes contractus mundi esse bonæ fidei: non autem quantum ad titulum actionis: quæ quali velit in contractibus esse differentiam respectu pluris, & minoris fidei, quod apparet: quia si dolus in contractibus bonæ fidei interueniat, contractus ipso iure uitiatur, l. & eleganter, in prin. ff. de dolo. c. cum dilecti, ibi glos. & Cano. de emptio. & venditio. declarat Didacus Corar. in relection. c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. §. 6. nume. 5. Bar. in l. sub prætextu, la. 1. C. de transact. Berard. Diaz. regu. 200 qui limitando, & ampliando optimè declarat, & nos etiam suo loco dicemus, quod intellige si deceptus velit vt contractus sit nullus, prout Iaf. d. §. actionum, nu. 45. si autem in contractibus stricti iuris dolus interueniat, non est ipso iure nullus, sed per actionem, vel exceptionem purgatur dolus. l. dolus. C. de inutil. stipul. & ea potissimum ratione factum est, quia bona fides duobus temporibus interuenire debet, tempore contractus, seu in ipso contrahendo, & tempore implenti, scilicet quando impletur contractus, & præcipue in contractibus primo loco dictis, requiritur ista bona fides, & in hoc contractibus stricti iuris differunt, in quibus non requiritur tanta bona fidei qualitas, vt inquit tex. in l. si. dolo. C. de rescind. venditio. & sic infertur, quod si dolo ad vendendum inductus sum, talis dolus ipso iure uitiat contractum, ita vt nullus sit omnino, nec si traditio sequeretur repetitio impeditur, sed si dolo inductus per stipulationem promissi, tunc ipso iure teneor, & sic contractus valet, & si soluerem, non peterem, habeo tamen contra petentem exceptionem, quam vsque ad sententiam, cum peremptoria sit, proponere possum: post l. tam autem sententiam solam appellationis remedium mihi referuatur intra decem dies proponendæ a die lata sententiæ, aliàs in rem iudicatam transit. l. & eleganter. l. dolo. l. peremptorias. C. sentent. rescin. non pos. & auth. hodie. C. de appell.
- 2 Qui autem sint isti contractus bonæ fidei, & qui stricti iuris: dic quod bonæ fidei contractus sunt omnes, qui enumerantur d. §. actionum, vt emptio & venditio, locatio & conductio, negotiorum gestio, mandatum, depositum, societas, & ceteri. d. §. enumerati, & recensentur à Spec. in tit. de locato. §. 6. & à gl. in c. cum venerabilis, extra de exceptio. vbi adnumerat, quamuis Faber plures esse asserat, numerando contrarios. Potest addi supradictis contractus initus cum Principe, namque quicumque contractus initus fuerit cum Principe, bonæ fidei est, licet aliàs stricti iuris esset, prout declarant Docto. cõmuniter & Dec. in c. 1. in 2. lec. nu. 11. de const. & c. 1. de proba. nu. 6. Marcus Mátua apotheg. 95. Roland. à Valle confi. 25. nu. 44. vol. 2. Francis. Becius confi. 45. nu. 28. Decianus, dominus meus, confi. 26. nume. 97. vol. 1. Marquard. de Sufan. tracta. de Iudæ. capitu. 6. nume. 6. & ante omnes Bald. in titulo de pace constantiæ. §. si qua verò, Paulo post princi. & idem dicit ibi de contractu facto coram prin-

principe, & sequitur Iaf. in d. §. actionum, Plotus in 27 l. si quando, nu. 560. C. vnde ni. & idem erit dicendum de contractibus factis à sacerdotibus, qui semper erunt bonæ fidei, vt inquit Alciat. referens Fabr. in rub. de ver. oblig. nu. 15. & intellige de iure canonico, à quo iure clerici ligantur, prout declarat Plot. 28 in repetit. l. si quando, nu. 561. vbi inquit, quod in omnibus contractibus stricti iuris potest iurari in litem, in terris subiectis ecclesiæ, in quibus attendi solet ius canonicum, quoad personas ecclesiasticas, cum 29 omnes contractus stricti iuris de iure canonico sint bonæ fidei, prout declarat etiam Bal. in c. 1. in fine, de plus petitio. & omnes canonice in c. cum venerabilis, de exceptio. Iaf. in l. cum fundus, ff. si cer. per. quamuis videatur esse anceps, & dubius, sed expresse tenuit Petrus Rebuffus in commentar. ad consli. regul. in tracta. de fructibus & illorum restit. in 1. artic. glo. vna. nu. 8. & Marcus Mant. d. apophteg. 30 Bonacos. de æquitate can. conclu. 60. stricti iuris autem contractus sunt omnes, qui d. §. non enumerantur, veluti mutuum, donatio, stipulatio, constitutum, arbitrium, & ceteri, qui d. §. non enumerantur 31 nam inclusio vnus, est exclusio alterius, quando nõ apparet de contraria voluntate disponentis, vt not. 32 Iaf. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acqui. pos. quæ propterea sint differentie inter contractus stricti iuris, & bonæ fidei, dic quod in bonæ fidei contractibus omnia illa veniunt, quæ ex bono & æquo procedunt, 33 ideo in venditionibus pretij vsuræ post moram debentur. l. 2. C. de vsur. l. præses. C. locati. l. Iulianus, §. ex vendito. ff. de actio. emp. Bar. in l. Lucius. ff. de po. & in l. fructus, C. de actio. empti. & in l. filiusfam. §. 1. ff. de ver. oblig. & vide infra in trac. de emptio. & vend. col. 3. vt. ordi. & debentur istæ vsuræ post traditionem rei, nec sufficit si pecunia simpliciter depo 34 natur vt d. l. 2. & l. liberalitatis. ff. de vsur. quare in locatione conductor potest contra locatorem agere ad ea, quæ ex bono & æquo procedunt ideo in locationibus potest agi, vt domus reparatur, ostia refarciantur, fenestræ fiant, licet promissa non fuerint ita vt etiam funis ad hauriendam aquam præstari debeat l. ex vendito. l. si merces. §. si vicino. ff. locati & §. penul. in sti. de loca. fat in mutuo, donatione, & stipulatione, & ceteris contractibus stricti iuris non veniunt, nisi illa, quæ expressim à partibus sunt promissa. l. quid quid adstringendæ, in princ. ff. de ver. oblig. & §. si. in sti. de obliga. quæ ex contr. oriun. & in hoc 36 etiam differunt, quia in his contractibus stricti iuris non debentur vsuræ, fructus, & accessiones post moram, sed à tempore litis contestatæ. l. cum fundus. ff. si cer. per. l. vulgo receptum. l. videamus. §. si actione, de vsur. late per Petr. Rebuff. d. trac. de fruc. & eorum resti. glo. vna. nu. 2. sed supradictis videtur ob stare, quia in arbitrijs actionibus & contractibus veniunt accessiones, & tamen sunt stricti iuris, atque adeo aliqui conati sunt respondere, quod accessiones illæ veniunt iudicis officio, non autem iure actionis, vt §. præterea, in sti. de action. & §. sed istæ, in fine. od. alij dicebant, quod hæc non erat actio, seu contractus bonæ fidei, nec stricti iuris, sed mixta quædam actio, seu contractus, & sic tertia species, tamen hæc responsio non creditur admittenda secundum

glo. in §. præterea, in ver. actiones, de acti. Meno. de Arbi. q. 4 & 5. non discedas à prima solutione. sunt in super quam plurimè aliq. differentie inter stricti iuris contractus & bonæ fidei, videlicet quod in bonæ fidei iudicijs iuratur in litem, non autem in stricti iuris, nisi in arbitrijs. §. præterea, in sti. de actio. & etiam l. in actionibus ibi Bar. ff. de in lit. iuran. tradit Plot. in repetitio. d. l. si quando. C. vnde ni. nu. 562. ite 39 quod in actionibus bonæ fidei hæres promissoris qui non possidet rem in solidum conuenitur in solidum, secus in stricti iuris actionibus. vt l. 3. §. si hæres. ff. commo. quandoquidem in stricti iuris contractibus non concurrat cum eo rei vendicatio vt est tex. in l. si tibi. §. pen. ff. de leg. 1. & not. Bar. in l. 4. §. Cato. 40 ff. de ver. oblig. & item quod in contractibus bonæ fidei moræ purgatio admittitur, vbi in promissione dies & pœna certa expressa est, in contractibus stricti iuris regula est in contrarium Bal. in l. cum allegas in 6. opposi. C. de vsur. doct. Modernior. in l. insulam. ff. de ver. obl. per tex. in l. Lucius, versicu. neque hæres, à contrario sensu. ff. de actio. emp. Marcus Mant. apophteg. 95. quas differentias melius ponit glo. & late doct. in d. §. actionum, & nos in tertia parte Magni Amphith. suis locis plenius dicemus, & animaduerte, quod & si superius diximus actiones & non contractus, sub verbo, actio, comprehenditur contractus, prout declarat glo. in d. §. præterea, de 41 actio. in sti. dum ibi reddit rationem, quod in ideo electum fuit verbum, actiones, quia est verbum & nomen generalius, & plenius, quam verbu, contractus. 42 Alia contractuum diuiso quarto loco datur, vt contractus quidam sit fictitijs, quidam imaginarijs, quidam simulatus, quæ diuiso magistraliter fuit Bar. in consi. 65. incipiente, factum tale est, D. Petrus Nicolaus, in 2. volu. quam diuisionem sequitur Romana Rota decisi. 1. de donatio. alijs decisi. 484. & refert Barth. vero suo trac. de simulat. contrac. coniectur. 28. & cautela 240. Bal. in l. 1. in prin. c. plus valer. quod agitur. l. ab Anastasio l. per diuersas. C. mand. & refert & approbat eam Iacob. Filip. port. conf. 69. col. 1. & Franci. Becius conf. 52. nu. 29. vbi plures cumulat, Primo modo dicitur fictitijs, cum vnus contractus celebrari simulatur, & tamen in veritate agitur quod alius celebretur, & sic loquitur totus titulus, C. plus valere quod agitur, quàm quod simul. cep. & C. de contrah. empt. l. empti. fides, & c. 26. lib. 5. consi. Marchiæ vbi Caballinus ibi, in commenta. 43 optime declarat & huiusmodi est naturæ iste contractus fictitijs, vt non impediatur acquisitio ei, cui acquiritur dempta fraude si ex causa, quæ vere inter partes agebatur, poterat acquiri, vt d. l. emp. fides, & l. ex pretio, si cer. peta. & not. in l. nulla. ff. de reg. iur. 44 secundus dicitur imaginarijs, quia licet vere agatur vt sic fiat: nihilominus agitur quod cito contractus dissoluatur, & sic breui tempore contractus est duraturus, quia forte debet emptor cito recedere alleg. l. 4. §. si ab ignoto, ff. de manu. quem tex. citat fere in materia ista pro singulari Tiraquellus in trac. de vtroque retrac. in glo. 14. nu. 23. & 24. §. 1. & Beci. d. conf. & natura illius simulationis est vt debeat hoc expresse per pactum agi d. §. si ab ignoto, nam nõ potest dici simulatus, nisi vtraque pars, consentiat vt

fit simu-

fit simulatus, Bal. in l. 1. nu. 15. C. plus vale. quod agitur, quàm quod simul concip. & debet probari vt id sit actum à principio inter contrahentes, quia si fuisset actum postea, non esset simulatus. d. l. 4. §. si ab ignoto, Bal. in l. 1. in 10. q. C. si ser. ext. tradit Angulsi. conf. 9. 45 lib. 2. in mater. contrac. Tertio modo dicitur contractus simulatus, quando ex mente non procedit, ideo quando agitur inter partes vt contractus nullus sit, sed extrinsecus fiat apparenter, & de hoc loquitur l. nuda. l. imaginaria. ff. de regul. iur. ibi Cagno. & l. simulata nuptiæ. ff. de ri. nupti. & l. emptor, ibi glo. & Bart. ff. de aq. plu. arce. vbi inquit glo. & Bar. quod contractus iste est nullius momenti, & effectus, vt declarat Fran. Becius d. conf. nu. 3. in 3. conclus. & huiusmodi contractus solet fieri, quando que propter estugienda tributa vel debita fiscalia, scilicet quando aliquis fecit alienationem bonorum suorum in aliquem cum in veritate inter eos agebatur vt non esset alienatio, sed apparenter facta ad reparandum periculum imminens amissionis bonorum, & sic sunt tres contractus diuersi, vel potes 46 dicere, quod contractus simulatus vnus est continens sub se res speciei simulationis, nempe simulationem in specie, fictitijs, & imaginarijs, & hoc videtur esse de mente Bar. in d. conf. 65. in ver. ibi, quasi dicat de tertia specie simulationis, & Rota d. decisio ne, nu. 5. & sic potest inferri quod cum sint tres species simulationis siue tres cause, si ille qui allegat agere vel excipiendo contractum seu instrumentum esse fictitijs, & non designat speciem fictionis, non est audiendus, quia aduersarius sic redderetur dubius, vt l. 1. §. 1. ff. de eden. & l. Pomponius scribit, in fi. ff. de rei vendi. quæ loquitur in agente, & idem est in excipiente l. Titij textores. ff. de leg. 1. l. 1. §. Labeo ff. de flumi. Bal. in l. ab Anastasio, in fi. C. mād. Alex. conf. 111. vol. 3. nu. 2. vbi plures refert, Fran. Becius conf. 52. nu. 26. Deci. conf. 463. Paris. conf. 86. num. 21. lib. 3. Simon de Pretis conf. 120. nu. 42. Ancha. conf. 228. quem refert Ia. Mand. conf. 9. nu. 7. Fran. Burf. conf. 175. vol. 2. D. Decianus conf. 59. nu. 3. in 48 1. vol. & hoc confirmatur ea ratione, quæ probans non debet obscure probare. l. cum actum. in fine. ff. de neg. gest. & in c. in præsentia, ext. de proba. Ioan. Andr. in c. pia, in glo. de except. quinimo voluit Rota d. decisione, quod nec etiam sufficit exprimere speciem fictionis, nisi declarat causam, ex qua colligit valeat ipsa fictio, seu saltem indicium huiusmodi fictionis, & assignat rationem ibi, & ad hoc etiam facit quod Bart. scriptum reliquit in l. post contractum. ff. de dona. quod semper necesse est apparere causam 49 propter quam facta donatio præsumitur, quia nisi appareat aliquid signum vel aliqua vrgens suspitio nunquam simulatio, fictio & dolus à iure præsumitur. l. si mulierem, in prin. & l. sed si maritus. ff. qui & à quibus. c. si de ren. in 6. Bal. in c. 1. §. si instrumentum de not. feud. & idem Bal. conf. 456. vol. 1. in 2. colu. Cuma. conf. 41. ad prim. quæstum, Calca. conf. 36. nu. 10. Decius conf. 49. in fi. & 468. num. 8. Mād. conf. 9. nu. 5. Paris. conf. 54. vol. 1. nu. 7. Crotus. conf. 92. nu. 12. Roland. conf. 6. nu. 28. vol. 3. & conf. 40. vol. 2. Rui. conf. 32. nu. 4. vol. 4. Aymon conf. 145. nu. 2. Ceph. conf. 198. vol. 2. Burf. conf. 117. vol. 1. nu.

4. Philip. Por. conf. 21. nu. 39. Fran. Becius conf. 52. in prin. Ale. trac. de præsumptio. præsum. 2. nu. 8. Cep. trac. de contract. simulati. vlti. præsumpti. Alb. in lucubra. ad Bar. rub. de dolo, Fran. Mantica trac. de coniectu. lib. 1. tit. 2. nu. 15. maximeque procederet si constaret de veritate actuum, quod hodie præcipue procederet, cum seruent tabelliones de consuetudine, 50 quod in publicis instrumentis iuratur per contrahentes omnia & singula prædicta, vera esse, & non contrahere in aliquo, prout inquit Alex. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & Ant. de Bu. in c. cum contingat, de iure iuran. Bartho. Ceph. d. trac. de contra. simula. Pari. conf. 11. n. 13. vol. 4. Hippolytus Bonacos. in recollec. commu. opi. in verbo, iurans, in 2. par. Cur. iun. conf. 110. nu. 5. ibi de communi Interdum tamē 51 contractus præsumitur simulatus & coniecturis, vt inquit d. Mantica, & Rimi. in conf. 206. & Simon de Pratis. conf. 120. nu. 43. hinc lex cõpulsã fuit præter ordinarij iuris regulas modum excogitare, quo dolus & simulatio detegi possit. l. dolum. ff. de dolo cum si cumulatis per Doc. supraci. locis signanter à Philip po Port. d. conf. 21. nu. 44. & præsumitur simulatus pluribus coniecturis, & maxime si sine iuramento. 52 quia contractus non iuratus præsumitur simulatus, c. super de renunc. Afflic. decisi. 60. Soc. conf. 82. numero 2. 53 Et primo ex loci & temporis qualitate, quando contractus celebratur in loco, in quo consuevit fieri fraus, puta si clandestinè, aut loco suspecto fiat contractus, clemens. ex grandi. vers. ceterum, de vsur. vbi gl. in ver. occulte. l. si. ff. de ritu nuptia. l. ab Anastasio C. mand. l. quod si nolit, §. quia asidua, ff. de edil. edic. ibi Sal. & Ceph. & l. prius. §. 1. ff. de aq. plu. arce. Host. in summa de contrah. emptio. §. 1. vers. illo autē Philip. Port. conf. suprad. m. 49. Cep. d. trac. de simul. 54 Item præsumitur simulatus contractus ex consuetudine contrahentium, scilicet si consueuerunt talia facere. l. non omnis. §. à Barbaris, ff. de rem. mili. l. cum allegas, & ibi Bal. C. de vsur. per ea quæ inquit Burfa. in d. conf. 113. nu. 12. 55 Item præsumitur simulatus, quando paruum pretium interuenit & fuit adiectum pactum de retrouendendo Doc. in c. conquestus, de vsu. & in c. ad nostram, de emptio. & vend. Cra. conf. 156. col. 2. Natta conf. 198. vol. 1. nu. 8. Crotus, conf. 141. Rol. conf. 40. nu. 13. vol. 2. Ceph. conf. 191. n. 19. vol. 2. Burf. d. conf. nu. 12. Fran. Zoanet. in rep. l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. nu. 46. & 47. 56 Sed animaduertendum, quia inter Doctores magna est controuersia circa hanc quæstionem, nam aliqui tenent quod ista duo non sufficiant ad probandum contractus simulationem, scilicet pactum de retrouendendo & modicum pretium, nisi concurrat consuetudo generãdi, vel vna alia præsumptio, prout inquit Afflic. decisi. 40. nu. 18. Thomas Gram. decisi 76. nu. 27. qui alios refert & attestatur de communi Ang. Arc. conf. 116. num. 9. Alex. de Neuo conf. 59. nu. 2. vbi attestatur de communi Berous conf. 169. nu. 18. Burf. conf. 117. num. 12. lib. 1. & conf. 144. vol. 2. Michel. Graf qui attestatur de communi in recollec. commu. opinio. lib. 1. cap. 13. quæst. 8. Hippol. Bonacos. commu. opinio. in verbo, contractus,

tractus, in prima parte.

- 57. Alij tenuerunt, quod duo tantum prima sufficiat & hæc opinio magis placet, nec est ab ea recedendum tanquam magis communi, prout attestatur d. loco Michel Graf & Thomas Gram. d. de citione, in fine, Afflicus decif. 40. nu. 17. vbi alteram communem alteram magis communem appellat, & hanc eandem opinionem, vt duo tantum sufficiant, approbasse dominos de Rota, attestatur Cassador, decif. 1. de vsuris in princ. hanc eandem opinionem sequitur & attestatur de magis communi Natta, d. conf. nu. 8. & communem appellat Afflic. c. 1. in prin. nu. 57. de seu. dato in vim. & Decius conf. 692. de magis communi attestatur & plures refert Paris. conf. 55. nu. 29. lib. 1. Aymon conf. 156. Becius conf. 52. nu. 47. Hiero. Gab. conf. 74. Cag. in l. 2. C. de pac. inter emp. nu. 50. Mand. ad conf. Romani 423. Bonacossa in recol. com. opi. verbo, contractus, in secunda par. & Baptista Lupus trac. de vsuris, in 2. par. nu. 29. Soarez. receptarum sententiarum, in verbo, venditio. nu. 20. Gomcf. var. ref. lib. 2. c. 2. nu. 27. Capic. suis regulis. c. 87. nu. 165. 173. Burfa. d. conf. 144. Fran. autem Zoan net. in repeti. d. l. 2. C. de pac. int. emp. & vend. sub nu. mero 55. subtilissime pro concordandis opinionibus distinguebat.
- Alij dicebant, hanc controuersiam esse relinquenti arbitrio iudicis, seu arbitrio boni viri, Meno. cas. 13. lib. 2. ego autem circa hunc articulum sic breuiter credo posse distingui, quod si modicitas precij sit tenuissima, puta quia excedit dimidiam iusti precij, tunc opinio magis communis procedat vt duo tantum sufficiant, si autem modicitas precij sit tenuis, tunc tria debent concurrere, nempe vltra pactum de retrouendendo, & modicitatem precij, quod sit solitus scenerari, vel alia præsumptio, sed quomodo, & quando dicatur istud iustum precium seu tenuis, vel modicum, aduertendum, quia modicum & exiguum varijs modis dicitur: nam minima summa aliquando dicitur quæ usque ad decem libras auri alibi usque ad viginti marcas, alibi usque ad duos aureos vt l. si oleu. ff. de dol. alibi usque ad quinque aginta solidos. l. 1. C. de defen. cini. gl. in c. anterioru. 2. q. 5. glo. in c. terrulas, in ver. exiguas, 12. q. 2. vbi varijs modis dicitur modicum respectu qualitatum & conditionum personarum, quia res modica vni posset esse magna alteri, sed in materia nostra habebit locum, quod inquit Menoch. suo celebri tractatu de Arbitr. iudi. casu 217. lib. 2. cent. 3. scilicet esse arbitrium iudicis: vel dic modicum pretium esse in casu nostro quando in multum excedit dimidiam iusti precij, vt declarabimus trac. emp. & venditio. col. 5. vlt. ordi. & sic erunt concordatæ istæ duæ opiniones. & videtur esse de mente Nattæ d. conf. & Cag. l. 2. C. de pac. int. emp. & vend. nu. 59. 81. 98. ibidem Rom. Cor. & Decius, & adest decisio Pedemontana, per Chacher, de cisco 42.
- Item præsumitur simulatus contractus, quando venditor remansit in possessione. l. sicut §. superuacuum, & ibi Alex. post Bar. vers. venio ad tertium. ff. qui. mod. pign. Crotus, conf. 141. num. 12. Goz. conf. 94. nu. 5. vide Meno. de Arbitrari. cas. 39. lib. 2. sed in contrarium consuluit Alex. de Neuo conf. 95. nu.

mero 11. vbi vide.

- 61. Item præsumitur simulatus, quando venditio fit clam & occultè, cum pacto de retrouendendo. d. clem. ex grandi §. ceterum, vbi Doët. de vsur. & not. Doc. in Lab Anastasio. C. manda.
- 62. Item præsumitur simulatus, & fraudulentus ex pactis & clausulis insolitis, exepi gratia si diceretur in contractu seu instrumento, vendidit, tradidit verè & non in fraudem vsurarum, prout notant Doc. & glo. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. & instituti Rol. conf. 40. num. 38. in 2. vol. Tiraq. de Retrac. fol. 803. nu. 3. Hypol. Rim. conf. 234. nu. 35. Decif. Pedemont. 42. nu. 3. Simon de Prætis. conf. 198. num. 20.
- 63. & sic ex nimis cautelis irritatur, quod not. etiam Bal. in l. etiam C. de execu. rei iud. Petrus Girar. sing. 77. Hippo. Bonacof. in procemi. tractatus cautelaru.
- 64. Multæ aliæ præsumptiones ponuntur à Bortholomeo Veronen. suo trac. de simulat. contrac. quas oēs per te videre poteris, cum rei satis demonstratæ frustra adijciatur demonstratio. l. 1. ff. de dot. præleg. in prin. & sunt numero viginti sex præsumptiones, quarum aliquas referemus infra, trac. emp. & vend. Quamplurimæ aliæ præsumptiones colliguntur per Bertachinum in suo Reperto. in ver. contractus simulatus. & in verbo, fraus, quæ sunt nu. 40. & aliquas coniecturas ponit etiam Ioseph Ludovic. quæ sunt triginta duo, in recol. com. opi. cõcl. 5. vbi alios citat idem Hiero. Gab. conf. 74. Meno. conf. 109. vol. 2. Bero. conf. 166. nu. 2. lib. 1. & Rim. conf. 62. lib. 1. etiam posuit Card. Alb. in l. Lucius Titius. ff. de po. in lucubra. ad Bar. & in ista materia simulati & fraudulentum contractus posuit Lucas de Penna. casus 223. in l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. 1. 1. quem refert etiam Alc. trac. de præsump. in 2. præsump. & decem coniecturas in ista materia ponit Baptista Lupus trac. de vsuris, in 2. par. §. 1.
- 65. Aduertendum tamen, quia alius est contractus imaginarius & simulatus, alius contractus factus in fraudem: etenim contractus factus in fraudem est, cum fit quidem vere contractus, sed in fraudem fisci, vel alterius, & hic contractus valet mero iure, & non necessariè actiones reuocatoriæ, sed contractus simulatus est quado fingitur, vt superius diximus, quas differencias not. Iaf. in §. item si quis in fraudem, col. 1. & 2. Inst. de actio. vide Franc. Bec. conf. 52. num. 31: vbi plures etiam refert.
- 66. Quinta diuisio contractuum tradi potest, vt alij sint contractus diuidui, alij indiuidui, secundum naturam rei in eis deductæ, de quibus Doc. in l. stipulationes non diuiduntur, & l. 4. §. Cato, ff. de verb. obl. sed nos plenius diximus trac. stipulationis. col. 1. pen. ordi. ibi vide.
- 67. Sexto potest dici, vt alij contractus sint conditionales seu modales, & non conditionales seu puri vel in diem & alternatiui, quos infra in trac. stip. in 2. col. pen. ordi. vide Gom. Varia. reso. iur. c. 1. titu. de quali. contrac. vbi late declarat, & nos columna conditionis inscripta, in quinta par. Aph.
- 68. Septimo potest dici, vt alij contractus sint priuilegiati seu simplices, de quibus loquitur Ripa de priui. contra. cau. pe. & nos suo loco.
- 68. Demum potest dici vt alij sint solennes, item iurati,

rati, dolosi, vsurarij, illiciti de quibus per commodum dicemus trac. de contractibus illicitis.

69. Similiter alij meticolosi, prout esset quado in carcere contractus celebraretur. l. qui in carcere. ff. qd met. cau. & valeret talis contractus si esset factus in utilitatem carcerati, vt inquit Card. Alb. in lucubra. ad Bar. l. 1. ff. de offi. confu. nu. 32. post Bal. in rub. C. de resc. vend. focus si ad utilitatem carcerantis, put declarat Affli. dec. 149. ¶ vel potest poni exemplum de contractu meticoloso, si fuit celebratus contractus cum illo, qui exercebat tyrannidem, vt inquit Crot. conf. 106. nu. 10. Bar. trac. de Tirā. col. 4. & pe. Doët. in l. metum. C. quod metus cau. Gram. dec. 103. nu. 2. Rol. à Valle conf. 57. nu. 53. vol. 3.

Itè alij contractus sunt validi, alij inuvalidi, seu nulli, in quibus non fuit seruata forma, quos oēs recensere laboriosum esset magis quam subtile, & esset fere inuutile, cum infra in reasumptione vniuscuiusque contractus repetendi sint, & enumerat quampiores Sebasti. Medices in trac. de leg. & statu. q. 4. 3. par. Est hic quinto loco examinādus articulus ille. Nempe qui possint contrahere, vel non, seu inter quas personas contractus fieri & celebrari possint, vel non; & postea esset immediate dicendū de reb. verum, quia de his omnibus inf. in declaratione, & pertractatione vniuscuiusque contractus erit plene & diligenter dicendum, modo omittere dedita opera decreuimus, ne bis idem repetamur.

QVINTVS ARTICVLVS de substantialibus Contractuum.

Substantialia, seu formalia contractuum dicuntur illa, sine quibus actus esse non potest, & exemplum potest poni in contractu emptionis, & venditionis, & locationis, & conductionis, in quibus contractibus de substantia est res, pretium seu pensio, & consensus, prout declarat glo. in l. pacta conuenta, in princ. ff. de contrahen. emptio. plenius Bal. in l. ad exactionē. C. de dot. promiss. ad fin. Item potest poni exemplum in mutuo, cuius substantialia videntur esse natura, consuetudo, aptitudo, & actus, secundum Doctores communiter, de quibus plenè dicemus suis locis, nempe tract. mutui, in 3. col. vlt. ord. & superfluum esset pariter de his substantialibus modo differere, cum iterum, & separatim sumus de illis dicaturi & quæ sint substantialia, & quæ naturalia declarat Vlda. Zasius suis singula. respo. c. 12. ibi vide.

SEXTVS ARTICVLVS de substantialibus Contractuum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Naturalia contractuum dicuntur illa que tacite intelliguntur de natura actus;
- 2 Appellatione contractus non venit simplex renunciatio;
- 3 Appellatione contractus non venit distractus;
- 4 Appellatione contractus aliquando venit distractus;

- 5 Appellatione contractus non venit compromissum;
- 6 Appellatione contractus non venit testamentum;
- 7 Appellatione contractus non venit contractus ipso iure nullus;
- 8 Omnis contractus, cui potest opponi aliqua exceptio est contractus improprie;
- 9 An contractus conditionalis veniat appellatione contractus;
- 10 An debitorum appellatione veniat quoque debitorum in diem;
- 11 Vtrum liceat creditori in diem agere contra debitorem ad diem;
- 12 Appellatione contractus non venit fideiussio;
- 13 Appellatione contractus proprie non venit donatio et stipulatio;
- 14 In materia fauorabili venit etiam contractus improprie;

**Naturalia** Contractuum dicuntur illa, quæ tacite intelliguntur de natura actus: exemplum potest poni circa contractum emptionis, & venditionis in euictione, quæ descendit & prouenit ex natura, & ex potestate illius iudicij & venditor omnino præstare tenetur etiam quod nihil sit dictum. l. si. ff. de cond. cau. data l. 2. ff. de euic. gl. in d. l. pacta conuenta ff. de contra. emp. Soc. reg. 438. Duen. reg. 242. Dida. c. 17. lib. 3. var. reso. iur. Fabia. de monte in 6. q. prin. trac. de emp. & vend. & nos infra in 4. col. vlt. ord. trac. emp. & vendi. Vel potest poni exemplum in locatione, in qua naturalia dicuntur illa, quæ ex natura illius contractus procedunt: puta, vt locator teneatur ad ea, quæ ex bono & æquo procedunt, vt fenestræ fiant, ostia resarciantur & cætera, de quibus infra dicemus, in tra. locatio. & cond. in 4. col. vlt. ord. & de his naturalibus Contractuum tradit Iaf. in l. cum quid in 1. lec. col. 1. ff. si cer. per. per glo. quæ est magistralis in d. l. pacta conuenta, per Bal. in l. ad exactionem, C. de dotis promiss. & in l. 1. ff. solu. matri. per Negusan. in suo celebri & solenni tract. de pigno. in primo membro tertie partis, nu. 26. per Zasium in c. 12. suorum intellectuum, & nos infra suis proprijs columnis dicemus, in quolibet contractu.

Hoc tantummodo sciendum, atque notandum est, quod appellatione contractus proprie veniunt omnes obligationes hinc inde obligatoriæ, de quibus in l. Labeo §. contractus. ff. de verbo. signi. & nos diximus supra artic. 1. sed non venit simplex renunciatio, secundum Bal. in l. siue apud acta. C. de transac. col. 1. Salice. in l. 1. C. de pac. Calf. conf. 111. Alex. in l. vnus §. pactus. in addi. ad Bar. ff. de pac. ¶ Itè nec venit distractus, Bal. in l. si. C. si tut. vel cura. in prin. vbi inquit tex. distractentibus, & contrahentibus, & sic ponuntur tanquam diuersa, & hoc magis procederet in statutis, vbi verba proprie intelligenda sunt, atque iò prohibitus contrahere non poterit aliquem liberare: quia liberatio donatio est secundum Bar. in l. si vnus §. pactus, co. 3. ff. de pac. per l. in ædib. §. 1. ff. de do. cū si. tenet Bar. in l. si de certa. C. de tras. ad est. dec. Affli. dec. 232. & ad hoc facit etiam §. 2. Inst. qui bus more contrah. obli. libi, potius animum distractendi quam contrahendi.

Sed limitat aliqui, quia appellatione factus venit et distractus, tex. est pulcherrimus in l. oium. C. de oi. agro deserto, l. 10. vbi ille, q. non soluit contrahit, & absq; dubio si accipitur contractus generaliter, & largo modo cõprehenditur & venit et distractus iuxta l. omnem obligationem, ff. de iudi. notat Iaf. in B §. om.

§. omnium. Inst. de actio. plene per Tiraq. in trac. de leg. connub. in gl. contracter, Petrus Rebut. in cōm. ad conf. reg. trac. de litteris obligato. art. 4. gl. 10. & de hoc et aliquid h̄ inf. in trac. in deb. in prin. vbi de claratur §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. obl. Itē nec venit compromissum, seu arbitramētū, licet sit trā factio, quia tranfactio est improprie cōtractus, atq; iō in statuto faciente mentionē de cōtractib. non veniret arbitramētū, seu cōpromissum. Itē nec veniret testm. Bal. in l. testm. C. de transa. quem sequitur Cist. l. verba gesserunt, ff. de verb. sig. Aym. Crau. cōf. 307. nu. 6. vol. 2. Item nec venit contractus, qui est iure nullus, s̄ in quo non fuit seruata forma, Bal. in auth. sacramenta. C. si aduer. vend. l. 2. C. de empt. Itē est dicendum de contractu dolo, qui a iure reprobat, qui nec dicitur proprie contractus Bal. in l. nō dubiū. in 2. no. C. de leg. 3. Plotus in repe. l. si qñ, nu. 271. C. vn. vi. vbi reddit rōnem, quia f̄ ois contractus, cui potest opponi aliqua exceptio, non dicitur proprie contractus, cum non sit vltro citroque obligatorius, Alc. l. Labeo. ff. de ver. sig. in §. contractus, de qua materia latius diximus supra.

9 Sed quid dicemus de cōtractu conditionali veniē te appellatione contractus, & dicendum est ex mē te Pont. & Alc. in l. creditores. ff. de verb. sign. quod si conditio omninō est exitura veniet: si verō incerta sit conditio, non erit contractus, nisi largo mō prout declarat Amic. dec. 399. n. 6. & 7. vbi vide: sed quæstio hęc v̄ dependere et ex his, quæ tradit Doctores in l. i. ff. si cer. pet. Ceph. consi. 14. in 1. vol. Va con. c. 45. li. 3. var. ref. dū quærunr Doctores, an appellatione debitorū, debitū quoque in diē veniat. & secundum cōm s̄niam Doctorem concluditur, nō venire, nec esse debitū, nisi largo mō, & improprie, prout tenet Bar. in d. l. 1. & sequitur Soc. n. 47. Ale. qui arectatur de cōi, nu. 45. Inf. nu. 48. Gozad. nu. 4. Dec. nu. 43. Cur. iu. nu. 37. Cag. nu. 274. Ozer. Insti. eo. nu. 60. Thobias, nu. 28. Bolo. in rep. rub. ff. si cer. pet. col. 8. Chache. dec. Pedem. 130. n. 8. limitatur tñ si n̄ illis alius debitor, vel creditor esset, quia tūc veniret ille debitor in diē & sub conditione ex legato. ita Purpura. v̄ declarare. limitando in d. l. r. nu. 187. & refert, & sequitur eū Dec. cōf. 53. nu. 25. in 1. vol.

11 Sed licet ne creditori in diē agere cōtra debitore ad diē, vt die adueniente debitū persoluat, hanc quæstionem disputat suprad. Chache. ab Ofi. dec. 130. & concludit posse, & agere licere, quæ opi. cōi est, & adest etiam dec. Affli. dec. 179. & Vinius de cōis attestatur, in verbo, creditor, vbi plures cumulat.

12 Item acc venit si de iussio, cum sit improprie contractus, Bal. in auth. sacra. puberum, verbo, vltorius quæro, C. si aduer. vend. intellige in statutis, vt dixi, in quibus verba proprie accipiuntur. Idem esset dicendū de donatione, & stipulatione & pacto, quæ omnia procedunt secundū cōm intellectum. l. Labeo. §. contractus. ff. de verb. sig. & in hac nostra columna omnes isti superiori loco dicti venient & cōprehenduntur, cum velimus quod prima hæc columna solo inhærens, Cōtractus inscripta, omnes contractus substatueat proprios, siue improprios, siue vt ita dicam improprijssimos, quos omnes melius in reallimptione vniuersiusque columnæ declarabi-

mus, & veniunt huiusmodi contractus improprij in materia fauorabili, auth. sacramenta puberum, ibi scriben. C. si aduer. vend.

SEPTIMVS ARTICVLVS  
de accidentibus contractuum.

S V M M A R I V M.

- 1 Deficit contractus respectu personæ, primo si furiosus, s̄ ebrius contrahat.
- 2 Deficit contractus si pupillus sit & si prodigus.
- 3 Adultus prodigo similis est si curatorem habet.
- 4 Deficit contractus ratione personarum si contrahat pater cum filio.
- 5 Deficit cōtractus respectu psonæ, si vir donet uxori, et nu.
- 6 Contractus deficit etiam ratione rei. (21.)
- 7 Deficit contractus ratione rei, si res ipsa non sit.
- 8 Deficit contractus ratione rei, si res sacra vel religiosa promittatur s̄ s̄monia.
- 9 Si res furtiua vendatur deficit contractus ratione rei, & distinguitur.
- 10 Si furtiua res vendatur, quæ sit mobilis, ambo committuntur furtum.
- 11 In re furtiua plus estimatur scientia emptoris quam venditoris.
- 12 Maius peccatum est vendere rem alienam, quam emere.
- 13 Alienam rem vendere est contra alienationis naturam.
- 14 Scientia emptoris est scientia obligantis scientia venditoris est scientia obligati.
- 15 Deficit contractus ratione conditionis impossibilis.
- 16 Deficit contractus si conditio supis, & inhonesta apponeretur.
- 17 Deficit contractus in istis excōmissis super morte principis.
- 18 Deficit contractus in sponsonibus istis s̄m excōmissis quæ sunt super morte principis, vel matrimonio, si non nupserit.
- 19 De consuetudine excōmissæ & sponsones seruantur.
- 20 Deficit contractus in ludo taxillorum et alearum si fiat pactum vt cui obuenerit talis alea vel talia puncta.
- 21 Deficit contractus ratione potestatis, ut quando pater contrahit cum subditis, pater cum filio.
- 22 Inter patrem & filium non cadit obligatio civilis.
- 23 Pater obligatur in aduentibus & sic inter se pater & filius possunt contrahere.
- 24 Deficit contractus ratione personæ & rei, si testator prohibuerit uendi talem rem.
- 25 Deficit cōtractus rōne dissensus & doli & simulationis.
- 26 Deficit contractus ratione solemnitatū quæ non fuerunt seruata.
- 27 Inuocatio Domini nostri Iesu Christi, non est necessaria in instrumentis in puncto iuris, secus de consuetudine.
- 28 Consuetudo obseruat ut et in contractibus celebratis inter Hebraeos fiat inuocatio Domini nostri Iesu Christi.
- 29 Quodcumque facitis in uerbo & opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, secundum Apostolum.
- 30 Si in contractu sit omniūsum aliquid per simplicitatem contractus non nititur.
- 31 Deficit cōtractus rōne legis, ut si aliquis pacificat ne liceat

- 32 Venocare præuū, vel nō dolo s̄m uo agatur & alijs modis.
- 33 Contractus deficit ratione temporis, ut si aliquis alienat ut bona post commissum delictum.
- 34 Deficit contractus ratione loci, ut si aliquis contrahat in carcere.
- 35 Deficit contractus si quis contrahat calore iracundia.

Nunc venio ad septimū articulū de accidentibus cōtractū. & aduertendū q̄ accidentalia in cōtractib. dñr illa, quæ esse & abesse p̄nt, veluti pacta addita cōtractib. de dando, vel faciendū aliquid non attingentia cōtractū in specie, vt inquit gl. magistra. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp. & aduerte, quia ibi in illa gl. d̄r q̄ sunt et quædā pacta de substantia cōtractus, vt pactū in empione de augendo, vel minuendo pretio, quod pactū d̄r esse de substantia eo quia attingit essentiam & substantiam ipsius cōtractus in specie, & hinc est qd̄ inquit ibi glo. h̄mōi pacta de substantia parere nouam actionem, cū videantur contineri ipso priori cōtractu, de quibus pactis infra in prosecutione dicemus plene suis columnis proprijs de speciali accidentali vniuersiusque cōtractus. Modo tantū videndū est, quō cōtractus deficiant, & sic veniant accidentalia.

1 Et primo contractus deficiet v̄ respectu personæ contrahentis, vt in furioso. l. Iulianus. ff. de cur. fur. Cle. si furiosus, de homi. & 15. q. 1. c. merito. & in ebrio, qui comparatur furioso, vt inquit Petr. Io. Anch. q. 13. in fi. in 2. par. qui expresse cōsentire nō p̄t, neque etiā tacite. l. 1. §. furiosum, ff. de act. & obl. l. qui ad certum. ff. loca. hoc tamen fallit in l. 2. §. voluntatem. ff. sol. mat.

2 Item deficit ratione personæ si pupillus sit vt. ff. de ac. & obl. l. 1. §. furiosum & l. q̄ Seruius. ff. de cōd. ind. nisi seruētur solemnitates iuris cōis, de quo in l. magis puto. §. non p̄sim. ff. de reb. eorum. & l. ob ges. C. de præd. mino. & late per Corn. consi. 109. lib. 3. col. 1. Paris. consi. 98. lib. 1. nu. 9. Rol. consi. 33. li. 1. Affli. dec. 249. & late per Menoc. eloquenti. trac. de arb. iud. cas. 171. lib. 2. & nos dicemus in fi. trac. emp. & vend. & nisi seruētur solēnitates iuris privati, de quibus in cōstitutioni. Marchiæ. li. 5. c. 5. ibiq; Gaspar Cabal. i. cōmē vide Fr. Burf. in cōf. 158. vo. 2.

Itē deficit rōne personæ si prodigus sit is, qui cōtrahit. l. is cui bonis. ff. de ver. oblig. l. ff. de cur. fur. Ang. in §. item prodigus, Inst. qui. non est per. fac. te sta. & q̄ dixi de pupillo intellige qñ ipse obligatur alteri: non aut qñ alter obligatur sibi pupillo, vel vbi facta esset liberatio pupillo: quia tunc et sine tutore potest. l. obligari. ff. de auth. tuto. gl. sing. in l. 2. ff. de accepti. facit. l. neq; C. de cōtrah. & cōmit. stipul. & no. Bal. ibi ad statutū q̄ disponit, vt contractus mulierū nō valeant sine p̄sencia propinquorum: etenim talia statuta intelligi dñt de s̄ctib. dānosif nō de vtilibus, de quo late per Io. Lābertheng. in trac. de s̄ct. mulier. vide Præposi. Senec. suis. q. casu. 9. q. 6. vbi inquit supradictis solemnitates seruandas non esse qñ pupillus alienat ea, quæ v̄so consumuntur & mobilia, quia tunc v̄ posse cōtrahere et sine decreto, pro quo recurrit ad Menoch. d. cas. 171. & cadē procederet in ecclesiā, cum valeat argumentū de pupillo ad ecclesiā & cōtra. late per Gugli. Rodoa. trac. de reb. eccl. non alie. tit. de caus. in quibus sit alien. rep.

eccl. sine solema. §. videtur etiam.

3 Adultus f̄ aut si curator eū, prodigo similis est si uerō curatore non h̄t obligatur ex cōi cāciuiliter & naturaliter, & sic cōtractus nō deficit sed restituitur. In curatore habes C. de in integ. resti. mi. 20. ann. late per Manriac. de resti. mun. & postremō per excel. Sfortiā de Oddis in trac. de resti. Aliqñ in non restituitur minor, si maior factus per annos quinq; tacuit, vt inquit Imp. in l. si maior. fact. alie. fac. sine decre. rat. habu. Doc. ibi, & in l. 1. C. si maior fac. rat. habu. Bal. consi. 184. & 45. lib. 2. Ro. consi. 44. Barb. consi. 70. lib. 3. Alex. consi. 117. vol. 3. Corn. consi. 36. vol. 2. Paris. consi. 49. vol. 1. limita nisi contractus factus cum minore dolo factus fuerit: quia non validaretur per cursum temporis, vt per Paris. d. consi. nu. 5. & alijs supraci.

3 Item de filio dicendū est, vt deficit cōtractus rōne personæ, cōtrahete filio. nisi iste filius habeat peculij administrationem, vel peculij castrensiaur quali, & sit filius in dignitate constitutus secundū In no. in c. grādi. de suppl. negl. præl. lib. 6. & quis filius fa in mutuo contrahendo & in voto naturaliter & ciuilitur sit obligatus, & contractus tenet: n̄ h̄t exceptionem vt l. 1. & per tot. ff. ad Mace. & nos inf. in trac. mutui. facit. l. si quis rem. §. voto. ff. de pollici.

4 Item deficit contractus rōne personarū si cōtrahat p̄ cū filio. semendo, vel vendendo. l. 2. ff. de cōtrah. emp. nisi filius venderet bona castrensia, vel quali castrensia, quæ filius p̄t vendere patri, & idem de his bonis, in quibus patri non queritur vsusfructus, de quibus omnib. dicemus plene trac. emp. & vend. col. 1. vlt. ordi. nu. 6. & eo magis deficeret cōtractus iste inter patrem & filium, si filius sit spurius, & emat aliquid a patre: quia presumitur fraus & simulatio, in quo casu consulit Calcane. consi. 26. nu. 8. & Laur. de Pin. consi. 77. nu. 1. Mandel. consi. 9. vol. 1. Cardi. Paleot. trac. de Noth. & spur. c. 42. & 43. cum seq. & intellige, vt deficit contractus si est filio lucratius non autem si onerosus, vt dixi, & prout declarat Calc. d. consi. 26. & seq.

5 Itē deficit cōtractus rōne psonæ, si vir cū vxore cōtrahat, de quo et dicemus trac. donati. & aliqd trac. emp. col. 1. vlt. ord. nu. 25. & intellige de donatione, q̄ est phibita inter vir. & vx. l. sed si vir. §. si vir. vx. ff. de do. int. vir. & vx. & et de alijs s̄ctib. si nō s̄nt bona fide nec iusto pretio, vt ibi decemus, & aduerte q̄ regulariter donatio et est phibita inter patrē, & filiū. l. donationes quas parētes. C. de do. int. vir. & vx. Intellige de donatione simplici non remuneratoria prout voluit Iul. Clar. q. 8. §. donatio, nōs late dicemus suo loco scilicet trac. dona. col. 1. vlt. ordi.

Itē deficit contractus ratione personæ, si contrahat religiosus, vel monachus, qui nihil habent proprij 2. q. 1. c. non dicatis, nisi habeant legitimam administrationem. cap. quod quibusdam, de fideiussio. idem de seruo dicendum est.

6 Secundo contractus deficiet ratione rei, quæ in cōtractu deducitur, vt si aliquis vendat, vel locet bona aliqua, quæ non adsunt, nempe quia sunt pernitus extincta, vel quia sunt cōfiscata: exemplū in eo qui committit crimen lesæ maiest. l. pen. & vlt. C. ad l. Iul. maiest. vel pone exemplum in hæretico, cuius bona ipso iure sunt confiscata. c. cū secundum leges



in carcere. ff. quod met. cau. de quo superius hac ca. col. art. 4. nu. 69. aliquid diximus. sed quid si contra ctus fiat in ecclesia, deficiet ne. dic quod non, quam uis contrahentes peccent. gl. in c. de car. §. fin. verfi. processus, de immunitate eccle. lib. 6. Siluanus cōli. 16. qui allegat illam pl. & Bar. in l. nemo a postolorū. C. de sacros. eccl. vbi Bar. tenet quod liceat facere cō tractus, qui respiciant pietatem, in eccle. & quid de testamento, an possit fieri in ecclesia vid. D. Laure. Siluan. d. consil. 16.

- 34 Daodecimo possit dici, vt contractus deficiat si quis cōtrahat calore iracundiæ, nempe si quis iratus cōtra agnos viderit oīa bona sua extraneo, tunc nō valet contractus venditionis, Bar. in l. quidquid calore. ff. de reg. iur. l. 3. ff. de diuor. per Berard. Bōbi. conf. 49. nu. 17. vbi ampliatur hōi contractū factū calore iracundiæ non valere et cū iurō, & in hoc casu consuluit Plot. consil. 1. nu. 7. vbi affirmat idē proce dere de testamento quod de contractu, quod nota quia sepe contingit in factō.
35 Vltimo super addi potest, vt cōtractus deficiat re spectu temporis. exemplum si quis alienauerit bona sua post commissum delictum, vel paulō antea: tunc n. non valet contractus, quia psumit simulatum esse factū, de q. b. superius, Bar. l. post §. ff. de don. col. 1. Possent etiam alij forsan modi reperiri & dinumerari alij casus, quib. contractus deficiunt, tamen subtili animo indaganti apparebit supradictis omnes contineri & includi, & per hęc sit expeditus se ptimus articulus, & vltimus.

QVAE VENIANT appellatione rei.

S Y M M A R I U M.

- 1 Omnes contractus contrahuntur aut re aut verbis aut consensu aut litteris aut anomala.
2 Quæ ratione columnæ re sit inscripta.
3 Sicut in mutuo, deposito, commodato, ita in emptione locatione societate res interuenire debet.
4 Contractus qui contrahuntur re sunt quinque, quamuis aliqui sex esse afferant.
5 Contractus qui celebrantur re dicuntur illi ad quorum validitatem non requiritur solemnitas verborum, sed principaliter traditio rei.
6 Si conueniat inter duos, vt decem aurei sint alteri illorum mutuo, nec actu interueniant nummi, non oritur obligatio.
7 Si tibi decem mutuem & conueniam vt debeantur unde cum obligatio tantum in aecem contrahitur.
8 In contractibus qui celebrantur re, non potest impleri cōtrahi obligatio quam sit datum.
9 Quidquid accedit forti vltra est.
10 Si mutuo alicui decem cum pacto, vt quando opus erit ipse quoque mutuet alia decem vltra committitur.
11 In emptione & locatione quamuis res interuenire debeat, non tamen actus requiritur ad causandam obligationē.
12 In mutuo civili post biennium oritur obligatio absque rei interuentu.
13 Quæ veniant appellatione rei, & quæ ex proprietate verbi

- 14 Verbum res, generale est secundum Doctō. communiter.
15 Appellatione rei, causa & iura continentur corporalia & incorporalia.
16 Si in libello peterē res ad me pertinentes veniūt et facta
17 Appellatione rei, veniunt & comprehenduntur etiam homines cum distinctione, & sine.
18 Publicatis rebus alicuius intelliguntur etiam publicatos esse vassallos.
19 Immunitas concessa alicui & rebus suis, censetur hominibus & vassallis concessa.
20 Si statutum sit in aliqua ciuitate vt de qualibet re transeunte per pontem soluatur gabella, debet solui etiam ab homine transeunte.
21 Aliqua restrictione verbum res, intelligendū arbitraver.
22 Ex cōmuni vsu loquēdi appellatione rei, non venit homo.
23 A cōmuni vsu loquēdi verba interpretantur.
24 Appellatio rei, non genus sed species significat.
25 Verbum res, dupliciter capitur seu consideratur in specie & genere.
26 Appellatione pecuniæ, venit res omnis.
27 Omne us pertinet vel ad personas vel res vel actiones.
28 Privilegium est privata lex & dicitur priuans legem.
29 Appellatione rei simpliciter non ueniunt incorporalia ex proprietate uerbi, sed aliquando ex subiecta materia.
30 Si consideremus verbum res in abstracto, ad omnia adaptari potest, quod est & idem sere est quod ens.
31 Appellatione bonorum, veniunt omnia secundum Soc. ergo idem de uerbo re.
32 Latius est uerbum res, quam pecunia.
33 Quæ veniant appellatione rei, prout reperitur traditum hoc uerbum res in corpore iuris, seu quot significatus habeat secundum Arch. & alios.
34 Aliquando res exponitur pro causa pro iudicio pro administratione pro estimatione pro ueritate pro equitate pro contractu pro adulterio pro negotio pro necessitate pro officio pro facto, & similibus.

Deuenio

ad aliū ordinem, & capio primā columnam huius secundi ordinis, quæ signatur Re, p cuius declaratione duo erūt discutienda, primo cur columna ista Re sit inscripta, secūdo quæ veniant appellatione rei, capiēdo uerbum illud in genere: Quo ad primum sciendum quod omnes contractus contrahuntur aut re, aut uerbis, aut cōsensu, aut litteris vt inquit tex. in §. si. Inf. de oblig. & idē depictæ fuerunt in secundo ordine quatuor illæ columnæ, in quibus uerba illa, re, uerbis, consensu, litteris, sunt inscripta. uerum quia aliqui adhuc extabant contractus, qui & si celebrentur & consensu, & uerbis, & re, tū aliqua nō insubtrili ratione uidebantur non posse includi quatuor illis supradictis columnis, sed certam propriam sedē perere uidebantur, meritiō quinta columna anomala fuit addita, vt uniuersi penitus, & distinctē i hac prima parte Amphitheatri perspicerentur, vt clarius in reasumptione uisulcuusq; columnæ declarabimus.
2 Dico igitur ea ratione columnā illā Re esse. inscriptam: quia omnes quinque illi contractus, quos uultinet, dicuntur cōtrahi, & celebrari re, rō rōnis est, qm nō ex solo cōsensu, sed et ex actuali rei interuentu perficiuntur: sed dubitari forsan posset, quod in emptione, & uenditione, & locatione res

interuenit, & tamen non dicuntur re contrahi, sicut contractus illi, qui residunt supra columnam istam, sed dicuntur consensu celebrati, atque ideo pro clariori intelligentia animaduertendum, quod sicut in mutuo, deposito, commodato, ita in emptione locatione societate res interuenire debet. l. obligamur. §. consentientes. ff. de actio. & obliga. §. venditq. Insti. de rer. diu. tamen est differentia circa contrahendam obligationem, quia in mutuo commodato & pigno re deposito & indebito (qui contractus sunt quinque numero, vt inquit Imper. Insti. quib. mod. re cōtrah. obliga. quamuis Ozer. ibi sex esse asserat, addēdo permutationem, nec sine ratione loquatur, arg. l. 1. ff. de rer. perm. sed quia Imper. quinque tantū adnumerauit ibi, ab eo non est recedendum, & de permutatione dicemus alio loco, nempe supra columnam anomalam in 1. col. inter contractus innominatos, ibi que declarabitur quæ sit differentia inter permutationem & contractum do vt des) non dicitur alter cōtrahi obligatio nisi res, que mutuatur, vel comodat, pignorat, deponitur, actu interueniat uerē, vel fictē, id est ministerio legis, & hoc probatur in §. 2. Insti. quib. mod. re contrah. oblig. ibi mutuum: & per totum illum titul. & in §. præterea. §. is cui. §. si. in ver. accepit. vbi inquit tex. nota, quod aliter non dicitur re obligari, & facit tex. etiam in l. obligamur. & ibi glo. mag. ff. de actio & obli. & sic concludendum quod contractus, qui celebrantur re, dicuntur illi, ad quorum validitatem, & perfectionem nō requiritur solemnitas uerborum, nec consensus formalis deterrimatus, sed principaliter traditio rei. ex quibus potest inferri quod si conueniat inter duos vt decem aurei sint alteri illorum mutuo, nec actu nummi interueniant, non oritur obligatio ex isto contractu, & ratio est illa, quam supra diximus, & quia qui promittit pecuniam eam recepturus non adstringitur, nec obligatur ex mutuo l. qui pecuniā. ff. si cer. pet. Hinc est etiam quod si tibi decem mutuem, & cōueniam, vt debeantur uendicim, obligatio tantum in decem contrahitur. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. fac. tex. in l. cum vltra. C. de non nume. pecun. l. si tibi decem. in princ. ff. de pac. & aiunt Doct. ibi in l. rogasti, quod in contractibus qui celebrantur re, non potest in plus contrahi obligatio quā sit datum, & rationem reddit Bar. post gl. quia quidquid accedit forti vsu ra est, prout declarat etiam Bal. in l. item quia. in fi. ff. de pac. aliās l. ex facto Soc. reg. 3. idem Soc. conf. 89. col. si. vol. 4. Rol. conf. 55. nu. 19. in 2. vol. Ceph. conf. 237. nu. 4. vol. 2. Burf. qui loquitur in contractu mutui conf. 117. nu. 5. Card. Alb. in lucubra. ad Bar. in d. l. rogasti. Fel. quem citat idem Card. in c. ad nostram. in fi. de prob. vbi inquit, quod si mutuo alicui decem cum pacto vt quādo opus erit ipse quoque mutuet alia decem vltra committitur, vide Soc. conf. 8. vol. 3. bene uerum est quod si stipulatio iustet interposita in uendicim, ualeret obligatio, vt uoluit glo. in d. l. rogasti. quamuis tex. in l. cum vltra, uideatur contrarius. sed in emptione & locatione & in omnibus contractibus, qui consensu contrahuntur, quamuis res interuenire debent, non tamen actus requiritur ad causandam obligationem, & perficiendū contractum, cum statim atque conuenimus, vt res

tua sit uendita tali precio sit perfecta uenditio respectu contractus, & ex eo obligationis, & cōpetit actio ex emptio emptori ad eogendum uenditorem vt retradat. l. 1. in prin. l. ex emptio ff. de act. emp. & si dice-
12 res quod in mutuo civili post biennium oritur obligatio secundum cōmunem sententiam Doctōrum, & tamen nulla res interuenit actu, & dicitur mutuum, tunc respondetur quod non est contractus qui contrahatur re, si d lictis, vt declarat copiosif. Tiraq. in trac. de vtroque retrac. in glo. §. 4. de retrac. cōuēt. nu. 15. & quod hoc fit uerum considera obligationē quæ adest, non oriri ex re, quæ non interuenit, sed ex literis nasci, sed quia hic non est locus ubi materia ista cadat, uenio ad secundum propositum, & quæro
13 quæ veniant appellatione rei, & quamuis loco isto non ueniant nisi illi quinque contractus, quos supra diximus, tamen ab re non fuerit sumpta occasione et quæ re & quæ ex proprietate & significatione ipsius uocabuli ueniant & cōprehendantur, nam ex doctorum omnium mente uidetur uerbum res generale esse vt Bar. Cast. Alex. Soc. lat & omnes concludunt in l. si. si cer. pet. per illum tex. ibi in ver. rei quoque uerbum generale est & prator elegit. si ergo tamquā genus elegit & generale est uerbum omnia complectitur, facta, non facta iura, & actiones, ad quod melius probandum adducuntur tex. in l. rei, la. ij. ff. de ver. signi. §. vbi appellatione rei, causa, & iura continentur, & sic corporalia & incorporalia. tu adde tex. in c. cum dilecti, quem refert Menoch. in prælud. tracta.
16 de recup. poss. nu. 17. quare si in libello peteris res ad me pertinentes, uenirent etiam facta, quinimo uolunt etiam ipsi Doctores quod appellatione rei ueniant & comprehendantur homines. allegant l. omnia. §. si. ff. de leg. 2. quamuis in hoc aliqui distinguat, vt Paul. & Ripa, an sint homines liberi, an serui, primo non ueniat, cum homo liber sit nobilissima creaturarum. l. iustissime. ff. de ad. lictic. & si finis omnium productorum, vt inquit Card. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. in peccadū. ff. de vsur. secūdo ueniant, & sic uolūt cum distinctione esse intelligendum, quam distinctionem posuit etiam Bened. Pescio, Florent. in tit. Inst. de oblig. nu. 156. alij (prout Alcia. in l. rei, la. j. ff. de ver. signi. & Dec. in l. si cer. pet. qui addidit ad hoc probandum tex. in l. Paulus §. si. ff. de pigno. qui tex. quamuis loquatur de bonis, idem tamen est, Bar. in l. quamuis. §. argento. ff. de aur. & arg. lega. Albe. Bal. & Bar. in l. 1. ff. de sta. homi. Arius Pincel. in rub. C. de bon. mater. nu. 5. & per tot. rub. uoluerūt quod appellatione rei, homines sine distinctione contineantur, scilicet tam liberi quā serui, & postea Doct. in-
18 ferunt ad multas conclusiones, nempe quod publicatis rebus alicuius intelliguntur etiam publicatos esse uassallos, & quod immunitas concessa alicui & rebus suis, censetur hominibus & uassallis concessa. l. Senatorum. C. de dignit. lib. 12. & ibi Lucas de Pen. qui tamen non admittit quod uassalli ecclesiā sint immunes. l. 1. & auth. item nulla. C. de Episco. & cleri. & ratio est quia huiusmodi immunitates pro eo quod redundant in grauamen aliorū aut reipub. lationē, sunt potius restringendæ, arg. c. odia, de reg. iur. in 6. & per ea quæ scripsit Lucas de Pen. ibi. Item
20 inferunt quod si statutum sit in aliqua ciuitate, vt

de qualibet re transeunte per pontem soluatnr gabella, debet solui etiam ab homine transeunte, quas illationes comuniter Doctores admittunt, prout Castren. Alex. Dec. & Cagn. attestatur de communi in d. l. i. nu. 61. ff. si cer. pet. qui refert etiam Firmanum in trac. de gab. & Bello. & ceteros Inst. de oblig. ego autem aliqua restrictione illud verbum res intellige dum esse arbitraver, maxime quod est doctrina Bar. relata à Rol. in conf. 2. 4. nu. 26. vol. 3. qui alios cumulat, quod an statutum disponat in rem vel personam plurimū differt, vide dicta per Stra. Anthoni. trac. de merca. in 1. par. nu. 16.

21 Præterea videmus quod ex communi usu loquendi appellatione rei non venire hominem, quod a quo eomuni usu loquendi & consuetudine verba interpretationem accipiunt, Bar Soc. in rub. de of. eius, nu. 3. cum verba ambigua intelligi debeant ut opinatur vulgus, & secundum communem usum loquendi, et si repugnet propria significatio, & essemus in materia odiosa. est ergo considerandum qualiter vulgus loquatur, tex. est in l. Labeo vbi Bar. ff. de supel. leg. l. librorum. §. quod tamē Casius. ff. de leg. 3. glo. in c. præterea. de ver. signi. glo. in c. nonnulli, in princ. in ver. dietas, de rescrip. Doc. communiter in rub. de no. oper. nuncia. col. 6. & not. late Euerar. in loco ab opi. vulgi. & Frā. Turz. in recollect. com. opi. num. 29. quod autem ex communi usu loquendi res non comprehendat homines evidenter apparet nec indiget probatione, ideo subtilis Dec. perpendebat & considerabat, quod si ex mente disponētis verisimile est quod non voluerit comprehendere homines non venient homines, alias sic, quæ verisimilis mens elicitur ex subiecta materia, arg. illud quod inquit Mandos. in sua practica, in forma, id est commisi causæ super beneficii in verbo, rebus. quæ consideratio nec multum placet, quia nisi expresse dicatur ut homo comprehendatur, non veniet, & tunc, scilicet quando expresse est dictum, non ex subiecta materia, sed ex propria dispositione procedit declarantis, & pro clariori cognitione iterum diligentius materiā hanc ingrediamur, & quoniam duo iura multum videntur obflare communi opinioni Doctorum, qui aiant verbum res, generale esse omnia complectens, videamus quomodo cutitari possint, & primo de directo obstat tex. in l. si rem ff. de rei ven. vbi Iureconf. inquit: appellatio. n.


24 rei non genus, sed species significat, quomodo ergo intelligendus erit tex. in l. i. ff. si cer. pet. vbi dicitur verbum rei generale esse. dic ergo ex mente gl. quæ etiam sentit difficultatem in d. l. si rem, quod ibi in l. i. res est nomen genericum quod ad illum tractatū, cum ibi tractetur tantum de mutuo vel de contractibus. Vel secundo potest responderi & melius prout Bello, etiam dicebat Inst. de obliga. nu. 43. & Alber.

25 in Dictionario in verbo res, quod tres dupliciter consideratur seu capitur, aliquando in specie prout d. l. si in rem, aliquando in genere, prout in contrarijs & hoc prout melius materia patitur. l. si vno. ff. loca. & in simili declarat Guliel. Rod. trac. de rebus eccl. nō alien. rub. quid veniat appella. rei, vide Hiero. Gigā. trac. de crimi. leg. maieft. lib. 1. q. 34. nu. 14. vbi inquit quod appellatio pecuniæ venit res omnis, & sic stat tamquam species, cum comprehendatur sub

verbo pecunia, postea sub nu. 18. inquit contrarium scilicet verbum res latius esse verbo pecunia, & sic credo quod soluetur. d. l. i. Secundo obstat tex. in l. i. ff. de sta. hom. vbi Iureconf. inquit quod omne ius pertinere vel ad personas, vel ad res vel ad actiones, & sic ponuntur ista tamquam diuersa, nec tollitur si dicamus quod ideo Imperator fecit ut plenius declararet, id est ad maiorem declarationem, quia ibi Imperator non loquebatur iuuenibus, prout Doctores sepe præsupponunt in libris Institutionum, & clipeo isto se defendunt, ideo non video responderi posse realiter huic textui, neque multum quadrant responsiones datæ ad tex. in d. l. si in res, supracita. Ita que potius adhaerere contrariæ opinioni, scilicet quod appellatione rei simpliciter, non venit neque homo neque res incorporalis prout iura & actiones. Nec obstat quod habetur. l. rei, la. ij. ff. de verb. sig. vbi iura & causæ appellatione rei continentur, quia respondetur d. l. rei ex mente gl. quamuis aliter secūdū Alciatum, quod ibi interpretantur causæ, id est fructus, & sic corporalia iura id est seruitutes, & si tu diceres, ecce quod incorporalia comprehenduntur, bene verum est, sed loco accessionis veniunt, quia non possent separari seruitus à re ipsa, secus in separabilibus, quoniam tunc non veniret arg. l. si mater. §. eadem. ff. de excep. rei iudi. ergo non veniet ex proprietate cum veniat ex priuilegio, quod est priuata lex, & dicitur priuilegium priuans legem arg. l. lege. C. de leg. c. quod. de reg. iur. in 6. c. priuilegia 3. distinc. & quod appellatione rei non veniat seruitus, nisi quoad eius interpretationem, tenet glo. in l. fundum. ff. de exceptio. Ideo si peterem fundum, seruitus non veniret, nisi ut superius dixi. nec facit tit. de reb. corpora. & incorporalib. quia non negatur quin inueniantur res corporales & incorporales, sed nos dicimus quod appellatio rei simpliciter non veniunt incorporalia ex proprietate verborum, sed aliquando ex subiecta materia, & tunc verbum impropriatur per ea, quæ superius diximus. Hinc est quod in omnibus contractibus, renunciationibus, testamentis, iudicijs & actibus similibus, quotiescunque fit mentio de rebus, subiungitur corporalibus & incorporalibus, iuribus & actionibus, & tabelliones ita seruant in practica. sed animaduertendum quia communis opinio Doctorum videtur falsa esse ratione & optime saluari potest si consideremus istud verbum res in abstracto, si quidem ad omnia adaptari posse videtur cum sub se continere possit omne illud quod est, atque adeo capiendū hoc verbum res, pro quidquid operatione intellectus imaginari potest, & quod fere idem sit res quod ens, cum in vnoquoque verbo datur duo secundum philosophos, nempe intelligentia & ens, hoc modo intelligendo omnia complectetur, Bar. trac. testium, nume. 21. Soc. reg. 108. in 1. fal. quamuis ibi loquatur de bonis. & subtiliter consideratur, quia si ibi appellatione bonorum simpliciter veniunt omnia, ergo idem in simili, quinimo multo magis de verbo res, & vide dicta per Gugliel. Rodoa. in trac. de reb. eccl. non alien. in rub. quæ veniant appellatione rei, vbi inquit quod latius est verbum res quam pecunia. l. rei, la. j. ff. de ver. signi. & tamen ibi inquit quod appellatione pecuniæ, veniunt omnia quæ

quæ sunt in mundo, ergo multo magis appellatione rei tamē posset forsan altera opinio intelligi propter subtilitatem verbi, & sic intelligitur communiter Doct. nihilominus benignior contraria opinio videtur arg. tex. in l. si pecuniā. ff. si cer. pe. in fi. & doctri. est Bar. in l. 2. ff. de ver. obl. in reliquis vide Pinel. d. rub. & in l. i. C. de bonis mater. ibi signanter ponit illā quæstionē, an legato factō de omnibus mobilibus veniat pecunia in capsa. & pro affirmatiua quod veniat consuluit Dec. conf. 381. n. 4. & 472. nu. 7. Paris. conf. 67. n. 12. & 79. n. 45. lib. 2. Natta conf. 117. n. 5. Pinel. d. l. 1. secunda par. nu. 44. & est magis cōmu. opinio, de qua Ioseph. Lud. cōmuni concl. 48. licet contrariū teneat Cor. & Gab. conf. 98. quæ autē veniant appellatione rei, prout reperitur traditū hoc verbum in corpore iuris, seu quot significat habeat, secundū Archid. in c. ante, 40. dist. dic. quod appellatio rei exponitur pro cā, vt C. de eden. l. i. res id est iudicium, l. prolatam. C. de iud. aliquando res, id est administratio, l. 2. ff. de

min. aliquando res, id est rei æstimatio §. itē fülle. Inst. de obl. quæ ex delict. vera tamē aliud est res, aliud æstimatio, vt l. si. ff. de fideico. liberta. aliquando res, i. veritas, vnde vulgariter dici solet, ita res se habet, vt ff. ad leg. Corneliā de falsi. l. 1. §. qui in rationibus, in verbo, vel re amouerit. aliquando pro æquitate, vnde dicitur, re exigente, id est de æquitate. l. 1. C. de in ius voc. l. 1. C. vn. vi. aliquando pro contractu, sic l. cū res. C. de probatio. aliquando pro adulterio sumitur, seu pro fornicatione, vt C. de mul. quæ prop. ser. immisc. l. 1. aliquando sumitur pro negotio, 2. quæst. 2. c. homines, ibi, falsa re, aliquando, pro necessitate, vel de factu, vt 4. q. 3. c. si testes. in prin. aliquando res, pro officio, put Arch. in d. c. ante, & Luc. de Pen. in rub. de agē. in reb. aliquando ponitur pro facto, l. naturalis. circa prin. ibi gl. ff. de pres. ver. plures etiā significatus ponit Alberi, de Ros. in suo Dictionario, in ver. res, vbi confusē traduntur partim harum, quæ diximus, partim aliarum, & vide Arch. d. c. ante.



TRACTATUS DE MUTVO

PETRI NICOLAI MOZZII

MACERATENSIS

I. V. D.

Table with 4 columns: MV, TV, YM, and descriptive text for each. Includes terms like 'Naturale tantum', 'Ciuile tantum', 'Cui ius naturale suffragatur', and 'aut per modum elemosinæ'.

SVMARIVM.

- 1 Dicitur mutuum quasi de meo tuum fiat.
2 Argumentum ab ethymologia uocabuli sumptum, affirmative procedit.
3 Argumentum ab ethymologia, tunc procedit, cum diffinitioni non repugnat.
4 In contractibus omnibus, quomodo fiat de meo tuum, & quomodo contractus à contractu cognoscatur.
5 Res aliena potest vendi, quia venditor tenetur tradere, non dare, nisi vendatur res in genere, puta vinum, oleum, quia tunc tenetur etiam dare.
6 Mutuum à Bart. quomodo diffinitur.
7 Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.
8 Non licet debitori eiusdem generis rem deteriorē reddere.
9 Baldi diffinitio circa mutuum, non est approbata, & rejicitur à Ias. Corneo.
10 Cornei diffinitio est longa filateria, & rejicitur communiter



VENIO ad tertium ordinem Amphitheatri, in quo deuenitur ad nomina specialia contractuum, & comprehenduntur penitus vniuersi explicite, vel saltem reductiue, & ad hoc vt clarius materia ipsa appareat, distinctius depinguntur hic inferius alia columna, vt quod in Amphitheatri generalis specie collectiue & generice traditum est, distincte & specificè hic declaratur, & sic quodammodo hæ parua figura sint declarationes illarum. Nec mireris, si in his ordo & mensura seruatus non fuit ad vnguem, nam in his ad lucidiorem declarationem tantum oculos adiecimus. Capiō igitur columnam illam, mutuum inscriptam, pro cuius

declaratione duo erant discutienda nempe vnde dicitur mutuum, & quid sit, quibus declaratis breuiter ad alium ordinem ascendemus. ¶ dicitur autem mutuum, quasi de meo tuum fiat: si enim de meo tuum non fieret, mutuum non diceretur. l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. & Inst. quibus modis re contrah. obl. in si. princ.

Sed posses oppugnando dicere, in omni alienatione, veluti in venditione & donatione, sit de meo tuum, & tamen non est mutuum, quibus primo modo respondetur, ¶ argumentum ab ethymologia vocabuli sumptum, affirmative procedere, prout inquit Bar. in d. §. appellata, quamuis ibi adducatur tex. in contrarium de. §. 1. Inst. de interd. cui textui respondetur & secun-

3 secundo modo, ¶ argumentum ab ethymologia vocabuli sumptum, tunc demum procedere, cum diffinitioni non repugnat, vt Bar. & Alex. & communiter Doct. dicunt in l. 1. ff. de acq. pos. & Bar. in l. omnes populi, nu. 95. ff. de inst. & iure. sed ex infra dicendis apparebit, non solum vt meum tuum, verum & alia requiri.

Predictum igitur argumentum non obstat, prout & ipse Bar. ait. d. §. 2. in princ. sed pro huius clariori intelligentia & cognitione ¶ videamus in contractibus omnibus, quomodo fiat de meo tuum, & quomodo contractus mutui cognoscatur ab alijs contractibus, & animaduertendum aliquando rem dari, vt non his eadem res reddatur. Item & secundo datur, vt reddatur alia, primo casu aut dominium non transferatur, aut agitur vt trasferatur; primo casu aut datur cā custodia, & tunc est depositum, & non sit de meo tuum, cum non transferatur dominium. l. 1. ff. de depo. aut datur ad vsum determinatum, & tunc commodatum est, aut ad vsum indeterminatum, & eo casu erit precarium. l. in commodato. §. sicut, ff. commo. & l. 1. ff. de pac. & in his etiam non sit de meo tuum, si vero agitur vt dominium transferatur, tunc est contractus innominatus, argl. naturalis, §. primo. ff. de præscr. verb.

Secundo principali casu, cū agitur vt aliud detur, tunc aut est dandum aliud in specie, sed idem in genere, & hoc est mutuum, de quo loquuntur sumus, aut est reddendum aliud in genere & hoc casu aut reddenda species pro specie, & tunc est contractus permutationis, de quo in l. 1. vbi glo. in ver. nomen suum, in si. ff. de rer. permut. aut reddendum est genus pro genere, vel genus pro specie, & tunc est contractus innominatus, do vt des. l. 1. & 1. §. de rer. permut. aut est danda quantitas, id est pecunia pro re in specie, & tunc agitur: aut ab vtraque vt detur, & eo casu est contractus innominatus, de quo in l. 1. ff. de cond. causa data. aut agitur ab vna parte, vt detur pecunia, & ab altera res tradatur, & eo casu est venditio. l. ex empto, ff. de actio. emp. idem dicendum est, si pecunia pro genere detur, licet vtrique sit donatio faciēda: est enim venditio, nam in hoc contractu venditor nō tenetur dare, sed tradere: ¶ ideo res aliena potest vendi. l. rem alienam, ff. de contrah. emp. sed emptor nummos uēditōri dare cogitur, vt per Bar. & glo. notatur in d. l. ex empto. ff. de actio. emp. & hoc verum est, cum uenditor speciem uendit, sed si genus uendiderit, ueluti vinum, olcum, frumentum, tunc ipse quoque dare tenetur, ut notatur per eundem in d. l. ex empto, quam distinctionem ponit Bar. approbatus in d. l. 2. in si. principij, ff. si cer. pet. nu. 5. uide etiam Laur. de Pinu conf. 168. vbi, quo modo cognoscatur, & iudicetur mutuum à deposito & commodato.

6 Venio ad secundum propositum, ¶ mutuum à Bar. in l. 2. ff. si cer. pet. ita diffinitur, vt sit contractus datione vera vel ficta celebratus rei consistentis pondere, numero, vel mensura, cum spe recipiendi tantundem in genere suo, & dicitur contractus loco generis, dicitur datione vera, quia ego verè pecuniam sibi numero dicitur ficta, quia ego interdum non numero, sed numerasse fingor, veluti si meus filius vel seruus pecuniam meam tibi numerauit nomine meo, vel pe-

culiāres nummos, vt inquit tex. in l. 2. §. mutui. ff. si cer. pet. dicitur rei consistentis numero, pondere, vel mensura, quia in his tantum rebus mutuum consistit quæ functionem in genere suo recipiunt per solutionem magis quàm per speciem, & ideo in ceteris rebus in mutuum ire non possumus, quia ¶ aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. §. mutui datio, vbi Bar. & optime Ias. ff. si cer. pet. & has res damus, vt accipientium fiant, & quodcumque nobis non eadem res reddatur, sed alia eiusdem generis & bonitatis, vt Inst. quib. mod. re cont. oblig. in prin & l. vinum. ff. si cer. pet. & ibi Doct. & licet hoc expressè non cauerimus, vt nobis æquè bona reddatur, ¶ non licet tamen debitori eiusdem generis rem deteriorē reddere, ueluti vinum nouum pro veteri. l. cum quid, ff. si cer. pet. & hanc diffinitionem approbant Sal. & Fulg. licet addant verba illa, in eadem bonitate, quæ tamen sunt superflua per dictionem illam, idē, prout Alex. d. l. vbi, defendit & approbat eam, & Ias. Decius Cur. iun. & nonnulli alij, excepto Baldo, Corneo, Cagnolo, Bolognetto, qui nouas diffinitiones in d. l. 2. attulerunt, ¶ sed Baldi diffinitio non est approbata & ab ipso Ias. & Corneo rejicitur, tamquam defectiua, cum non comprehendat mutuum ciuile, ¶ illa autem Cornei est longa filateria, & quia communiter rejicitur neque hic recitanda erit, & idem erit dicendum de diffinitione Cagnoli, tradita in d. l. secundum da, numero 39.

- 11 Postremo ¶ moderniores Bononiens. eod. loco nu. 48. omnibus alijs reiectis ita optime mutuum diffiniri posse arbitrati sunt, vt mutuum sit creditum datione pecuniæ tantum verè, vel fictè celebratum cum intentione tantundem in eodem genere recipiendi: inquit enim ipsi, quod ideo dicitur creditum & non contractus, quia ¶ mutuum habet tria genera subalterna, nempe conuentionem, contractum, & creditum: ¶ & diffinitio debet tradi per genera propinquiora, ergo cum verbum creditum, sit magis propinquum mutuo, erit diffinitio trahenda per verbum, creditum, non autem per verbum, contractus, quomodo autē hoc procedat, non sanè video. quinimo (pace dictum) totum videtur contrarium, nempe esse magis remotum, cū verbum, creditum, conueniat commodato, pignori, deposito, & omnibus alijs. & quod sit magis remotum, probatur per tex. in l. 1. ff. si cer. pet. bene ponderando, inquit enim ibi tex. quoniam igitur multa ad contractus varios pertinētia iura sub hoc titulo prætor inseruit, ideo rerum creditarum prætor titulum præmisit: omnes enim contractus, quos alienā fidē sequuti instituit, complectitur. si ergo hoc verbum creditū, complectitur omnes contractus, erit magis genericum & magis remotum verbo contractus, cū verbum contractus includatur & cōtineatur sub credito, nisi respondeas quod ¶ dupliciter sumitur hoc verbum ereditum, generice, & specificè, prout videtur esse ibi ex mente Bal. quæ responsio non placet, eo quia ¶ in diffinitionibus verba proprie sunt ponenda, non autem quæ in ambiguo sensu sonent. Ias. l. 1. ff. de acq. pos. Sebass. Medi. trac. de diffini. par. 1. q. 40. nu. 13. Ripa in prin. trac. de peste nu. 1. & Nicol. Moron. de tregua & pac. q. 6. par. 1. vbi loquitur de



de diffinitione iuramenti & quod nõ recte diffiniantur per æquiuocum verbum, & allegat Bal. & alios.

16 ¶ Alia diffinitio ponitur in additionibus ad glo. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. 1. quæ nec mutuum quadrat, ideo non refero eam. Non recedat igitur ab illa nostri Bartoli, quæ communiter est recepta, & B. lognetto respondemus, quod contractus ibi non stat simpliciter, sed pro contractu, qui celebratur, & sic non erit remotum, & per hæc sit expedienda columna ista, Mutuum inscripta, ubi forsitan plurima alia non in subulia inculcari potuissent, tamen ad vitiorum tendentes consulto omisimus, tantummodo aduertendum, interdum comodatum pro mutuo in iure reperiri, prout declarat Rom. in l. 2. ibi gl. nu. 4. ff. si cer. pet. qui allegat l. 2. cum glo. C. de his quæ ex public. ration. lib. 1. o. & ibi Bar. & glo. in verbo commodauerint, dū exponit id est mutuauerint.

TRACTATUS DE diffinitione Mutui.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutuum triplex est.
- 2 Mutuum quadruplex est secundum Bar. & magis communiter Doctores.
- 3 Iure gentium uel nature fictio non datur.
- 4 Mutuum unicum est secundum aliquos Doctores.
- 5 Ex contractu mutui oritur certi conditio specialis, si interuenit stipulatio omnium certi conditio generalis.
- 6 In obligatione litterarum oritur, & datur conditio ex lege.
- 7 Diffinitiones sunt magis tractatæ à Doctores inuenta ad maiorem declarationem materie, non autem quod semper probentur in iure.
- 8 Quanto magis Mutuum diuiditur & subdividitur, tanto magis perspicuum apparet, cum ea, quæ diuisim traduntur commodius percipiantur.
- 9 Diuidere est separare actualiter uel intellectualiter partes.
- 10 Per partes facilius deuenitur ad cognitionem totius.
- 11 Potest approbari & quod mutuum sit triplex, & quod sit quadruplex.
- 12 Cum sint plures species mutui substatuebitur libellus etiam in mutuo civili quod sit per chirographum si potest adaptari, secus si non potest adaptari.
- 13 Mutuum aliud est uerū aliud fictum seu palliatū se uel latū.
- 14 Mutui usus triplex est.

**Nunc** Venio ad alium ordinē, in quo quia distinctionis ratio optima est in disciplinis tradendis, ideo ponitur Mutui diuisiones, quæ vario modo à Doctores traditæ fuerunt, nam glo. quam sequitur Porti. & alij, in §. item is, Institu. quibus mod. re contrah. oblig. in ver. mutuum, & dicebat mutuum triplex esse, naturale tantum, civile tantum, civile & naturale. naturale tantum est quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo, civile tantum quando stipulatio interuenit de soluendo sine numeratione, civile & naturale quādo numeratio & stipulatio interuenit vt l. 2. ff. si cer. pet. & ibi gl. quæ

pariter tenet quod triplex sit & sequitur videtur Dec. & sed Bar. & Alex. & magis communiter Doctores dicebant mutuum quadruplex esse, mere naturale, quando res mea, in qua mutuum consistit, ad te peruenit, mere civile quod est in litterario contractu, si quis enim scribat se pecuniam mutuum accepisse, quam reddere promittat intra biennium, civiliter obligatur, & hoc est mutuum civile, de quo Inst. de litter. oblig. §. 1. & infra trac. lite. contractus. tertium est naturale cui ius civile suffragatur, exemplum si res mea tibi ab alio nomine meo mutuetur, ius enim civile à me profectam esse fingit, & nam iure gentium uel nature fictio nõ datur vt colligitur ex dictis Bar. in l. frater à fratre, nu. 4. ff. de cond. ind. colligitur etiam ex l. filio quem ff. de liberis & posth. & ex l. i. in rebus. C. de in. dot. quantum mutuum est civile, cui natura cooperatur. exemplum si ante numerationem uel post, stipulatio de reddendo interponatur, hic natura adest, quia res mea ad te transit, & civilis dispositio scilicet stipulatio, ex qua agi debet vt inquit Docto. in d. l. 2. ubi magis communiter videtur teneri vt mutuum quadruplex sit, excepto Baldo Alberico, Iaf. Ful. Curtio, Alciato, Bolognetto & nonnullis alijs, & qui volunt ut non sit nisi unicum mutuum, nempe naturale, quod re celebratur, nam quando interuenit stipulatio non est contractus mutui, sed verborum, item quando interuenit obligatio litterarum non dicitur mutuum, sed contractus litterarum, quod probant ipsi, quia ex contrahibus diuersis oriuntur actiones, & si quidem ex mutuo oritur certi conditio specialis, ubi autem interuenit stipulatio non oritur certi conditio specialis sed generalis. & in obligatione litterarum oritur & datur conditio ex l. 2. Bar. Bal. & Iaf. qui alios refert in d. l. 2. & non conditio specialis, quæ datur ex mutuo, quibus omnibus facilius responderi poterit, tamē quia ista iterum erunt repetenda ne frustra conteratur tempus, pro concordia dicas, quod & istę diuisiones sunt magis tractatæ à Doctores inuenta ad maiorem declarationem materie, non autem, quod illæ semper probentur in iure prout Bello. in simili dicebat Inst. quibus mod. re contrah. oblig. & Modernio, d. l. 2. ita etiam dicebat Bar. qui refert Azo. in l. si non fortem. §. libertus, nu. 17. ff. de cond. ind. dum de operarum diuisione loquebatur, nempe, vt alia sunt obsequiales, factibiles, & artificiales. statim his dico quod quāto magis mutuum distinguitur eo magis clarum & perspicuum apparebit, cum ea, quæ diuisim traduntur commodius & facilius percipiantur, prout inquit Lambertinus in tracta. de iur. patro. in princ. nāque & diuidere est separare actualiter, uel intellectualiter partes, vt inquit Bolo. in l. stipulationes nõ diuiduntur, in 2. col. ff. de ver. obl. & per partes facilius deuenitur in cognitionem totius prout in simili dicebat Desider. Guido in epistola dedicatoria ad Car. Sfortiā in decisionib. Capræ. bene verum est, quod illa Bartoli & Doctores duæ vltimæ distinctiones in materie mutui, scilicet tertia & quarta diuisio reuocantur in idem, prout etiam Decius asserbat d. l. 2. atque adeo dici poterit secundum glo. superius citatā triplex esse mutuum, naturale, civile, & mixtum, ita etiam Bar. subtiliter cum considerando videtur velle

in d.

in d. l. 2. §. creditū, & ibi ad eius lucubrationes Alb. Dec. & poteris tamen approbare quam volueris opi. nam si dicas quod est triplex, tunc vltimam diuisionem subdistingue prout facit Bar. si dicas quod est quadruplex connumera subdistingue non pro diuisione, quæ autem aduerte, quia videtur ex mente Bar. & alij non aduertunt meo quidem iudicio ibi d. l. 2. §. mutui datio, nu. 4. & 5. ff. si cer. pet. & sic cū plures sint species mutui si in libello petentem ceterum aureos, quos mutuaui Titio, & postea in iudicio producerem ad probationem iuris mei instrumentum, in quo continebatur quod Titius fuerat confessus se habuisse illa centum mutuo, quæ promittebat per stipulationem reddere mihi à quo confessus fuerat recepisse, substatuebitur & adaptabitur libellus, vt intelligatur verba libelli de mutuo civili, cui natura cooperatur, quod est quoties interuenit confessio, non numeratio, secus esset si fuisset facta mentio in libello de numeratione, nec fuisset probatum, prout declarat Bal. in l. 2. §. si. ff. si cer. pet. Bar. & alij in l. certi conditio, §. quoniam & litem stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de ver. obl. Alex. conf. 3. nu. 6. & 7. vol. 1.

13 Possit & iterum tradi alia mutui diuisio, nempe vt aliud mutuum sit verū, aliud fictū, palliatum, seu uelatum. Mutuum verum est illud, quod fit in solis rebus, quæ vsu consumuntur, & in pondere numero & mensura consistunt, Inst. quib. mod. re contr. obl. in prin. uelatum siue palliatum est quod secundum suam formam apertam & verba contrahentium est alius contractus quàm mutuum, secundum verò formam occultam, & latentem & mentem contrahentium veram, & præsumptam est mutuum, prout declarat Nauarra in sua summa, in septimo præcepto decalogi de peccato vsuræ circa mutuum, & de mutuo ficto loquitur Bar. in l. 2. §. mutui datio, ff. si cer. pet. circa princ. & Simon de Præcis conf. 198. n. 26.

14 Potest etiam dici secundum Moderniores Gallos in tracta. de vsuris, nu. 73. ut triplex sit vsus mutui: primus per modum elemosinæ, vt quando fit indigenti, etiam si nunquam reddere queat & sine spe restitutionis, nisi quatenus meliorem conditionem, & sortem adeptus commodè reddere poterit. Secundus per modum simplicis officiositatis temperantiæ & gratuitæ, vt quando omnino speratur reddi & ad hoc recipiens obligatur præcisè. Tertius est per modum negotiationis, vt quando creditor non mutuatur gratis, sed de certo quæstu paciscitur. Primus modus magis accedit dono quam mutuo: non tamen est merum donum si non datur absolute, secundus modus est verè mutuum. Tertius modus non est proprie mutuum, vt declarant d. Moderni Galli dicto loco.

Possit etiam dici, vt mutuum alterum constituat, & dicatur pure, alterum in diem & sub conditione, de quo loquitur tex. in l. certi conditio. l. proinde ff. si cer. pe. ibi Doc. verum quia hæc diuisio ad omnes fere contractus adaptari potest, ad præsens sicco pede prætereundum, & de ea dicemus plene in trac. stipulationis, col. 2. sexti ordi.

DE PERSONIS QUAE POSSUNT MUTUARE, VEL NON.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes illi poterunt mutuare, quæ à lege non sunt prohibiti contrahere.
- 2 Adultus non habens curatorem potest mutuare.
- 3 Seruus cui dominus concessit administrationem pecuniarum potest mutuare.
- 4 Procurator generalis sine libera potestate, uel speciali mandato non potest mutuare.
- 5 An aliquis constituens procuratorem ad accipiendum pecuniam possit conueniri, si procurator in instrumento confessus sit se recepisse & habuisse.
- 6 Quando aliquis facit procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo intelligitur de mutuo naturali.
- 7 Instrumentum in quo procurator est confessus se habuisse, et recepisse, probat mutuum civile cui natura nõ cooperatur.
- 8 Donatio procuratori non videtur permissa nisi exprimat. l. contra iuris.
- 9 Saluatio Bar. & concordatio Doctorum.
- 10 Furiosus mutuum contrahere nõ potest et nõ contrahit numeratio.
- 11 Pupillus mutuum contrahere non potest.
- 12 Mutuum factum per pupillum non reconciliatur.
- 13 Mutuum accipiens à pupillo si consumat pecuniam reconciliatur mutuum.
- 14 Consumptio dicitur facta in pecunia mutuata quando pecunia non apparet.
- 15 An pupillo possit mutuari, dic quod non.
- 16 An possit mutuari ecclesie quæ equiparatur pupillo.
- 17 Speciale est in mutuo factio ecclesie, vt mutuanus teneatur probare verum esse in utilitatem ecclesie.
- 18 Præses provincie, seu officialis pecuniam mutuam nec dare nec accipere potest nec possunt mutuare Arcarij publici.
- 19 Civitati potest mutuari & contrahitur mutuum. (etc.)
- 20 Fur non potest mutuare, quia accipientis non facit pecuniam.
- 21 Ludens secum ludenti potest mutuare.
- 22 Non potest mutuari illi qui statim mutuum est consumpturus.
- 23 Item non potest mutuari hostibus.
- 24 Item non potest mutuare filius.
- 25 An filius possit mutuum accipere.
- 26 Filiusfam. poterit opponere exceptionem Macedoniani non obstante iuramento.
- 27 Mutuum an possit celebrari inter patrem, & filium & inter fratres in eadem potestate existentes.
- 28 An contractus commodati, & depositi, possit celebrari inter patrem & filium.

**Venio** ad primam columnam vltimi ordinis, pro cuius declaratione dicendum quod ois illi poterunt mutuare, qui à lege non sunt prohibiti contrahere: qui autem sint illi à lege prohibiti, dic quod sunt furiosi, dementes, ebrij, prodigi, pupilli, & similes, qui carent administratione, de quibus in l. si cui bonis. ibi scribetes, ff. de ver. obl. l. 1. & per tot. ff. de cura. furio. l. 1. ff. de reb. corū. & Insti. p. tot. tit. qui. alien. lic. vel non, & de his nos dicemus etiam tracta. empt. & vendi. col. 1. vlt. ordi. & alijs in locis. Modo exempli gratia videamus de nonnullis, qui

C mutua-

mutuare, vel quibus mutuari potest, vel non.

**3** Et primo adultus, non habens curatorem, potest mutuare, & mutuum contrahitur, quia cum habeat administrationem potest dominium transferre pecuniam mutuari. gl. est reputata singularis in l. 1. §. quæstionem. ff. ad Treb. & gl. in l. interdum, in gl. mag. circa mediata ff. de condi. indeb. tex. in l. 1. §. si ff. com. mo. & in l. 1. §. si ff. ad Maced. Ro. & Iaf. in l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. pet.

**4** Item servus, cui dominus concessit administrationem pecuniam potest mutuare, & consequenter dominum transferre, & alienare. l. si rogasti. §. si fugitivus. ff. si cer. pet. Intellege, & declaratur quando dominus concessit liberam administrationem, quia si dominus simpliciter concessit seruo administrationem pecuniam non potest mutuare nec alienare, ita declaratur Iaf. in d. §. si fugitivus, nume. 1. allegat. tex. in l. cum fundus §. servum tuum imprudens. vers. quid ad pecuniarum, ibi gl. & Alex. in 6. nota Cast. in summatio ff. si cer. pet. dicat quid velit Dec. in contrarium stimulo contradicendi Iasoni motus.

**5** Item dicitur de procuratore, scilicet ut si sit procurator generalis sine libera potestate, vel specialiter mandato non possit mutuare: quia non potest dominum transferre: secus si sit procurator cum libera: quia potest omnia facere, quæ potest versus dominus, & etiam alienare si donationem non continet. tex. in l. procurator cui & l. mandato gl. d. l. procurator totoria. ibi Barto. & scriben. ff. de procura. Iaf. in l. non omnis, §. si pupillus. sub nu. 3. ff. si cer. pet. & nos dicemus infra tract. mandati.

**6** Sed quæro an aliquis constituens procuratorem accipiendum pecuniam possit conveniri, si procurator in instrumto confessus fuit se recepisse, & habuisse, ex quo in instrumto non fuit scriptum quod recepit: hæc quæstio format Bart. in l. 1. §. si in 6. ff. si cer. pet. vbi tenet quod non, & ampliat, & extendit hanc conclusionem et quod sit dictum in instrumto quod facit procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo, & ad confitendum se recepisse pecuniam, & ad promittendum: quia quod aliquis facit procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo intelligitur de mutuo naturali, quod significat illa dictio, ad accipiendum: sed in instrumto, in quo procurator est confessus se habuisse & recepisse, probatur mutuum civile, cui natura non cooperatur nisi probetur numeratio, ergo talis procurator non obligat dominum, quia ad hoc non habuit mandatum alleg. tex. in l. 1. §. si mutua. ff. si quid in fraud. patro. & tex. in arg. in l. si debitorem meum. ff. de no. ua. & eodem modo non poterit conveniri ex illis verbis ad confitendum se recepisse: quia illa verba intelliguntur secundum pecuniam receptam, & si aliter intelligeretur esset donatio. d. l. 1. §. si mutua, quæ

**7** si donatio procuratori non videretur permissa nisi ex primatur, l. contra iuris. §. 1. & si, ff. de pac. Sed reprobandum ampliationem, seu extensionem istam Sal. Bal. Fulg. C. f. Alex. Ang. Imo. & cõiter Doc. quoniam Iaf. & alij intelligunt istam cõem conclusionem veram esse absque illa ampliatione, seu extensione, nisi interveniret in mandato decretum iudicis, vel nisi iurasset in mandato habere ratum quidquid factum fuerit per procuratorem, quia tunc possit conveniri prout

attestatur Iaf. in §. creditum, nu. 23. ff. si cer. pet.

**8** Sed ego credo, & Bar. & Doct. tenentes cõtra Bar. rectè loquutos esse, diversis tamen terminis, nempe ut opi. Doc. procedat & debeat intelligi in puncto iuris civilis rigore inspecto arg. tex. in l. si tibi pecunia ff. si cer. pet. & l. si servum §. sequitur. ff. de ver. obl. Opinio aut Bar. procedat & debeat intelligi de æquitate, & benignitate iuris canonici, quo iure inspecto semper datur exceptio, Iaf. in l. cõi quis, nu. 17 C. de iur. & facign. Rol. consil. r. nu. 57. vol. 1. Hipp. Rimi. consil. 272. nu. 19. & quamvis ibi concludat contrarium, fuit eo, quia inter Iudicos erat, sed expresse tenuit Dec. in l. iure nature, nu. 4. ff. de reg. iur. & Hip. Bonaco. tract. de æquitate. canon. concl. 103. & quamvis ibi attestetur opinionem contrariam esse cõem, de qua Graf. lib. 2. recolle. commu. opi. c. 13. q. 12. & ibi inquit esse magis veram, tamen ego intelligo in terris non subditis ecclesiarum.

Vel dic secundo modo quod quatenus Bar. loquitur dominum non posse conveniri ex illo instrumto, intelligit in se biennium, cum numeratio ante biennium non præsumatur, postea vero sic, hic intellectus potest esse verus, sed videtur esse contrarius menti Bar. ibi, donatio non præsumitur.

Ideo potest dici tertio modo intelligendo non posse conveniri principaliter, sed bene secundario, hoc est excusso procuratore, qui videtur principalis, cum ille sit ille, qui confessus est. Potest etiam & quarto modo saluari Bar. ut per Sal. in l. si ex pretio. C. si cer. pe. nu. 6. Vel poterit saluari ut per Dec. in d. §. creditum, nu. 28. & 19. vbi optimas afferit rationes ad defensam Bar. sed tamen si tenet etiam ipse contra Bar. Poterit etiam saluari Bar. ex mente Alci. in d. l. 2. §. mutui, nempe intelligendo opinionem contra Bar. in dubio, & ob incertitudinem: secus ergo in casu certo, & sic aliter videretur dicendum viuo mandante, aliter mortuo, scilicet quando non potest constare de mente eius.

Potest etiam saluari ex mente Vladi Zafij in c. 12. suorum intellec. sub nu. 5. nepe, ut opinio Bar. procedat si procurator esset in fraude. opi. Doc. absolute. Possem etiam alias novas recensere saluationes, sed hæc sufficiant, brevitati studendo.

**9** Furiosus aut mutuum contrahere non potest, & numeratio pecuniam quasi mutua non contrahit mutuum, cum non habeat consensum, sed in numeratione mutui necessarium est id agi consensu utriusque partis, alioquin non nascitur obligatio mutui. bene verum est quod furiosus ille poterit agere conditione sine cõtra eum, in cuius re pecunia est versa. l. si furiosus. l. non ois. ff. si cer. pet. §. nunc admonendi, Instit. qui. alie. lic. vel nō. Azo in summa. C. si cer. pet. nu. 28.

**10** Item nec pupillus mutuum dñere potest, cum non transferat dominium in accipientem, intellige si mutuatur absque auctoritate tutoris: quia tunc non potest alienare res, que servanda servari non possunt sine auctoritate. tex. est in l. non ois §. si pupillus, ibi Iaf. Cast. Dec. & alij. ff. si cer. pet.

**11** Ampliari potest, ut in tantum sit vera hæc conclusio ut nec est reconvalidetur mutuum factum per pupillum si nec tutore si tutor ratificaverit, & consenserit per regulam obligari §. tutor. ff. de athen. tut. Iac. de Arc. Alber. in Iaf. d. §. si pupillus.

Limita-

**12** Limitari potest tamen suprad. conclusio, nisi iste, qui accepit mutuum a pupillo pecuniam illam, quæ accepit consumpserit, tunc enim consumptio illa operatur translationem dominij, & consequenter mutuum reconciliatur, ut per Doc. d. §. si pupillus, & nos dicemus infra hoc eodem ordine col.

**13** Consumptio autem dicitur facta quando pecunia non apparet, secus si eadem pecunia discernitur & apparet. d. §. si pupillus, Iaf. nu. 1. Dec. nu. 2. post Bar. Roma. Alex. & alios communiter.

**14** An autem pupillo possit mutuari, dic, quod non, nisi servatis tamen servandis, de quibus diximus eorum contrariis in scripta, art. 7. nu. 2. & melius dicemus tract. emp. inf.

**15** Sed quia ecclesia æquiparatur pupillo orphanotrophos. C. de epif. & cleri. quæro an possit mutuari ecclesia, seu eius prælati recipientes mutuum obligentur, dic quod sic, sed speciale est in mutuo factio ecclesiarum, ut ille, qui mutuatur ecclesiarum si vult repetere, teneatur probare verum esse in vilitate ecclesiarum, aliàs non poterit repetere, auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. Abb. in c. quibusdam, de fidei. ibi tex. ad litteram Ripa suis responsis tunc de deposit. respon. 1. & quomodo obligetur, seu obligari possit ecclesia in mutuo late per Guli. Rodoa. suo tract. de reb. eccles. nō alie. q. 4. vide gl. in l. 2. §. mutui. in ver. non potest, Bart. in l. Iaf. ibi nu. 7. Dec. nu. 1. additio ad Barto. littera A vbi decedit ecclesiam esse privilegiatam, ut possit reddere rem mediocre pro remutu accepta per §. hæc vero, in auth. de alie. & emph. nos dicemus suo loco.

**16** Item præfes provinciarum, seu eius officialis pecuniā mutua nec dare nec accipere potest, nec fenus exercere ratione officij temporalis, secus si esset in officio perpetuo. tex. est in l. principibus, ff. si cer. pet. leos & l. quisquis. C. co. si cer. pe. & ibi Azo in summa nu. 34. & nos infra. & declaratur, & intellige, prout facit Iaf. d. l. principibus ibi etiam optime Dec. ne per limitando quædo præfes, seu iudex acciperet mutuum ab his, qui sibi non sunt subditi. præfides §. præfes. ff. si certum petatur. Limita tamen si præfes acciperet ob publicam vilitatem, tex. est in l. ciuitas. ff. si cer. petat. vbi habetur etiam quod civitati potest mutuari, & contrahitur mutuum si in vilitatem civitatis verum est, alias tenentur illi qui acceperunt pro civitate d. l. ciuitas. & nota quod civitati competit perpetuo exceptio non numer. pecu. & est cõis opi. de qua attestatur Ripa in l. si qui bona. ff. de pig. nu. 1. & quamvis ibi ipse teneat contrarium. limita et non habere locum suprad. regulam in officiali, qui gereret officium in sua patria. Vel si emeret causa necessitatis, vel si contraheret palam, & bona fide, vel auctoritate alterius administratoris, & alijs quibusdam modis, de quibus per Iaf. d. l. principibus, & etiam ibi per Decium.

**17** Item non possunt mutuare exactores tabularijs, & archarij seu officiales publici, qui præfunt ærario publico, de quibus tit. de suscepto. & tit. de his, quæ ex publico, collatio. illata. & in l. 1. & C. de his qui ex pub. ratio. in ut. pec. acce. lib. 10 vbi deciditur quod ille, qui accepit pecuniā mutua ab officialibus fiscalibus, tenetur in quadruplum, & in l. 2. quod qui aurij

fiscalis mutuo dedit sine licentia Principis dicens se habere mandatum, capite punitur, ut declarat ibi glo. & nos de hoc in 3. par. Amphitheat. tracta. de Plagiari.

**18** Item fur non potest mutuare quia accipientis non facit pecuniam mutuatam, sed bene verum est quod consumpta pecunia illa, mutuatur reconciliatur. l. nam & si fur. ff. si cer. pet. & nos dicemus col. seq.

**19** Item nec ludens secum ludenti potest mutuare, l. quod si minor. l. penult. ff. de minor. glo. in l. si quis. ff. pro emp. ibi Bar. fac. l. 2. ff. quar. rer. ac. non det. l. 1. ibi glo. de alcato & nos infra. col. fi.

**20** Ex quo iufertur, ut non possit mutuari illi, qui statim mutuū est consumpturus, & sciebat cum mutavit, l. non prodest. ff. de vi bon. rap. l. non remunerandi. l. rei turpis. ff. mand. Pileus quæstio. 36. nos infra col. fina.

**21** Item non potest mutuari hostibus, & mutuanus puniretur grauius, ut declarat Gigan tracta. de criminibus læsa maiestatis libro primo, quæstio. trigesimaquarta.

**22** Item non potest mutuare filiusfam. cum sit in potestate patris, ideo si mutuaret alicui, & extaret pecunia, non contrahitur mutuum, nec competet utilis certi conditionis, sed utilis rei vindicatio secundum Alex. Ful. Iaf. in l. cum filius. ff. si cer. pe. & cõiter. limita tamen nisi pecunia fuerit consumpta, quia tunc mutuum factum per filiumfam. reconciliatur. l. rogasti. §. si cum l. seq. ff. si cer. pe. Iaf. d. l. cum filius. nu. 5. ff. si cer. pe. & tunc quando filiusfam. mutuavit & est consumpta pecunia actio competit patri, sed filiusfam. potest implorare officium iudicis, si pater est absens, & etiam ei competit utilis certi conditionis ut diximus vide Iaf. in d. l. cum filiusfam. post alios.

Sed quæro an filiusfam. possit mutuum accipere, dic

**23** quod non, cum sit in potestate patris, quâvis enim obligetur civiliter & naturaliter, ut voluit gl. in l. r. vers. petitio. ibi Bar. & ceteri communiter, tamen habet exceptionem, quam potest opponere, & evitatur solutio, cuius causa fuit quidam vir Macedo vocatus, ut declarat tex. in l. 1. & per tot. tit. ff. ad Maced. l. 1. C. eo. §. illud. Inst. quod cum eo. Afsan. Cle. tract. de patr. potesta. effectu quinto. nos infra in 5. col. huius ord. nu. 1. quæ adeo vera sunt, ut procedant etiam si filiusfam. iuramentum præstiterit de reddendo mutuum, adhuc tamen poterit opponere exceptionem, & retinere cum bona conscientia, non obstante iuramento. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. col. 4. dicemus plene in 7. col. huius ord. & ibi concordabimus opiniones contrarias. Amplia etiam si per filiumfam. fuerit renunciarum dictæ exceptioni. Quoniam d. exceptio poterit proponi ab heredibus & fideiussoribus. l. sed Iulianus. §. si ff. ad Maced. & post definitivam sententiam. l. tamen & si pater. ff. ad Maced. dicemus col. 7. huius ord.

Limitatur tamen in vndecim casibus, in quibus d. exceptio a filiofam. non poterit proponi, quos casus recitet glof. in §. illud. in ver. Senatus Inst. quod cum eo qui in alie. potesta. nos dicemus infra col. fi. huius ordinis.

**24** Et pro cõplemento huius columnę primę quod si an mutuū possit celebrari inter patrem, & filium, & inter

fratres in eadem potestate patris existentes, de quo hñ in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. ibi latè Bart. Ang. Sal. Fulg. Soc. Aquen. Crot. Severi. Iaf. Cag. Bolo. & alij, vbi Doctores communiter videntur cōcludere quod inter patrem & filium, & inter fratres in eadem potestate existentes non contrahitur mutuum quādo alter alteri mutuat, & intelligit siue filius mutuet patri, siue pater filio, siue frater fratri, & siue nomine suo, siue nomine patris, vt per Bart. d. l. frater à fratre, sub nu. 4. & sub nu. 47.

Limitatur ista conclusio nisi filius haberet pecuniam castrensem, vel quasi castrensem, aut aduentitium peculium, casu quo vsusfructus non quareret patri per filium, in quibus casibus videtur posse celebrari mutui contractus tam inter fratres, quam inter patrem, & filium.

Sed pro magis perfecta declaratione Cagnolus d. l. frater à fratre, sub nu. 237. faciebat octo conclusiones: ego verò nūquam recedere soleo ab ordine Bartoli, qui fuit dux, & auriga rectus, & lucerna iuris ciuili: quare dic secundum eum distinctè, & sigillatim declarando quod si filius patri mutuat pecuniā peculij castrensis, vel quasi castrensis, vel de peculio aduentitio eo casu, quo patri non quaritur vsusfructus, vt de pecunia male quæsitā, quo casu per filium non quaritur patri, l. quod seruus. ff. de acqui. posse. & tunc sine dubio consistit contractus mutui, & producit actio, & obligatio, vt per Doctores communiter. d. l. frater à fratre. ratio est, quia in pecunia castrensis, vel quasi castrensis peculij filiusfam. vice patrumfam. fungitur. l. 2. cum gl. ff. ad Maced. & idem dicendum est quando frater fratri mutuat. si verò filius mutualet pecuniam patris propriam, tunc nō est contractus mutui nec oritur aliqua obligatio, quia pecunia propria mihi mutuo dari non potest. l. nam & si fur. ff. si cert. pet. & l. si socius, & sic non potest neque etiam inter fratres.

Si verò mutuat filius pecuniam peculij profectitij, tunc apud Bar. erat dubium, quia illa pecunia patris est in veritate, & eius durat, vt l. certum. C. fami. erci. in contrarium faciebat d. l. frater à fratre, in §. quæsitum. ideo Barto. ita declarabat quod casu isto aut quarimus vtrum consistat mutuum, vt pater obligetur naturaliter respectu creditoris peculij, & putat contrahi mutuum, quia prout habetur respectus ad eos obligatur filius cum suo peculio sicut homo liber cum suo patrimonio. l. si ex duobus, circa princip. ff. de peculio. & l. non solum, in fine eod. tit. & ita debet intelligi l. frater à fratre. ibi & argumento & cætera. aut habetur respectus ad ipsum filium tantum, & tunc siquidem peculium profectitium est proprie de bonis patris profectitū ita quod etiam de iure gentium absque aliqua dispositione iuris ciuili esset ipsius patris, tunc nec contrahitur mutuum, nec ipsi filio naturaliter obligatur quātū ad eius cōmodū: quia deficit æquitas naturalis, hoc est iurisdictionum: nam non est æquū quod pater teneatur reddere filio illud quod filius accepit de proprio ipsius patris, hoc probatur. l. si venditor. §. sed si pupillus. vers. aliter atque. ff. de in diem add. vt per Bar. Aut illud profectitium immediate non est de bonis patris profectum, & consideratis meris regulis iuris

gentium non est patris, verbi gratia illud quod filius quæsiuit ex pecunia patris dicitur profectitium, vt not. l. cum oportet, in prin. C. de bonis quæ liber. & hoc est ex dispositione iuris ciuili, sed secundum veritatem non est, quod apparet, quia pecunia quæsitā per extraneum ex pecunia, vel re mea non quaritur mihi vt l. qui vas. §. si. ff. de fur. & sic considerato iure gētiū, quo filius non est in potestate patris, cōsistit mutuum, & contrahitur obligatio naturalis, & inquit Bar. quod ita debet intelligi tex. in d. l. frater à fratre, in vers. contra si pater, ibi etiam inquit, quod hæc procedunt solum in filio, qui de iure ciuili patri potestati subijcitur, non autem procederent in seruo, cuius status de iure gentium annihilatur, vt l. si id quod, ff. de cōd. inde. & ideo inquit quod putat dominum non posse obligari seruo naturaliter ex contractu mutui respectu ipsius serui, sed dicitur obligari respectu creditoris peculij, sed bene posset obligari dominus naturaliter seruo ex aliqua promissione ex æquitate iurisdictionum, quæ dictat si dem seruandam esse, quæ æquitas fuit antequam esset constitutio iurisdictionum, qua introducta fuit seruitus, quod declara, & intellige, vt per Bar. ibi, & per Seuer. & per Cagnol. late sub nu. 255. cum seq.

Si vero pater mutuat filio, tūc siquidem filius habebat peculij castrensis, vel quasi castrensis vel aduentitium cuius patri non quaritur vsusfructus, sine dubio tunc consistit mutuum, vt dictum est supra. si vero habet solum peculium profectitium, tunc obligatur naturaliter ita quod pater potest deducere de peculio vt d. l. frater à fratre. & si diceres quomodo contrahitur mutuum cum dominum non transeat in filium. Respon. quod sufficit transire in peculium, & tunc inquit Bart. quod non videt quod possit contrahi mutuum traditione nisi reconcilietur consumptione, tunc filius obligaretur patri naturaliter, quia de iure gentium consistit mutuum, sed solum est impedimentum patria potestas, quæ est de iure ciuili, ergo non impeditur obligatio naturalis. Tamen hæc naturalis à præcedenti differt, quando filius habet peculium, quia cum peculium habet, coheres dedit ab eo tale debitum de peculio, & ipse à cohærede cum pater ei teneatur vt d. l. frater à fratre. sed quādo est tale debitum naturale simplex absque peculio tunc nec ab ipso filio deditur, nec ipse à cohærede dedit quod pater ei debebat vt l. si quid possessor. §. sed & si ipsi. ff. de pet. hære. & l. Meuius. §. 1. ff. fam. erci. de quo per Bar. & Doc. late d. l. frater à fratre. vbi etiam quarunt Doc. quid de contractu commo dati, & depositi, poterit ne celebrari inter patrem &

& filium, & ex mente Bar. & aliorum dic quod si filius cōmodat, vel deponit apud patrem rem castrensis peculij, vel quasi castrensis, vel aduentitij, eo casu quo patri non quaritur vsusfructus sine dubio cōsistit pæctus & actio & obligatio orit, vt dictū est supra. Sed si cōmodat, vel deponit res profectitij peculij respectu creditorum peculij cōsistit cōtractus & oritur obligatio naturalis & ciuili, vt sup. dictum est. Sed an respectu filij cōsistat pæctus, & obligatio p̄ hæc, pōt dubitari. Et idē, quā deponit, vel cōmodat re patris p̄pria: circa quæ dicendū est cōsideranda sunt tria, primo obligatio, quæ orit ex pæctū cōmodati, & ex ista

non

non oritur etiam naturalis obligatio, quia non est contractus cōmodati, cum rei propriæ nō consistat cōmodatum, vel depositum. l. neque pignus. ff. de reg. iur. & l. qui rem. ff. de depo. per Seueri. d. l. frater, in 10. q. Soc. iun. consi. 43. col. 1. lib. 1. Cagn. d. l. frater nu. 269. Secundo est videndum de obligatione illa, qua tenetur ex l. si quis conductionis. C. loca. scilicet ad restituendam possessionem, nec potest opponi exceptio dominiij, & ex illa lege tenetur ciuilitè, vbi patria potestas non esset. Item tenetur naturaliter ex illo præcepto iurisdictionum, vt maioribus pareamus, si d. subest alia naturalis æquitas, quæ est quod filius nō reposcat illud quod patris est, quæ obligat filium naturaliter ad non petendum, quæ est fortior æquitate præcedenti. l. bona fides. ff. de pos. Ideo dicas patrem non teneri naturaliter nec ciuilitè in effectu. Tertio est videndum de obligatione secundaria, quæ contrahitur ratione moræ, delicti, vel culpæ commissæ in rebus cōmodatis, vel depositis, & in istis eo casu & eo modo quo pater obligatur ex isto contractu obligatione prima, eo casu & eo modo pater obligatur obligatione secundaria. Si verò sibi cōmodatur, vel datur in depositum à patre tunc filius tenetur naturaliter, & patre mortuo deducetur de peculio, si habet, aliàs secus, vt l. Strichus, ibi plene Bartol. ff. de pecu. lega. nos alibi.

TRACTATUS DE rebus quæ mutuari possunt, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Mutuum contrahitur in his rebus, quæ consistunt pondere numero, vel mensura.
- 2 Natura mutui est, vt reddatur idē genus in eadē bonitate.
- 3 Res in quibus consistit mutuum, sunt frumentum vinum oleum nummi & similia.
- 4 In libris non contrahitur mutuum quamuis sint similes.
- 5 Non contrahitur mutuum in ouibus nec in equo, sed in his rebus erit commodatum nu. 6.
- 7 An in pane consistat mutuum.
- 8 An potero reddere pecuniam si argentum accepero ad pondus.
- 9 Appellatōei argenti, vel auri, nō intelligitur de monetato.
- 10 Intellectus ad l. Paulus. ff. de solutio.
- 11 Valet argumentū à contrario sensu, quādo bene sumptū ē.
- 12 Appellatione argenti non intelligitur de monetato, saluè dupliciter.
- 13 Aliud pro alio solui non potest.
- 14 Stannū plumbum, ferrum & similia, an possint mutuari.
- 15 An tegule, lapides, ligna possint mutuari.
- 16 Mutuum consistit in paleis & etiam in vno nummo.
- 17 Res communis an possit mutuari. (nu. seq.)
- 18 Res aliena, an possit mutuari: nō pōt nisi cōcilietur mutuum.
- 20 Si reprobam pecuniam mutuaui & pro probis expendi, an tenearis reddere probam pecuniam.
- 21 Mutuas pecunias reprobam, seu falsam, punitur pena falsi.
- 22 Si mutuaui pecuniam alienam, & non fuit consumpta, illa quomodo mihi concedatur.

- 23 Reconciliatur mutuum in re aliena per stipulationem.
- 24 Actio, an oriatur ex numeratione, vel stipulatione.
- 25 Notatio hodie non presumitur nisi agatur expresse.
- 26 Reconciliatur mutuum in re aliena vsucapione.
- 27 Reconciliatur mutuum in re aliena superuenientia dñij.
- 28 Reconciliatur mutuum vti habitatione domini, & curia biennij.

**C**apio columnam positam in secundo loco eiusdem ordinis, p cuius declaratione videndum est, quæ res mutuari possint, vel nō, hoc est in quibus rebus consistat, & contrahatur mutuum, vel non. Dic quod mutuum contrahitur in his rebus, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, & non in alijs: quia in alijs rebus aut repugnat substantia, seu mutui natura, aut regula iuris, quæ aliud pro alio inuito creditore solui non patitur, vt declarat Alex. in l. 2. §. mutui. ibi in fumar. ff. si cer. pet. De substantia naturaque mutui est vt reddatur idem genus in eadem bonitate, d. l. 2. & l. cum quid. ff. co. & dicemus suo loco. ergo cum ea sola, quæ consistunt in pondere, numero, & mensura, recipiunt functionem in genere suo: quia tanta est similitudo in eis, vt nū fungat vice alterius, meritō in his solis reb. consistet mutuum. Quæ autem sint istæ res Iurecon. in l. 2. §. creditum. inquit esse pecuniam, & intelligit pecuniam largè, vt sub illa comprehendantur omnia, quæ consistunt pondere, numero, & mensura: sed hoc est declarare ignotum per ignotius. Ideo tu dic clarius, & distinctius quod istæ res in quibus consistit mutuum, sunt frumentum vinum oleum, nummi, & similia, quæ recipiunt functionem in genere suo, & in quibus eadem affertur vtilitas per solutionem, quia earum rerum tanta est similitudo, vt non cadat magis affectio in vna re quàm in alia. l. nū mis. ff. de in lit. iuran. Ale. ibi & in d. l. 2. §. mutui. ibi Iaf. nu. 1. & alij, & nos infra. In alijs ergo rebus, quæ non recipiunt functionem in genere suo, & quibus non est adeo similitudo, & in quibus, cadit, seu cade re potest affectio, non consistit mutuum: exemplū in libris, in quibus non contrahitur mutuum: quamuis reperiantur plures libri eadem impressione, & eadem manu scripti in eadem charta, vt declarat Bar. in l. 2. §. mutui, nu. 13. ff. si cert. pet. qui reddit rationem ideo non contrahi mutuum in libris, quia consuetudo non est, vt in genere suo recipiant functionem inuicem. Præterea ego considero quod potest cadere affectio plus in vno libro, quàm in alio respectu memoriæ ob alsiduum vsu, vel praticam à communiter accidentibus. Vel dic quod non consistit mutuum in libris: quia non consuevit mutuari, cum consuetudo sic de substantia, seu necessitate mutui, vt inquit Bar. d. l. 2. §. mutui, nos dicemus infra col. seq. Item non contrahitur mutuum in ouibus, cum non recipiant functionem in genere suo. Itē nec in equo, sed erit commodatum. Itē nec in veste & similibus. Limita nisi eo pacto, & conditione illæ res darentur, vt vendantur, & pecunia ex illis reddata, cōuertatur in mutuum. tex. est in l. sed Iulianus §. mutui dationē. ff. ad Maced. quem text. in hac materia celebravit Bolognet. in rub. ff. si cert. pet. C 3 nu.

hu. 57. & Iaf. in l. singularia, num. 29. ff. si cer. pet. Ang. §. item si in iudicio, num. 8. Inst. de exceptio. Gom. Hysp. commentar. iur. c. de mutuo, col. 3.   
 7 sed quid in pane, consistet ne in eo mutuum, glo. & Doc. in d. l. 2. communiter tenent quod non, sed erit contractus in nominatus. Bar. autem limitat nisi ad certum pondus panis fieret ex ordine ciuitatis, quando autem panis ad pondus fuisset mutuatus non dubium est inquit Bar. & sequentes, quin sit tunc verè mutuum, Sal. Ang. Alex. Moder. Bonon. & alij in d. l. 2. ego intelligo quando panis esset eiusdè qualitatis respectu saporis & coloris, prout dicitur in solutione argenti mutuari vt possit reddi moneta eiusdem mixturæ, non autem alterius mixturæ & alterius ligæ, namque non dubium est quin mutuū contrahatur in argento, sed dubitant Doctores an   
 8 potero reddere pecuniam si argentum accepero ad pondus, & respondet glo. in d. l. 2. quod potero, si tñ ere contaminata non sit pecunia illa, & allegabat tria iura ad probandum. l. 1. §. 1. ff. de au. & arg. leg. l. cum aurum. §. proinde & l. si quis argentum. C. de don. quam gl. sequuti sunt magis communiter Doc. & Bar. ita etiam firmat in l. Paulus. ff. de solutio. postea ipsamet glossa recedit ab ista opinione, & per auth. itatem Hugo, per d. l. Paulus, videtur sibi contradicere, & ad d. tria iura respondebat quod loquūtur in favorabilibus, cum loquantur de vltima voluntate duo iura, & illa. l. si quis argentum, loquitur in fauorem eius, qui exerceat liberalitatē, at in proposito questione inquit, sumus in cōtractus stricti iuris, in quo stricta sit interpretatio vulg. l. quidquid adstringendū. ff. de verb. oblig. & non veniunt nisi ea, quæ expressim sunt dicta, non autem quæ ex bono & æquo, & pro hac opinione faciunt dicta per Franci. Marcum in decis. 50. vol. 1. vbi conclusum fuit appellacione auri, vel argenti non intelligi de auro vel argento monetato, & eo magis probatur hæc opinio ibi, cum loquatur in vltima voluntate, vbi larga sit interpretatio iuribus suprad. nihilominus non recedendum à prima opinione Bar. quem sequitur Alex. Iaf. Dec. alijq; communiter, vt possit reddi pecunia ære non contaminata, & quæ eiusdè sit ligæ, & ratio videtur esse, quia si soluo tibi pecuniam, quæ eiusdem sit ligæ, videtur afferre tantam vtilitatem accipienti quantam afferret ipsa massa argenti, istam rationem reddit suprad. Bar. in d. l. Paulus. ff. de solutio. & glof. etiam pluries sibi contraria in l. si quis argentum, in verbo æstimationem, & eadē ratione in videtur referre approbado copiosif. Tiraquellus in trac. de retrac. ligna. glo. 20. & ad. d. l. Paulus, ego respondeo quod in nio ibi probatur opinio Bar. inquit enim ibi tex. creditorem non esse cogendam si aliquod damnum ex illa re passurus sit, ergo à contrario sensu si non sit passurus damnum cogendus est accipere, † quod argumentum valet, qñ est bene sumptum. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius. ibi Bar. Alex. Dec. Bal. Cagn. & Rim. iun. num. 364. & 395. & probatur in c. cū apostolica, ext. de his que sunt à præl. sine cons. ca. Doc. in l. cōuentulam. C. de Episco. & cler. Soc. regu. 28. late per Nicol. Euer. in sua Centu. in c. 4. & supradictæ decisioni Franci-

sci Marci responderi potest, quod illa decisio loquitur in diuersis terminis, nempe quando fuit factum legatum argenti, quod quis haberet, tunc enim ex coniecturata mente testatoris disponentis non intelligitur de argento monetato: fallit nisi ille, qui fecit legatum de argento, aliquam haberet monetam argenteam, quæ non fuisset in cursu, tunc enim intelligitur legasse eam, fallit secundo quando ille, qui legauit non haberet aliam pecuniam quàm signatā, tunc enim adaptatur voluntas vt voluerit intelligere de ea, alleg. l. Quintus, la ij. ff. de au. & arg. le. & sic videmus quod non venit appellacione argenti monetatum argentum, eo quia apparet de mente testatoris expresse, & si veniret illud argenti esset præiudicium tertio, idest hæredi, secus in casu nostro, in quo nullum præiudicium afferitur, quia si soluitur argentum eiusdem ligæ siue bonitatis in materia, licet sint diuersæ formæ, tamen idem videtur solui quoad effectum & valorem, & sic creditor tenetur illud recipere, cum eadē vtilitatem afferat sibi. hinc est quod secus esset dicendum si debitor vellet dare monetam alterius materia, quia tunc nõ afferret eadē vtilitatem, & esset soluere aliud pro alio inuito creditore, quod non potest, vt docuit Soc. in reg.   
 13 377. vulg. l. 2. §. mutui datio, ibi, Iaf. num. 3. ff. si cer. pet. vide Bar. eod. & intellige vt nõ possit reddi moneta alterius materia quando potest reperiri pecunia siue argentum eiusdem ligæ, secus si non posset reperiri illius bonitatis & ligæ, quia tūc credo quod possit solui de pecunia siue argento currenti, vt ferè in simili videtur distinguere Ioan. de Imo. in l. in ratione legis. §. diligenter, la ij. nu. 4. ff. ad leg. falc. Alex. in l. quod te, nu. 7. ff. si cer. pet. vbi de communi, & inter communes opiniones recenfer Krchou. Centu. 3. conclus. 75. littera P. & nos infra. in 4. col. huius ordi.   
 14 Quid dicendum de stamno, plumbo, ferro, & similibus. poterunt ne istæ res mutuari, & contrahitur mutuum. Doctores communiter respondent quod sic, & extendunt in omnibus quæ ad pondus recipiunt functionem in genere suo.   
 15 Quid in tegulis, lapidibus, in lignis. dic quod si ad certam formam fieri consueuerunt, erit mutuum, licet mutuari non consueuerint, si tamen in genere suo functionem recipiunt, & insit substantialis bonitas, vt per Doct. d. l. 2. communiter. item mutuum   
 16 consistet in palcis, quia recipiunt functionem in genere suo vt declarat Bar. d. l. 2. §. mutui datio. Itē mutuum consistet etiam in vno nummo secundū Soc. & magis cōmuniter Doc. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. Thobias Pèrus. attestatur de magis cōmuni in §. 1. Institu. qui. mod. re contrah. oblig. nume. 8.   
 17 Quid dicendum de re communi, poterit ne communis res mutuari. dic quod sic, & pecunia communis mutuata diuiditur numero, non autem per corpora, quare si domini alicui mutuent, vel per seruū faciant mutuari rem communem, nempe decem aureos, quos habent pro diuiso, quilibet illorum habet dimidium in corpore quolibet, & mutuum contrahitur, & cuiuslibet acquiruntur quinque illorum, alteri quinque, & alteri quinque, & condicatur pars nummo-

nummorum pro numero. l. nam & si fur. §. si seruus. ff. si cer. pet. ibi Castren. & Alex. Paul. de Cast. Dec. qui post alios legit nota. ex illo tex. quod mutuū factum de maiori summa, si totum valere nõ potest valet pro parte ibi nu. 4.   
 18 Quid de re aliena, poterit ne mutuari res aliena, dic quod non, quia ea non fit de mea tua, cum in re aliena non trasferatur dominium, quod est de substantia, & necessitate mutui. l. 2. §. appellata, ibi Alex. & ceteri. ff. si cer. pet. l. quamuis. C. si cer. pet. ibi Sal.   
 19 & scriben. dicemus infra col. seq. † limitatur tamē suprad. conclusio nisi reconcilietur mutuum consumptione, namque si ego rem alienam tibi mutuaucro, licet ab initio mutuum non sit, tamen si consumis mutuum reconciliatur. l. nam & si fur. ff. si cer. pet. glo. in l. eius qui in provincia, in ver. teneri. ff. si cer. pet. l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiuf. quod intellige prout declarant Doc. d. l. 2. §. appellata, nempe reconciliari quando bona fide cōsumpsit non aliter, declarat Iaf. in l. rogati. §. si. in 4. not. ff. si cer. pet. † sed quid si re probam pecuniam, idest falsos nummos mutuaui, & tu p probis expendisti & cōsumpsisti, an tenearis reddere ppos. & sic mutuū reconciliatur, Azo inquit quod non & optime, sed Pileus q. 138. vnico tantum casu debitorem teneri affirmabat, quando ille, qui mutuaui, ignorauit pecuniam illam esse reprobam. & ipse debitor sciuit esse falsam & reprobam, alleg. tex. in l. domum. ff. de contrah. emp. ver. simili quoque modo, quæ lex est pulcherrima. vide etiā Pile. q. 5. regulariter autem ille, qui mutuat falsos nummos, si scienter puniuntur pena falsi, leg. Corn. vt inquit Bar. in l. hac de fals. Abbas c. quanto, de iurciurando, & secundum Bar. huiusmodi pena procedet quando nummi omnino sunt falsi vt si stamnei vel plumbei, secus si tonfi & tonfati, & sic neque procederet in alchimisitis qui possent defendi secundum doctri. Bar. supra citatam & de hac materia vide Did. lib. prati. q. fol. 339. & Clarum in §. fallum. col. fi. nos infra suo tractatu.   
 Sed circa prædictam conclusionem de re aliena mutuata, quero quid si pecunia aliena, quam mutuaui non fuit consumpta ab illo, quomodo mihi consulitur vt repetam. Iaco. Butri. tenet quod mihi non succurratur, & quod omni remedio sit mutuanus destitutus, quia mihi est imputandum cur mutue pecuniam alienam sciens in ea non consistere mutuum. glo. autem in l. nam & si fur. & ibi Cinus dicebant distinguendo quod debitor aut facit mala si de vt excludat creditorem à pensione, & tunc tenetur quasi pro consumpta habetur, alleg. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonstra. Sal. ad debat. l. Labco, in si. ff. de contrah. emp. & l. si oleū. ff. de dolo, aut fuit bona fide, quia ei est à domino denunciatum, & tunc conueniri non potest. l. nam & si fur. ff. si cer. pe. vel dic ex mente Sal. in l. quamuis, sub nu. 6. C. si cer. pe. quod si constat pecuniam esse alienam, si recipiens illam vsucepit, quado scilicet habuit à principio bonam fidem & tunc peti potest, quia mutuum est reconciliatum. l. si alienam & l. qui alienam. ff. de don. cau. mor. si autem non vsucepit eam, & tunc conueniri non potest. l. proinde. ff. si cer. pe. quæ loquitur in casu certi, quando autem non constat pecuniam

esse alienam conueniri potest recipiens certi conditione ex mutuo, & si excipiat quod mutuanus nõ fuerit dominus tenetur illud probare, non autem actor, & ita declarare videtur Sal. reddens rationem & referens Guliel. de Cun. in l. nam & si fur. Iaco. Butrig. in l. non omnis. §. cum pecunias. ff. cod. posset forsan teneri simpliciter quod nisi fuerit cōsumptum mutuum non possit reperiri per tex. simpliciter loquentem & nouiter ponderando in d. l. si fur. vbi Iureconsult. rotam vim facit an per partem saltè nummi fuerint consumpti, & pro parte cōdicam, ergo si non consumpti non condicam, & hæc videtur mens illius tex. non recedas tamen à d. distinctione Salice. quæ est communiter recepta, nec videtur distrecpare ab intellectu illius leg. † Item reconciliatur mutuum in re aliena per stipulationem: nempe si mihi reddi stipuler. l. Proculus. ff. de iur. dot. d. l. quæuis. C. si cer. pet. l. eius qui. ff. si cer. pet. & possum petere: † An autem ex stipulatione, vel numeratione possim agere, & ex qua oriatur actio. videtur quod ex stipulatione, si numeratio fuit facta in continenti ante, vel post, cum numeratio censetur facta causa implendæ stipulationis. l. si ita fuero stipulatus. §. 1. & l. cum enim. ff. de noua. Bar. in l. certi condicatio. §. nummos. nu. 5. si cer. pet. & idem esset si fuisset facta ex interuallo, sed post stipulationem semper pariter præsumitur numerationem fuisse factam causa implendæ stipulationis: si autē numeratio fuit facta ante, sed ex interuallo, & tunc duplex oritur actio, vna ex numeratione, & sic ex mutuo certi condicatio, alia ex stipulatione, nisi stipulatio fuisset facta antimo nouandi, † quæ nouatio hodie non præsumitur, nisi ageretur expressè. l. si. C. de noua. de qua materia late per Bar. in d. §. nummos. vbi facit quatuor casus & ibi Iaf. nu. 3. post Alex. Cast. & alios & Sal. Bal. in l. quamuis. C. eod. si cer. pet. & nos dicemus aliquid in 4. col. huius ordinis, & late de natura stipulationis dicemus suo tracta. col. 5. vlti. ordi. vbi videas. Item reconciliatur mutuum in re aliena vsucapione, veluti quia rem alienam mutuatam triennio possedisti vt declarat gl. in d. l. 2. §. appellata. ff. si cer. pet. & Inst. quib. mod. re cōtrah. oblig. §. is cui. ver. mutuum. vbi alleg. l. Proculus, supracitata. facit tex.   
 27 in l. si alienam. ff. de dona. cau. mort. † Item reconciliatur mutuum in re aliena superuenientia dominij in mutuantem, vel conditionis euentu. tex. in l. 28 proinde. ff. si cer. pet. † reconciliatur etiam ratihabitione dominij. l. si procurator. ff. de cond. inde. reconciliatur etiam cursu biennij, de quo in l. in cōtractibus. C. de non nume. pecu. & reconciliatur tribus modis secundum Azo. in summa, secundum glof. quatuor modis, secundum autem Soc. distinctionibus quinque, secundum Bar. & optimè septem modis, de quibus diximus.

TRACTATUS DE  
 substantialib. formalibus, seu necessarijs mutui.

S V M M A R I U M.  
 Mutuum dicitur contrahi Re.

- 2 In obligationibus, quæ contrahuntur, ab ipsa re contractus sumunt substantiam.
- 3 De substantia mutui est consensus sicut in quolibet contractu.
- 4 Quatuor de substantia, seu necessitate mutui requiruntur.
- 5 Consuetudo requiritur in mutuo, & hoc dupliciter intelligitur.
- 6 Aptitudo requiritur in mutuo.
- 7 Secundum communem sententiam in omnibus, & codicibus non consistit mutuum.
- 8 Affectus requiritur in mutuo.
- 9 Mutuum an contrahatur si dico, ecce in isto sacculo adsum viginti aurei, accipe, & tu ante à me petisti aureos viginti.
- 10 Quatuor requiruntur ad hoc ut mutuum contrahatur.
- 11 Videtur etiam de substantia, & essentia mutui, ut sit gratuitum.
- 12 Quæ solemnitates, seu formalia, vel substantialia extrinsece requiruntur in celebrando mutuo.
- 13 In publicis instrumentis non servatur, ut adhibeantur tres testes sed duo.
- 14 Differt an in oppido, vel ruri contraxerint mutuantes.
- 11 Libra auri quot scutos sine aureis consistat.
- 16 Aureus apud Romanos erat didragmus.
- 17 Numerus aureorum in constituenda libra auri actus ab Imperatoribus.
- 18 Bar. aurb. sed nouo iure, aestimauit libram auri centum florenis.
- 19 Tro concordia distinguit tempora, & concordantur scriptura.
- 20 Solidus apud Latinos alio nomine sextula dictus secundum Isidorum.
- 21 Numis matum immutatio eo tempore facta est quo Romana opes tenuiores facte sunt.
- 22 His nostris temporibus quot auri concurrant ad conficiendam libram auri.
- 23 Libra argenti valet decem aureis.

**Venio** ad columnam tertio loco positam, quæ est inscripta Substantialia formalia, seu necessaria Mutui, & pro declaratione aduertendum primo quod de substantia, & necessitate Mutui est res: Mutuum enim dicitur contrahi re, cum ex actuali rei interuentu perficiatur. §. 2. Insti. quib. mod. re contrah. obli. & §. præterea. & §. is cui. §. si. & sic principaliter traditio rei requiritur actu vere vel fide, hoc est ministerio legis, & si res actu non interueniat non contrahitur Mutuum nec oritur obligatio ex isto contractu argu. l. 2. §. creditum. ibi mutuum non potest esse, & ibi docto. & l. qui pecuniam. ff. eod. facit Doctri. Bar. in l. enim quid. ff. si cert. pet. sub nu. 10. vbi inquit quod si in obligationibus, quæ contrahuntur re, ab ipsa re contractus sumunt substantiam, nos diximus late colu. Re inscripta, arti. 1. & superfluum esset hic repetere.

Item de substantia est consensus in contractu mutui; nullus enim est contractus, qui in se consensum non habeat, & nisi habeat consensum contractus nullus est. l. 1. §. adeo. ff. de pac. hinc est quod Mutuum impeditur quando furiosus mutuat, & ratio est, quia furiosus consensum non habet, tex. in l. si a furioso,

& l. non omnis. ff. si cer. pe. ibi Iaf & alij communiter, & quia super hoc non est dubitandum transsumus ad alia & videamus quæ præterea ex mente Doctorum sunt de substantia, & necessitate Mutui: & dicendum ex mente gl. in §. 1. Insti. qui mod. re contrah. obli. & in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. ibi Alb. Bal. Sal. Ro. Alex. Castr. Iaf. Dec. Alci. Cur. Cag. Bolo. & Bar. qui melius, & distinctius declarat, quatuor de substantia, seu necessitate Mutui requiri: nempe naturam, consuetudinem, aptitudinem, & affectum. Primo namque requiritur natura, ut res sit inuenta, ut numeretur, ponderetur, vel mensuretur: exemplum in pecunia iux. l. 1. ff. de contrah. emp. sed Docto. dicunt ad alium finem pecuniam inuentam esse nempe ad emendum ut d. l. 1. non autem ad mutuum. sed dic quod natura intelligitur hic, ut possit naturaliter materia numerari, ponderari, vel mensurari, & quamuis ad talem finem, ut in ea cadat Mutuum materia illa non sit inuenta, dummodo illa materia recipiat functionem in genere suo, hoc est, ut possit reddi in eadem bonitate & qualitate, in ea cadet Mutuum, quare si alia reperiantur, quæ ut dixi, recipiant functionem in genere suo, in his etiã cadet Mutuum, licet ad talem finem inuenta non sint ut declarat Doct. in d. l. 2. §. mutui. Secundo requiritur consuetudo, & hoc dupliciter intelligi potest & quod in genere consuetum sit functionem recipere, nunquam consuetum sit illam rem mutuari: tamen hoc secundum non seruatur: quamuis enim consuetudo non sit rem mutuari, nihilominus si recipit functionem res poterit mutuari, veluti in pipere, cuius grana cum recipiant functionem, mutuari poterunt ad numerum secundum Bar. Rom. Iaf. & magis communiter Doct. in d. l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. Sed Ful. Rip. & Dec. displicere hæc opinio videtur ea ratione, quia consuetudo non acceptat, ut ad numerum mutuetur pipere, prout etiam in frumento, cuius grana sunt quodam modo eiusdem bonitatis: tamen ad pondus & ad mensuram solent mutuari, non autem ad numerum; sed responderi potest Ripæ, & Decio, quod consuetudo non acceptat propter cuitandos labores, cum ferè impossibile sit frumentum ad numerum mutuari, sed si mutuetur etiam ad numerum valeret, & maxime in pipere, quod vsui nostro non adeo est necessarium & raro & parum mutuat. Tertio requiritur aptitudo, scilicet quod res suæ naturæ aptetur, veluti pecunia ad numerum, frumentum ad mensuram, & similia, quæ ad sui naturam aptentur, ideoque secundum communem sententiam in omnibus & codicibus mutuum non consistit, licet & oues, & codices numerari possint: quandoquidem non est harum rerum aptitudo, & substantialis bonitas in his rebus numeri, vel ponderis respectu non consistit: Quapropter Paulus Iureconsultus in l. 2. §. mutui datio. ff. eo. non dicit mutuum consistit in his, quæ pondere numero, vel mensura consistunt, id est quæ in hoc substantialem bonitatem habent, quæ bene verum est, nisi eo pacto & conditione illæ res darentur, ut vendantur, & pecunia ex illis redacta conuertatur in mutuum. l. Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Macedo. & diximus superius, col. 2. nu. 6.

Quar-

8 **Quarto** requiritur actus, id est quod factum hominis aptitudinè accommodetur, nam si pecuniam in sacculo tradam non erit mutuum, sed depositum, vel contractus innominatus: si trado pecuniam in sacculo ut aliud sacculum mihi reddas, prout inquit Alex. in d. §. mutui, nu. 4. & in additio. ad Bar. & not. infra trac. depos. sed si dicerem, ecce in isto sacculo adsum viginti aurei, accipe, & ante tu à me petisti aureos viginti, contraheretur mutuum, quia ego numero verbo, prout dicebat Alex. nec obstat glo. in d. §. quia simpliciter loquitur quod sit contractus innominatus quando trado pecuniam in sacculo non numeratam, quod intelligi debet numeratam fuisse nec factum, nec verbis. nec videtur huic opinioni ob stare l. plane. §. 1. ff. de leg. 1. quia ibi loquitur quando pecuniam trado tamquam speciem seu corpus, quod non est in casu isto, cum fuerit specificata quantitas, & hæc quatuor requiri declarat, glo. supracitata. sed Bartolo non placet primum requisitum, atque adeo ad tria redigi possent, & tria sed diuersa probatur in l. vbi autem, iunc. præcedenti. ff. de verb. obli. quæ lex inquit in mutuo tria requiri, nempe quid, quale, & quantum, sed neque secundum requisitum Bal. placet, quem Bar. sequitur Iaf. & alij: quare dicas 10 quatuor secundum communem requiri ad hoc ut mutuum contrahatur, quæ quatuor videntur esse de substantia, primo ut tempore contractus agatur, ut non reddatur idem in specie, intellige quoad propositum & intentionem, ut inquit glo. d. §. mutui. secundo requiritur ut reddatur idem in genere, tamè procederet libellus, in quo creditor peteret idem vnum quod mutauit ut per Iaf. l. 2. ff. si cer. pet. nu. 1. Tertio requiritur quod trasferatur dominium rei mutuatæ, ideo in pecunia aliena non consistit mutuum, nisi reconcilietur, ut superiori col. late diximus.

**Quarto** quod mutuum constet in rebus consistens ponderere, numero, vel mensura, & nisi ista quatuor concurrant non potest esse mutuum, Iaf. in l. 2. ff. si cer. pe. nu. 5. & Moderni Galli in trac. de vsur. in prin. nu. 17. non tamen sequitur quod vbi ista concurrunt semper sit mutuum, quia partes possent agere ut esset depositum, l. Lucius la. j. & l. Publica ff. deposi. de quo dicemus suo loco, nempe trac. deposi.

11 **¶** & aduerte quia etiam videtur de substantia mutui ut sit gratuitum, inx. illud Lucæ c. 6. mutuum dantes nihil inde sperantes, quia si interueniret merces esset locatio, de qua dicemus suo loco proprio, & an possint interuenire vsuræ in mutuo dicemus columna sequenti.

Quæ autem solemnitates seu formalia vel substantialia extrinseca requirantur in celebrando mutuo, Iureconsulti secundum rerum personarum & locorum conditionem, & varietatem, loquuti esse videntur diuerse, & ex mente illorum breuiter dicendum, quod si in contrahendo mutuo minus quam libra auri veniat in contractu mutui, tunc siue in litteris missa sit conuentio contrahentium, siue non, & contrahentes sint aut litterati aut non, quocumque modo tamen id fiat ruri aut in vrbe, ad plenam confirmationem & probationem sufficiat duos testes esse adhibitos ad plenam fidem, Auth. de instrumentorū cau. §. filij. colla. 6. & Barto. & glo. in auth. sed nouo

iure. C. si cer. pe. si vero maior summa in mutui obligationem veniat quam libra auri, tunc refert plurimum, à quo & vbi contractus celebretur, nam si contrahentium aliquis vel ambo fuerint imperiti litterarum, & voluntas eorum litteris mandata fuerit in aliqua ciuitate, requiruntur quinque testes, iuxta allegatam auth. §. apparet & Bal. & Doc. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. & ibi gl. in verbo ab imperi- 13 to. sed animaduerte quia si in publicis instrumentis de consuetudine non seruatur, quoniam sufficiunt duo testes ut concludit Did. c. 20. pratica. quæst. nu. 4. & Thomas Gram. deci. 73. nu. 8. solum ergo seruabitur in chirographo & priuata scriptura, prout videtur etiam velle Alex. in d. auth. in addi. ad Bar. & etiã Bar. ibi referens Iaco. de Beluis. concordando quod tres testes erunt si computemus tabellionem, qui conficit instrumentum, tamen Speculator titu. de teste. §. restat, affirmat duos testes sufficere, & ita seruari in pratica attestatur Didacus, c. 22. pratica. q. si verò eius conditionis personæ contrahant absque aliqua scriptura, qua comprehensa sit illorum conuentio, tunc sufficit tres testes interesse d. aut. §. 2. & §. sed si instrumenta. idem que erit dicendum ut totidem sufficientes testes, cum periti litterarum inter se contraherent, summa auri libram excedente, siue veniant 14 cum scriptura siue non, tamen differt an in oppido vel ruri contraxerint, nam in rure vetera iura seruantur, quæ approbant regulariter omnem contractum duorum testium testimonio confirmari. l. vbi. ff. de testibus. l. in exercendis. C. de si. inst. & ibi glo. c. in omni, & c. licet vniuersis. §. si. extra de testi. sed nouissima iura volunt, ut in tali quoque casu, si contractus chirographario instrumento sit initus, & tres testes adhibeantur. l. super chirographarijs. C. si cer. pe. & ibi gl. circa auth. sed nouo iure. & idem obseruatur in omnibus contractibus, qui instrumentorum fide firmantur. ¶ sed circa hæc dubitari possit libra auri quot nummos aureos siue scutos consistat, & quomodo libra auri in iure capiatur, & præcipue his nostris temporibus, de qua materia loquitur Alciatus lib. 3. dispensatio. c. 9. & Cou. c. 1. col. 2. libro varia. ref. iur. & melius & distinctius tractatu separato, qui inscribitur veterum collatio numismatum. c. 3. & Boe. decil. 327. Petr. à Piazza. c. 2. lib. in epito. delicto. Georg. Agri. de ponder. & mensu. 16 & tempera. monet. lib. 2. & sciendum quod aureus apud Romanos ante trassatum imperium erat didragmus, hoc est binas aurei dragmas pendebat, & sic duo de quinquaginta aurei Romani libram efficiebant, hoc est scutos 48. ita declarat Budæus in tractatu de Assè. lib. 5. pagina libro meo 209. qui allegat etiam Isidorum, ¶ sed videtur alijs temporibus ab Imperatoribus Romanis auctus numerus aureorum in constituenda libra, ut auri libra sit aestimata temporibus Alexandri Seueri 72. aureis iuxta l. quoties. C. de suscepto. lib. 10. & ibi gl. & Lucas de Penna, quam opinionem refert, & sequitur etiam Fabianus de Monte trac. de emptio. & vendi. in quin. q. princ. sub nu. 3. & ita declarat Abbas in c. 18 conquerente. nu. 6. ibi Fel. de of. iud. ordina. ¶ Bar. autem in d. auth. sed nouo iure aestimauit libram auri centum florenis, cuius supputatio non procul videtur

videtur differre à prima, quam supputationem fecerunt etiam quidam Vlramontani, dum dixerunt Bar. æstimasse centum aureis, & credo quod intellexerint florinum pro aureo, cum nō optimè linguā Italicam apprehenderint, sed d.l. quoties, multum à supputatione istorum distare videtur, ideo dicendū vt d.l. quoties, mendosa sit & corrupta, prout etiam notauit quædam additio ibi ad illam leg. & eo magis hoc probatur, cū in multis exemplis scriptorum Romanorum appareat libram auri æstimatam esse 40. aureis Romanis. vel pro concordia distinguenda erunt tempora & concordabuntur scriptura, quapropter Budæus lib. 5. de arte, soluendo contrarietatem dicebat, diximus supra duos de quinquaginta nummos ex auri libra percussos, cui dicto pugnare videtur id quod dicitur lib. 10. C. Imperatoris in l. quoties, titu. de suscep. duobus scilicet, & septuaginta solidis perfolutis acceptam ferri libram auri debere, quapropter adnotandum habuimus id non de aureis prisca intelligendum, qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt, aut paulo ab his immutui, nam imminutum postea esse pondus formatū ex his Isidori verbis intelligimus, † solidus inquit apud Latinos alio nomine sextula dictus est, ideo quia eis sex vncia compleatur, hunc autem vulgus solidum aureum appellat, qui solidus dicitur ideo, quia nihil illi deesse videtur: solidum enim antiqui integrum dicebant, & totum hoc dictum Isidori adiuuat Pomponij authoritas in l. numismatū in tit. de vsufu. in Pandec. his verbis: Numismatum aurorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vt solent, vsufructus legari potest, immutata enim forma percutiendi nummi, qui veteres nummi exabant, non nummi vice sed gemmarum & rerum in delicijs habitatum censebantur quomodo fit hodie, antiqui aurei, vt diximus, binas dragmas pendebant hoc est fenos scropilos, & quaterni in vnciam signabantur, sic ex libra Romana duo de quinquaginta fiebant, hoc est ex duodecim uncis, pondere autem imminuto ex binis dragmis terni nummi fieri ceperunt, hoc est feni ex vncia, ita fit vt auri libra duobus & septuaginta aureis impleatur, licet antiqua libra nummaria centenas dragmas saperet, vt 21 mina Attica, † numismatis autem immutatio eo tempore facta est, quo tempore Romanæ opes teniores factæ sunt principum multorum nequitia, qui luxu perditu priuatorum opes tributis exhauserunt, quamquam posset dici quod propter bella hoc fuerit. ex quo factus apparet. d.l. quoties, non oblitare 22 cum diuersis temporibus loquatur. † his autem nostris temporibus quot auri concurrant ad conficiendam libram auri, dic concurrere aureos nonaginta sex prout inquit Bar. d.l. quoties Ias. in l. lecta, nu. 3. ff. si cer. pe. Hipp. Rim. in l. Imperium, nu. 594. ff. de of. eius. vbi inquit quod redigendo nostros aureos ad summam antiquam, tantum valent 400. aurei de modernis quantum olim 300. quia olim 300. faciebant quatuor libras auri, & duas vncias, hodie ascendunt ad 400. allegat dictum Castrenf. in l. fanctimus. C. de don. dum loquitur de donatione vltra quingentos aureos, quæ non est facienda sine inquisitione, quod hodie habita consideratione pondere

ris intelligitur de 300. atque adeo Barr. vtroque modo saluatur, nempe intelligendo de florenis, & de aureis, cum modica sit differentia à centum florenis, à 48. aureis, & etiam alio modo secundum Vltramontanos de centum aureis, cum vt dixi hodie concurrant aurei 96. ad conficiendam libram auri & sic est set modica differentia, † libra autem argenti valet decem aureis, prout habetur in l. 1. ibi Lucas de Penna. C. de auro, & arg. l. lib. 10. & d.l. quoties. tradit Piazza suis epitomis, c. 2. lib. 1. verū in hac materia sunt attendenda statuta & consuetudines, prout inquit Abbas in c. conuenerente, de offic. iudic. ibi Canonistæ.

TRACTATUS DE naturali Mutui.

S V M M A R I V M.

- 1 Que sint mutui naturalia exemplis res demonstrari necesse est.
- 2 Ex natura mutui est vt reddatur in specie idē in genere.
- 3 Mutuum debet reddi æque bonum, quamuis nihil sit dictū.
- 4 Non licet reddere vinum nouum pro veteri.
- 5 Si mutuum sit vinum nouū an possit reddi vinū vetus.
- 6 Intellectus ad l. cum quid ff. si cer. pe.
- 7 Si mea interest potius habere vinum nouum non potest reddi vetus.
- 8 Quando dicatur vinum nouum.
- 9 Quid si ego sum paratus reddere in eadem bonitate sed non reperio.
- 10 Quid dicendum de natura extrinseca rei mutuate, puta valoris.
- 11 Ex natura mutui est vt si post contractum mutui valor seu precium crescat, vel decrescat absque mora debitoris damnum sit creditoris & commodum.
- 12 Ex natura mutui possum reddere pecuniam si acceperim argentum ad pondus.
- 13 Si acceperim frumentum mutuo, an possim reddere sarinam.
- 14 Si acceperim frumentum mutuo, an possim reddere pecuniam.
- 15 Si pecunia mutuata pereat casu sortuito, cui pereat.
- 16 Pupillus mutuando non transfert dominium.
- 17 Ex natura mutui est vt in eo veniant fructus.
- 18 Ex natura mutui est vt in eo non veniant usuræ.
- 19 An in contractu mutui usuræ sint licitæ.
- 20 Mutuum dantes nihil inde sperantes secundum Lucam.
- 21 Usura quid sit secundum Hostiensem.
- 22 De iure civili usuræ sunt licitæ, & de iure canonico post moram.
- 23 Usura hodie est prohibita & de iure civili & canonico.
- 24 Quid si mutuo sibi decem qua promittis reddere tempore mundinarum & si non reddis promittis reddere quinquaginta nomine interesse an valeat promissio.
- 25 Ex natura mutui est, ut in dubio presumatur potius mutuum quam aliud.
- 26 Non presumitur mutuum quando coniecturæ sunt in contrarium.
- 27 Coniectura non procedunt in ecclesiæ prelato ad presumendam donationem.
- 28 Ex natura mutui est, ut si reddatur res deterior non datur

- atur reddita.
- 29 Ex natura mutui civilis est ut in eo habeat locum exceptio non numeratæ pecunie.
- 30 Pecunia debita ex alio contractu potest per stipulationem vel notationem conuerti in alium contractum mutui.
- 31 Quatuor specialia in mutuo concurrunt.
- 32 Secundum glo. in l. singularia, octo specialia in mutuo concurrunt.
- 33 Bar. omnia singularia ad quatuor capita reduxit.
- 34 Sex specialia concurrunt in mutuo respectu aliorum contractuum.
- 35 Textus in l. singularia, quatuor habet intellectus.
- 36 Speciale est in mutuo reconciliatio quando numeratio à principio non habuit consensum.
- 37 Certi conditio specialis non oritur ex mutuo quouis modo reconciliatio.
- 38 Speciale est in mutuo factū per liberam personam vt alteri actio & obligatio acquiratur.
- 39 Speciale est in mutuo ut quilibet administrator ex sola scriptura fiat debitor ex hac causa.
- 40 Contractus quando dicatur fieri palam.
- 41 Non simpliciter est verum quod tutor in facto proprio auctorari possit.
- 42 Auct. minor. præsupponit debitorem, vel creditorem pupilli tutorem esse non posse secundum aliquos, distinguatur. nu. seq.
- 44 Tutor potest propria auctoritate sibi soluere de bonis pupilli.
- 45 Mulier poterit sibi soluere, & restituere dotē si est tutrix.
- 46 Singulare in mutuo quod actio que oritur ex numeratione ex facili nouetur, & tollitur per stipulationem sequentem, vel precedentem.
- 47 Stipulatio non impedit oriri actionem ex contractu super quo interposita est.
- 48 Speciale est in mutuo quod facilius acquiratur dominium rei licet non contractetur.
- 49 Secundum caput Bar. loquitur que sint specialia in pecunia numerata.
- 50 Volente creditore omnis res potest solui pro alia.
- 51 Usuræ non debentur in mutuo nisi per stipulationem.
- 52 Exceptio Senatuscons. Macedonia non datur nisi ob pecuniam mutuata non in alijs rebus.
- 53 Que sint specialia in pecunia & non sunt in nulla alia re.
- 54 Que sint specialia in mutuo contra naturam mutui.

**Venio** Ad quartam columnam, & pro eius declaratione videndum quæ sint mutui naturalia, & aduertendum quia naturalia contractuum dicuntur illa, quæ tacite intelliguntur de natura actus, quamuis nihil sit dictum, exemplum in mutuo, vt reddatur æque bonum. l. cum quid ff. si cer. pe. ibi Doc. & in venditione vt ipse venditor tenatur de cuiusione. l. 2. ff. de euic. sed nos sub hac columna ponemus, nedum naturalia proprie & striete sumpta, sed etiam impropria & largo modo sumpta, puta singularia, seu specialia, & denique ponemus ea quæ à Iureconsul. statuta sunt circa mutuum vel ob naturam, vel priuilegium vel ob specialem rationem, quæ tamen non respiciat substantiam mutui, vel accidentale. & quia † exemplis res demonstrari necesse est §. sed iste, vers. alia, Inst. de actio. 2 ideo dic primo quod † ex natura mutui videtur,

vt reddatur in specie idem in genere, & nota quod istud videtur de natura, non autem de substantia, si consideretur contractus mutui postea quàm fuit celebratus, secus si à principio, quia à principio, & dū contrahitur, videtur de substantia quoad propositū & intentionem contrahentium, post venit prouisio nel. & sic posset responderi Ias. Fulg. & Dec. in l. cum quid ff. si cer. pe. Etiam ex natura mutui est, vt mutuum reddatur æque bonum, quamuis enim nihil sit dictum, tamen ex natura contractus mutui tacite intelligitur actum, vt reddatur eiusdem generis, & bonitatis, † nec licet reddere vinum nouū pro veteri, & sic deterius, vt de vino illo, de quo Pomponi. Iureconsul. in l. cum quid ff. si cer. pe. ibi Bar. nu. 4. Ias. nu. 10. Cur. iun. n. 8. post B. l. Fulg. Dec. & alios. 5 † sed quæro ex mente glo. in d. l. cum quid, si sit mutuum vinum nouum possit ne reddi vinum vetus. glo. ibi videtur tenere quod non, & sequitur Alb. & Bal. lectu. antiqua & Ang. contrarium tenet Bar. & Ias. & magis communiter moderniores quod immo vinum vetus possit reddi pro vino nouo, cum vinū vetus sit melius & excellentius nouo, & in genere videtur reddi & in eadem bonitate, namque quod melius est vti que bonum est, cum in pluri in sit minus. l. vbi autem ff. de verb. oblig. l. quod furti ff. de in lit. iura. sed animaduertendum quia glo. intelligere videtur quando vinum vetus non esset melius nouo, nempe in vino veteri quod incepisset acueri, tunc enim tenet & bene vt non possit reddi vetus pro nouo, secus ergo videtur velle quando vinum vetus non esset deterius, & sic glo. non discordat à Bar. & Ias. & Moder. & quod hæc fuerit mens glo. pondera cam, & intelliges. vel dic quod mens glo. fuit quando esset aliter actum in eadem qualitate, vt reddatur nouum pro nouo, vel vetus pro veteri, ideo ibi in vers. sed hic, inquit, cum eiusdem qualitatis cum vtrunque nouum, vel vetus. & quod vinum vetus possit reddi pro nouo dummodo sit excellentius, seu in eadem bonitate, vltra alios † ego confidero d. l. cum quid, ibi in illis verbis, non licet debitori deteriorem rem reddere, ergo licet meliorem à contrario sensu, quod argumentum valet, si recte sumitur, prout declarat Euerar. Centuria, c. 4. Doc. in l. 1. §. huius rei ff. de of. eius cui mand. l. conuentulam. C. de Episcop. & cler. accedat quod in illa lege Iureconsul. totam vim facit in illis verbis, in eadem bonitate reddatur, & ratio videtur esse ne creditor damno afficiatur, sed si reddatur vinum vetus excellentius pro nouo, reddatur plusquam in eadem bonitate, & creditor non solum non afficitur damno, sed afficitur vtili & lucro. † hinc est secundum Fulg. quem sequitur Curtius iun. d. l. cū quid sub nu. 8. quod si mea interest parius habere vinum nouum quàm vetus, nempe quia velim diutius conseruare, isto casu non potest reddi vetus pro nouo, secus si mea non interest, & istam distinctionem probat text. allegatus in glo. & per Curtium iun. in l. 8 Paulus. ff. de solutio. † quando autem dicatur vinum nouum, Bar. inquit esse vinum nondum clarificatum, si autem est clarificatum dicitur vinum vetus, quamuis aliqui moderniores teneantur, vt non possit dici vetus antequam nouum superueniat, vt attestat-

attestatur Curt. iun. qui falcet Bartol. vt appellatur vinum clarificatum verus, quantum ad hoc, vt in re-  
stitutione pro veteri habeatur, & hoc voluit dicere Bart.

Sed iuxta supradicta quero quid si ego sum para-  
9 tus reddere in eadem bonitate, sed non reperio de materia mihi mutata. dicendum quod aut potest à debitorē reperiri de materia mutata, & tenetur eā dare, aut non potest reperiri, puta in moneta, quia est eius cursus mutatus, & tunc solui debet estimatio eius habita ratione deteriorationis, & sic damni, & interesse, vt videtur velle Petrus de Ferrarijs licet per modice diuersa in sua practica in forma libelli in actione hypothecaria in gl. in ver. relaxandum. quā glo. refert Card. Alb. in lucubratio. ad Bar. in l. 1. §. mutui, ibi Bar. nu. 20. ff. si cer. pe. vide Ant. Gabrie. com. opi. hb. 3. tit. de solutio. & melius Hier. Gab. conf. 63. & Abb. e. quanto. in si de iureiu. quamuis tandem referat in multis partibus Italiae consuetudinem attendi, & vide Lauren. Krcoui. com. opi. con-  
clus. 75. Centu. 3. nos infra.

Sed quid dicendum de natura extrinseca rei mu-  
10 tuatae, debeat ne reddi mutuum non solum in eadem bonitate trinfeca, sed etiam extrinseca, puta vt vinum tantum valeat tempore, quo reddatur quam tempore quo datur. Bar. & communiter Doc. dicunt quod ista bonitas extrinseca non consideratur, nisi à tempore morae, vt Bar. d. l. cum quid, numero 16. Cur. iun. ibi. nu. 22. & in l. vinum, col. 1. ibique Bar. & ceteri, ff. si cer. pe. quare ex natura mutui esse vi-  
11 detur, vt si post contractū mutui valor seu pretium crescit, vel decreuit sine culpa, & mora debitoris, damnum & commodū pertinet ad creditorem, ita communiter Doc. concludunt in d. l. 2. ff. si cer. pe. & ratio esse videtur, quia soluendo tantundem in ge-  
nere suo liberatur, nec attenditur illa qualitas extrinseca distincta & separata à substantia rei, res. est formalis in l. vinum, ff. si cer. pe. Abbas in c. quanto de iureiurando, num. 12. quod verum est nisi pacto aliud cautum sit, tunc enim etiam deterius posset reddi, Doc. d. l. vinum & d. l. 2. ff. eod. item ex natura  
12 mutui est quod, si accepero argentum ad pondus, possim reddere pecuniam secundum glo. in d. l. 2. ff. si cer. pe. ibique Doc. intellige dummodo pecunia, quae redditur, non sit aere contaminata, vt diximus late superius in col. 11. huius ord. nu. 8.

13 Quid si accepero frumentum mutuo, an dicar red-  
dere in eadem bonitate si reddo farinam. Doctores communiter videntur tenere quod sic, quia farina non dicitur noua species, quare prohibitus exporta-  
ce frumentum, intelligitur etiam exportare prohibitus farinam. ita Bal. in l. non dubium C. de legi. & l. quod non ratione. ff. eo. ita decisum fuit per Ripa. in trac. de peste, de remed. ad conseruā. vberta, post  
nu. 45. & ad est decisio Francisci Marci decis. 252. in  
14 2. tomo & decis. 240. † sed quid si accepero frumē-  
tum mutuo, an potero pecuniam restituere. Bar. & alij communiter decidunt non posse reddi pecuniā nisi in casu non existentis frumenti, quia tunc deue-  
nitur ad aestimationem vt diximus superius, Alex. in l. quod te, nu. 7. ff. si cer. pe. praeter alios, qui ita com-  
muniter videntur tenere,

15 Item ex natura mutui est quod si pecunia mu-  
tuata aliquo casu fortuito pereat, periculum sit acci-  
pientis. non autem dantis. In incendiis, ibi scriben-  
tes. C. si cer. pe. ratio est, quia transferitur dominium per mutuum & periculum est illius, qui habet do-  
minium, vt per Ias. in l. non omnis. §. si pupillus, nu. 5. ff. si cer. pe. Ant. Gab. de com. opinionem, tit. de reb. cred. quare si pecunia numerata, vel vinum aut oleum, & similia, quae vsu consumuntur, mittantur per nuncium fidelem, & diligentem, & illae res amittantur, si actu non peruenierunt ad illos quibus mittebatur, & nuncius non fuit electus per eos, nō liberatur mittens, vt cōmunis est opinio Doctorū in d. l. incendium, C. eod. & l. quod te. ff. eod. si cer. pe. c. significante, de pigno. Nauarra de commu. in sua summa, c. 17. de peccatis circa commodatum, nu. 186. de septimo peccato decalogi. q̄ supradicta adeo vera sunt, vt procedant etiam in pupillo mu-  
16 tuante alicui, † quamuis iste pupillus non transfe-  
rat dominium mutuado, vt diximus in 1. col. huius ord. nihilominus si pecunia ab illo mutuata pereat casu fortuito, nempē, quia incidit iste, cui mutuauit pupillus, in latrones, adhuc periculum erit accipien-  
tis, non autem pupilli, ratio est, quia non debet esse deterioris conditionis pupillus, quam maior. glo. in l. non omnis. §. si pupillus, ibi Rom. Cast. Ias. Dec. Alc. scribentes quae omnes. ff. si cer. pet. & intellige & declara prout facit Ant. Gabriel com. opi. de reb. cred. conclusionem 1.

17 Item ex natura mutui est vt in eo veniat fructus & interesse à tempore litis contestatae, non autem à tempore morae, cum sit contractus stricti iuris, vt declarat Ias. in l. 2. nu. 5. ff. si cer. pe.

18 Item ex natura mutui est, vt in eo non veniant vsurae nisi per stipulationem promissae. quāvis C. an in hoc contractu mutui vsurae sint licitae, cum pre-  
cipue vsurae habere locum dicantur vbi quantitas in genere, & non species aliqua in obligatione dedu-  
citur, & videtur, vt non sint licitae, iuxta illud eāa  
20 gelista, † mutuum dantes nihil inde sperantes, & maxime de iure canonico, de quo iure non est licita vsura, immo punibilis, fallit in Hebraeis, quibus tole-  
ratur, vt mutuent sub vsuris per totam Italiam, de quo tradit Alex. conf. 1. vol. 2. col. 3. & 4. & Marqua. de Susannis trac. de Iudē. c. 72. vsura autem est, vt in-  
quit Hostiensis, quodcumque solutioni rei mutuatae accedit ipsius rei vsus gratia pacitione interposita, vel hac intentione habita in contractu, vel exactio-  
ne habita post contractum, ita Host. quem refert, & sequitur summa Ang. in verbo vsura. summa Nauarra in c. 17. nu. 206. de peccato vsurae circa mutuum. vbi quid significet verbum vsura, & quomodo apud  
Gregos, & apud Hebrēos sumatur, vide Lud. Rom. conf. 517. incipiente, in casu propositae consultationis, in 2. dubio & Petrum Ancha. conf. 150. & Cro-  
tum, conf. 137. nu. 14. per totam illam columnam dum ostendit pecuniam aliam pecuniam generare non posse, c. sicut 2. distin. 47. alias vsura est, & tene-  
tur ad restitutionem, & dicitur peccatum contra na-  
turam, vt inquit Marqua. de Susann. d. trac. de Iud. c. 11. in princi. tradit Soc. in reg. 3. sed quid dicendum de iure

de iure ciuili sunt ne prohibita vsurae in mu-  
tuo, dicemus aliquid infra: modo † dic, quod de iure ciuili sunt licite, quominus & de iure canonico post moram: namque post moram poterit debitor conueniri ad interesse, prout Abbas in capitulo, nauiganti, numero decimoquarto, de vsur. vide Bartolum, & Doctores communiter in lege, vinum, ff. si certum petatur, & in lege prima. C. de summa Trinitate, & ratio est, quia hodie est prohibita, & de iure ciuili, & de iure canonico, prout notatur, in lege prima, & in authentica, ad hęc, ibi Bald. signanter. C. de vsu. & l. 1. C. de summa Trinitate, & fide catholica. per Ruinum consilio centesimoquadragesimoquinto, columna secunda, volumine quarto, Parisius consilio quinquagesimoquarto, volumine primo, columna septima, Angelus Aretinus. consilio octauo, numero secundo, Decius in lege secunda, §. creditum. numero quarto, ff. si certum petatur. alleg. Ioan. Andream, in regula, peccatum, de regulis iuris, in sexto, Didacus Couarru. libro tertio. resolu. iur. capitulo primo, post numerum quintum, Iulius Clarus in §. vsura, & nos sua columna, in tertia parte magni Amphithea. Sed quid erit dicendum in casu, de quo quaerit Baldus in lege, rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur, vbi quaerit † quid si mutuo tibi decem, quae promittis reddere tempore nundinarum, & si non reddis, promittis reddere quindecim nomine interesse, & confiteris ex nunc prout ex tunc tantum esse interesse meum, & nomine interesse tantifacis istam promissionem, quaerit dico an valeat promissio: arguit quod sic per dictam legem, vinum, ff. si certum petatur. ipse tamen decidit contrarium: quia talis confessio videtur fieri in fraudem legis, vt lege, qui testamentum. ff. de probation. argumen. quae notant in lege, per diuersas. C. manda. nisi probaretur tale interesse per alias coniecturas. lege, traiecitia. ff. de actionib. & obligationib. & responder ad dictam legem, vinum, quod loquitur in vera aestimatione, sed quaestio Bal. in interesse. vide Alexand. consilio vigesimo septimo, in quarto volumine, numero vndecimo, vbi refert dictum Baldi. Interim si casus tibi occurrat in hac materia vsurae, vide Laurenti, de Rodolphis, & Modernos Gallos suo pleno tracta. de vsuris, & Baptistam Lupum Gemi. Marquard. de Susannis trac. de Iudē. capitulo vndecimo, in prima parte, dum loquitur de vsuris Iudaeorum, & Nauarram in sua summa, dicto loco, & Petrum Rozyium Maure. in suis decisio. Lusita. decisione quinta, vbi quid sit vsura, seu faenus, & an id genus quaestus exerce-  
re licitum sit, & Didacum Couarruam libro tertio variarum resolutionum iur. dicemus nos plene suo loco.

25 Item ex natura mutui est, quod confitio de numeratione in dubio praesumatur. potius

mutuum quam alius contractus, nempē deposti-  
tum, vel donatio, intellige cessantibus coniecturis. ita Bartol. in lege, cum quid, numero duodecimo, Alexander numero decimo, Iason numero decimonono, Curtius innot. numero decimosex-  
to, Bolognet. numero sexagesimoquinto, ceteri communiter, dicant quicquid velit Bald. Fulgo. Castren. Roman. & alij, atque adeo glof. inquit dicta lege, cum quid, quod si alicui dixerō ini-  
vulgari, tolle istam pecuniam nulla causa adiecta, vel nec aliter conuenio, in dubio praesumitur mutuum, quam glo. sequitur Bartolus. Iason, & magis communiter Doctores ibi, & Antonius de Batrio, in capitulo, si cautio, de fide instrumen.  
26 † Limitatur, vt dixi, nisi coniecturae sint in con-  
trarium, de quibus coniecturis est bona glossa, secundum Alexandrum in lege, sed si ego. ff. ad Velleian. & in lege, si filium. C. de donatio. in-  
ter virum, & vxorem, cum alijs cumulatim per eum, & exemplum secundum Bartolum, potest poni, si ille, qui dat, seu numerat pecuniam sit diues, & accipiens pauper, & quantitas sit parua (non autem magna, quia si esset magna praesu-  
meretur mutuum, vel depositum secundum ali-  
quos, nempē quando non appareret fuisse nume-  
ratam pecuniam, sed traditam in sacculo, prout voluit Angelus, Castrenf. & alij in dicta lege, cum quid) hoc casu concurrentibus istis tri-  
bus coniecturis non praesumitur mutuum, sed donatio. textus in capitulo, & si quaestiones, de Simon. ibi Abbas singularem reputat, & sequitur, refert Iason in dicta lege, cum quid, nume-  
27 ro decimonono, † qui declarat non procedere istas coniecturas in ecclesia. prelato ad praesu-  
mendam donationem, quamuis procedat in pri-  
uato. secundum Bald. in lege, etiam. C. de si-  
deiu. & item esset dicendum si praecesserunt me-  
rita, vel erat coniuncta persona, quia videretur remuneratio, & non censeretur dati animo repetendi, prout declarat Bartolus in dicta lege, cum quid, numero vndecimo, Alexander, Iason, Curti, & ceteri, dicat quicquid velit Zasius capitulo decimotertio suorum singu. Respon. & nos dicemus tract. donatio. columna quarta, vltimo ordi. ibi videas.

Similiter ex natura mutui est, vt si reddatur res deterior, non dicatur reddita, nisi tu-  
28 restituas etiam aestimationem deteriorationis. Iason, in lege secunda, numero nono. ff. si certum petatur, in fine, allegat legem tertiam, §. si reddita. ff. commod. legem primam, paragra-  
pho, si res. ff. deposti. Angelum in lege, eleganter, paragrafo, non solum, ff. de dolo. diximus late superius.

29 Pariter ex natura mutui ciuili est, vt in eo habeat locum exceptio non numeratae pecuniae, de qua in lege, in contractibus. C. de non numerata pecunia, ibi Baldus, & scriben. & in lege, qui pecuniam, ibi Decius, & alij. ff. si certum petatur, dicemus nos infra, suo loco.

30 Ex natura quoque mutui est, ut possit per stipulationem, vel nouationem debita pecunia ex alio contractu conuerti in contractum mutui. lege, certi conditio. §. fina. ff. si certum petatur. ubi sola voluntate deponentis pecuniam, & depositarij absque eo, quod de loco amoueatur, vel tangatur, pecunia deposita videtur conuerti in causam mutui, ut ibi per Doctores, & per Romanam Rotam decisione octuagesimasexagesima, & hoc videtur speciale in mutuo, de quo infra, alias dicemus.

31 Demum ex natura contractus mutui esse videtur, ut in eo sint statuta, & ordinata quaedam singularia, seu specialia prouisione legis, quae specialia, seu singularia sunt contra substantiam mutui, de quibus infra latius dicemus. Et animaduertendum, & considerandum, quod in hac materia variae fuerunt Doctorum opiniones: etenim Azo auriuga iuris in summa. C. si certum petatur, numero trigesimo, asserbat quatuor in mutuo specialia concurrere. Primo, ut quis facilius consequatur dominium etiam si res non sit in conspectu. Secundo, ut vel petat, vel retineat partem suam, non autem in singulis communibus nummis petat dimidiam, sed petat dimidiam quantum ad nummum, ut lege, Stichus, ff. de solutio. Tertio, ut facilius dicatur consumi. Quarto, ut difficilius petatur, quia necesse est, ut interueniat stipulatio, licet alias pactum incontinenti appositum pariat actionem, vel ita in forte, vel in usura, l. quamuis. ff. si certum petatur, & melius de hoc, columna usurae dicitur.

32 Glos. ¶ autem in l. singularia. ff. si certum petatur, dicebat octo specialia in mutuo adesse. At Baldus Castrensis Iason Cagnolus Bolognetus, in dicta lege, singularia, potius septem esse asserunt, ¶ Bartol. ante omnes diligentissimè, & subtilissimè ad quatuor capita omnia singularia redegit, quare illi inhærendo ¶ ita distinguendum est in primo capite, aut loquimur de specialibus mutui respectu aliorum contractuum, & tunc ex mente Bartol. in dicta lege, singularia, dicendum est sex specialia concurrere.

Primum speciale est in dicta l. singularia, ubi circa pecuniam creditam hoc est privilegium, quod si iussero debitori meo, ut pecuniam mihi debitam soluat tibi, obligaris mihi, quamuis nummos à me non acceperis. istud autem speciale à Doctoribus est reiectum, quia alius est sensus illius legis, prout etiam Bartolus videtur innuere. ¶ nam textus ille quatuor habet intellectus antiquorum Doctorum relatos à Bartolo in prima columna, & primus est intellectus quod verbum pecunia, accipitur strictè pro nummis, & pecunia numerata tantum, & quod specialia sint quaedam circa pecuniam numeratam, quando in alijs rebus dominium non transfertur, nisi sint praesentes, qui intellectus confunditur ex ver. legis, ut dicuntur ibi Doc.

Secundus intellectus est, ut capiatur ibi pecunia largissime, & in hoc sit specialitas, scilicet

contra regulam legis traditionibus. C. de pactis. ubi dominium non transfertur sine traditione, qui intellectus etiam reijcitur à Doctoribus plurimis rationibus.

Tertius est intellectus, ut ibi ponantur quaedam singularia praecipua, & specialia in contractu mutui respectu aliorum contractuum, & licet pecunia non sit praesens, sed solutioni parata, conuerti possit in mutuum, quasi velit secus esse in alijs contractibus, quod falsum est, & communiter reijcitur etiam iste intellectus, quia secundum istum intellectum verbum pecunia, acciperetur pro omni re mutuabili, & verbum creditum, pro mutuo, quod nullo modo potest esse, ut per Doctores ibi.

Quartus est intellectus, quod ibi ponantur quaedam singularia praecipua in mutuo contra substantiam, & regulam mutui, in quo licet non fiat de meo tuum, tamen contrahitur mutuum, & quamuis mutuanus non sit dominus verè, sed fide, & hic quartus intellectus est eiusdem Ceruotzi filij Accursij, quem posuit in additio. ad glos. dictae legis. & quamuis iste Ceruotus habeat aliquantulum feritatis, tamen in hoc casu bene intellexit viam veritatis illius legis, ideo fuit communiter receptus intellectus ille à Doctoribus; & sic videmus specialia non esse respectu aliorum.

Sed insequendo ordinem Bar. iam propositum, secundum est speciale quando numeratio à principio non habuit consensum: puta, quia erat furiosus, cuius nulla est voluntas, lege, furiosus. ff. de regulis iuris. & pecuniam numerauit, nam tunc nascitur specialis certi conditio ex mutuo reconciliato per consumptionem, lege, à furioso. ff. si certum petatur, ubi glo. & Bartolus, & hoc speciale procederet secundum opinionem Ioann. Antici, quem Aretinus, Socinus, Iason, & Decius conantur defendere. ¶ at secundum Bartolum, & communem opinionem, certi conditio specialis non oritur ex mutuo quouis modo reconciliato, cum mutuum non possit contrahi nisi inter se consentiant creditor, & debitor, lege, si me & Titium, ff. si certum petatur, qui consensus non potest adesse in casu supradicto: tamen, quia in illa lege dicitur, aequum est pecuniam meam mihi restitui, cum in effectu ad te peruenierit, tenendum est consumptione reconciliari mutuum propter aequitatem, dicta lege, si me & Titium, & oritur conditio ad praedictam pecuniam, prout declarat Decius ibi numero secundo, referens doctrinam Bartoli in lege, Iulianus, columna nona, ff. de conditio. indebiti. ita declarat Cagnolus in dicta lege, singularia, in prima lectura, numero sexagesimo sexto, & Bolognetus eodem, & Baldus, qui inquit ipsam legem, si me, esse notabilem, & diuinam aequitatem sapere, & Menochi. illam legem esse admiratione dignam, refert in tracta. recupe. in 4. remed.

37 Tertium ¶ est speciale, quod in mutuo facto nomine alterius per liberam personam alteri actio, & obligatio acquiritur. l. si certi conditio. §. si nummos. ff. si certum petat & l. C. per quas perso. nob. acqui. ubi non solum conditio acquiritur sed etiam hypotheca. sed debitum erat apud Bartol. an in dicto §. si nummos. verbum pecunia, caperetur largè, vel strictè, & concludit capi largè, hoc est pro omni re mutuabili praecipue cum diffinitio illius, §. non sit odiosa quinimo fauorabilis, lege talis scriptura, & ubi idem Bar. ff. de legatis primo ¶ Quartum est speciale quod in mutuo tutor, & quilibet administrator ex sola scriptura ex hac causa sit debitor, & ex hac causa potest sibi soluere, ¶ quoties, paragrapho, non tantum & §. sicut. ff. de administratio. tutor. lege, si in emptione §. finali. ff. de contrahen. emptio. l. ge. quinta. ff. de auctori. tuto. sed hoc speciale videtur reijciendum eo, quia procedit etiam in alijs contractibus; si hi fierent palam; & sub bona fide, ut inquit glossa in dicta lege quoties, §. non tantum, & Bartol. in lege, si emptionem, & lege, non existimo. ff. de administratio. tutorum, & in dicta lege singularia, ubi citat ad hoc propositum legem fistulas, paragrapho primo. ff. de contrahenda emptione, & ibi Alexander in secunda columna, & Cagnol. in prima lectura numero septuagesimo septimo. ¶ quandò autem dicitur fieri contractus palam, dicendum ex mente eiusdem Bartol. quem sequitur Iason & Alexander, & commun. Doctor. in lege, frater à fratre. ff. de conditio. indebiti. quod ubi interuenit praesentia consanguineorum amicorum pupilli, & iudicis eo quod tunc cesset omnis sinistra suspicio fraudis, vel deceptionis pupilli, dicitur fieri palam, ita etiam videtur declarare Cardinalis Paleott. in tracta. de natura liber. capitulo nono, numero tertio, ubi refert Ruisum variatse, & vide de ista materia Stephanum Lambertingum Mediolanensem. in tracta. de contract. in interpreta. statuti Mediolanensis. Item videtur reijciendum hoc quartum speciale, ¶ quia non simpliciter est verum quod tutor in facto proprio sibi auctorari possit, & propria auctoritate soluere sibi ut lege prima, paragrapho, pupillus. ff. de auctori. tutor. & argumen. legæ primis, §. fuit questum. ff. ad Trebellia. Quapropter Bolognet. in dicta lege singularia, numero quinquagesimo nono, ita distinguebat, aut debitum est pecuniarium, & tunc tutor sibi soluere potest, aut est debitum rerum immobilium, & tunc si contractus est perfectus cum patre pupilli, illi soluere potest, dicta lege fistulas. §. primo. aut non est perfectus cum patre pupilli, & non potest soluere, dicto §. fuit questum.

38 Quintum ¶ est speciale, quod in mutuo facto nomine alterius per liberam personam alteri actio, & obligatio acquiritur. l. si certi conditio. §. si nummos. ff. si certum petat & l. C. per quas perso. nob. acqui. ubi non solum conditio acquiritur sed etiam hypotheca. sed debitum erat apud Bartol. an in dicto §. si nummos. verbum pecunia, caperetur largè, vel strictè, & concludit capi largè, hoc est pro omni re mutuabili praecipue cum diffinitio illius, §. non sit odiosa quinimo fauorabilis, lege talis scriptura, & ubi idem Bar. ff. de legatis primo ¶ Quartum est speciale quod in mutuo tutor, & quilibet administrator ex sola scriptura ex hac causa sit debitor, & ex hac causa potest sibi soluere, ¶ quoties, paragrapho, non tantum & §. sicut. ff. de administratio. tutor. lege, si in emptione §. finali. ff. de contrahen. emptio. l. ge. quinta. ff. de auctori. tuto. sed hoc speciale videtur reijciendum eo, quia procedit etiam in alijs contractibus; si hi fierent palam; & sub bona fide, ut inquit glossa in dicta lege quoties, §. non tantum, & Bartol. in lege, si emptionem, & lege, non existimo. ff. de administratio. tutorum, & in dicta lege singularia, ubi citat ad hoc propositum legem fistulas, paragrapho primo. ff. de contrahenda emptione, & ibi Alexander in secunda columna, & Cagnol. in prima lectura numero septuagesimo septimo. ¶ quandò autem dicitur fieri contractus palam, dicendum ex mente eiusdem Bartol. quem sequitur Iason & Alexander, & commun. Doctor. in lege, frater à fratre. ff. de conditio. indebiti. quod ubi interuenit praesentia consanguineorum amicorum pupilli, & iudicis eo quod tunc cesset omnis sinistra suspicio fraudis, vel deceptionis pupilli, dicitur fieri palam, ita etiam videtur declarare Cardinalis Paleott. in tracta. de natura liber. capitulo nono, numero tertio, ubi refert Ruisum variatse, & vide de ista materia Stephanum Lambertingum Mediolanensem. in tracta. de contract. in interpreta. statuti Mediolanensis. Item videtur reijciendum hoc quartum speciale, ¶ quia non simpliciter est verum quod tutor in facto proprio sibi auctorari possit, & propria auctoritate soluere sibi ut lege prima, paragrapho, pupillus. ff. de auctori. tutor. & argumen. legæ primis, §. fuit questum. ff. ad Trebellia. Quapropter Bolognet. in dicta lege singularia, numero quinquagesimo nono, ita distinguebat, aut debitum est pecuniarium, & tunc tutor sibi soluere potest, aut est debitum rerum immobilium, & tunc si contractus est perfectus cum patre pupilli, illi soluere potest, dicta lege fistulas. §. primo. aut non est perfectus cum patre pupilli, & non potest soluere, dicto §. fuit questum.

alteri actio, & obligatio acquiritur. l. si certi conditio. §. si nummos. ff. si certum petat & l. C. per quas perso. nob. acqui. ubi non solum conditio acquiritur sed etiam hypotheca. sed debitum erat apud Bartol. an in dicto §. si nummos. verbum pecunia, caperetur largè, vel strictè, & concludit capi largè, hoc est pro omni re mutuabili praecipue cum diffinitio illius, §. non sit odiosa quinimo fauorabilis, lege talis scriptura, & ubi idem Bar. ff. de legatis primo ¶ Quartum est speciale quod in mutuo tutor, & quilibet administrator ex sola scriptura ex hac causa sit debitor, & ex hac causa potest sibi soluere, ¶ quoties, paragrapho, non tantum & §. sicut. ff. de administratio. tutor. lege, si in emptione §. finali. ff. de contrahen. emptio. l. ge. quinta. ff. de auctori. tuto. sed hoc speciale videtur reijciendum eo, quia procedit etiam in alijs contractibus; si hi fierent palam; & sub bona fide, ut inquit glossa in dicta lege quoties, §. non tantum, & Bartol. in lege, si emptionem, & lege, non existimo. ff. de administratio. tutorum, & in dicta lege singularia, ubi citat ad hoc propositum legem fistulas, paragrapho primo. ff. de contrahenda emptione, & ibi Alexander in secunda columna, & Cagnol. in prima lectura numero septuagesimo septimo. ¶ quandò autem dicitur fieri contractus palam, dicendum ex mente eiusdem Bartol. quem sequitur Iason & Alexander, & commun. Doctor. in lege, frater à fratre. ff. de conditio. indebiti. quod ubi interuenit praesentia consanguineorum amicorum pupilli, & iudicis eo quod tunc cesset omnis sinistra suspicio fraudis, vel deceptionis pupilli, dicitur fieri palam, ita etiam videtur declarare Cardinalis Paleott. in tracta. de natura liber. capitulo nono, numero tertio, ubi refert Ruisum variatse, & vide de ista materia Stephanum Lambertingum Mediolanensem. in tracta. de contract. in interpreta. statuti Mediolanensis. Item videtur reijciendum hoc quartum speciale, ¶ quia non simpliciter est verum quod tutor in facto proprio sibi auctorari possit, & propria auctoritate soluere sibi ut lege prima, paragrapho, pupillus. ff. de auctori. tutor. & argumen. legæ primis, §. fuit questum. ff. ad Trebellia. Quapropter Bolognet. in dicta lege singularia, numero quinquagesimo nono, ita distinguebat, aut debitum est pecuniarium, & tunc tutor sibi soluere potest, aut est debitum rerum immobilium, & tunc si contractus est perfectus cum patre pupilli, illi soluere potest, dicta lege fistulas. §. primo. aut non est perfectus cum patre pupilli, & non potest soluere, dicto §. fuit questum.

damnosae tamen indistinctè non est recedendum ab hoc quarto speciali, secundum Bartolum, & glossam in lege, cum ipse C. de contrahen. emptio. & communiter Doctores, ut per Baldum, Salicetum, & Castrensem ibi Alexander Iason, & Modestiores in dicta lege singularia, Aretinus, in §. tutor. Institutio. de auctori. tuto. Decius sibi contrarius in consilio ducentesimoquadragesimoquarto, in prima columna. Socin. consilio octuagesimo tertio, columna secunda, libro primo, & consilio centesimo sexagesimo, columna sexta, libro secundo; Curtius consilio vigesimo nono, ¶ quod tutor possit propria auctoritate sibi soluere, & satisfacere, & ratio colligitur ex dicto §. sicut, & §. non tantum. ff. de administratio. tutorum, qui text. simpliciter, & indistinctè loquuntur: ex quibus Doctores inferunt ad praticam ¶ quod mater tutrix pupilli poterit sibi soluere, & restituere dotem, & vilitatem afferet sibi, si ad secundas nuptias transire vellet, ut antea satisfaceret, & acciperet dotem, & non expectaret solutionem, & satisfactionem ab alijs, quia multa cadere possunt. quod speciale intellige, ut procedat in pecunia numerata, hoc est, quando debitum pupilli est pecuniarium, non autem in alijs rebus mobilibus, quia tunc requirentur solemnitates, lege, magis puto. ff. de rebus eorum, & l. praedium. C. de praed. minor. ita declarat, & intelligit Petrus à Duca. regu. trigesima prima, in secunda conclusio, in tertia fallen. & ratio illa est cur solutio non debeat fieri in alijs rebus, quia pupillus de facili laedi posset, nisi interueniret alterius contutatoris praesentia, & consanguineorum; & iudicis, & pupilli, & eorum auctoritates interponerentur. Quintum speciale est ¶ quod actio, quae oritur ex numeratione in mutuo ex facili nouatur, & tollitur per stipulationem sequentem, vel praecedentem, lege, si ita stipulatus. §. Christophonus. ff. de verborum obligationibus lege, cum enim. ff. de noua. & l. certi conditio. §. quoniam. ff. si certum petatur, quod in alijs contractibus secus est: nam si post numerationem interponatur stipulatio vnius contractus est, & mutuum factum ex numeratione transire in stipulationem, iuribus supracita, sed in alijs contractibus non tollitur actio ex primo contractu, lege, si stipulatus. ff. de usuris. ibi; si animo morandi stipulatus est ergo stipulatio sui naturae non tollit, nisi fiat animo nouandi, & in fine dicitur, quod si in nouatione non est deductum petitur ex primo contractu & ita Iacobus de Are. faciebat regulam, ¶ stipulationem non impedire nasci actionem ex contractu, super quo interponitur, & secundum supradicta procederet istud quintum speciale: sed Bartol. opponit per glos. in l. petens, in primo intellectu. C. de pact. ubi si pacto promissum scribere librum, vel dare decem, & stipulatio sit interposita de faciendo, vel dando illud, quod est deductum in pacto, non nascitur actio ex pacto, sed ex stipulatione; & sic stipulatio impedit ortu actio-



nem ex contractu, super quo interposita est ad idem probandum allegat leg. quoties. ff. soluto matrimonio, leg. auia. C. de iure dotium, ubi probatur quod si pater dat dotem nascitur actio communis, sed si dos stipuletur nascitur actio ex stipulatu soli patri, & sic impedit nasci actionem ex datione dotis. Idem dicitur in lege prima, §. accedit. C. de rei vxor. actio. nam ibi colligitur quod si extraneus dat dotem acquiritur actio mulieri, sed si stipuletur acquiritur sibi, & impeditur nasci actionem ex dote, & idem in stipulatione facta in persona mulieris. Icirco Bartol. pro concordia faciebat perlongam distinctionem, ex qua multae conclusiones colliguntur, verum quia hic non est suus locus principalis, consulto omitto. & vide infra, in tracta. stipulation. ¶ Sextum est speciale, quia in mutuo facilius acquiritur dominium rei, licet non contractetur, vt lege, certi conditio. ff. si certum petatur, & paragrapho finali, cum lege sequenti, ubi pecunia debita ex causa depositi potest conuerti in causam mutui, de quo etiam superius, dum de reconciliatione mutui loquebamur, in quarta columna, ultimo ordi. sed hoc speciale procedit etiam in alijs contractibus secundum Bartolum, qui reprobat Iacobum de Arc. per legem, quaratione, paragrapho, interdum. ff. de acquirendo rerum dominio, & glos. in lege, hoc si petens. ff. de rei vendicatione, quod intellige si adest domini voluntas, secus si non adest, lege prima, paragrapho, si rem. ff. de acquirenda possessione. & ratio est, quia cum res actualiter reperitur penes debitorem, illa res dicitur esse solutioni parata, vnde fingitur data ipsi creditori, & per ipsum postea restitui debitori, & hoc procederet etiam inter absentes, vt probatur in lege, qui negocia. ff. mand. quamuis aliter videretur dicendum si pecunia in genere deberetur, quia noua dominij traslatio, difficilius fit in pecunia in genere debita, quam si in specie debita, cum in casu dictae leg. certi conditio, §. finali, potuisset contractando verè acquirere dominium ex voluntate domini, etiam quod in eum transferretur prius, vt colligitur ex d.l. qui negocia, & sic videtur quod ex septem, seu sex connumerando duo in vnum specialibus traditis per Bartol. in illo primo membro, duo tantum procedant, & illa duo etiam cum restrictione secundum Bolognet. dicta lege singularia, numero septuagesimo secundo.

29. Secundum caput Barto. est, aut loquimur, quae sint specialia in pecunia numerata, quae non seruentur in alijs contractibus, & tunc Barto. dicta lege singularia, dicebat tria adesse specialia. Modernior. autem Bono. quartum addebant, & primum speciale est, quod pro pecunia mutuo petita potest dari quilibet res aestimata, & efficitur mutuum. l. si pro mutua. C. si certum petatur, quod non esset si oleum, vel vinum mutuo peteretur, quia pecunia aestimat omnes res. l. si fideiussorem, in fi. ff. de fideiuss. & quamuis Bartol. dicat hoc speciale non procedere, cum idem sit etiam in alijs re-

bus, tamen communiter Doctores tenent contra Bartolum, qui meo iudicio ita posset saluari, si intelligamus quando expresse inter partes fuisset actum, & conuentum quod esset mutuum pro illa re petita quodammodo fictè, quia ¶ volente creditore omnis res pro alia solui potest, vt not. Doctores in lege secunda, §. primo, ff. si certum petatur. argumen. leg. à Diuo Pio. §. adiecta. ff. de re iudica. Secundum speciale est in pecunia numerata, vt in ea possit consistere mutuum si redigatur ex pretio rei datae, quae vendita fuit. lege, rogasti. in princip. ff. si certum petatur, quod speciale nequaquam Bar. placet, quia idem esset in qualibet re, cum ratio diuersitatis reddi non possit, quasi dicit Bartol. idem esset si ego darem tibi vestes, vt permutares cum frumento, & illud mutuo retineres, & in hoc Barto. non reprehenditur. Tertium est speciale in pecunia mutuata, ¶ quia pro mutuata pecunia vsura non debentur sine stipulatione, lege quamuis. C. de vsuris, & tamen ex solo pacto debentur in alijs rebus mutuatis, lege frumenti. C. de vsuris, & etiam in alijs contractibus bonae fidei, lege Lucius, cum glossa finali. ff. de depo. lege, cum quidam. §. ex locato, cum glossa. ff. de vsuris, & hoc speciale verum est prout omnes communiter affirmant. Quartum speciale est additum à Bolognet. in dicta lege singularia, numero septuagesimo quinto, & est in pecunia numerata, ¶ quia ¶ exceptio Senatusconsulti Macedoni. quae in pecunia numerata filiofam. datur, non datur in alijs rebus, lege sed. et si Iulianus, paragrapho, mutui datio, ff. ad Senatusconsultum Macedon. quod tamen est intelligendum cum distinctionibus quas tradidimus supra in 3. columna, dum de exceptio. quam habet filiofam. loquebamur. & facit l. si filiusfam. ff. si cer. pet.

23. Tertium caput erat Bartoli: aut querimus, quae veniant, & sint specialia in pecunia & non sint in ulla alia re: & Bartolus ponebat tria specialia, at Modernior. d. l. singularia, ponebant nouem, prout dicta lege Bolognet. numero 76. sed haec specialia non videntur esse referenda, eo quia parum pertinent ad rem nostram, cum nos queramus de mutuata pecunia, non autem simpliciter de pecunia, eo maxime quod dicta specialia à Doctores diligenter examinantur, & fere omnia reijciuntur tanquam procedentia etiam in alijs rebus, & tanquam non bona specialia.

24. Quartum caput Bar. erat: aut querimus, quae sint specialia in mutuo contra naturam mutui, & in mutuo merè naturali nullum est speciale, sed in mutuo naturali cui ius civile cooperatur duo dantur specialia. Primum est, vt licet verè non fiat de meo tuum: tamen est mutuum. l. rogasti. ff. si cert. pet. secundum est speciale in omnibus illis casibus, quibus supra diximus mutuum reconciliari, scilicet stipulatione consumptione vsucapione, & ceteris modis: Bolognet. autem dum affirmabat mutuum vnicum esse, vt superius in diuisione mutui diximus quatuor specialia contra naturam ipsius mutui reperiiri assererat: nempe interuentu pecuniae in traditione

ditione non facta, & in dominij translatione, & quod fiat de meo tuum, quae postea distinctus, & fufius explicat in dicta lege singularia, nume. 77. quae videntur redigi sub vnicò tantum speciali: nempe quod fiat de meo tuum: At quoniam intelligentia istorum, quae diximus, dependet ex quaestione, quam hic subnectam: ideo animaduerte ad casum. Aliquis debebat certam pecuniam ex contracta emptionis, & volens facere instrumentum liquidum conuenit, vt ille esset obligatus ex contractu mutui, adueniente tempore creditor eum conueniebat actione ex mutuo, ille excipiebat contra eum non posse obtinere tanquam intentatè ineptam actionem, quia non ex mutuo, sed ex contractu venditionis tenebatur, sed actor replicabat illud debitum conuersum in contractum mutui: dabitur quid iuris. & pro parte quod non esset conuersum in mutuum allegabatur, quia non interuenierunt illa quatuor, scilicet natura, consuetudo, aptitudo, & actus siue factum hominis, quae ponuntur sub lege secunda, §. appellata, & §. creditum, ff. si certum petatur. de quibus diximus in tertia columna, ultimo ordi. tract. de mutuo. ergo non potuit fieri contractus mutui: Secundo allegabatur lex, qui negocia. ff. mand. in ver. alioquin, ubi habetur quod ille, qui retinebat penes se pecuniam, quam nomine Titij exigebat à creditoribus, si soluerit illam pecuniam in creditum conuerti non potest. Tertio allegabatur l. si ex pretio. C. si certum petatur. ubi sine stipulatione mutuum fieri non poterat sine interuentu rei, ergo nec in casu proposito. Quarto faciebat l. rogasti. ff. de praescrip. verb. ubi si dedi tibi rem vendendam. vt. ex nummis redactis ex illa re mutuum contrahatur inter nos, si precium non reperitur non contrahitur mutuum. Sed tamen his non obstantibus contrarium videtur verius, quod scilicet fit mutuum, & quod rectè possit ex eo agi. & ratio est: quia debitum ex causa venditionis conuersum fuit in contractum mutui etiam sine actuali praestatione rei, cum pecunia esset solutioni parata, quo casu debitor fingitur soluere pecuniam creditori, & eam postea accipere ex causa mutui, & ista requisita verificata fuerunt ad mutuum saltem fictè. Non obstant ergo contraria, cum hic requisita interuenierint, & haec sunt illa specialia mutui contra regulam mutui, vt absque actuali interuentu pecuniae mutuum contrahatur, dummodo sit pecunia solutioni parata, secundum communem intellectum dic. lc. singularia, quae specialia propter commoditatem inducta fuerunt secundum Bolognet. vel secundum Cagnol. propter frequentiam quod in idem videtur reuocare. Non obstat modo. l. qui negocia, quia ibi pecunia non erat solutioni parata, prout ibi communiter Doctores. vel quia ibi erant partes absentes, inter quas fictio cadere non potest: traditionis pecuniae. Nec obstat lex, si rem pretio, quia nec ibi erat pecunia solutioni parata. Non obstat lex, rogasti, quia ibi adhuc non erat pecunia apud debitorem ex causa rei vendita, nimirum si mutuum non contrahitur, cum non possit induci aliqua fictio super non

ente per vulga. reg. non entium. At in casu proposito penes debitorem erat pecunia, & poterat cadere fictio in persona creditoris. d. l. rogasti. & haec sunt, quae breuiter mihi veniebant dicenda circa collisionem hanc.

TRACTATUS DE Accidentalibus mutui.

SVMMARIUM.

- 1 Quae pacta apponi possint in contractu mutui.
- 2 An pactum in mutuo à debitore fieri possit, vt reddi possit res deterior.
- 3 Decius fatetur, ut possit apponi pactum in mutuo, vt reddatur deterius, & erit mutuum in illo deterius.
- 4 Duplicita sunt naturalia in contractibus, & aliquando pacta apponi possunt contra naturalia, aliquando non, secundum Zasium.
- 5 An possit fieri pactum in contractu mutui, vt eadem res mutuata restituatur.
- 6 Si mutuo tibi nummos, cum postea non indigeas eorum mihi eosdem nummos reddis, erit mutuum secundum propositam mentem limitatur.
- 7 Accidentale in mutuo an sit appositio vsurarium.
- 8 Vsura in mutuo non debentur, nisi sint promissa per stipulationem.
- 9 An vsura licite sint in mutuo.
- 10 An stipulatio appositae in contractu mutui vocari possit accidentale, distinctio.

Venio ad quintam columnam, quae est inscripta, Accidentalibus mutui, quae accidentalibus accipiuntur hic pro his, quae esse & abesse possunt praeter subiecti corruptionem, veluti pacta addita contractui mutui de faciendo aliquid, non attingens substantialia mutui, de quibus accidentalibus habetur in l. pacta conuenta ibi glo. mag. ff. de contrahen. emptio. per Vlda. Zas. cap. 1. 2. suorum sing. respo. & nos diximus sup. & dicemus infra, pluribus locis.

- 1 Quae autem pacta apponi possint, dicendum est quod omnia pacta licita apponi possunt, dummodo non sint reprobata à lege, vt pacta turpia. l. pacta. C. de pactis, & ibi Alex. & l. contra iuris. ff. de pact. vel dummodo pacta non sint contra substantialia mutui: namque substantialia immutari non possunt per pactum. l. 2. ff. de vsufr. & quemad. quis vta. Bar. Castrenf. Des. & alij in l. cum quid, nu. 2. ibi Cur. Iu. & ceteri Modernior. ff. si cert. pet. d. glo. solemn. nis in d. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. Zas. d. cap. 1. 2. nume. 4. Calderi. qui optime declarat cons. 1. 1. tit. de feud. col. 2.
- 2 Sed quæro, an pactum in mutuo fieri possit à debitore, vt res deterior possit reddi. Bartol. in l. cum quid. tenet quod sic, & optimè, & huiusmodi pactum non immutabit naturam mutui. Sed Raphael Fulgo. in l. 2. colum. 4. ff. si cer. pet. determinat quod poterit fieri, sed illud pactum immutabit naturam mutui, & efficiet contractum innominatum. ratio est,

est, quia videtur pactum contra substantiam mutui per d. l. cum quid, & eandem opinionem videtur sequi Roma, in d. l. 2. cum de substantia mutui videatur esse, vt reddatur in genere & in eadē bonitate: lafon autem ex mente Barto. in d. l. cum quid, prout refert Deci. ibidem sub nume. 5. censuit esse distinguendum; nempe quod aut agitur, vt sit mutuum, quamuis non restituatur in eadem qualitate puta nouum vinum pro veteri, & erit mutuum; quia alteratur quod est de natura contractus, aut simpliciter fit contractus, & non videtur mutuum. allegat. l. Titius in fi. vbi glo. ff. de præcri. ver. Decius verò totam vim facere videtur, an sit de substantia, vel de natura, vt reddatur in eadem qualitate ad hoc vt cognoscamus an possit huiusmodi pactum in contractu mutui apponi, & immutet contractum, & tenere videtur cum Fulgoso, vt sit de substantia, & subtiliter arguit à diuersitate generis ad diuersitatem qualitatis: † Fateatur tamen quod possit apponi huiusmodi pactum, vt reddatur deterius in mutuo ex consensu partium, & erit mutuum in illo deterius: quia si melius est vtique tantum, & bonum est, vt in casu, de quo diximus superius colum. anteced. quod pro vino nouo possit reddi vetus melius: quia si melius est ergo bonū facit tex. in l. rogasti. ff. si cer. pet. §. si tibi. vbi in minori valet mutuum & in hoc vere Decius multum subtiliter considerauit, sed quatenus tenuit quod pactum, vt possit reddi deterius, attingat substantiam contractus mutui, credo & ipsum Decium & Fulgosiū, & sequentes errare, quia immo huiusmodi pactum attingit naturam & nō substantiam: etenim potest considerari ex mente Vldari. Zasij d. cap. 12. † duplicia esse contractuum naturalia, quædam enim per naturam inquit Zasius coherent & ex visceribus contractuum sumpta, quasi intrinseca qualitate insunt, quæ fortè dixerimus rectè virtutem esse à propria contractus specie productam, logici propriam passionem vocant, velut ab essentialibus principijs enatam. Alia sunt naturalia, quæ contractibus ex consuetudine adsunt, & non alia ratione naturalia dicuntur, nisi quod frequentiori & assidua consuetudine, quæ in nomen naturæ transit ad contractus acceperunt, de quibus est glof. in d. l. pacta conuenta, & ibi inquit Zasius. quod priora naturalia pacto non tolluntur, cum sint naturalia intrinseca, allegat exemplum de pacto facto in societate, vt alter socius lucrum, alter damnus haberet: esset enim leonina societas.

Item de pacto in contractu emptionis, vt dominium actū, vel habitu non transeat. Item contractu depositi conueniri non possit, vt dominium rei depositæ in depositarium transeat. l. Lucius. ff. de deposito alij citatis per eum. Naturalia autem extrinseca, quæ vocantur habitudines, quæ à consuetudine in contractus naturam transeunt, possunt tolli per pactum: exemplum, vt non debeatur euictio in contractu emptionis.

Item quod leuis culpa, aut periculum in deposito suscipiatur, & similia. l. r. §. si conueniat & §. læpe. ff. de deposito. & sic sub isto secundo capite possumus dicere quod quæstio supradicta reducatur, quasi

magis a consuetudine, quam ex visceribus contractuum sumpta. nimirum ergo si per pactum poterit immutari, cum non attingat substantiam contractus, & si tu diceres quod quæstio nostra: nempe vt debitor possit reddere rem deteriore, magis videtur redigi sub primo capite naturalium, quam sub secundo, tunc posset responderi tenendo contra Zasium, quod immo omnia naturalia contractuum regulariter per pactum poterunt immutari, nisi à lege aliqua rationabili causa; vel ob honestatem, vel ob æquitatem, aliter prohibitionem appareat, argu. eorū quæ habentur in d. glo. l. pacta conuenta. ff. de contract. empti. iuxta l. pacta. C. de pact. ar. in casu nostro prohibitum non apparet: nec videtur militare aliqua iusta causa prohibitionis faciende, ergo. &c. Et quatenus Zasius exemplificat de pacto facto in societate, in emptione, & deposito, dic quod idem erunt prohibita illa pacta, quia vel sunt contra substantiam & formam illius contractus, ex qua forma in esse deducebatur contractus. Vel si sunt pacta contra naturalia, erunt prohibita aliqua speciali iusta & honesta causa, nempe quia contra æquitatem, vt in pacto ne dolus præstetur, de quibus in prosecutione suis locis dicemus. vel dic quod si pacta erunt prohibita contra naturalia, erunt accipienda naturalia pro substantialibus, vt in iurif gentium. §. vt puta ibi glo. exponit naturam, id est substantiam. ff. de pact.

Item quæro an possit fieri pactum in contractu mutui vt eadem res mutuata restituatur: dicendum quod non, quia istud pactum videtur de directo contra substantialem mutui, nempe vt reddatur in specie idē in genere, put late diximus col. 3. huius ord. & est de substantia, vt reddatur idem in genere, quoad propositum illorum, qui contrahunt, vt declarat glo. in d. l. 2. §. mutui. in glo. magna. ff. si cer. pet. † sed bene verum est quod si mutuam tibi nummos, & cum potest non indigeas, eisdem nummos reddis (quæuis Azo teneret non esse mutuum) erit mutuum, quia propositum inspicitur, ex quo fuit traslatum dominium, vt Inst. quib. mod. re cont. oblig. in princ. declarat glo. in l. 2. ff. si cer. pet. quæ glo. est communiter approbata, prout Bar. col. 1. numero 3. Cast. nu. 7. vbi limitat non teneri creditorem recipere si esset eadem res mutuata deteriorata, & prætenderetur interesse, puta in vino, non autem in pecunia, quæ semper est eadem, Alex. nu. 5. Iaf. sub nu. 5. in fi. Dec. de communi, nu. 8. Cur. iun. de communi, nu. 9. Ripa de communi, nu. 12. & alij.

Sed quæro an accidentale sit in contractu mutui quando vsuræ apponuntur, dicendum quod sic, quia vsuræ possunt esse & abesse in mutuo. l. rogasti ibi in vers. & maxime si sine vsuris. ff. eodem, sed aduerte, quia iste † vsuræ in mutuo non debentur, nisi sint appositæ per stipulationem. l. quamuis. C. de vsur. † an autem vsuræ licitæ sint in mutuo, & quid de iure civili & quid de iure canonico diximus superius col. 4. nu. 19.

Item quæro an stipulatio appositæ in contractu mutui vocari possit accidentale. hæc est ardua & difficilis quæstio. Ideo dicendum ex mente Doctorum

resolutive, quod si stipulatio apponatur ante, vel post numerationem mensurationem ponderationem mutui non poterit vocari accidentale, quia tunc vocabitur mutuum civile, cui natura cooperatur, vt inquit glo. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pet. & nascitur in hoc casu actio ex mutuo, sed ex stipulatione impleta per mutuum. l. si ita stipulatus, & l. cum n. ff. de nouatio l. si stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de ver. oblig. Bar. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. eod. vbi distinguit quatuor casus, Sal. in l. quamuis. C. de reb. cred.

Ego autem crederem sic esse distinguendum, ne pe. ut si stipulatio apponatur ante, vel post numerationem mensurationem ponderationem incontinēti non possit vocari accidentale, eo quia numeratio censetur facta causa implendæ stipulationis, & oritur actio tantū ex stipulatione. l. si ita fuero stipulatus. §. 1. & l. cum enim. ff. de noua. Bar. in l. certi conditio. §. si nummos, num. 5. ff. eod. nisi partes aliter agere vellent, nempe ut actio oriatur, & ex numeratione, & ex stipulatione, quia tunc standum est cōuentioni. Si verò stipulatio, & mutui numeratio fuerunt factæ ex interuallo, & tunc si numeratio mutui fuit facta ante, & stipulatio postea, tunc de iure antiquo fuisset facta nouatio, hodie non nisi ageretur expresse. l. si. C. de noua. & ideo cum mutuum videatur habere duplicem actio, & possit intentare quam velit, prout declarat Bar. in d. l. certi conditio. §. si numos, nu. 8. tunc credo quod stipulatio poterit vocari accidentale ad mutuum, cum de per se mutuum subsistat, & idem videtur dicendum quando stipulatio, quæ apponitur esset inutilis de qua in d. l. certi conditio §. quoniam. ff. si cer. pet. & d. §. Chrisogonus. Si verò stipulatio præcessit, & ex interuallo, numeratio semper videtur sequi, & facta causa implendæ stipulationis, & si non numerem possent opponere exceptionem. l. cum vltra. C. de non nume. pecu. & l. in executione. Ideo nec isto casu stipulatio poterit vocari accidentale ad mutuum.

TRACTATUS DE Mutuo, quæ actio, seu obligatio oriatur.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ex mutuo duplex oritur actio.
- 2 Certi conditio generalis illa est, quæ datur ex quolibet contractu in quo certum aliquid petitur.
- 3 Tres sunt conditiones generales.
- 4 In dubio, quæ actio intentari videatur in mutuo.
- 5 Si plures simul teneantur in mutuo obligatio inter eos diuiditur numero, non autem per portiones.
- 6 Actio ex mutuo descendens civilis est sicut & omnis conditio, & datur hæredibus & in hæredes & est perpetua, & stricti iuris.
- 7 Nunquid ad interesse detur certi conditio.
- 8 Interesse est incertum, sed certificatur per iudicem.
- 9 Index etiam de re incerta, debet ferre certam sententiam.

**Nunc** capio sextam columnam, in qua est inscriptum, Quæ actio, seu obligatio ex mutuo oriatur, & breuiter dicendum † ex mutuo duplicem oriri obligationem, & per consequens duas dari actiones: nempe certi conditionem generalem, & specialem. certi conditio generalis est illa, quæ ex omni contractu datur, ex quo certum aliquid petitur. l. certi conditio, in prin. ff. si cer. pe. sed pro clariori intelligentia sciendum † tres esse conditiones generales, & prima generalis appellatur illa, quam supra diximus, secunda generalior appellatur, & hæc conditio triticaria, quæ datur ad omnia certa & incerta præter numeratam pecuniam, quia satis erat succursum pro pecunia certi conditione vt innuit Iureconf. in l. 1. in prin. ff. de condic. tri. & vide d. l. 1. vbi Bar. rationem assignat. ff. de cond. tritica. & hæc est illa conditio triticaria, quæ numeratit Menoch. ille laboriosissimè inter remedia recuperationis possidet. in 3. remed. quamuis tandem dicat non esse in praxi multum vsu receptum remedium illud possessionis recuperanda. Alia est & tertia generalissima, quæ & conditio sine causa dicitur, quæ datur & ad certa & incerta omnia, vt declarat Bar. in l. certi conditio. ff. si cer. pet. & illa aliquando appellatur conditio incerti. l. qui certe. ff. de condic. sine caus. cum igitur in mutuo res certa petatur, certi conditio locū habet. Oritur & alia specialis ne dissimilis sit alijs contractibus nominatis actionem parientibus, de quibus in l. iurif gentium. ff. de pact. † sed posset dubitari in dubio, quæ actio intentari videatur. & credo quod potius videtur intentari specialem, vt inquit Bar. in l. hoc legatum. ff. de leg. 3. & huic actioni multa priuilegia accommodantur, nam singularia quædam mutuum habet, de quibus superius late diximus, vnum tamen hic pulchrum cadit notandum de mutuo, quod † si plures simul teneantur, obligatio inter eos diuiditur numero, non autem per portiones, quemadmodum cum debetur species, ratio est, quia in mutuo est quantitas rerum in genere in obligatione. l. cum Stichus. ff. de solut. Quare autem dicantur conditiones prædictæ tres actiones, & ceteræ personales declarat tex. in §. appellamus. Inst. de actio. & de hac certi conditione mutui loquitur tertia pars rub. ff. de reb. cred. & de prima, id est de rebus creditis loquitur. l. 1. eod. tit. & quot modis creditum capiatur per Bar. in l. 2. §. creditum, col. 2. ff. si cer. pet. & superius aliquid nos diximus. secunda autē pars videlicet, si cer. pet. quæ exponitur id est mutuum, ponitur fere in toto titulo & maxime l. singularia, licet quidam dixerint hæc verba, si cer. pet. esse nomen actionis, de quo per glo. & Doc. ibi in rub. † hæc autem actio ex mutuo descendens civilis est, sicut & omnis conditio, & datur hæredibus & in hæredes, & est perpetua, & stricti iuris, quemadmodum & omnis conditio, nec est famosa; & si competat ex turpi causa, sicut nulla est conditio famosa, quamuis grauet opinionem alicuius apud bonos & graues, vt furtina conditio. l. cessat. ff. de actio. & oblig. l. honor. ff. de obsequi. & not. Azo in summa. C. si cer. pet. in fi. † in hoc autem dubitant Doc. nunquid ad interesse detur certi conditio, & quamuis aliqui conentur tuc

ri quod non detur, † cum interesse sit incertum, tamen veritas, & communis est in contrarium prout Docto. affirmant Inst. qui. mod. re contrah. oblig. prater Nonium Perus. tripliciter distinguen- tem, nu. 49. & in l. certi conditio ff. si cer. per. vbi Ale & Ias attestantur. & ratio prater alias est, quia licet prima facie interesse sit incertum, certificatur per iudicem tamen, vt in §. curare, Inst. de actio. vbi inquit Impc. † curare debet iudex, vt omnino quãtum possibile ei sit certã pecuniã, vel rei sententiã ferat etiam si de incerta quantitate agatur. & facit l. vbi autem, in princ. §. illud. ff. de ver. oblig. & sic quamuis petam interesse simpliciter, certum tamen dicor petere, ex quo certificari potest, quã conclusio est intelligenda quando interesse petitur simplici- ter, secus esset si ad factum etiam ageretur, quia tunc in sententiã non certificatur quantitas, vt inquit tex. in l. vbi autem. §. qui id quod. ff. de ver. oblig. l. si quis ab alio. §. si ff. de re iud. not. gl. in l. 1. ff. de condic. sine cau. in vers. sed obligati. & hæc sunt quę veniebant dicenda circa mutuum, nunc deue- nio ad aliam columnam.

TRACTATUS DE Mutuo, quomodo deficiat, seu quomodo resoluitur, & firmatur.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mutuum tripliciter deficit.
2 Mutuum deficit ratione rei, quę accipientis fieri nequit, puta si sit mutuat nummos furatos.
3 Mutuum deficit ratione distijns, veluti si crederem te mihi donare & tu mutuares.
4 Mutuum non potest reuocari statim atque datum est, sed debet expectari per aliquod tempus.
5 Si pecunia mutuatã mixtatur, vt domino restituatur per nuncium fidelem, & illa pecunia amittatur, cuius periculo deficiet.
6 Deficit mutuum ratione personę, si quis a furioso, vel pupillo accipiat mutuum.
7 Potest dici, vt mutuum d. ficiat ratione personę, si mutuatũ sit ecclesia, quę equiparatur pupillo.
8 Qui mutuat ecclesie debet probare verum esse in eius vtilitatem mutuum ad hoc, vt possit mutuum repetere.
9 Mutuum potest dici, vt deficiat respectu personę, si quis mutuat aliquid illi, qui statim est consumpturus.
10 Mutuum d. ficit si quis mutuat in ludo collusori suo.
11 De consuetudine datur repetitio mutui facti in ludo, quoniam vincens in ludo non tenetur ad restitutionem, maxime si ludus, sit permissus.
12 Mutuum deficit respectu personę, si quis mutualet hostibus & tunc puniunt.
13 Mutuati non possunt per præsides subditis.
14 Mutuum d. ficit si mutuetur minori absque solemnitate, vel sicut familiaris.
15 Si filius iuravit e vitare mutuum, an possit non obstan- te iuramento opponere exceptionem Macedoniam, & retine- re mutuum cum bona conscientia.
16 Valet & tenet iuramentum in filiofamilias maxime de

- iure canonico.
17 Filius potest retinere mutuum etiam si iuravit quan- do tractat de magno prauidicio.
18 Ex enormissima laesione contractus praesumitur factus dolo.
19 Si filius renuntiare exiit per omni Macedoniam potest ta- men proponere exceptionem illi. m. si valde laederetur.
20 Filius non tenetur de mutuo sibi factio, nisi ipse habeat bona propria.
21 Filius non potest opponere exceptionem Macedoniam si non fiat mutuum in pecunia numerata.
22 Item non potest, si filius, esset reputatus sui iuris tempo- re mutui.
23 Item non potest si fideiubeat pro alio.
24 Item non potest si iussu patris accepit mutuum filius.
25 Item non potest si mutuum versum sit in vilitate patris.
26 Item non potest si causa studiorum accepit mutuum fi- liusfamilias.
27 Item non potest si sit mutuatũ filios, propter instans pe- riculum, & necessitatem.
28 Filius non potest proponere exceptionem, si realiter pe- cunia numerata fuit, secus si spe futura numerationis co- sessus fuit recepisse.
29 Resoluitur & annullatur mutuum restitutione ipsius rei acceptę in eodem genere faciendã.
30 Resoluitur & finitur contractus mutui si in alium contra- ctum conuertatur.

Nunc

deuenio ad septimam columnam, pro cuius declaratione primo scien- da est, † mutuum tripliciter deficere, & resolui, vt per gl. in §. item is, Inst. quibus mod. re contrah. obligat. primo deficit ratione rei, secundo ratione dis- sensus, tertio ratione personę ratione rei veluti si fur nummos furatos mutuauerit eos, hic enim mu- tuum non contrahitur occasione rei, quã accipien- tis fieri nequit. l. nam & si fur, in princ. ff. si cer. per. ratio est, quia dominium non transfert in accipien- tē & sic non sit de meo tuum, vt inquit tex. in d. l. 2. ratione dissensus mutuum deficit veluti si ego cre- derem te mihi donare, & tu mutuares, vel è contra. l. si ego. l. si me & Titium. ff. si cer. per. vel potest po- ni exemplum, vt mutuum tunc deficiat ratione dis- sensus, quando amplius non cõsensio, vt ille habeat rem in mutuum, argu. l. 1. ff. de preca. quod tamen intellige † vt non possit reuocari statim atque da- tum est mutuum, ampliando etiam si esset dictum tempore mutui dari, quandiu mihi placuerit, vt tra- dit Bar. & Bal. in l. si pœnam. ff. de ver. oblig. quos se- quitur Imola, & Alex. & Ias. tradit Abbas in c. vlti. nu. 1. de preca. & ea est ratio, quia alioquin mutuum esset frustratorium, & inutile, quare Ias. post Balou scriptum reliquit in l. penam. ff. de verb. obl. quod mutuum factum sine temporis praesinitione non potest incontinenti reuocari, sed debet expectari p̄ aliquod interuallum arbitrio iudicis moderandum, quod dictum refert Capicinus decif. 116. & Menoch. de arbitrar. casu. 22. lib. 2. Cen. Tiraquellus in l. si vnquam, nu. 3. C. de reuocand. donatio. & est com- munis opini (quamuis Angelus contrarium tucatur, d. l. pen.) accepta & approbata ab omnibus fere doctoribus, ideo nolebat restituere pecuniam mu- tuatã minor ille, de quo meminit Petrus Ioannes Anchar.

Anchar. q. 3. lib. 2. audacter excipiens se non teneri tam cito reddere mutuum, cũ non essent elapsi nodũ quindecim dies, quia aliquam vtilitatem ex tali mutuo percipere non potuit, & pro eo concludit sub nu. 17. vel potest poni exemplum quando ego amplius non consentio habere mutuum, sed illud restituo per me, vel per alium. sed quid erit dicendũ si pecunia numerata, vel vinum, vel oleum, & similia quã vsu consumuntur, mittantur per nuncium fi- delem & diligentem, & illã res amittantur, deficiet ne mutuum, & cuius periculo, dic quod si actu non peruenierunt ad eos, quibus mittebantur, & nũcius non fuit electus per eos, non liberatur mittens, vt est communis opinio Doctorum in l. incendium. C. si cer. pet. l. quod te. ff. co. c. significante, de pignori- bus, & de ea attestatur Nauarra in sua summa c. 17. de peccatis circa commodatum, nu. 186. de septimo peccato decalogi. Ratione personę deficit mutuum veluti si a furioso, vel pupillo aut similibus personis intellectum non habentibus mutuum accipiam. l. si a furioso. ff. si cer. per. §. nunc admonendi, Inst. quib. alie. lic. vel non, quod intellige si sine autoritate tu- toris detur mutuum, quinimo tunc siue det siue ac- cipiat, non obligatur recipiens neque naturaliter nisi in quantum locupletior factus est. l. naturaliter. §. si. ff. de cond. inde. l. pupillus. §. sed & si. ff. de auth. tutor. l. 3. ff. de commod. bene verum est quod si ipse det mutuum alij sine autoritate tutoris, quamuis non obliget sibi recipientem, habet tamen rei vendi- cationem ad uendendam illam rem, quam dedit. l. interdum. ff. de cond. indeb. & magis consultũ fuit pupillo, vt rei alienatã retineret dominium quã- reo traslatã dominio in accipientem ipse accipiens obligaretur, quia factus est actionem realem habes- re quã personalem. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. quod limita, si mutuum consumeret, quia tunc mutuum reconciliatur. l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. per. & tunc esset mutuum. † Item potest po- ni exemplum, vt deficiat mutuum respectu perso- nę si mutuum sit ecclesie, quę equiparatur pupillo. l. orphanos trophos. C. de epis. & cler. glo. in l. respu- blica, in ver. solet, ad fi. C. ex quib. caus. maio. quam allegat Ias. in l. liber. in verbo administrauerit. C. de excusat. nam speciale est in mutuo, vt ille qui mu- tuat ecclesie teneatur probare verum esse in vilita- tem ecclesie si vult repetere, alias deficiet mutuum. auth. hoc ius porrectũ. C. de sacrosan. ecclesi. Abbas. c. quod quibusdam, nu. 1. de fideius. ibi tex. ad litte- ram, Ripa suis responsis, respon. 1. tit. de deposi. nu. 3. vbi allegat rationem, quam allegauit Abbas, nem- pe factum esse hoc, quia praelati prompti sunt ad re- cipiendũ mutuo, & sic ne ecclesia laederetur, Ianoc. in c. 1. de deposi. ibi Abbas & Ioan. de Imo. quomo- do autem ex mutuo sit obligata, seu obligari possit, ecclesia vide Gul. Redean. trac. de reb. ecclesi. non alien. q. 4. an & quomodo obligetur ex mutuo eccle- sia. Item potest poni exemplum, vt deficiat mutuum respectu personę in eo, qui mutualet pecuniam ei, qui erat consumpturus eam & sciebat. l. nõ prodest. ff. de vi. bono. raptio. l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. manda. Pileus quæst. 36. sed quid si putabat con- sumpturum, & tamen mutuo proposito non con-


sumpsit, Pileus distinguit & optime, quod aut causa fuit expressa turpis, & non repetit, si nõ fuit expres- sa, repetet, cum bene fuerit consumpta pecunia. ex quo quibus inferitur quod † mutuum etiam deficit si quis mutualet pecuniam in ludo collusori suo, id est illi, qui cum ipso simul ludit, praesumit enim lex frau- dem & dolum ratione personarũ, quã ludunt, quam- uis aliqui moderniores dicerent, mutuum tunc defi- cere ratione causę, sed quouis respectu deficiat cla- rum est non dari repetitionem neque actionem de iure, vt voluit glo. in l. quod si minor. §. pen. ff. de mi- no. & glo. in l. si quis. ff. pro empto. & ibi Bar. & facit. l. 2. ff. quar. rer. actio non det. & l. 1. & ibi glo. ff. de aleato. & l. pen. C. co. tit. & Florian. Imo Nicol. & ceteri canonistæ communiter in c. clerici, il. ij. de vi. & hon. cler. & Decif. Tholos. q. 192. ibi Aufseri. in add. quem citat Marq. de Susan. trac. de celibatu, in sine Amad. trac. de iudica. nu. 49. tradit Thom. Gram. decif. 40. nu. 2. Capra conclus. 86. nu. 72. & in prin. & amplia, & limita, vt per eam ibi, qui diffu- se, & optime materiam istam ludi pertractat, & vi- de Parid. de Put. & Caccialup. trac. de ludo. Meno. de arbit. in vlti. casu, & nos infra in 3. parte Am- phith. dicemus. Aduerte tamẽ supradicta de consue- tudine non procedere, quia inquit Iulius Clarus. in §. ludus, libro quinto senten. receptorum, quod datur de consuetudine repetitio in tali mutuo, & ma- ximẽ si ludus sit permissus non solum repetitur quã mutuatũ est, sed vincens non tenetur ad restituti- onem illius quod vincit, vt inquit diuus Thomas de Aquino, quem refert Amode. in tract. de iudica. nu. 96. & vide quã diximus de Ioanne Andrea in materia indebiti, col. 4. vltimi ordinis, columna in- scripta, Contra quem detur conditio. indebiti. 12 † item potest poni exemplum, vt mutuum deficiat respectu personę si aliquis mutualet pecuniam ho- stibus publicis, nam eo casu non solum deficit mu- tuum, verum etiam puniunt, prout late notat Gigans in trac. de crimi. lesã maiesta. lib. 1. quæstione 34. 13 † vltra hæc impedimenta personarum prohibentur. & alij quidam ratione officij seu peculiari ex causa vt iure cautum reperitur ne quis praedium & quorũ iurisdicchio non est perpetua alij ex subditis det mu- tuo pecuniam & feneret. l. principali. ff. si cer. pe. & l. eosdem. C. eod. † item potest poni exemplum si quis mutualet minori absque solemnitate. Item si quis mutualet filiosfam. nam tunc cum sit in potesta- te patris ab eo mutuum repeti non potest, vt decla- rat Afcanius Clementinus trac. de patria potesta. ef- fectu quinto, quamuis secundum communem Do- ctorum sententiam obligetur ciuilitate, & naturali- ter, vt voluit glo. in l. 1. vers. petitio, ibi Bar. & ceteri. ff. ad Maced. idem Bar. in trac. ad reprimend. in ex- traug. in ver. denunciationem, nume. 70. & glo. in rub. C. de non numera. pecu. & ibi omnes Doc. sed potest opponere exceptionem Macedoniam, per- quam euitatur solutio, cuius causa fuit quidam pu- blicus, & crudelis fenerator vocatus Macedo, qui si lijsfam. egentibus mutuabat pecuniam, & postea ære alieno oppressi insidiabantur mortẽ parantibus, & eos interficiebant, vt in hereditate succederent & haberent vnde soluerent & liberarentur, quo, vlti-

& cognitio Senatuscons. Popul. Romanus disposuit & ordinavit, vt nemo posset mutua e filijs, alias e potat eis exceptio propter euitandam mortem patrum. *tex. est in l. 1. & per totum tit. ff. ad Maced. & l. 1. C. cod. & §. illud, in ff. quod cum eo: & declarat Azo in summa. C. ad Maced. sed quare in alijs contractibus idem non est statutum quod in mutuo, cum eadem ratio videatur militare. die specialiter esse statutum propter eius frequentiam, vel propter casus, quos supra retulimus. sed illa ratio non videtur bona, quinimo inter nos Christianos non est presumendum tam detestabile erimen, nempe de morte patrum, vt inquit Abbas in c. quia vero plerique. de immu. ecclcliaz, col. 10. si d. respodetur satis esse quod ex iusta causa & ratione lex fuerit condita, quae causa & ratio licet non contingat, tamen lex semper est in viridi obseruantia, arg. l. Arianus. C. de haeretic. & quia ista materia est praticabilis, diligentius examinanda erit, & circa praedicta in mutuo filijsfam. dubitare contingit de aliquibus, & praecipue si an si filijsfam. iuramentum praestiterit de reddendo mutuum, poterit dictam exceptionem proponere, & dictum mutuum retinere cum bona conscientia. & secundum Innocenti. in c. quia plerique, de immu. ecclcl. & ibi ceteri Doc. & Bar. in extrauagan. ad reprimen. in ver. denunciationem, col. 2. dicendum quod sic, & poterit retinere cum bona conscientia non obstante d. iuramento, pro quo facit quod inquit Alex. in l. qui iurasset, in princ. ff. de iureiur. Al. in c. cum coniugat, nu. 191. de iureiura. Didacus Cou. in trac. de sponsa. par. 1. c. 5. §. 1. nu. 4. & silius in relectione c. pactum, de pac. in 6. Franci. Hercula. in trac. quis teneatur probare negatiuam, nu. 28. & facit c. 29. constituti. March. lib. quinto. ibi etiam cum duplici iuramento declaratque excellens Boccacius in commentarijs: sed tamen Bar. tutius videtur in l. si quis. ff. de fideiuf. nu. 10. absolutionem a iuramento intercedere; cuius opinionis fuit etiam Decius in consilio 403. sub numero 28. & Mauritius tractatu de restitutioni. c. 1. §. 1. quorum opinio adiuuatur auctoritate Imola. in c. cum contingat, de iur. iurando, nu. 62. vbi inquit quod valet, & tenet iuramentum in filiof. aucte. sacramenta puberuti ibi Castren. Corne. Curt. & ceteri. C. si aduer. vendi. & maxime de iure canonico. c. quamuis, de pactis in 6. & est communis opinio de qua attestatur Gabr. titu. de mino. conclus. 5. lib. 2. & Franci. Turzanus in recollec. commu. opinio. concl. 108. & 122. vbi refert plurimos, Vlda. Zas. c. 28. lib. 2. responsorū, qui videtur ob stare supra dictis, atque adeo pro concordia aliqui dicebant quod iuramentum filijsfam. (dummodo non sit latum in die feriata, prout declarat Plotus in l. si quando, nu. 756 C. vi. de vi) post mortem patris obligat, viuento patre non obligat; ita Faber in §. illud, in ff. quod cum eo, & Inno. in c. scriptura. de voto, vbi in specie de voto habetur quod in vita patris non obligat, postea vero sic. Mihi autem placet vt dicamus. quod filius poterit retinere & proponere exceptionem cum bona conscientia, etiam si iuramentum intercesserit, quando tractat de magno praedicio, hoc est de laesione enormissima, quae enormissima laesio est iudicanda, si valde legeretur*

& eo magis si iste filius esset minor 25. annis, nam sicut in maiore habet locum enormissima laesio, & rescinditur contractus etiam iuratus, cum praesumatur ex ipso enormissima laesione contractum esse factum dolo, vt declarat excellens Paris. consil. 20. nu. 108. vol. 1. & consil. 49. nu. 50. D. pec. de arte test. tit. 1. 1. caute. 19. Roma. consil. 54. col. si Bar. in l. finalis ff. de prator. stipul. & Doc. in l. si quis cum aliter. ff. de ver. obliga. ita & etiam multo magis debet rescindi contractus factus a minore etiam cum iuramento; quam opinionem videtur tenere Mauriti. in trac. de restit. in integr. c. 122. & est communis opinio, de qua attestatur Fran. Turz. in relectione com. opinio. concl. 159. Anto. Gabriel. vir doctus. & iudicialis in trac. de emptio. & vend. conclus. 1. & idem Gabr. titu. de iure do. concl. 1. nu. 9. Kirchouius pariter recol. com. opi. conclus. 87. Cent 4. & Michel Graf. lib. 1. c. 102. §. 8. & Hieron. Gabriel. vir doctus. & iudicialis in trac. de iur. in 7. a quorum opinione non est recedendum, nempe, vt filius exceptionem proponere possit non obstante iuramento quoad agitur de magno praedicio. Sed quid dicendum si filius praedicto remedio hoc est exceptioni renunciet. credo, quod idem procedat, vt scilicet possit proponi d. exceptio secundum communiter Doctor. (dicat quid velit Zas. in c. 8. lib. 2. respons.) & ratio est, quia d. exceptio non solum est principaliter introducta suo fauore, sed etiam alterius tertij, vel partis. ita in simili declarat Menoch. 1. membro trac. recuperat. nu. 33. Rol. consil. 6. nu. 52. vol. 1. in ver. non queritur ius tertio, nimirum si datur reuocatio, scilicet iuramenti, & ita probat tex. in l. tam est. ff. ad Maced. & ibi signanter glo. & communiter Doc. immo extenditur, vt d. exceptio possit proponi ab haeredibus & fideiuf. *tex. in l. sed Iulianus §. si ver. si. ff. ad Maced. l. sed & si pater §. solum. ff. cod. & ibi Doc. quia etiam poterit proponi post diffinitiuam sententiam, *tex. est in d. l. tam est. ff. ad Macedon. praedicta vera sunt, si mutantur tamen in vndecim casibus, quos refert glo. in §. illud, in ver. Senatus, in ff. quod cum eo qui in alie. atque adeo breuiter redigendo illa capita ad pauca & silius & melius declarado, quod dicit, quod filius non tenetur in mutuo, & poterit proponere exceptionem etiam si iuramentum ahaea intercesserit si filiusfam. nihil habeat in bonis, secus si habeat castensia, tunc efficaciter obligatur, *tex. est in l. 1. §. si eum l. seq. ff. ad Maced. tex. in l. si. in fi. C. cod. ad est. decisio Boerij, num. 221. quinimo non solum si illi mutuetur, sed etiam si patri eius inopi esset mutuum, eum illud in alimenta patris verum esse praesumatur ita Bar. in l. e. his solis. ff. de cond. inde. quod quando est intelligendum d. exceptionem competere filiofam. quando mutuum fit in sola pecunia numerata, non autem in alijs rebus, quae pondere numero vel mensura consistunt, nisi eo pacto & conditione darentur, vt vendantur, & pecunia ex illis redacta conuertatur in mutuum. *tex. est in terminis in d. l. sed Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Maced. & hic nota quod appellatione pecuniae, non venit nisi pecunia numerata, & ratio est, quia sumus in materia odiosa, in qua stricta fit interpretatio. c. odia, de reg. iur. in 6. Tertio est intelligendum, d. exceptio non****

non competere filiofam. qui tempore contractus publice erat reputatus sui iuris & paterf. vel si ipse dixerit se paterf. esse, & creditor habuit iustam causam credendi, quia erat ignotus, vel ex longinquo, ita quod non potuit suam conditionem inquirere, vel quia erat senex, vel iuravit se maiorem & patrem esse, vt iniquiunt Doc. in l. 1. C. ad Maced. Quarto est intelligendum nisi filiusf. fideiubeat pro alio, quia tunc non iuuatur d. exceptione, nisi forte color sit quaesitus, videlicet si pecunia prouenit ad ipsum, & alter obligatur tamquam principalis, ipse vero tamquam fideiussor. l. item filiusf. ff. ad Maced. & l. sed Iulianus eo. tit. & in §. item si duos. Quinto est intelligendum praedicta esse vera si filiusf. in suu patris non accepit. l. tamen. ff. ad Maced. & l. 2. C. cod. nam si pater iussit, tenetur etiam si tacite iussisset, videlicet contractum approbando per solutionem debiti in aliqua parte. l. si. C. cod. Boer. d. decis. 221. nu. 14. quod extenditur, etiam si filiusf. solitus erat accipere pecuniam & pater soluere solebat, arg. l. Tiranus. ff. quod cum eo, quod etiam procedit si filius factus sui iuris soluerit partem pecuniae. d. l. sed Iulianus §. 1. & sic animaduertendum quod quando aliquis potest vti aliqua exceptione si soluat aliquam partem videtur de nouo approbare contractum. facit *tex. in auth. sed cum testator. C. ad leg. fal. & l. non dubium. C. de testament. l. non fidem. C. de no. num. pecu. l. 2. C. quod met. cau. Sexto dic praedicta vera esse quod filiusf. exceptionem proponere poterit nisi mutuum filiof. verum sit in vilitatem patris, d. l. sed Iulianus §. proinde. ff. ad Maced. & l. 2. C. cod. & l. 1. & per totum, de in rem ver. quod procedit etiam in omni mutuo procuratoris ciuitatis, seu Sindici, nam si is qui accepit mutuum gerit officia ciuitatis, tenetur ipsa ciuitas si in vilitatem ipsius esse verum, alias tenetur ipse procurator. l. ciuitas. ff. si cer. pet. Septimo supra dicta vera sunt nisi filiusfam. acceperit mutuo pecuniam causa studio, de quo per Hor. Lut. Callie. trac. de priui. schola. priui. 19. Duen. reg. 370 & D. Afcan. Cleme. trac. de pat. potest. quia tunc tenetur pater quasi de voluntate eius fiat contractus, vt inquit Crocus, consil. 135. nu. 2. & est intelligendum si pater d. filium ad studium misit, & creditor modicum mutuaret, & non excessit summam, quam pater mittere solebat, & idem erit dicendum si pater preposuisset eum alicui negotiationi, & eius negotiationis causa filius receperit mutuum. d. l. sed Iulianus §. proinde. ver. quod dicitur. & §. quamquam. ciuid. leg. & l. Macedoniani. C. cod. Boer. d. decis. nu. 14. & Cro. supracita. quod intellige eum eadem restrictione, quam supra dixi, nempe si modicum non excessit, vt diuibus, & idem esset: quinimo multo magis quando ex forma statuti minor bona sua administrare posset ex eo quod met-*

caturam exerceat, vel quid simile: eo enim casu citari & carcerari posset, prout declarat Brunus trac. de cesio. bono. q. 3. quar. quaest. princ. num. 12. Octavo dici potest dictam exceptionem non procedere quando filiofam. mutuum fuit propter instans periculum & necessitatis causa, quia si iste filiusf. vteretur exceptione, vt non solueret, peccaret mortaliter, vt inquit Card. Alb. in lucubr. ad Bar. in rub. ff. ad Macedo. allegat *tex. in l. Macedoniani. C. ad Maced. & refert Ias. in §. actiones aut. col. 6. Inst. de actio. faciunt dicta per Zas. in d. c. 28. suorum respons. & aduerte quod omnia ea quae dicta sunt de filiof. extenduntur ad nepotem, vt per Bar. & Doc. in l. filium habeo. ff. ad Maced. Potest addi supra dictis alius casus, in quo non potest filiusf. opponere exceptionem Macedoniani, nempe quando minor mutuaret filiof. maiori pecunia, tunc non obstante senatusconsul. Maced. minor debet restitui, & magis etatis ratio quam Sena. col. habetur. quae quaestio videtur decidi per *tex. in l. verum §. si. vers. plane si minor. ff. de mino. & quid sit dicendum si mulier cum filiof. contrahat, dando ei mutuum pecuniam, vide Io. Lamberthengum trac. de contractibus, in fi. in trigesima quinta quaestione. num. 123. Et per haec sit expedita materia ista, etenim si alij reperiat casus, in quibus dicta exceptio non habeat locum, facile possunt includi superioribus, de quibus vide Afcani. Clemen. trac. de patr. potesta. effectu quinto. & nota quod praedicta intelligenda sunt quando vere & realiter pecunia numerata fuit, vel res tradita, secus autem quando debitor spe futurae numeronis confessus fuit in chirographo, vel instrumeto publico, vel coram testibus se eam recepisse, quia tunc virtute, & vigore litterarum tenetur ciuilitate non autem naturaliter, quia non interuenit res nec consensus & competit exceptio non numeratae pecuniae in fra biennium tantum, *tex. est in l. 1. & per tot. C. de non num. pec. Ias. in l. qui pecuniam. ff. si cer. pet. nos in fra trac. contractus litterarij, vide Pet. Reb. in commenta. ad const. regias, in trac. de chirographo. & Cedula. recognitio. in praefatio. nu. 10. in primo vol. Resoluitur, finitur, & annullatur mutuum restitutione ipsius rei, quae restitutio debet fieri in eodem genere, & in eadem bonitate, vt diximus late, col. 3. supra cod. ord. nu. 10. & col. 4. nu. 2. & 3. naque res deterior reddita non dicitur reddita, vt diximus d. col. 4. nu. 28. & superfluum esset hic repetere. Finitur etiam & resoluitur mutuum, si in alium contractum conuertatur expresse, puta per nouationem expresse factam interueniente stipulatione. l. si expretio, ibi Bal. & Sal. C. si cer. pet. gl. ibi. in ver. per stipulationem, nos diximus superius late.***



# TRACTATUS DE INDEBITO

PETRI NICOLAI MOZZII

MACERATENSIS

I. V. D.

Quæ causæ inducunt conditionem indebiti.	Quæ causæ faciunt eam cessare.	Cui detur ista conditio.	Cõtra quem detur conditio indebiti.	In quatum detur conditio indebiti.	Quæ qualivè sit conditio indebiti.	Quibus differat conditio indebiti ab alijs conditionib.
--	--------------------------------	--------------------------	-------------------------------------	------------------------------------	------------------------------------	---

Ciutiliter & naturaliter	Iure naturali, sed debitum iure civili.	Iure civili, sed naturaliter debitum.	Per exceptionem, sed utroque iure debitum.
--------------------------	---	---------------------------------------	--

## INDEBITVM

### S V M M A R I V M.

- Indebitum non est contractus, cum ille qui solvendi animo dat, distrahendi negotium potius animum habeat.
- Est similitudo inter contractum indebiti, & mutuum, & utroque casu re contrahitur obligatio.
- Intellectus ad §. 2. Inst. quibus mod. re. contrah. oblig.
- Indebiti diffinitio sic potest, ut sit illud quod per errorem alicui solutum repeti potest.
- Circa indebitum quatuor casus sunt considerandi.
- In ignorantia in factis proprio non est tolerabilis, & sex modis limitatur.
- Indebitum est non tantum quod omnino non debetur, sed quod alij debetur, si alij solvatur, aut si alius solvat, quod alius debet per errorem.



**A**PPIO igitur columnam, quæ continet contractum indebiti, quod & ipsum dicitur contrahi re, quamvis oppugnando dici posset indebitum non esse contractum, cum ille, qui solvendi animo dat, potius videatur velle negotium distrahere quam contrahere, nihilo minus optime nos facturos arbitrati sumus, si statim atq; de mutuo loquuti sumus, immediate de indebitum subsequeremur, cum Imperator id ipsum peregerit, dum Institutionum titulis, quibus mod. re. contrah. obliga. post mutuum ponat indebitum, ibi in §. is quoque, in quo §. arguit etiam Imperator de vno ad alterum, & ibi † Doctores dicunt, quod eorum similitudo est, ut utroque casu contractus re celebretur, & pro utroque competit actio, ut l. indebiti. ff. de cond. inde. quinimo & eisdem modis reconciliatur indebitum, quibus & mutuum, prout infra declarabimus, & ad obiectum respondetur, quod si rectè & subtiliter consideremus, reperiemus contractum esse, non autem distractum: nam quamvis ille, qui solvit indebitum, potius distrahendi animo sol-

uat, quam contrahendi, tamen aliter atque vult illi contingit, cum effectus ipse, qui oritur & subsequitur ex ipsa solutione, sit potius contractus, cum accipientem sibi obliget, & in dubio actus potius denominandus est ab effectu resultare quam ab animo, quia animus verus deficit, sed coniecturaliter à lege inducitur, & à priori deficit, sed ex post facto nõ deficit, quod videtur declarare etiam Bar. in l. si non sortem. §. libertus, nu. 1. ff. de cond. indeb. nam conditio indebiti, præter propositum partium oritur, quod nota, quia non reperies ita declaratum. & ad §. 2. Inst. cod. respondetur, quod Imperator ibi considerat tantum animum ipsius dantis à priori, & respectu eius vocat distractum, sed alio respectu, scilicet quoad effectum, qui resultat ex illo actu numerationis ex post facto, non vocat distractum, sed imò contractum, cum ponat indebitum inter contractus, qui re celebrantur, & immediate post contractum mutui, quæ omnia supradicta confirmantur autoritate glossæ in §. 2. in ver. & contractu eodem, ibi dum inquit, aliquid tamen tacite geritur, propter quod est positus hic casus inter obligationes ex contractu,

## De Conditione indebiti.

& sic non absque ratione: atque aded dicebat Menoch. tractatu de recuperanda posse. in 2. membro, nu. 7. quod conditio ista in debiti datur præter id, quod agebatur a partib. per d. §. item is cui. in fi. Inf. eod.

Hic sic præmissis nunc pro declaratione colunæ propositæ videndum est, quid sit indebitum, seu quomodo diffiniatur, & quamvis in specie diffinitum non videtur reperiri, sic breuiter tamen posse diffiniri seu describi rectè puto. Indebitum est illud, quod per errorem alicui solutum repeti potest: & dicitur per errorem, quia si scienter donatio est, ideo repetitio cessat, l. i. ff. de condi. indeb. † pro cuius clariori intelligentia quatuor casus sunt considerandi, secund. Iaf. in Rubric. ff. de condic. indebi. aliquando enim qui soluit, ignoranter soluit, putans se debere, & qui accipit similiter ignorat sibi deberi, vel non, & hoc casu proprie loquitur titulus, ff. de condi. indeb. & C. aliquando uterque scit non deberi, & hoc casu non habet locum indebiti conditio, quia tunc potius (ut dicebam supra) donatio est: aliquando qui dat sciens soluit, & qui recepit ignorat: & licet hoc casu non sit donatio, quia inter dissentientes non habet locum, ut l. si ego, si cert. pet. tamen hæc materia indebiti locum non habet, quia scienti cur soluerit est imputandum. l. fideiusor. §. si necessaria, ff. qui satisfacere cogan. Credo tamen posse repeti per conditionem sine causa, ut nota. in l. si fideiusor. §. in omnibus. ff. manda. & no. Aman. de Claris aquis singulari 195. aliquando qui soluit ignoranter dat, & qui recipit scit non deberi, & hoc casu & furti contra accipientem, & hac conditione agi potest: omnis enim actio contra furem degenerat. §. sic itaque Inst. de actio. Dicitur etiam repeti potest: quia eo ipso quod per errorem iuris vel facti (ut infra dicemus) solutum indebitum quid apparet, hæc conditio competit: sed si tu oppugnando diceres quod ignorantia in factis proprio non est tolerabilis. l. quisquis, C. de rescind. vend. l. quamquam, ff. ad Velleian. l. si. ff. profocio. Soci. in Regu. 175. igitur huic soluenti, veluti in factis proprio erranti, repetitio competere nõ debet: hinc reprobat stultitia illius, qui nomen suum patris vel filij ignoravit, de quo in l. si. vbi Doct. ff. de hæc. Inst. tunc respondetur, dictam regulam sex modis limitari, seu octo modis, secundum Soci. d. reg.

casu errans in factis proprio auditur. l. si post divisionem, ff. de iur. & fac. igno. l. sed si me presente, ff. de probatio. glos. in l. si res obligata. ff. deleg. 1. Bal. in l. qui fundum. §. seruis meus, ff. pro empto. glo. & Bar. in l. sed et si me putem, in prin. ff. de cond. iudic. Soci. d. reg. limitatione prima.

Sexto posset limitari d. regula, vbi cumque factum esset multum intricatum: nam propter eius difficultatem præsumitur obliuio & toleratur. l. emptor, §. Lucius. ff. de pac. Bar. in l. si non fatetur. ff. de confess. & no. in l. si res obligata, supradicta, & in l. magna, C. de contrah. & committen. stipulatio. & in l. cum falsa, ibi Castren. ff. de acquiren. hæred. & Soci. limitatione 4. d. regule, vbi octo modis (ut dixi) per ipsam limitatur: tamen per modicè diuersa ad sex fallentias redigi possunt, & de hac materia fufius, & distinctius habebitur in prosecutione.

7. Modo hoc solum notandum est, quod indebitum est non tantum, quod omnino non debetur, sed quod alij debetur, si alij solvatur, aut si id quod alius debebat, alius quasi ipse soluat, aut si id quod alius debebat, alius quasi ipse debeat, soluat, ut inquit tex. in l. in summa, in fi. ff. de condic. indeb. ibi scribentes.

## DE DIVISIONE indebiti.

### S V M M A R I V M.

- Secundum glo. triplex est indebitum.
- Secundum Bar. quadruplex est indebitum.
- Secundum Corneliu & Petrucci, quintuplex est indebitum.
- Secundum Cast. sex species indebiti ad numerari posse videtur.
- Secundum Iason. octo species indebiti.
- Bartoli diuisio & distinctio communiter est recepta.
- Autoritates Azco. glos. & Bar. præcellunt auctoritates aliorum.
- Azco. fuit auriga iuris, & vas electionis appellatur.
- Indebitum iure civili, & naturali quale sit.
- Indebitum iure naturali, sed debitum iure civili, quod sit, & quomodo possit repeti.
- Indebitum iure civili, sed naturaliter debitum, quod sit, & quando possit repeti.
- Qui sit error iuris, & error facti.
- Indebitum per exceptionem, sed debitum utroque iure, quod sit, & quomodo repeti possit.
- Indebitum per exceptionem, vnicum est, quod dupliciter potest subdistingui, imò quadrupliciter, perpetua, temporali seu dilatoria, & dubia & exceptione inducenda adrigorem iuris.
- Mulier si pro aliquo intercedat et obligationem in se suscipiat obligatur ciuilitè & naturaliter, sed per Senatusconsult. Velleia. liberatur.
- Odia sunt restringenda fauores ampliandi.
- Quomodo cognoscatur, an aliquid in odium vel fauorem alicuius sit statutum.

**Nunc** veniamus ad alium ordinem parue huius figuræ hic ante delineatæ, & pro eius declaratione videndum, quod triplex sit indebitum. gl. in l. i. ff. de cond. ind. † triplex esse asserbat, quæ gl. 1. Alb. & nonnulli alij videntur sequi † Bar. autè quatuor species indebiti præfere videtur, quæ sequutus fuit Bal. in d. l. 1. & ibi Ale. Soc. Iaf. & Bello. & Ozet.

in §. 2. Insti. quib. mod. re contrah. obli. § Cor. autē re ferens Petruicium suum præceptorē, in d. l. i. in fine, quinam speciem superaddabat, & glo. sibi contraria ante eum in c. fi. extra de solutio. posuit etiam quin-  
 4 tam speciem. † at Cast. in d. l. i. lex species aduume rare videtur. † Iaf. denique in lege, cum quis, in prin. C. de iur. & fac. igno. octo species indebiti reassump-  
 5 pfit Nobis autem videtur non esse recedendum ab illa Bar. diuisione, † quæ est communiter recepta & glo. pluries sibi contraria in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. videtur à Bar. non discrepare, & ante glo. & Bar. fecit & illam diuisionem etiam Azo in summa. C. de condi. in deb. ideo non recedas ab Azo. Glof. &  
 7 Bar. to. quia auctoritates istorum virorum præcellit auctoritates aliorum Doctōrum, vt refert Ant. Co rarius in trac. de comm. opi. lib. 1. tit. 3. qui loquitur tantum de Accursio, & Bartolo, eo magis ergo cum Azone coniunctis, † qui Azo fuit auriga iuris, & vas electionis, & fons legum appellatur, prout re fert Fob. de Monte in quinta q. prin. nu. 26. tract. de emp. & vend. & die quod alię additiones ad d. diuio nem Bar. sunt superflue, prout in illis duabus Cast. additionibus, quę reuincunt in quartam diuisionē Bar. & efficiunt vnam tantum speciem, vt infra dice mus melius.  
 9 Erit † ergo primum indebitum vtroque iure, cū nullo modo res soluta debetur, vel sub conditione est soluta, nam ante purificationē eius, nulla est nata obligatio. l. cedere diem, ff. de ver. obli. & facit etiā l. sub conditione, ff. de cond. in deb. Item potest poni exemplum, si vlturæ promittantur vltra duplum vel aliquid contra legem, vt l. si non fortem. §. pro ita de, ff. de cond. inde. & C. de pac. l. pacta que, vel si ne sciens emerim rem meam, vt l. seruum eum, ff. de cond. ind. nisi gratia possessioni, ff. de contrah. emp. l. suæ rei. in emptio. §. suæ rei.  
 10 Secundum indebitum erit iure naturali, sed de bitum iure ciuili, vt in chirographo ante biennium, in quo secundum opinionem communem, nata est tātum ciuilis obligatio, prout Bar. in l. i. ff. de cond. inde. fir. maui, & Iaf. refert in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. nu. 15. & infra nos melius differemus, sua co lumna. Vel potest poni exemplum in eo, qui ciuili ter & naturaliter est obligatus, tamen est factū illi pa ctum de non petendo, per quod pactum tantum na turalis obligatio & ciuilis remanet l. Stichum. §. natu ralis, ff. de solutio. & Inst. de exceptio. §. præterea. Item que potest poni exemplum, si debitor legat in testamento liberationem. l. si non §. adeo ff. de cond. inde. & in omnibus istis casibus talia indebita siue per ignorantiam facti & non probabilem, siue per ignorantiam iuris, per conditionem indebiti repe tuntur indistinctē. l. sed si me putem & l. eleganter primo responso. ff. de cond. inde. l. plurimum, de iur. & fac. ign. fallit nisi solutum sit ex auctoritate rei iu dicatæ, aut trāsigende litis causa. l. i. C. de cond. ind. l. in summa, ff. de cond. inde. & quibusdam aliis casibus, qui notantur in l. ea que. C. de condi. inde. & in gl. circa. §. fi. Inst. de obli. quæ ex quasi contra. nasc.  
 11 Tertium † erit indebitum iure ciuili, sed naturali ter debetur. exemplum in contractu inter patrem, & filium, vel inter fratres in eiusdem patris potesta-

te existentes celebrato. l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & ibi Bar. & Card. Alb. post eū, qui allegat plu res concordantes, & infert ad alia ibi nu. 3. & vide Roma. singu. 530. item inter dominum, & seruum. §. i. Inst. de fideiuf. quod intellige iuxta tradita per Albanum cod. loco supracent. in lucubratio. ad Bar. nu. 16. item in legato minus solemnī, si tamen per falcidiam minuat, vt inquit glo. in l. i. ff. de cond. indeb. vbi ponitur etiam exemplum in eo, qui per sententiam fuit absolutus. l. Iulianus verum & l. iudex & ibi glof. ff. de condi. indeb. Item po test poni exemplum in eo, qui causa transactionis conuenit se actori daturum pecuniam, vt recedat a te, naturaliter quidem obligatur non ciuili ter, nisi stipulatio interuenerit, vt l. siue apud acta. de transa. l. cum proponas. C. de pac. Item potest poni exēplū in cōtractibus innominatis, cum neq; stipulatione. neque rei interuētu sint vestiti. lex placio. C. de rer. perm. Item in pupillo proximo pubertati, pacifcen te cum alio, qui naturaliter obligatur. l. quod pupil lus, ff. de cond. ind. & l. i. §. vt. de noua & l. pupillus. ff. de act. & obl. & hoc tertium indebitum solutum, si quidem per errorem iuris non repetitur, & hic lo cum habet regula, naturalis obligatio nō parit actio nem, sed vetat soluti indebiti repetitionem. l. verō p errorem facti, si quidem probabili repetitio concedi tur, alias petens repellitur vt l. error. C. ad l. falcid. & l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & l. fideicommissum. ff. de condi. indeb. & declarat glo. & Doctō. in l. i. ff. de condi. indeb. † est autem error iuris cre dere se teneri ex contractu factō: error facti autem est se contraxisse credere, vt colligitur ex l. i. ff. de iur. & fac. igno. sed distinctio supradicta fallit in mu liere, & minore, qui repetunt etiam per ignorantia iuris solutum tale indebitum, vt l. quamuis. ff. ad Velleia §. interdum, & ff. de condi. indeb. l. inde bitum, vt inquit glo. & Doctō in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & melius in cap. fi. extra de solutio.  
 13 Quartum † erit indebitum per exceptionem, sed vtroque iure debetur. l. cum de indebitis. §. si autē pro pa. te. ff. de procura. & de hoc vltimo indebitō loquitur tex. in l. si non fortem §. indebitum. ff. de cond. indeb. dum inquit, indebitum accipimus non solum si omnino debeat, sed si per aliquem excep tionem perpetuā peti non poterat, & de hoc quar to & vltimo indebitō Castren. faciebat tres species, nempe indebitum per exceptionem perpetuam, tē poralem, & dubiam, sed parcat mihi Castrensis, non bene distingit, cum posuerit sub distinctionem pro distictione, nam indebitum per exceptionē vnicū est, quod dupliciter potest subdistingi, imō quadra pliciter, secundum aliquos in l. i. ff. de cond. indeb. & glo. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. prima ex ceptione perpetua, secunda temporali, & sic dilato rioria, tertia dubia, scilicet an sit temporalis an pepe tua, quarta exceptione inducta ad rigorem iuris, que non respicit obligationem, vel actionem, sed conue niendi modum, vt exceptio fori, vel pendentię litis, vt gl. in l. cum quis & ibi Bar. & ceteri Doc. C. de iur. & fac. ign. & Iaf. in d. l. i. & in his casibus glof. hæc tradunt regulā, qđ si exceptio, quę cōpetit, est dilato rioria, tunc quocunq; errore indebitum solutū sit non repe-

repetitur, vt si quis ante diem constitutam solutioni soluat debitum, non datur ei repetendi facultas, quā uis ante diem constitutam indebitum iudicetur. l. in diem, ff. de cond. indeb. & hoc secundum Azo. & ma le, sed secundum glo. in l. cum quis. C. de iur. & fa cti ignoran. & d. c. fi. si est solutum per errorem facti repetitur, si per errorem iuris non repetitur, & hæc opinio glof. magis placet, secus fit in eo, quod sub conditione debeamus, nam id donec non existat conditio, incertum est quando debitori sumus. ideo solutum per errorem pendente conditione in obligationem restituendi venit, vt l. sub conditione ff. de cond. inde. si vero exceptio est perpetua, tunc plurimum refert an fauore vel odio eius, cui deberi videtur quod per errorem solutum est, data sit. l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. † nam mulier si pro aliquo intercedat & obligationem eius in se recipiat naturaliter & ciuili ter obligatur, vt soluat pro eo, pro quo fideiussit. verum quia principaliter fauore istius sexus per Senatus cons. Velleia. liberatur a tali obligatione, potest mulier repetere tamquam in debitum, quod pro alio per ignorantiam etiam iuris soluerit, exceptio casu, quando aliquid accepisset in compensationem tempore fideiussionis. l. antiquæ, ff. ad Senatus cons. Velleia. tradit Menoch. in tract. de arbitrar. iudi. in casu. 134. lib. 2. Centu. 3. sed si pa ter soluat quod filius citra eius auctoritatem mu tuo accepit, quāuis beneficio Maced. Senat. consul. liberetur à solutione talis debiti, tamen quia odio creditoris principaliter leges patrem liberant à solu tione talis debiti, male solutum non restituitur sibi, 16 odia enim sunt restringenda, fauores ampliandi, 17 iux. vulg. reg. c. odia. de reg. iur. in 6. † quomodo autem cognoscatur in odium, vel fauore alicuius sit aliquid statutum, declarat Menoch. trac. recuperā dæ possessio. in primo membro, nu. 14. vsque ad nu. 39. & est subtiliter ponderandum, an odiū præpon deret fauori, vel fauor odio, in argum. vide Tiraque. trac. de retrac. consang. §. i. glo. 18. nu. 21. at si dubi tetur an exceptio sit dilatoria vel perpetua, & tunc errore solutum repetitur. l. sufficit. ff. de cond. indeb. & idem erit dicendum, quando datur exceptio per rigorem iuris, vt l. Iulianus. ff. de cond. inde. in prin. & per hæc sit breuiter expeditus iste ordo. in reliq; me remitto ad dicta per Bar. in l. i. ff. de cond. inde. & gl. in c. fi. extra de solutio. c. turbatur. l. q. 4. §. inter dum. & l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & nos inf. in profecutione tractatus fusius.

DE CAUSIS QUAE inducunt indebiti conditionem.

- S Y M M A R I V M.
- 1 Duæ causæ inducunt indebiti conditionem.
  - 2 De prima causa, quæ inducit indebiti conditionem, exem plum est in exceptione Velleiani.
  - 3 De secunda causa est exēplum in exceptione Macedoniani.
  - 4 Exceptio rei iudicata est perpetua: tamen solutum non repetitur, licet indebitum ciuili ter sit.
  - 5 Condicio indebiti inducitur, quoties dubium est an exce ptio perpetua temporalisve sit futura.

- 6 Plures sunt species exceptionum.
- 7 In duobus casibus solutum indebitum repetitur, quando perpetua est, vel quando dubium est, an perpetua tempo ralisve sit exceptio.
- 8 Debitor in diem, si soluit, repetere non potest: secus si sub conditione, nisi omnino conditio sit extitura.
- 9 Pupillus si soluit, quod naturaliter debet, & factus est lo cupletior, non repetit. idem de seruo.

Ascendamus

modō ad vltimum or dinem, in quo conside rabilia, siue articuli continentur, qui sunt sex, quæ mouentur à gl. in rub. ff. de cond. ind. quib. diligen ter declaratis tota hæc materia indebiti remanabit absoluta. Capiō igitur primam columnam huius or dinis, quæ continet, quæ causæ inducant indebiti conditionem, pro cuius declaratione † sciendum, duas causas inducere conditionem indebiti, primō quōties obstat exceptio perpetua contra petentē, & hoc si eius fauore, cui competebar, & erat indu cta, alias si in odium eius, contra quem opponeba tur, repetitio cessat, † de prima exemplum est de ex ceptione Velleiani, quæ mulieris intercedentis fa uore est inducta, de qua supra. † de secunda est exē plum in exceptione Macedoniani fœnerantium odio mutuantis filiofa. competentis, de qua l. i. & 2. ff. ad Velleia. & l. i. vbi gl. & Barto. ff. ad Macedonia. & facit rex. ad litteram, in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. limitatur in exceptione rei iudicatæ, † quæ licet perpetuā competat & eius fauore indu cta sit, in cuius compendium lata fuit, tamen solu tum non repetitur, licet indebitum ciuili ter sit. d. l. Iulianus, & l. Iudex. ratione, de qua per glo. in d. l. qui exceptione. & de hoc superius etiam diximus in diuisione indebiti: idē, ne bis idem repe tatur, erit aliquando sicco pede prætereundum. Se cundo inducitur hæc conditio, quoties dubium est, † an perpetua temporalisve sit exceptio futura: nā (vt superius dixi.) † plures sunt species exceptio num, vt tradit etiam latissimē Petrus Rebuffus in sua arbore except. Idē si promissum sit aliquid, & postea pactum fiat de non petendo, si Titius cōsul fiat, vel donec consul fiat, quia potest Titio decedē te perpetua fieri exceptio, quæ eo consultatum in eū te temporalis est, summa ratione dicetur interim so lutum repeti posse: & sic in duobus casibus solutū indebitum repetitur, quando perpetua est, vel quando dubium est, an perpetua, vel temporalis sit: illa tamen, quæ est temporalis, conditionem impedi dit: idē † si debitor in diem soluit, repetere non po test, secus si sub conditione, nisi conditio omnino exi tutura sit: existente enim conditione non potest repe ti. l. sufficit, & l. in diem, & l. sub conditione, cum seq. ff. de cond. indeb. & superius diximus: similiter † & pupillus soluens quod naturaliter debet, si fa ctus est locupletior, non repetit. Similiter si seruus manumissus, vel alius eius nomine quod à seruo na turaliter debetur soluerit, non repetit, licet Doctō res quidam, Inst. tit. de obligatio. dixerint posse repe ti à domino, quia non potuit soluisse in præiudi cium domini, & facit tex. in terminis, nempe vt non possit repeti, in l. naturaliter, in princip. & §. fi. ff. de cond. indeb. & de his hæc tenus.

DE CAUSIS QVAE faciunt cessare Condi. indebiti.

- S Y M M A R I V M. 1 Septe causa sunt, quae faciunt cessare conditionem indebiti. 2 Prima causa, quando solueretur pecunia ex causa, quae cre...

Capio modo, sectionem columnam eiusdem ordinis...

- 1 + ex mente gl. in l. eleganter, in fine, in ver. dupli. ff. de cond. indeb. & ibi Bar. & communiter Doctores, respondetur septem causas esse. 2 Prima + namq; quando solueretur pecunia ex ca...

conscientiam legam, & tunc teneretur soluere, secundum Bal. in l. qui accusare. C. de eden. quem refert et & not. diligenter Cor. in l. iudex. ff. de conditio. indeb. 7 Quinto cessat p. p. transactionem, vt l. 2. C. de cond. inde. nam & in ea transactione deciditur vt lesio im...

TRACTATUS DE indebito, cui detur Conditio indebiti.

- S Y M M A R I V M. 1 Quando quis soluit suo nomine illud, quod est indebitum, semper repetit.

Ad

Cui detur condic. indebiti.

- 2 Ad hoc vt competat indebiti conditio, duo probantur, indebitum esse, & per errorem solutum. 3 Tria debent concurrere ad hoc, vt competat conditio indebiti. 4 Quando quis soluit nomine suo, sed pro obligatione non contracta a se, non semper ipse repetit alieno, & pro obligatione aliena, quando repetat. 5 Quando quis soluit nomine. 6 Conditio indebiti, quae competit pupillo, quomodo distinguitur, & quando solutum indebitum per tutorem, & curatorem possit repeti. 7 Administrator pupilli si est solus, non potest ratificare solutionem suam & authorari se in facto proprio.

Veniamus ad aliam columnam, quae est inscripta, Cui detur ista conditio indebiti, & secundum distinctionem gl. in l. si procurator. ff. de condi. indeb. quae gl. a Bartolo magistralis vocatur: dicendum + quod aut quis soluit suo nomine, aut alieno. Primo casu, quando soluit suo nomine, & pro sua obligatione contracta a se soluit, competit sibi soluenti haec conditio, vt per totum tit. de condi. indeb. + & ad hoc, vt sibi competat, ad duo probanda compellitur: nempe indebitum esse, & per errorem soluisse, Bar. in l. cum de indebito. ff. de prob. Cardi. Alba, ibi in lucubrationibus. + vel dic, quod imo tria debent concurrere, secundum glo. in l. indebiti. §. sed et si nummi, ff. de condi. indeb. quam refert etiam Menoch. tracta. de Recuper. possessio. secun. membro, sub nu. 3. cum sequen. nempe, vt inter actorem, & conuentum aliquid sit gestum, secundo indebitam rem esse hinc & inde fuisse solutam: tertio quod dominium non sit adhuc acquisitum vsucapione. Secundo casu dupliciter distinguitur secundum Bar. qui optime reafsumpsit gl. illa, quauis iste casus potius possit includi sub primo, & sic sub nomine suo, non aut alieno: + aut quis soluit nomine suo & pro sua obligatione, non tamen contractata a se, sed ab alio, tunc non semper ipse repetit, sed quandoque repetit alius, ad quem ex post facto apparet negotium pertinere, vt l. 2. 3. 4. & 5. & dic prout idem Bar. in l. quod possit. for. in si. ff. de peti. hare. + aut quis soluit nomine alieno, & pro obligatione aliena, vt tutor & procurator, & tunc aut soluit illud, quod putabat debitum omni culpa cessante, & domino competit conditio indebiti, quia hoc videtur venire in mandato: aut aliqua culpa potest ei imputari, & tunc credo, quod si dominus mandauit expressè vel postea ratum habuit, competat idem domino, secus si generale mandatum fecit, nam non vt hoc mandasse, atq; adeo si nec mandatū speciale, nec ratihabitio intercescit, competit soluenti, vt d. l. si procurator, & Bartolus id sibi voluisse credo, dum dicebat, tu distingue, vt in gl. quod animaduerte, quia multū obscure posuit, quamuis dixerit clarius se aperiturum esse distinctionem illius Glossae. + De conditioe aut indebiti, quae competit pupillo, seu minori ex mente Cornei in d. l. si procurator, ita distinguendū est, quod aut administratores soluerunt nomine pupilli debitum, aut indebitū. Primo casu etiam si de pecunia propria soluerunt, non repetit, quia illud venie...

bat in mandato tutela, vt soluant debiti, sicut d. l. in d. l. si procurator, in 2. respo. Secundo casu, quando nomine pupilli soluerit indebitum, & tunc aut sequitur ratihabitio ipsius pupilli facti maioris, & tunc ipse repetit, non autem, qui soluit, sicut d. l. de procuratore, & domino, vt titu. si tut. mai. fact. aut nondum ratum habuit, & durat adhuc minor aetas, & tunc aut solutio est facta per alium, quam per administratorem, & possit ratificari per administratorem, qui postea repetet nomine pupilli. l. 3. §. falsus, ff. rem ratam haberi. & si non vellet administrator habere ratam dictam solutionem, tunc repetet ille, qui soluit, vt d. l. si procurator, j. respo. & ibi glo. aut solutio est facta per ipsum administratorem de indebito, tanquam per tutorem, vel etiam per curatorem pupilli, quem interdum habere potest, vt inquit ibi gl. not. in d. l. si procurator, post principium, & tunc aut ille pupillus habet alium administratorem quam soluentem, & sic plures, & in hoc casu solutio p vnum facta potest ratificari per alium administratorem noie pupilli, vel et per ipsum pupillum, cui autoritate tamen, iuxta l. pupillus, ff. de auth. tuto. atque et noie pupilli repetitur, vt probatur in argumento saltè d. l. si procurator. sed si alius administrator non ratificat, & tunc aut nullus est administrator, qui possit ratificare, & tunc petitur per illum, qui soluit nomine proprio, d. l. si procurator, in princip. + Nam si est solus administrator, non potest ratificare solutionem suam, vel pupillo volenti ratificare authorari se in proprio facto, quod ipse gestit: quia esset contra reg. vulga. l. i. ff. de auth. tutor. & tunc tenebitur tutor, seu administrator in reddenda ratione administrationis, si soluerit de pecunia pupilli, quia debet sibi nocere sua culpa, non alij, vt l. 2. ff. de condi. inde. si autem alius esset conutor, seu coadministrator, dic vt superius diximus & hoc credo sibi voluisse Bartolū, dum dicebat omni culpa cessante, & per hanc sit expedita col. ista.

CONTRA QUEM detur conditio indebiti.

- S Y M M A R I V M. 1 Conditio indebiti datur in eum, cui nomine suo soluta est pecunia. 2 Conditio indebiti personalis est, non autem in rem, scripta, ideo non datur contra eum, cui proficit solutio. 3 In subsidium quandoque filij tenentur si pecunia indebita patri pauperi soluat. 4 Si quis accipit pecuniam nomine alieno sine mandato speciali vel ratificatione, competit conditio haec contra accipientem, alias contra illum, cuius nomine facta est solutio. 5 Conditio indebiti datur lusori contra lusorem vsque ad 50. annos.

Veniamus ad quartam columnam eiusdem ordinis, quae est inscripta Contra quem detur ista conditio indebiti, pro cuius declaratione ex mente glo. in d. l. si procurator, in fine, talis est tradenda regula, nempe + vt de...

tur in eum, cui nomine suo pecunia soluta est, non inspecto cui profecerit. l. his solis. ff. de cond. in deb. & ratio est secundum Bar. in d. l. quia ꝑ hęc conditio in debiti personalis est, ideo datur cōtra eum, cui soluitur, nec est in rem scripta: ideo non datur contra eū cui solutio proficit ꝑ Limitatur tamen in subsidium: quandoquidem si pauperi solvatur in debita pecunia, ex qua eius filij alimenta præstita fuerint, in subsidium quoque filij tenentur, quibus pecunia proficit, vt inquit Ias. in d. l. his solis, licet Bar. super hoc dubitandum reliquerit. ꝑ si verò nomine alieno quis pecuniam acceperit sine mādato speciali rative habitatione secuta contra accipientē cōpetit hęc conditio in debiti alias contra illum cuius nomine solutio facta fuit, qui specialiter mandauit ratum ve habuit. Item notandum pro cōplemēto huius articuli quod ꝑ ista conditio in debiti datur contra conlusorem lusori: nam si quis ludit ad taxillos & perdidit nummos, potest repetere nummos condicione ista secundum Ioan. And. in c. vbi periculum, de elect. in 6. gl. in l. i. ff. de aleato. & iste, qui ludit ad taxillos, potest repetere illud quod perdidit vsque ad quinquaginta annos, hoc addito quod potest auferre, vel furari id quod amisit in ludo, vel æquiualens, quod est notandum: de consuetudine tamen inquit Iulius Clarus sua practica. §. Ludus, non seruari, vt diximus etiam alijs in locis.

IN QUANTVM DETVR  
condictio In debiti.

S V M M A R I V M.

- 1 Condictio in debiti datur ad idem, quod datum est consequendum, vel tantundem.
- 2 In debitum mutuo assimilatur.
- 3 Quod accedit rei in debite salute, in condictionem venit, vt partus.
- 4 Defrutibus tenetur recipiens in debitum, quatenus est factus locupletior.
- 5 Datur condictio in debiti ad condicendum dominium, si translatum est.

**Venio** ad quintam columnam, quę est inscripta Condictio in debiti in quantum detur. ꝑ & datur ad idem, quod datum est consequendum, vel ad tantundem, vt inquit tex. in l. quod in debitum. ff. eo. sicut diximus in mutuo: nam in debitum ꝑ mutuo assimilatur, qua propter non magis pupillus ex in debito acceptato tenetur, quam ex mutui datione. §. i. Inst. quib. mod. re contrah. obl. vbi gl. sing. hoc dictum declarat, & etiam gl. in d. l. quod in debitum. & quia in debiti condictio naturalis est, ideo quod etiam rei solutę accessit, in condictionem venit, vt puta partus, qui ex ancilla natus est, vel quod aliuione accessit, imò & fructus ab accipiente bona fide percepti hac condicione reperitur. l. in debiti. ff. de cond. in deb. Sed dictę legi secundum Bar. videtur ob stare, l. si non fortem. §. libertus. ff. eod. titulo, quare Bar. dicebat, d. l. limitari per illum. §. scilicet ꝑ vt de fructibus tenetur recipiens in debitum, qua

tenus est factus locupletior, & si bona fide perceptus. ꝑ datur etiam hęc conditio ad condicendum dominium, si translatum fuit, item ad condicendam possessionem, quando illa tantum translata fuit, veluti quia nummos alienos soluit. Item ad condicendum dominium, quod occasione possessionis per vsucapionem sibi quesitum est condicam, vt inquit tex. in dicta l. in debiti. §. si nummi, ibi Bar. quem consulere commodius poteris, vbi plene.

QVAE, QVALISVE  
sit condictio in debiti.

S V M M A R I V M.

- 1 Conditio in debiti ex quasi contractu oritur.
- 2 Omnes actiones personales ex contractu, vel quasi descendunt.
- 3 Conditio in debiti, est actio in personam, & condictio appellatur.
- 4 Condicere, prisca lingua est denuntiare & abusive conditiones appellantur.
- 5 Conditio in debiti, est actio specialis seu singularis.
- 6 Actiones alie sunt vniuersales, alie generales, alie singulares.

**Nunc** veniamus ad sextam & penultimam columnam huius vltimi ordinis, quę qualisue sit condictio ista in debiti. ꝑ Hęc condictio in debiti ex quasi contractu oritur, ꝑ omnes enim actiones personales ex contractu, vel quasi descendunt, §. omnia, Inst. de actio. licet ibi glo. varia uerit, ꝑ nam hęc condictio est actio in personam, si quidem, vt diximus, personales actiones, conditiones appellantur, ꝑ cum prisca lingua condicere sit denuntiare, & denunciatio in his actionibus olim a magistratibus fiebat, vnde cum hodie nulla sit necessaria denunciatio, abusive conditiones appellantur. §. appellamus, vbi glo. Inst. de action. oritur enim hęc condictio ex quodam quasi contractu, scilicet ex datione & acceptione inter dantem, & accipientem facta, vt inquit glo. in rub. ff. eod. de cond. in deb. quamuis dici posset, prout etiam dicebamus in 1. columna, in debitum inscripta, scilicet ex distractu potius descendere, §. pen. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & intellige & declara, vt ibi diximus, sub nu. 3. ꝑ condictio autem hęc in debiti, est actio specialis, seu singularis, sicut est condictio ob causam, & cōditio triticaria, furtiua, rei vindicatio, hypothecaria, prout declarat Azo in summa rub. de edendo, nu. 5. Bar. in l. i. eodem. ꝑ nam actiones alie sunt vniuersales, vt in petitione hæreditatis, bonorum possessione famil. eriscundę, actio peculiaris, actio dotis, & similes. Alie sunt generales, vt actio tutelę, negotiorum gesto. pro socio, & mādati. Alie sunt singulares, seu speciales, vt diximus, & dicemus plenius suo loco, vide modò Iason. in l. edita, nu. 10. C. de edendo. & Inst. de actio. in §. sunt præterea, in glo. 1. vbi numerantur ꝑ 2. diuisiones actionum, ibi Ias.

QVO.

QVOMODO ET QVIBVS  
differat condictio in debiti ab alijs  
condictionibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Conditio ob causam, de qua loquitur titulus de cond. causa data, & cau. non seq. quando habeat locum.
- 2 Conditio ob turpem causam, quando habeat locum.
- 3 Conditio sine causa, in quo casu habeat locum.
- 4 Conditio in debiti, quando habeat locum.

**Potest** addi supradictis septima columna, quę erit inscripta, quomodo differat condictio ista in debiti specialis ab alijs tribus conditionibus specialibus, nempe a condicione causa data non secuta, a condicione ob turpem causam, & a condicione sine causa, de quibus per Ias. in rub. de condictio. causa data causa non sequuta, nu. 2. ex mente cuius breuiter est dicēdū, quod inter se differunt istę conditiones, quia ꝑ condictio ob causam de qua loquitur titulus de cond. causa data & causa nō sequuta, habet locum quotiescunq; datur aliquid alicui ob causam de futuro iustam & honestam: si enim ille, cui datum est, non impleat causam, illud, quod datum est illi, poterit repeti per conductionem ob causam non sequutam, & animaduerte, quia

in prædicto casu potest etiam agi præscriptis verbis, cum sit contractus innominatus, quando non agitur ad repetendum illud, quod datum est, sed agitur vt contractus impleatur, si vero agatur ad repetendum illud, quod datum est, & tunc agitur ista condicione ob causam datam, & habet locum ille tit. vt declarat Ias. d. rub.


ꝑ Est & alia condictio scilicet, quę vocatur condictio ob turpem causam, de qua loquitur titulus de condic. ob turpem causam. ff. & habet locum, quando datur aliquid alicui ob causam non honestam, & inquit Ias. quod tunc datum non potest repeti, intellige vbi turpitudine versatur respectu dantis & recipientis, vel respectu recipientis tantum, secus si turpitudine sit ex parte accipientis, quia repetitur, vt declarat Bar. in l. i. ff. de cond. ob turp. causam. & intellige, vt declarat Ias. in d. l. i. & in rub. illius tituli, nos dicemus suo loco.

Est & alia condictio in debiti, quę procedit, quando soluitur pecunia, vel aliqua alia res ex causa de præterito, quę non erat falsa, sed erat iniusta, vel a principio nulla erat, postea superuenit, sed iniusta, in hac tertia condicione habet locum & loquitur titulus de condictio. sine causa, ibi scribentes.

Quando autem aliquid datur ex causa de præterito, vel de præsentis ex causa, quam putabat dans veram, sed erat falsa, tunc loquitur & habet locum condictio, & titulus de condictio in debiti, de qua diximus supra late, & de alijs plenius suis locis dicemus.

TRACTA-





TRACTATUS  
DE COMMODATO  
PETRI NICOLAI MOZZII

MACERATENSIS

I. V. D.

De personis De Rebus Substantialia Naturalia Accidentalibus Quæ actio Quomodo tollatur  
Proprium Improprium  
Gratia dantis Gratia recipientis Communi gratia

COMMODATVM

S V M M A R I V M.

- 1 Dicitur autem commodatum, quasi commo- utentis datum.
- 2 Si intempes- tiue reuocetur commodatum, tenetur commo- dans contraria commodati actione.
- 3 Si merces interuenit, non est commodatum, sed locatio.
- 4 Commodatum est, quod alicui determinato vsu utendum conceditur gratuito.
- 5 Commodatum est, quando quis rem mobilem vel immo- bilem alteri tradit.
- 6 Commodatum ante tempus determinatum non potest reuocari.
- 7 Commodatarius autem debet in petitionibus ponere, quod commodauit sibi ad certum vsum, qui finitus est, ad hoc ut possit petere.



**B**SOLVTIS his, quæ pertinent ad materiam mutui & indebiti, ordi- nis propositi ratio postulat, ut ad cõ tractum cõmodati tertio loco positi accingamur, cum & ipsum contra- hatur re, pro cuius declaratione, iux- ta ordinem, primo videndum, vnde dicatur, se- cundò quid sit commodatum, deinde ascendemus ad alium ordinem, in quo diuisio residet, demum ad articulos. † Dicitur autem commodatum, quasi commo- utentis datum, vel quasi com- modo gratis datum, secundum Azo. in summa C. commod. & glo. & Hostiens. extra eo. tit. commo. & vtraque allusio videtur esse bona. Hinc est quoad primam, quod † si intempes- tiue reuocetur com- modatum, tenetur commodans contraria commo- dati actione, prout Bar. in l. commodato. §. sicut. ff. commod. Hinc est etiam, quoad secundum, quod

† si merces interueniret, non esset commodatum, sed locatio seu venditio, vel contractus innomina- tus, ut dicunt Doc. & idem in eo, qui recipit manda- tum, affirmant procedere, quia non potest reuocari in præiudicium recipientis. l. si pecuniam. ff. de con- dicti. causa data. & l. penul. ff. loca. & arg. c. in causis, §. vltimo, de electio. & l. si vt certo. §. denique, & ibi Bar. ff. commod. & Bal. in l. 2. vbi est casus. C. com. Quoad secundum propositum commodatum, quamuis in specie diffinitum in iure nõ reperitur tamen prout colligi potest ex l. 1. & 2. & per tot. tit. ff. commo. & §. item is. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & ex mente Azon. Hostien. Gof. & aliorum, & glo. & Doctorum & canonistarũ, extra eod. com. sic describi posse videtur, † vt commodatum sit, quod alicui determinato vsu gratuito utendum tra- ditur, dicitur traditum ad differentiam venditionis, in qua venditor, si dominus est, dare dicitur. §. pen. Inst.

per quas perso. nob. acquiri. l. ex empto. ff. de actio. empri. nos dicemus infra, sua columna. dicitur vt en- dum, ad differentiam depositi, quod causa custodia fit, dicitur gratuito, quia merces non debet interuen- niere, dicitur pro certo vsu, ad differentiam precarij quod sine determinatione vsus conceditur. l. in com- modato. §. sicut. ff. commod. l. 1. vbi gl. & scriben. ff. de preca. nam commodatum datur ad certũ vsum, extra quem si commodatarius eo vtatur obligatur ex delicto, & tenetur furti. l. qui fundum. ff. de con- furti. adeo quod si quis det vestem commo ad pò- pam, & commodatarius cum ea peregre abeat, tene- tur ex delicto. l. in rebus, ff. commo. & ibi glo. item si quis iumentum commodauerit alicui & ille commo- datarius aliorum duxerit quàm quo vtendum acce- perat, damnandus esset furti, si ille commodatarius certo sciat, se aduersus commodantis animum, & voluntatem re illa vti, secus si crederet hoc placere commodanti, prout probat tex. in l. inter omnes. §. recte, ff. de fur. Corn. conf. 2. 60. vol. 3. Menoch. trac. de arbitrar. casu. 2. 98. lib. 2. Centu. 3. vbi ponit etiã, quando sit credendum commodatarium habuisse iu- stam causam credendi se gratam rem facere commo- danti, puta quia erat propinquus, vel erat amicissi- mus & similia.

Quare dicendum (reassumendo prius dicta) quod † commodatum est, quando quis rem mobi- lem, vel immobilem alteri tradit, & committit vt en- dam tempore determinato tacite, vel expresse, & ideo ponitur verbum, tacite, † quia ante tempus non potest reuocari. exemplum, si commodauit tibi librum ad trãscribendum, habet tempus in quo pos- sit commo- trãscribi. l. si vt certo. §. interdum, ff. commod. & Innocen. in c. vnico, extra commo. Doc. in l. in commodato §. sicut, ff. eod. & ibi per gl. Alex. in apostil. ad Bart. in l. 1. ff. de precat. & Soc. conf. 1. 39. nu. 1. 2. in 2. par. hinc est, quod inquit Spe- culator, † commodatarius debet ponere quod cõ- modauit sibi ad certum vsum, qui adhuc durat, ad hoc vt statim non teneatur reddere; alleg. d. l. in com- modato. §. sicut, ff. eod. commodans autem debet po- nere quod commodauit talem rem pro tali vsu. item quod ille vsus finitus est, vt docet Speculator in rit. de commo. ad quem locum recurre pro plenigri cognitione huius materiæ, & maxime in formatio- ne libellorum. Quibus autem differat, & quibus con- ueniat commodatum & precarium, dicemus infra, col. 3. vlti. ord. nu. 8.

- 4 In mandatarium etiam culpa leuissima venit.
- 5 Qui sint casus fortuiti, vide §. item is, Inst. quib. mod. re contrah. obl.
- 6 Qui sint isti termini, dolus, culpa lata, leuis, & leuis- sima.
- 7 Commodatum est aliud proprium, aliud improprium, & di- uersimode declaratur.

**V**enio ad alium ordinem, in quo commo- dati diuisio residet, & ex mente lu- re consultorum † diuisio commodati tripliciter di- uidi posse videtur, nempe interdum gratia dantis, plerumque gratia accipientis, aliquando communi gratia. Dantis gratia commodatur aliquid vxori, vt comptior appareat, vel famulo, vt honestius cum do- mino incedat, de quo l. si vt certo. §. interdum, ff. commod. gratia accipientis commodatur regulari- ter, res enim in commodatum accipimus, vt vsui no- stræ necessitatis cõsulamus, & hoc proprie vocatur commodatum, vt inquit Franci. Turz. in recolectio. com. opi. conclus. 185. nu. 2. gratia communi com- modatur, veluti si cum cenam faceret, ad quam com- munes amici inuitati erant, vasa commodauit, vt in- quit tex. in l. in rebus. §. hæc ita. ff. commod. † & hæc commodata cum diuersa sint, diuersos etiam producunt effectus, arg. l. interpositas. C. de transac. ibi, ratio diuersa reformat dispositionem, † nam in primo commodato venit tantum dolus & culpa lata commodatarij, in secundo regulariter tenetur de leui & leuissima, in tertio venit dolus, culpa lata, & leuis, vt Doctores dicunt in l. si vt certo. §. nunc videndum, ff. commo. & per Bar. in l. quod Nerua, ff. depof. Doc. in §. item is, Inst. quib. mod. re cõtrah. oblig. Cano. in c. vnico, extra commo. per Sebatt. Med. trac. de casu fortui. q. 10. fecun. par. nu. 45.

4 In mandatarium etiam culpa leuissima regulari- ter venit, l. si vt certo. §. nunc videndum, suprad. ca- sum vero fortuitum nemo præstat, nisi vel ipsum promiserit, vel culpa casum præcefferit. l. in rebus, su- præcit. §. item is, & in hoc à mutuatario differt, qui de fortuito casu tenetur. † qui autem sint isti casus fortuiti, connumerantur in d. §. item is. differt etiam in alio, quia in mutuo eadem in genere, non in spe- cie reddenda, sic autem eadem in specie, vt inquit tex. in d. §. item is. † & qui sint isti termini, dolus, culpa lata, leuis, & leuissima, declarat glo. in §. præte- rea, Inst. quib. mod. re contrah. obl. & Bar. & ceteri in l. quod Nerua, ff. depof. & Bald. in l. pignus, C. de pignorat. actio. per Florian. Anto. Io. Andre. Petr. de Peru. Imola, Nicol. & ceter. in c. vnico, extra commo. & per Benedic. Capram suis regulis, concl. 78. qui alios refert, & nos suo loco latius dicemus.

DE DIVISIONE  
commodati.

S V M M A R I V M.

- 1 Commodati diuisio tripliciter dari posse videtur, gratia dantis, gratia recipientis, & communi gratia.
- 2 Cum diuersa sint commodata, diuersos producunt effectus.
- 3 In primo commodato venit dolus & lata culpa commo- datarij, in secundo de leui & de leuissima tenetur, in ter- tio dolus, culpa lata, & leuis.

7 Potest etiam dici, vt commodatum aliud sit pro- prium, aliud improprium, & videtur esse de mente Imperatoris in §. item is, Inst. quib. mod. re contrah. obl. ibi in ver. commodata autem res, tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta, proprie igitur erit, cum nulla merces interuenit, quando res vt en- da traditur, nam si interueniat merces, erit locatio, non autem commodatum. Vel potest dici, vt pro- prie sit commodatum, quando non trasferatur domi- nium, quoniam si. trasferatur, erit mutuum, vt dixi- mus

mus superius Vel die, quod proprie est commodatum, quando gratia commodatarij, hoc est accipiē- tis factum est, de quo diximus superius. Vel dicas quod proprie commodatum erit, si ad certum & de terminatum usum detur. Improprie erit si ad incertum & indeterminatum usum, & tunc habet locum actio praescriptis verbis, prout declarat Bar. & Bal. l. i. §. i. nu. i. ff. eodem, & quamvis Doctores minime videantur animaduertere diuisionem hanc propriam & improprie commodati, tamen voluit recensere eam, cum Imperator eam tetigisse appareat in d. §. item is, & in l. i. ff. eod.

DE PERSONIS quae possunt commodare & quibus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Vnusquisque commodare potest siue filius, siue liber, siue seruus sit, siue bonae fidei possessor, siue praedo.
2 Commodare potest economus, cui res ecclesiae gubernanda datur.
3 Potest commodare ille, qui habet solum ius habitationis, & usumfructum.
4 Commodare potest vxorres viri.
5 Commodari potest vnicuique libero homini bonaque fide seruienti.
6 Commodatur impuberi.
7 Commodari potest duobus, vel pluribus.
8 Furioso commodari non potest.

Venio ad primam columnam, quae est inscripta, quis & cui possit commodari, hoc est inter quas personas celebrari possit contractus iste commodati. & breuiter dicendum est, quod vnusquisque commodare potest, siue filius fam, siue liber, siue seruus sit, siue bonae fidei possessores simus, siue praedones. l. si seruus, cum duabus sequen. ff. commod. t item potest commodare economus, cui res ecclesiae gubernanda mandatur, vt declarat Host. in summa, tit. de commod. in 3. quae ratio est, quia cum illi sit commissa administratio, tenetur in quantum potest necessitatibus hominum subuenire, quinimo economus non solum potest commodare, sed credere & alienare, secundum formam c. hoc ius porrectum, 10. quae est. 2.

Item ille, qui habet solum ius habitationis, potest commodare habitationem, & eodem modo ille, qui habet solum usumfructum, vel aliam seruitutem, potest commodare, & illud quod commodatur debet restitui, sed in vsu eius consistit donatio. l. in adibus, in prin. ff. de dona. declarat Bal. Bartol. Sal. & ceteri, l. r. ff. comod. vbi inferunt ad statutum, quod de quolibet contractu. ex quo alteri quaeritur ius, debeat solui gabella, an debeat solui de contractu commodati. certe sic, facta aestimatione illius vsus in quo consistit donatio. l. in edibus. ff. de dona. Commodare potest vxor rem viri, vt inquit Vlp. in l. si constante. §. si vxor. ff. sol. matr. vbi si res commodata

per vxorem perierit, compensatur in dotis restitutione, quando maritus prohibuit commodare: si vero non prohibuit, modicum temporis iudicis arbitrio vxori est concedendum, vt repetat rem commodatam & restituat. Menoc. cas. 5. lib. 2. de arbitra. iudi. an autem inter patrem & filium possit contractus commodati fieri, diximus supra trac. mutui, colum. r. vlt. ord. in fine Commodari autem potest vnicuique. l. is qui. §. si. ff. commod. vbi & libero homini bona fide seruienti commodari potest. t similiter & commodatur impuberi, ita tamen vt naturaliter tantum teneatur & in quantum locupletior factus est, nam hoc natura comparatum est, vt si factus sit locupletior, vtilis commodati actio danda sit. l. naturaliter, in ff. de cond. inde. quod est intelligendum, si sine tutore acceperit, l. i. in ff. de noua. alias teneatur ciuilliter, & naturaliter, arg. l. r. in ff. com. Commodari potest duobus vel pluribus, & qualiter plures commodatarij obligentur ratione doli, vide. l. si vt certo. §. si. ibi Bar. ff. commod. t furioso autem commodari non potest, quia in eum non datur haec actio commodati, sed tantum ad exhibendum. l. i. in ff. cum sequen. eod. commod. An autem contractus commodati & depositi possit celebrari inter patrem & filium, diximus supra trac. mutui, col. i. vlt. ord. in fine, ibi etiam de deposito.

DE REBUS QUAE possunt commodari.

S Y M M A R I V M.

- 1 Commodari possunt res mobiles, & immobiles, corporales & incorporales.
2 Aliqui dicebant, seruitutem, hoc est incorporalia, non commodari.
3 Commodari non potest, quod usu consumitur, nisi ad ostensionem, & commodari non potest sibi ipsi res propria, quid de re aliena ibidem.
4 Commodari potest, quod usu consumitur, si est manentium.
5 Quod redditur deterioratum, non dicitur redditum.
6 Regulariter aestimatio in re commodata operatur, quod perempta re culpa commodatarij, teneatur soluere pretium & operatur etiam aliud.
7 In contractibus, in quibus ueniebat leuissima culpa, aestimatio rei posita inter partes operatur, ut etiam teneatur de casu fortuito, & si ueniebat leuis, teneatur de leuissima ob aestimationem.
8 Si commodatarius perdidit rem commodatam, & uult re seruire rem consimilem, an possit, vel eius aestimationem.
9 Commodatum restitui debet ad praesentem causam, alias non dicitur redditum, & si non reddatur eadem res, debetur aestimatio.

Pro alterius columnae declaratione, dicendum quod t possunt commodari res mobiles vel immobiles, corporales & incorporales. l. i. vbi Bar. Bal. Sal. Cast. Arcti. & alij. ff. eod. qui ponunt exemplum de re incorporali in vsufructu, & ceteris seruitutibus, quae commodantur. l. i. §. i. in fine, ibi etiam habita-

habitationem, & quamuis t aliqui antiquiores dicerent seruitutem commodari non posse, quia incorporalia commodari non possunt, & ad d. l. r. respondebat, quod ibi erat donatio, vsus, & commodatio rei, & exponebant habitatio, id est res, quae habitatur vt emptio id est instrumentum emptionis, vt C. que res pign. obli. non pos. l. cum constet. tamen veritas videtur esse in contrarium, quia ibi Vlpian. intelligit de seruitute habitandi, & quod incorporalia commodantur, alias nihil adijceret, & ita intelligit, & declarat glo. ibi in ver. habitationem, Bar. Bal. Cast. Sal. & communiter Doc. d. l. r. & glo. in c. si. de prec. t commodari autem non potest sibi ipsi res propria. l. si debitor. ff. de preca. dicemus infra. 3. col. commodari autem potest res aliena, quam possidemus, tamen si scientes alienam, possideamus, ita vt si fur, vel praedo commodauerit commodati habeat actionem. l. commodare, cum sequenti. ff. commod. ibi optime per Sal. commodari autem non potest, quod usu consumitur, nisi ostentandi causa quis accipiat ad pompam, vt diues appareat. l. 3. in si. iunc. seque. ff. commod. sepe enim ad hoc commodantur pecuniae, vt ditis gratia numerationis loco intercedant d. l. 3. & 4. & Azo in summa, titulo commod. in ver. ditis, ibi Pet. Prateius in addition. & ratio esse videtur, quia rei commodatae dominium ac possessionem retinemus. l. rei commodatae, cum sequen. ff. eod. Notandum tamen quod t illud, quod usu consumitur, possit commodari, si aestimaretur, quia tunc operatur aestimatio, vt re perempta vel deteriorata t (nam quod redditur deterioratum, non dicitur redditum. l. sed mihi. §. i. ff. eod.) teneatur soluere illud pretium, quamuis tunc videatur sapere naturam contractus mutui, vt diximus superius in diuisionibus. t regulariter autem aestimatio in re commodata operatur, quod perempta re culpa commodatarij, teneatur soluere illud pretium, & non cogatur dominus probare, secundo operatur quod commodatarius teneatur etiam de casu fortuito ad soluendum pretium, & hoc quia videtur tacite actum inter partes, alias nihil, vel parum operaretur aestimatio ipsa, tex. est in l. si ut certo. §. nunc videndum, vers. si forte, ff. commod. vbi inquit Iureconf. & si forte res aestimata data sit, omne periculum ab eo praestandum, qui aestimationem se praestaturum recepit, & ibi not. Bar. & Paul. & communiter omnes, & inferunt, quod in contractibus, in quibus ueniebat leuissima culpa, aestimatio rei posita inter partes operatur, vt debitor teneatur etiam de casu fortuito, si autem ueniebat tantum culpa leuis, aestimatio rei operatur, vt teneatur etiam de leuissima. l. cum duabus. §. danda, ff. pro socio, & ibi communiter Doct. & l. r. ff. de aestima. actio. & sic potest inferri, quod cum in contractu locationis ueniat tantum leuis culpa, aestimatio rei operabitur vt ueniat leuissima. sed circa praedicta occurrit dubitari de quaestione, quam vidi aliquando contingere in facto, & ponit eam Speculator in tit. de oblig. ex certi condicti. nu. 12. & fere relinquit eam indecisam, t quidam commodatarius perdidit rem sibi commodatam, puta bonam, uel equum, & volebat consimilem bouem, vel equum reddere, & commodans, aestimationem

petebat, an dicitur commodatarius teneatur dare bouem, seu equum, uel eius aestimationem. & quamuis Speculator non decidat, tamen videtur potius inclinare vt debeatur aestimatio per tex. in l. in commodato. §. si. ff. ec. & l. penu. ff. de tritic. & l. r. primo responsio. ff. de actio. emp. & l. si quis in tatum. C. unde ui, cum alijs cumulatis per eum, tamen videretur dicendum quod esset in electione debitoris, per tex. in d. l. in commodato. §. si. ff. eod. subtiliter cum ponderando: nam vult ibi per illum tex. glo. vt ille, qui accipit aestimationem rei commodatae perditae, si fuerit postea reperta res commodata, habeat electionem & sit suo arbitrio, vel reddere aestimationem, vel re repertam praestare, ergo pariter a correlatiuis, debet esse in electione commodatarij, vel rem idoneam, vel aestimationem restituere. Accedat quod semper in obsuris sequi debemus quod minimum est, & reo fauendum, l. semper. ff. de reg. iur. cum similibus Tamen ego reperio, quod glo. in c. vnico, in verbo, de leuissima, in ff. extra commod. tenet absolute, quod commodatum restitui debet ad praesentem causam, alias non dicitur redditum. l. sed si mihi. §. r. ff. eod. aut quanti interest eius condemnabitur, & sic non reddita eadem re, debetur aestimatio, quae opinio vera est. Nec obstat, quod superius diximus per §. si. quia non valet argumentum a contrarijs, quando est diuersa ratio, nam ibi est in electione, & arbitrio commodantis, ad hoc ne ex beneficio suo damnificetur, arg. l. plerumque, in ff. de iure do. secus in commodatario, qui recipit beneficium.

DE ACCIDENTALIBVS seu essentialibus commodati.

S Y M M A R I V M.

- 1 De substantia, seu essentia commodati, est res.
2 Substantia in commodato est consensus.
3 Quatuor sunt de substantia in commodato, primo vt non transferatur dominium.
4 De substantia seu essentia commodati est, vt reddatur eadem res in specie.
5 Mutuum in tribus differt a commodato.
6 De substantia seu essentia commodati est, vt sit gratuitum.
7 De substantia seu essentia commodati est, ut fiat ad specificeatum usum tempore limitato.
8 Quibus conueniat, & quibus differat commodatum.
9 Conuenit precarium & commodatum, quia per neutrum transferuntur dominium.
10 Peculiare est in precario, quod possessio apud dantem, & recipientem manet.
11 Duo in solidum possidere non possunt.
12 Conuenit commodatum cum precario, quod per utrumque res mobiles, & immobiles conceduntur.
13 Quod usu consumitur, non potest commodari, nisi ut consumatur in re propria non cadit commodatum, nisi in pignus datum.
14 Differunt commodatum, quia ad certum usum, precarium ad incertum.

- 15 *Aliquando datur sine certo usu, & dicitur commodatū.*
- 16 *Pactum de non reuocando precario, est nullius momenti.*
- 17 *An morte concedentis precarium censetur reuocatum.*
- 18 *In commodato nulla transit possessio in recipientem, in precario transit possessio naturalis, apud dantem remanet civilis.*
- 19 *Qui accipit rem precario, lucratur fructus.*
- 20 *Commodatarius tenetur de leuissima, precarius de dolo, lata culpa.*
- 21 *Est differentia inter precarium & precariam.*
- 22 *Quibus differat precarium a donatione.*

**Venio** ad tertiam columnam eiusdem ordinis, pro cuius declaratione dic primo, quod si de substantia seu essentia huius contractus commodati, est res. Ideo in § item is, Inst. quib. mod. re contrah. oblig. dicitur quod is, cui res aliqua vtenda datur, id est commodatur, re obligatur, cum ex actuali rei interuentu contractus iste commodati perficiatur, & in esse deducatur, text. est in l. obligatur, ff. de actionibus, & oblig. glo. ibi in ver. re & verbis, de substantia igitur contractus commodati erit res, de qua diximus late, col. Re inscripta, ibi, quare dicatur contrahere contractus iste. Similiter de substantia est consensus in commodato, quemadmodum in omnibus contractibus. l. i. §. adeo, ff. de pac. aduertendum tamen, quod sunt aliqui contractus, qui principaliter requirunt consensus, & ab eo denominantur, vt est emptio, locatio, & similia, de quibus late infra col. consensus, & sequentibus ibi plenius dicemus de differentiis, & diximus etiam col. Re inscripta.

Præterea ego considero ex mente Iureconsultorum quatuor esse de substantia seu forma in contractu commodati, primo, vt non transferatur dominium, quia non ita res datur, vt eius fiat, vt inquit Imperator Institu. titu. quib. mod. re contrah. oblig. l. rei, & l. nemo, ff. commod. quibus iuribus probatur, vt commodans non solum retineat dominium rei commodatæ, sed etiam possessionem, & proprietatem, & sic sola detentatio transit in commodatarium, vt notat ibi Sal. & alij scribentes.

Secundo de substantia siue essentia commodati est, vt reddatur eadem res in specie, ideo inquit Imper. in d. §. item is, quod commodans de ea ipsa re restituenda tenetur, namque si redderetur alia res, & sic contrahentes a principio efficerent, vt reddatur alia res in genere, esset mutuum, quod in tribus differt a commodato, vt inquit Portius in d. §. item is, Inst. quib. mod. re cont. obl. nu. 3. Differt quia dominium rei mutuaræ transit in accipientem, vt diximus trac. mutui, col. 3. vlt. ord. nu. 10. sed commodatum minime, vt dixi superius. Differt etiam, quia mutuum non potest esse nec sufficit reddere, nisi æque bonum in eodem genere reddatur, vt dixi etiam trac. mutui, d. colu. & columna sequenti Commodatum vero idem in specie restitui debet, vt diximodò vobis. Differt etiam, quia recipiens mutuum tenetur de casu fortuito, vt diximus trac. mutui, columna quarta, vlt. ord. commodatum vero nequaquam, vt diximus columna sequenti, Port. d. §. sub numero tertio, vbi rationem reddit,

vide tex in dicto §. is, ver. & is quidem.

Tertio de substantia, siue essentia commodati est, vt sit gratuitum, hoc est, vt fiat nulla mercede accepta, vel constituta. Ideo inquit Imper. in d. §. item is, ver. commodata. Res tunc proprie intelligitur commodata, si nulla mercede accepta, vel constituta, res sibi vtenda data est, alioquin mercede interueniente locatus sibi casus rei videtur, gratuitum enim debet esse commodatum.

Quarto de substantia & essentia commodati esse videtur, vt commodatum fiat ad aliquem specialem usum, & in tempore limitato tacite, vel expresse, iuxta doctrinam glo. primæ, in c. vnico, extra commoda. l. in commodato. §. sicut. ff. cod. Bar. in l. 1. §. 1. ff. cod. vbi inquit, quod ad hoc, vt sit proprie commodatum, debet tradi ad certum, & determinatum usum, secus si ad incertum, & determinatum usum tradatur, quia tunc esset precarium. glo. in l. contractus, ff. de regul. iur. Sebastian. Medic. de fort. cas. quæstio. 10. secunda par. numero 50. quamuis intelligat de natura hoc, esse dicemus inf. §. quibus autem conueniat, & quibus differat commodatum, & precarium, est animaduertendum, quia commodatum dicitur aliquis rei ad aliquem specialem usum gratuito facta concessio, iux. glof. suprad. precarium vero est, quod precibus petentis vtendum conceditur tantum, quàm is qui concessit patitur, vlt. l. 1. ff. de precia, & primum hoc conuenit commodatum cum precario, quod per neutrum transferatur dominium. l. rei commodatæ, ff. commod. diximus superius.

Hoc tamen est peculiare in precario, quod possessio tam apud eum, qui dedit, quàm qui accepit, manet. l. & habet. §. cum qui, ff. de precia. quod hoc modo intelligitur, vt accipiens naturaliter, & dans civiliter rem possideat, si quidem duo in solidum possidere non possunt. l. 2. ff. de precia.

Secundo habet & hoc commune commodatum & precarium, quod per vtrunque res mobiles, & immobiles, corporales & incorporales conceduntur, mobilis & corporalis, vt pecunia, immobilis, vt fundus, incorporalis, vt ius agendi, eundem per agrum concedentis. l. 1. ff. commod. & l. 2. & 3. & 4. ff. de precia. quod vero usu consumitur non potest commodari, nisi tradatur hac conditione, vt consumatur. l. 2. §. vltimo, cum sequen. ff. commod. neque etiam in re propria potest consistere precarium, nisi in pignus creditori datum sit, a quo postea eius usum impetret. l. si debitor. ff. de precia. Differunt autem, quia commodatum, vt dixi, datur ad certum usum tempore limitato tacite, vel expresse, & non potest reuocari ante finitum tempus, & usum, vlt. in commodato. §. sicut. ff. commod. ideo actor in articulis debet ponere, quod usum commodati finitus est, prout diximus, precarium vero est, quando res datur vtenda ad beneplacitum, vel simpliciter non determinato aliquo tempore. d. §. sicut. in quo. §. animaduertas oppositionem, quam faciunt Doctor. de l. si. ff. de præscrip. ver. vbi datur sine certo usu & tempore, & tamen dicitur commodatum. Pro saluatione oportet, vt intelligamus, ibi Iureconsultum impro-

prie loqui, cum ponat eodem loco verbum, dari, pro tradi, vel dic tempus ibi limitatum esse tacite, cum taciti & expressi idem sit iudicium. l. cum quid, ff. si certum petatur, at precarium potest reuocari ad libitum voluntatis, ne proprietatis reddatur inutilis, vt d. l. 2. ff. de precia, & capitu. fin. extra eodem, quoniam si concedens rem precario fecit pactum de non reuocando, illud pactum est nullius momenti tamquam appositum contra substantiam contractus, text. est in l. cum precario, ff. de precia, & istam differentiam magistraliter Bar. posuit in d. l. in commodato §. sicut. ff. cod. & ibi communiter Doctores & idem Bar. Alex. Castr. Soc. Iaf. & ceteri in l. 2. ff. si cer. per. & Bal. cum sequent. in l. 1. c. commod. Abbas & Canon. in c. si. de precia. Dec. consilio 293. vltim. colum. & doctif. & peritif. Couar. in libro 3. var. resol. iur. c. 15. vbi alias etiam posuit quæstiones in hac materia, & signanter ponit illam, quod ante mortem concedentis precarium reuocatum esse censetur: qui tandem concludit minime finiri. tu limitatum in casu. l. 4. ff. loca. vbi inquit Iureconsult. locatio, precarijve rogatio ita facta, quod is qui eam locasset, dedisset vellet, morte eius, qui locauit, vel precarij dedit, tollitur. vide Menoch. tracta. de arbitra. cas. 23. libro secundo, Cent. 1. nos infra fin. colu. huius ordinis. Præterea est & alia differentia, quam superius tetigi, quia in commodato nulla transit possessio in recipientem, sed in precario bene transit ipsa naturalis possessio. d. l. rei commodatæ, ff. cod. & apud dantem precario remanet civilis, nisi aliter inter eos esset actum, textus est in l. & habet. §. si. ff. de precia, & ibi gl. & Doctores commu. & faciunt ea, quæ inquit Iaf. in l. tertia, §. ex contrario. ff. de acquiren. pos. numero duodecimo, vbi ponitur noua ratio, quare hoc procedat. Insuper potest addi alia differentia, quæ doquidem ille, qui accipit rem precario, lucratur fructus, licet nullam habeat possessionem, vel habeat solum naturalem, & habeat usum rei de voluntate dantis, argu. text. in l. Iulianus. §. ex vendito, ff. de act. emp. & l. si seruus. §. locati. ff. de fur.

Item differunt, quia commodatarius tenetur de leuissima culpa, nisi casu damnum datum sit: at is, qui rem precario habet, tantum de dolo & lata culpa tenetur. l. quæsitum. §. cum quoque, & §. seruituti. ff. de precia, & l. in rebus, ff. commod. Iafon, quem omnino videas in §. sequens; Institut. de actio. numero decimo octauo, vbi plenè tractatur de differentiis istis, & materia commodati, & precarij plenè ibi habetur. Aduerte tamen, quia est differentia inter precarium & precariam, namque precarium, (vt diximus) est illud, quod durat ad libitum concedentis, & ad eius beneplacitum, vel illius cui fuerat concessum, & est differentia, quia precarium reuocatur, sed precaria non potest reuocari ad voluntatem concedentis. capitulo primo, de precarij ibi glof. & glof. in authent. ingressi, de sacrosanct. ecclesi. etenim precaria dicitur contractus factus ad preces aliquorum de quinque in quinque annos, vel in maius tempus, per petuum, vel ad vitam reuocando de quinquennio in quinquennium, prout declarat gl. & ibi

Abbas in capitulo primo, de precia, & refert Gugliel. Redoan. tracta. suo de rebus eccles. non alie. in prima rubri. §. contractus precariæ fit sub varijs formis, interdum ad certum tempus cum pacto reuentionis in idem tempus, & deinde vsque in perpetuum. exemplum de quinquennio in quinquennium vsque ad finem temporis, aliquando vsque ad vitam recipientis, de quibus precibus in instrumento est mentio facienda, & in isto contractu precariæ non interuenit precarium, & potest dominus reuocare, quando vult, & iste contractus precariæ diuersis partibus de consuetudine diuersis nominibus nuncupatur, quidam appellant liuellum, quidam precariam, quidam appellant eam ad firmam, quidam ad pensionem, aliquando videtur esse contractus emphiteuticus, prout declarat Bald. referens Canonistas in l. 1. c. de iure emphit. quem refert Gugliel. Redoan. dicto tractatu de reb. eccles. non alien. Quibus autem differat precarium a donatione animaduertas, quia ille, qui donat, sic dat vt non recipiat quod dat, sed is, qui precario concedit, sic concedit, vt recuperet quando cunque placebit, nã tandiu durat, quàm diu ipse patitur, vt superius diximus, verum de hac materia suo congruentiori loco susus dicemus & clarius.

DE NATURALIBVS Commodati.

S V M M A R I V M.

- 1 Quatuor videntur de natura commodati, secundum Sebastian. Medices.
- 2 De natura commodati est, vt non possit reuocari commodatum, nisi finito usu.
- 3 Precarium potest reuocari quando cunque, & ad bene placitum dantis.
- 4 Hæres eius, qui commodatum accepit pro ea parte, qua hæres est conuenitur, nisi habeat facultatem totius restituendi.
- 5 Res commodata reddita deterior, non dicitur reddita.
- 6 In commodato non restituito poterit iurari in litem.
- 7 Commodatarius tenetur de leuissima culpa, nisi casu damnum datum sit.
- 8 Expense factæ per commodatarium in re commodata, si parue, & modicæ sunt, non repetuntur.
- 9 Expense factæ per commodatarium in re commodata poterunt compensari.
- 10 Commodans tenetur ex vitio rei, si sciens fuit.
- 11 Per commodantem retinetur possessio & proprietatis rei commod. & c.
- 12 Precarium non finitur morte concedentis.
- 13 Accipiens rem precario, lucratur fructus.
- 14 In commodato non potest rescipiari quæstio dominij.
- 15 Commodatarius vtens re ad alium usum quam sibi commodata fuit, dicitur committere furtum.

**Venio** ad quartam columnam, quæ est inscripta De naturalibus commodati, & ex mente Sebastiani Medices, tractatu de fortuit. casibus, quæstio. 10. secunda parte, numero

quinquagesimo, videtur dicendum, quod quatuor sunt de natura commodati. primo, quod species datur ad terminatum usum: Item ad tempus terminatum expressè, vel tacitè: Item quod agatur ut reddatur eadem res: Item quod usus sit gratuitus, sed animaduertendum, quia ista videntur de substantia, & essentia, ut diximus superiori columna, non autem de natura, nam non dubium est, quin ista quatuor supradicta sint illa, quæ dant esse illi contractui commodati ex se ipsis, & sint veluti formalia essentialia, ex quibus in esse contractus producit, productus conferatur, quibus formalibus destructis non poterit vocari amplius contractus commodati, argumen. tex. in l. Iulianus §. si rem, ff. ad exhibend. Doct. in l. prima, versiculo nunc tractemus. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscal. libro vndecimo, declarat Zaf. in capitulo duodecimo, singu. respon. libro primo, nisi diceres ex mente eiusdem Zaf. ibidem, numero quinto, quod duplicia sunt contractuum naturalia: nempe naturalia intrinseca, & naturalia extrinseca, & intrinseca intelligit quedam, quæ per naturam coherent & ex visceribus contractuum sumpta, quasi intrinseca qualitate insunt, & hæc poterunt vocari etiam substantialia, seu essentialia, seu formalia. glo. l. pacta, de contrahen. emptio, ita possit saluari Sebastian. Medices. Vel dicè, quod illa supradicta quatuor requisita poterunt vocari, & substantialia & naturalia, sed diuerso respectu, & tempore considerata, etenim si considerentur illa quatuor supradicta dum contractus commodati in esse deducitur, poterunt vocari substantialia, & formalia: quia nisi intendant agere illum contractum commodati cum illis requisitis non contrahetur commodatum, si autem considerentur illa quatuor requisita postquam contractus commodati in esse est deductus, & tunc poterint vocari naturalia, cum videantur prouisione legis venire tacitè, non autem facto hominis, quod autem factum hominis dat substantialia, seu formalia actui dum celebratur actus, do vobis exemplum in mutuo, in quo de substantia requiritur, ut tempore contractus agatur, ut non reddatur idem in specie, hoc intelligunt Doctores quoad propositum & intentionem contrahentium, ut inquit glo. in lege secunda, §. mutui. ibi Barto. Bald. Iaf. Deci. Cur. & cap. & sic dum contrahitur mutuum hoc requisitum est de forma essentiali, & sic de substantia, posteaquam autem mutui contractus est celebratus & in esse deductus, ex natura contractus mutui est prouisione legis tacitè statutum, ut idem vnum quod mutuum est, possit reddi, & sit mutuum, ut per Iaf. l. secunda, ff. si certum petatur, numero primo, diximus tract. mutui, colum. 3. vlti. ord. sub numero decimo, ego non possum breuitati studens aliter declarare, cogita, quod eadem requisita possunt diuerso tempore considerari, & in hoc Doctores multum obscure loquuti fuerunt & contrarij inter se fuere, ut in l. cum quid, ff. si certum petatur, diximus nos tract. mutui, vide gl. in l. pacta, ff. de contrah. emptio.

Nos autem sub hac columna naturalium commo-

dati & precarij ponamus omnia ea, quæ prouisione legis tacitè sunt statuta, & intelligemus naturalia largo modo, non autem strictè, & proprie, cum nos iter ordo inceptus ita videatur requirere.

Cum ergo de forma, seu essentia contractus commodati sit, quod species tradatur ad terminatum usum, §. de natura successiue commodati tacitè, & in consequentiam erit, ut non possit reuocari commodatum, nisi finito usu, tex. est in l. in commodato, §. sicut. ibi Barto. Bald. Castren. Salice, & alij. ff. commo. ibi notant, quod commodatum à principio est liberi officij, postea verò necessarij, ut ibi Salice, numero tertio. Ideo actor in articulis ad hoc, ut possit repetere, debet ponere, quod usus commodati finitus est, ut diximus superiori col. anteced. ex natura autem precarij est, ut possit reuocari quandoque, cum ad beneplacitum & non detur aliquo determinato tpe. d. l. in comodato, §. sicut. ff. co. l. 1. ff. de preca. & c. h. ex. co. diximus col. anteced. nu. 15.

Pariter ex natura commodati est, ut hæres eius, qui commodatum accepit pro ea parte, qua hæres est, conueniatur, nisi forte habeat facultatem totius rei restituendæ, nec faciat: tunc enim condemnatur in solidum, quasi hoc boni iudicis arbitrio conueniat, tex. est ad litteram in l. 3. §. hæres. ibi Sali. Bar. Bald. qui intelligit d. §. in contractibus bonæ fidei, secus in contractibus stricti iuris, nisi actio stricti iuris possit concurrere cum rei vindicatione, quia tunc esset idem in actionibus stricti iuris, quod in actione bonæ fidei, & sic d. §. procederet, per text. in lege, si plures, ff. de vi, & vi arma. lege, in conditione, ff. de condict. furti. refert Dinus in l. qui fundum, §. si tu ex parte, ff. ad leg. Falcid.

Similiter ex natura commodati est, ut res commodata reddita, sed deterior facta, non videtur reddita, quæ deterior facta redditur, nisi quod interest præteritur, proprie enim dicitur res non reddita, quæ deterior facta redditur. hæc formalia verba text. in l. tertia, si reddita, ff. de commod. ibi Bald. Salice, & Barto. qui colligit ex illo tex. quod ideo prima actio durabit, & ponit ibi Barto. sub numero secundo, quæ actione agatur pro illo interesse deteriorationis, & quomodo formetur libellus, glossa ibi Bartol. Baldus, Salicetus, & alij.

Etiam ex natura contractus commodati est, ut in litem possit per commodantem contra commodatarium, qui rem accepit in commodatum & non restituit eam dolo malo, iurari, & idem poterit iurari in litem, si allegat commodatarius se amisisse, & non probat amissionem absque dolo malo eius factam, vel quia aliter dolo malo commodatarius fuit verus factus in se sibi commodata. Idem esset, si commodatarius rem sibi commodatam alienasset, nam omnibus istis casibus iurari poterit in litem, etiam affectio nis, nedum veritas, per commodantem, & ex iuramento illius probabitur pretium non solum commune, sed etiam singulare secundum affectionem commodantis, & probabuntur etiam eius damna, expensæ ac interesse contra ipsum commodatarium, textus solemn-

nis

nis & celebris factus per Bar. ibique Bal. Sali. Castr. & alij in l. 3. §. in hac. ff. commod. Bar. in l. commodata, in fi. ff. co. Ioan. Plot. in solemn. repetitione. l. si quando, nu. 549. C. vnde vi.

Adde quod ex natura contractus commodati est, ut in eo accipiens teneatur de leuissima culpa, nisi casu datum sit, tex. in l. si certo §. nunc vidè dū l. in rebus, Bar. ibi Bal. Sal. Castr. & alij. ff. commo. verum animaduertendum, cum diuersæ species sint commodati, (cum interdum gratia dantis, plerumque gratia accipientis, aliquando communi gratia commodatur, ut latè diximus in ordine diuis.) ita etiam diuersos producit effectus, quare in primo commodato venit tantum dolus & culpa lata ex natura illius contractus. In secundo regulariter teneatur de leui, & leuissima: In tertio venit dolus, culpa lata, & leuis, ut per Doc. in d. l. si certo §. nunc videndum ff. eo. Bar. in l. quod Nerua, ff. depo. ciano nistæ in c. vnico, extra commo. Portj Ang. Faber, & alij, in §. item is. In st. quib. mod. re. contrah. oblig. Scb. Medices trac. de fortui. casu. q. co. par. 2. nu. 49. & nos diximus etiam in ordi. diuis. vbi videas.

Item ex natura commodati esse videtur, ut expensæ factæ per commodatarium in re commodata, si pauca, & modicæ sunt, non repetantur, secus si magnæ essent expensæ, tex. est in l. in rebus, §. possunt. ibi Bar. Sali. & alij, ff. eo. & exemplat ibi tex. in expensis alimentorum non repetendis: valetudinis si paruas non repetit commodatarius, si magnas repetit, Bal. not. Bar. Castr. ibi, qui infert, secus esse in creditore, qui habet rem pignori, & in depositario, namque ad ipsos non pertinebant expensæ cibarium, quia non habent usum rei, vt l. si necessarij, in prin. ff. de pigno.

Item videtur esse ex natura commodati, ut suprad. expensæ possint compensari, & sic non solum commodatarius habet actionem contrariam, de qua infra, sed habet exceptionem, & retentionem, text. d. l. in rebus, §. si ibi Bar. Castr. ff. commo.

Item ex natura commodati est, ut commodans teneatur de vitio rei, si sciens fuit, tex. in d. l. in rebus, §. item, ff. commo. ibi Bar. & alij, & de hoc, nos dicemus infra, col. 6 huius ordi. ibi vide.

Accedat, quod ex natura contractus commodati esse videtur, ut per commodantem retineatur possessio, & proprietates rei commodatæ, l. rei commodatæ, ff. commo. diximus supra, sed ex natura precarij est, ut possessio remaneat apud dantem, & etiam transeat ad recipientem, nempe ciuili possessio, ut remaneat apud dantem precario, naturalis autem transeat ad recipientem, tex. l. & habet, §. si ff. preca. ibi gl. & Doc. communiter, vide Iaf. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. po. nu. 12. vbi ponitur noua ratio, quare hoc procedat, diximus supra, col. 3.

Item videtur, ex natura precarij, ut non finiat morte concedentis, de qua quæst. disputant latè Docto. & signanter per Didac. Couar. lib. 3. var. resol. iur. c. 15. diximus supra, col. 3.

Item ex natura precarij est, ut accipiens rem precario, lucretur fructus, quamuis solum naturalem possessionem, & usum rei de voluntate, domini habeat, arg. tex. in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de ac. emp. l. si

feruus, §. locati ff. de fur. diximus supra, col. 3. nu. 19.

Item ex natura commodati est, ut non possit reficari quæstio dominij, de quo per Bar. Bal. Castr. Sali. & alios in l. con. mecar. ff. co. cen. no.

Demum ex natura commodati est, ut si tu vtaris re commodata ad alium usum quam tibi dedi, dicaris committere furtum, tex. est in l. si certo §. sed interdum, in fi. ff. commo. l. qui fundum, ff. de cond. furti, diximus in prin. huius trac. & declara, ut ibi, vi de Menoc. trac. de arbi. iud. cas. 298. lib. 3.

DE ACCIDENTALIBVS commodati.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnia pacta honesta, & aqua, & que non sint contra substantiam contractus commodati, possunt apponi ad commodatum.
- 2 Que sint pacta contra substantiam, & essentiam contractus, & que contra naturam.
- 3 Pactum de non reuocando precarij, est nullius momenti.
- 4 Pactum de soluendo pecuniam in re commodata, est contra substantiam.
- 5 Pactum appositum in commodato, ut non veniat dolus futurus, est nullius momenti.
- 6 Pactum, ut culpa præstetur in commodato, potest fieri.
- 7 Aestimatio in contraria commodati est accidentale, & quid operetur, si fiat aestimatio.
- 8 Aestimatio rei, quid operetur in contractibus, quibus re mebat leuissima culpa operatur, ut teneatur de casu fortuito.
- 9 Quando perditur res commodata, erit accidentale, & an possit reddere consimilis, vel aestimatio.
- 10 Stante statuto, quod de quolibet contractu, ex quo alteri queritur ius, soluat gabella, an solui debeat, ex commodato.

Capio quintam columnam eiusdem ordinis vltimi, pro cuius declaratione dic. accidentalialia accipienda esse hic pro his, quæ esse & abesse possunt præter subiecti corruptionem, ut diximus columna Contractus, art. 7. & tractatu mutui, col. 5. Pacta igitur cum esse & abesse possint ad istum contractum commodari, quemadmodum ad oēs alios contractus, poterunt vocari accidentalialia, ideo videamus breuiter, quæ pacta apponi possint in hoc contractu, & quæ nō. † & dic qd oia pacta qd nō sūt cōtra substantialia & sūt, poterunt apponi, dū modo sint honesta & aqua, quia si apponant pacta turpia, & contra publicam honestatem, non erunt seruanda, ut inquit tex. in l. si vnus, §. illud, §. pacta, ff. de pac. † & quæ sint pacta contra substantiam, seu essentiam contractus, & quæ contra naturam, declarat doct. Zaf. c. 12. singula. responso. vbi allegat Iq. Calder. conf. 111 post prin. in tit. de feud. exemplū in casu nostro potest poni præter alia in pacto de non reuocando precarium, nam istud pactum erit nullius momenti tanquam appositum contra substantiam contractus, tex. est in l. cum precario, ff. de preca. & ibi not. Bar. & alij. † Item potest poni exemplum, si apponeretur pactū de soluendo pecuniam pro re commodata, quod pactū esset cōtra substantiam commodati,

F 2

dati, tex. in litem is, Inst qb. mod. cot. obli diximus  
superius, col. 3. huius ordinis. Potest etiam po-  
ni exemplum in pacto apposito in contractu com-  
modati, ut no veniat dolus futurus. nam inquit Pau-  
lus Iureconf. in l. in commodato. ff. co. hac pacto,  
ne dolus praestetur, rata non est in commodato. ibi  
Bar. & Bal. & tunc credo, quod huiusmodi pactum  
appositum in contractu non valeat co quia videtur  
contra aequitatem & bonam fidem honestatem que  
& esset quodammodo pactum turpe, & contra publi-  
cam honestatem, & inuitaret ad delinquendum: se-  
cus si videretur dicendum in pacto, ut culpa praeste-  
tur, tex. in l. i. si conueniat. ff. depo. vbi inquit Vl-  
p. si conueniat, ut in deposito & culpa praestetur, rata  
est contractus conuentio: contractus enim legem  
ex conuentione accipiunt, ut ibi Cast. & quamuis lo-  
quatur in deposito, idem videtur in commodato,  
vbi maior ratio militat, quinimo in contractu com-  
modati proprij regulariter absque alia expressione  
ex natura contractus venit leuissima culpa. l. in reb.  
l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. diximus  
col. anteced.

7 Etiam poterit vocari accidentale in contractu co-  
modati, aestimatio, quae aestimatio operari in isto  
contractu, ut re perempta, vel deteriorata teneretur  
soluere illud pretium aestimatum, & operatur regu-  
lariter aestimatio in commodata re, quod perempta  
re culpa commodatarius, teneatur soluere illam rem,  
hoc est pretium, & non cogatur dominus probare.  
Item operatur, quod commodatarius teneatur etia  
de casu fortuito, ad soluendum pretium, quia vider-  
tur tacite actum, tex. est in l. si vt certo, §. nunc vider-  
dum, vers. si forte. ff. comod. ibi Bar. Bal. Sal. Cas. &  
8 communiter Doct. & inferunt, quod si in contracti-  
bus in qb. veniebat leuissima culpa, aestimatio rei po-  
sita inter partes operatur, ut debitor teneatur et de  
casu fortuito, si autem veniebat tantu culpa leuis, a-  
estimatio rei operatur, ut teneatur et de leuissima.  
cum duobus, §. danda, ff. pro socio, & ibi Doct. com-  
muniter. l. i. ff. de aestima. actio.

9 Quando etiam perditur res commodata, poterit vo-  
cari accidentale, de quo dicemus infra col. 7. & si. hu-  
ius ordi. nu. 7. & an possit solui aestimatio, vel possit  
reddi consumitis res loco rei deperditae, diximus su-  
perius, col. 2. huius eiusdem ordin. nu. 8. ibi vide.

Poterit etiam vocari accidentale gabellae solutio,  
de qua dicemus in trac. emp. & vend. col. 5. nu. 12.  
Ideo Bar. ait in l. i. ff. commo. vtrum staate statuto,  
q. de quolibet contractu, quo alteri queritur ius, de-  
beat solui gabella, an soluatur de contractu commo-  
dati, & concludit quod facta aestimazione illius vsus  
in quo consistit donatio, debet solui, per l. in adib.  
ff. de donationibus, sequitur Sal. sub nume. 3. & alij  
communiter.

DE ACTIONIBVS  
commodati.

S P M M A R I V M.  
1 Duplex videtur actio ex contractu commodati, directa &

- 2 *contraria.*
- 3 *Interdum actio distinguitur inter directam, et contrariam, vel directam & vtilem.*
- 4 *Aliquando in contractu non variatur nomen contractus, nec contrahentium.*
- 5 *Interdum variatur nomen contrahentium, ut non contractus.*
- 6 *In his casibus inter directam, & contrariam distinguitur.*
- 7 *Mens verbis expruat, imo verbis praestetur.*
- 8 *Natura commodati est, ut res ipsa restituatur.*
- 9 *Si commodatarius turberetur in possessione rei commodatae non potest agere actione legis Aquiliae, sed actione in factum.*
- 10 *Depositor non excusetur ob ignorantiam rei vitio de posita, neque etiam excusetur locatur vitiosi.*
- 11 *De natura actionis commodati directae, vel contrariae scripsit Crispus, qui bene declarat.*
- 12 *Actio commodati competit contra heredes, & datur heredibus, & est personalis civilis & perpetua.*

Venio ad sextam columnam, quae est inscripta, q. actio, seu obligatio nascatur ex contra-

ctu hoc commodati. & dicendum, duplicem ori-  
ri actionem, nempe actionem directam, & contra-  
riam: id est est inscripta Rubrica, ff. de C. commodati,  
vel contra, id est, de actione commodati directae vel  
contrariae, & animaduertendum, quia interdum  
actio distinguitur inter directam, & contrariam, in-  
terdum inter directam, & vtilem, propterea quod

1 *aliquando in contractu non variatur nomen con-*  
tractus, nec contrahentium, & hoc casu cuilibet a suo no-  
mine competit actio, exemplum in societate, quae ab vtro-  
que latere appellatur societas: similiter & vterque  
locus appellatur. Interdum variatur nomen contra-  
ctus, & contrahentium, & hoc casu cuilibet a suo no-  
mine competit, exemplum in emptione, & venditione:  
ne si quidem ex parte emitentis, emptio appellatur,  
ex parte venditoris, venditio. Item ille emptor, alter  
venditor, atque adeo illi ex empto, huic ex vendito  
actio dabitur. Item in locatione, & conductione

2 *Interdum variatur nomen contrahentium, sed non*  
contractus, & hoc dupliciter, vel quia nomen descen-  
dit a nomine, ut in commodato, in quo alter com-  
dans appellatur, alter commodatarius. Item in depo-  
sito alter deponens, alter depositarius, similiter in  
mandato alter mandans, alter mandatarius, & in  
his casibus inter directam & contrariam distinguitur,

3 *directa competit habenti nomen speciale, &*  
contraria habenti nomen deriuatum, quandoque no-  
men non descendit a nomine, sed vnicuique suum  
nomen assignatur, veluti in tutela, in qua alter tu-  
tor, alter pupillus dicitur, similiter in negotiorum ge-  
stione, alter dominus, alter negotiorum gestor. tam-  
men quasi contractus idem est ab vtroque latere, &  
hoc casu similiter inter contrariam & directam distin-  
guitur, directa datur dno vel pupillo, contraria nego-  
tiorum gestori, vel tutori. Distinguitur demum inter  
directam & vtilem, na directa datur, ubicunque ver-  
ba legis vel mens locu habet, licet in hoc vltimo glos.  
se contrarium tenuerint, exemplum in actione legis  
Aquiliae, quae datur dno, vbi seruus vel quadrupes oc-  
cisa fuit, & sic de corpore in corpus datam damnu,

4 *si. fin.*

5 si vbi gl. In sti. de lege Aquil. similiter si ex mente  
leg. s. aliquid descendit, idem dicendum, f. quia mens  
verbis exequatur, immo verbis praestetur. l. non du-  
bium. C. de leg. Paul. consil. 4. nu. 2. Tomo 2. Rola.  
consil. 61. n. 33. & 34 in 2. vol. Vtilis illa est, quae da-  
tur in casu, in quo per Iureconf. lex fuit extensa, de  
quibus omnibus cum exemplis doctrina est Bar. ap-  
probata in l. curatoris. C. de neg. gest. & aliquid in  
l. consensu. post gl. ff. de actio. & oblig. & de actione  
comodati directa sit mentio in l. §. in hac. ff. com-  
mod. quae competit ad rei restitutionem: f. est enim  
natura, sicut dixi commodati, ut res ipsa restitua-  
tur: nam hoc de iure naturali est, eius naturalis, i.  
dicit. & non reddi deteriorata, quia non dicitur red-  
ditu, l. §. ff. eo. commo. De contraria habetur in  
l. in commodato §. 1. ff. eo. quae competit comoda-  
tario, si quid in re commodata vultu, vel necessitate  
impenderit & etiam quando ob rem locatam dam-  
num passus est, puta quia fuit commodatum vas vi-  
tiosum, sciens ille, qui commodauit, nam tunc com-  
modans tenetur contraria commodati actione, si vi-  
num, vel oleum effusum est: sed si quando comoda-  
uauit vas, ignorabat esse vitiosum, excusatur propter  
ignorantiam. l. in rebus. §. possum, & l. penul. §. item  
2 qui sciens, ff. commod. & nota, quod si f. commoda-  
tarius turberetur in possessione rei tibi commodatae,  
seu impediatur, non potest agere actione. l. Aquil.  
quae datur solum domino. l. item Mela. §. eum cui, ff.  
ad l. Aquil. ar. cum iste non sit dominus poterit age-  
re actione in factum, vel de pauperie, quia sua inte-  
rest. l. 2. si quad. paup. fec. dicit. Angul. consil. 2. 1. in  
fine, in mater. crimina. f. Depositor autem non ex-  
cusatur ob ignorantiam, quia contractus fit eius gra-  
tia, ut dicemus suo loco. Item nec excusatur loca-  
tor vasis vitiosi & ratio esse potest, quia tenetur com-  
modum, cum mercedem recipiat, quod non est in  
casu commodati, videas Azo. in summa. C. commo.  
nu. 15. & nos infra suis locis dicemus. De natura au-  
tem actionis commodati directae, vel contrariae, be-  
ne scripsit declarando Crispus de Monte in sua arbo-  
re actionum, nu. 154. & ante eum Ias. In titu. tit. de  
actio. in §. sequens, quem videas. & an commodata-  
rius dato iudicio, agendo expensas factas repetere  
possit, & an compensatione, vti loquitur tex. in l. in  
rebus §. possunt, & §. si. ff. commo. l. 10. And in add.  
ad Spe. titu. de commo. in ver. in contraria. & plura  
de hac materia habentur in §. item is, Inst. qui mod.  
re contr. oblig. & d. l. 3. si reddita, & l. si vt certo. §.  
nunc videndum. ff. commo.

3 *Competit autem ista actio contra heredes, &*  
datur heredibus. l. in honorarijs. ff. de actio. & obli.  
& est personalis, & civilis, & perpetua, & non est pre-  
toriam. l. in commodato §. sicut ff. commo. quamuis  
posset dici, praetoriam esse, secundum Holtien. quia  
praetor super has actiones edictum suum exposuit,  
vt l. 1. ff. commo. & hae actio commodati est vna  
de quinque, quae ftorunt iure suo nomine filio com-  
petebat, de quibus in l. filius. & in l. in factum, ff.  
de actio. & oblig.

QVOMODO TOLLATUR  
seu finiatur commodatum, & pre-  
carium.

- S P M M A R I V M.
- 1 *Quemadmodum reuocatur commodatum, ita precarium.*
- 2 *Commodatum non reuocatur intempertive, precarium sic.*
- 3 *Commodatum dupliciter reuocatur.*
- 4 *Precarium concessio ad heredem transit eius, qui concessit.*
- 5 *Quinque modis tollitur commodatum, & precarium.*
- 6 *Commodator equi, qui recit ipsum magagnatum scienter, prauidet sibi.*
- 7 *Finitur precarium pignoris, cum debitor soluit creditori, quod debet.*
- 8 *Commodatum tollitur cum res perempta est.*
- 9 *An equo per te mihi commodato ad villam, ad quam va-  
dens inueni amicos vixantes inuisu me amicos inueni  
do & tu equum tuum occidisti sub me, an teneatur.*
- 10 *Quid si commodari equum, vel arma ad bellum, & equus  
vel arma amittantur.*
- 11 *Si commodari equum cum puero, an pereat tuo periculo  
si puer malo regimine interficiat equum.*
- 12 *Precarium seu eius possessio, annullatur ex negligentia  
eius, qui tradidit.*
- 13 *Per quantum tempus causetur negligentia.*
- 14 *Si commodasti mihi librum & illum reddidi famulo, an  
liberatus sim.*

Venio ad septimam columnam, & vltimam, quae  
est inscripta, quo tollatur, seu finia-  
tur obligatio commodati, & precarij & dicendum est, q.

1 *quemadmodum reuocatur commodatum, ita precarium,*  
cum a similitur. l. 1. ff. de preca. gl. in c. si in ver. pre-  
carij. de prec. f. sed distat in hoc, quod commodatu  
non reuocatur intempertive. l. in commodato, §. si-  
cuti, ff. comod. nisi post vsum completu. Precarium vero  
quoque reuocatur, et si ad certu tempus sit concessum,  
2 vt ff. eo. l. cum precario. Quare dicendum, q. tollitur,  
seu finitur comodatu dupliciter, nempe reuocatio-  
ne rei datae & morte eius, cui concessa est, non autem  
morte concedentis, d. l. cum precario §. precarij, & l.  
3 quastium §. Titio, ff. de preca. Seb. Medices tract.  
mors oia soluit, par. 2. concl. 2. nu. 6 2. & concl. 8 1.  
nu. 253. & est ro. f. quia precarij concessio ad herede-  
4 dem transit eius, qui concessit, non autem ad herede-  
5 des eius, qui rogauit. f. Vel secundu Gof. in summa,  
tit. de prec. nu. 11. quinq. modis tolli. 1. contraria vo-  
luntate eius, qui concessit vt l. 1. ff. de prec. quod int-  
telligi tamen, cum distinctione, quam superius di-  
ximus, secundu morte eius, vt diximus. Tertio aliena-  
tionem rei precariae, si is, cui alienatum est, no vult am-  
plius precarium durare, vt l. quastiu ff. de preca. §. op  
a Titio, & ratio redditur ibi per Gof. Quarto finitio  
tempore vsq. ad quod precarium est obiectum, & det-  
restitui, vel copensari, nisi sit factu comodatu in spe-  
cie, vt per Villal & Ema. com. opi. in verbo, copensa-  
tio, & per Seb. Med. trac. de compensatio. par. 1. q. 18.  
sed aduertas ad illud, quod inquit Ang. post Bar. in l.  
6 qui sibi. §. q. Stichu, circa ff. de sol. f. q. comodator  
equi, qui recepit ipsum magagnatum scienter, sibi  
preiudicat, vt inquit etiam Aym. consil. 106. vol. 1.  
Sed qro, quid si tibi comodari equu, p. trib. dic. bus  
F 3 ut

vt ires Romam finitis tribus diebus volo equum, tu dicis, quod non potuisti ire Romam ob niues, vel pluuiam, an sit finitus vsus commodati. dicendum quod sic, quia commodans tractat de damno captando, prout concludit Sebast. Med. tract. de fort. tui. casibus, q. 10. not. in litem. ff. de consti. pecu. l. si vno. ff. loca. Docto. l. in commodato. §. sicut. ff. commod.

7 Quinto finitur precarium pignoris cum debitor soluit creditori quod debet, tunc enim finitur precarium pignoris, quia definit esse pignus. l. si debitor. ff. de precar.

8 Potest addi & dici, vt commodatum, seu precarium tollatur, seu finiatur, quando perempta est res commodata: tunc enim probare debet commodatarius, rem illam esse, vel fuisse peremptam, quo probato commodans agens debet probare, quod eius culpa, vel dolo, de qua culpa, & dolo tenebatur, res illa sit perempta, arg. l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. & l. si quis domum. ff. loca. de quo vide Ioan. Andr. in addi. ad Spec. tit. de commod. ver. incipiente, c. vnico, in litem ra D. & ponit idem aliam questionem in additio ad rub. † an equo per te mihi commodato ad villam, ad quam vadens inueni amicos cum alijs rixantes, immiscui me amicos iuuando, tu casu superueniens iuisti aduersarios, & sub me equum tuum occidisti, an teneat commodati. & decidit, me teneri, cum culpa penes me resideat, qui prius deliqui, vide dicta per Ias in l. si quis nec causam. ff. si cer. per. num. 25. quæ faciunt pro supradictis.

10 Sed quid si commodauit equum, vel arma ad bellum, & ibi equus, vel arma amittuntur, dicendum est isto casu, quod commodatarius non tenetur reddere, quia vsus est re ad eum vsum, ad quem commodata est res, & in nulla culpa fuit. l. si vt certo. §. sed incertum, ff. commod. Inno. in c. sicut, il 3. de iureiur. no. in l. si quis domum, ff. loca. & recenset Seb. Med. inter casus fortuitos, q. 1. secū. par. nu. 21. tract. de fort. tui. casu, & consuluit in terminis Card. Alb. cons. 104.

11 Sed quid si commodauit tibi equum cum puero, & equus perit malo regimine pueri, an pereat tuo periculo. Sebast. Medices. d. tracta. de fort. casu. q. 10. 2. par. nu. 52. distinguit, quod aut receperis e-

quum cum puero in commodatum, & tunc non excusaris ob culpam famuli, circa quem diligentia teneris adhibere, & sic tu teneris: si verò equum tantum recepisti commodatum, & tunc si à principio famulum commodauit, recepisti, & adhibuisti famulum voluntate mea, & non teneris, quia confidis de diligentia famuli, si autem famulum adhibuisti ex post facto, & tunc teneris, & hæc distinctio fuit Christo: Portij, Insti. tit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item, nu. 9. & ibi redditur ratio.

12 Potest dici, vt precarium, seu eius possessio civilis annulletur, & perdatur ex negligentia illius, qui tradidit, seu constituit precarium. l. quamuis, ff. de acq. pos. Bar. in l. de eo. §. si forte, eo. ti. & l. interdum, eo. tit. Afflic. decisio, 40. nu. 16.

Per quantum autem tempus causetur negligentia, Alex. in d. §. si forte, quem refert Affli. d. deci. determinat, quod magna negligentia erit arbitrarium refert Menoc. de arb. iud. cal. 24. lib. 2. Ruy. consil. 58. nu. 2. vol. 4. sunt tamen, qui affirmant iudicem arbitrari tempus non posse minus decem annis. certe magna negligentia est, si per 40. annos non fuit reuocatum precarium quando res non est vitiosa vt per Afflic.

Sed quid si commodasti mihi librum, & venit famulus tuus, qui tunc nōse à me petit illū, ei que tradidit, an sit finitum commodatum, vt amplius non teneat, dic quod si ipse aufugit, distinguendum, aut constat de mandato tuo, & sum liberatus, si autem non constat, imputatur mihi nimis illa credulitas, nisi esse famulum, cui fides præstanda esset, vt not. Porti. d. §. item. Insti. nu. 10. & nota, quia hoc potest contingere in facto, de quo vide Seb. Med. d. tract. nu. 55. q. 10. par. 2. vbi etiam alias posuit questiones, & in specie illam, quid si habeam res mihi commodatas, & etiam meas in periculo, quo non poteram saluare, nisi aut meas, aut commodatas, quid agendum. & inquit, quod preciosiores erunt saluandæ, si verò essent æquales, propriæ erunt saluandæ, l. præses. ff. de serui. & c. inter, de spons. gl. in l. si vt certo. §. quod vero. ff. comoda. Portius, d. loco, qui inquit in iudicando ab hac opinione non esse recedendum, & in facto seruandam esse fidem commodanti.

RRA.



TRACTATUS  
DE DEPOSITO  
PETRI NICOLAI MOZZII

MACERATENSIS

L. V. D.

Persona	Res	Substantialia	Natura	Accidentalibus	Actio	Annulatio
			Voluntarium		Necessarium	
			Iuris		Facti	
			Proprium, seu regulare		Impropriū, seu irregulare	
			Æquale & verum		Confictum seu fictum	
			Gratia Deponentis		Gratia Depositarij	Gratia vtriusque

DEPOSITVM

S V M M A R I V M.

- 1 Depositum, à de, & positum, dicitur, quia præpositio de, auget positum.
- 2 Repositum dicitur, quasi deorsum positum, secundum Goffredum.
- 3 Depositum est, quod custodiendum alicui datum est.
- 4 Potest fieri pactum in deposito, vt reddatur alia res eiusdem generis.
- 5 Quibus differat depositum & sequestratio.



**V**ENIO ad alium contractum depositi, qui contractus depositi pariter contrahitur re, capioque eius columnam, & declarando, iuxta ordinem propositum, videndum est, vnde dicitur depositum, & quid sit † quo ad primum Iuriscōn. inquit in l. 1. ff. de pos. a de, & positum dei, namque præpositio de, auget positum, vt ostendat totum fidei eius commissum quoad custodiam attinet, vt inquit ibi tex. in fine prior dicebat, depositum dei, quasi deorsum positum, & vtraque expressio placet, eum inter se compatiantur, & effectus sint idem, quoad secundum Vlpian. in d. h. n. sic diffinitur, vt † depositum sit, quod custodiendum alicui datum est, & animaduersas, quia posit-

tur verbum datum, pro traditum, vt declarat ibi gl. in d. l. 1. ibique Doc. siquidem in deposito dominium non transferitur, nec possessio, licet, §. rei. ff. de pos. Menoch. trac. de recuper. posses. §. remedio, sub. nu. 39. limitatur in l. dies sponsaliorum, §. si u. ff. cod. quo loci dominium in re deposita transferatur, & illi textum pro singulari notabat Menoch. post plures alios in cons. 371. numero 27. lib. 1. dum asserit, † posse fieri pactum in deposito, vt reddatur alia res eiusdem generis & non ipsa res deposita, per d. l. dies sponsaliorum, §. si. quod est verè notandum, cū videatur esse contra regulam & substantiam depositi, & tamen vocatur depositum, dicitur custodiendum, quoniam non ad usum depositum conceditur, alias furti tenetur, l. 3. C. de pos. & §. furtum autem, Insti. de obligat. ex delictis etiam qui rem alienam com-

mo

modat, furtum committit, l. si pignori, ff. de fur. cō-  
stitutiōne debet nulla mercede interueniente, alias  
esset locatio, l. r. §. si uestimenta, ff. depo-  
siti, etiam commodatum, quod supra diximus, &  
in §. itemis, Inst. quib. mod. re contrah. oblig. atque  
adeo potest sic clarius demonstrari, quid sit depōsi-  
tum non recedendo tamen à dffinitione Iurecōsul-  
ti, vt depositum sit, quando quis rem suam tradit, &  
committit alteri hōi ad vsum, sed causa custodiē,  
quo casu recipiens tenetur custodire eam actione  
depositi, vt habetur §. praterea, Inst. quibus mod.  
re contrah. oblig. c. i. r. extra depōs. & ff. eod. ¶ Qui-  
bus autem differat depositum & sequestratio, & quo  
modo differat depositum à mutuo & alijs contra-  
ctibus, dic quod depositum differt à sequestratione,  
quia quælibet res, quæ alterius fidei traditur custo-  
diendæ, dicuntur depositæ, sed sequestratio tantū  
res litigiosæ deponuntur, ideo dffinitur sequestra-  
tio à Iureconsulto in l. sequester, ff. de verb. significa-  
vt sit rei litigiosæ depositio, quæ à pluribus fit, vt vi-  
ctori restitatur, & nota quod à pluribus fit, & in  
hoc etiam differt, quod depositum fieri potest etiam  
ab vno, sequestrum à pluribus semper fit, vt dicemus  
infra. Insuper differunt, quia apud sequestrum etiam  
immobilia deponuntur, vt in eius possessione sint,  
donec constat de victoria, cum aliōquin regulariter  
in deposito solum mobilia deponantur, & sic in hoc  
etiam differunt, quia res, quæ in sequestrum dan-  
tur, non possidentur à deponente, l. licet, §. rei, ff. de  
po. & declarat Menoch. in celeberrimo illo consil. in  
causa Finariensi, in 1. respon. nu. 2. sed res, quæ depo-  
nuntur possidentur à deponente. Item differunt obli-  
gationes ex his cōtractibus natae etiam effectu, quia  
depositarius potest reculare custodiam rei depositæ,  
cum illi videtur, sed sequester non potest officium  
suum deponere, nisi iusta de causa impeditus, l. ei,  
apud quem, ff. depōs. vide Doc. c. i. extra depo. Ca-  
stren. l. is apud, §. in sequestrum, ff. eod. & distingue,  
vt per eum ibi. Differt etiam depositum & sequestra-  
tio à mutuo, siquidem in deposito & sequestro non  
trasfertur dominium, nisi expresse inter deponentē  
& depositarium, ita conuentum sit, vt re deposita tā  
quam sua vteretur, & pro ea tantundem eiusdem ge-  
neris redderet, vt dicebat Menochi, in consil. 37. vol.  
1. nam isto casu habet locum regula, qua dicitur,  
quod contractus. accipiant legem ex conuentione,  
nisi contra bonam fidem bonosque mores aliquid  
pactum sit, l. 1. §. si conueniat, ff. depōs. qua propter  
licet hæc sit de natura, seu maus de substantia depōsi-  
ti, vt proprietates & dominium apud deponentem ma-  
neant, licet, §. r. in fi. ff. depo. ibi Castren. inquit in  
quatuor differre, & illam tex. commendat Cesar Lā-  
bertinus trac. de iurepatro in 4. articulo, q. 9. princ.  
2. par. lib. 1. Menoch. d. consil. 37. nu. 26. tamen libe-  
rum est pactis licitis aliud disponere & depositario  
permittere, & aduertendum, quia tunc non erit pro-  
prie depositum, sed bene habebit privilegia veri de-  
positi vt dicemus infra. Item differunt depositum, &  
commodatum, quia illud gratia accipientis, hoc ve-  
rò gratia deponentis traditur, si verò depositarius  
propter custodiam aliquid accipiat pro opera sua à

deponente, dicitur locatio, l. r. §. si uestimenta, ff. loc.  
non autem depositum, vt dicemus.

DE DIVISIONE  
depositi.

S V M M A R I V M.

- 1 Depositum aliquando fit gratia deponentis, & depositarius non tenetur de leui & leuissima culpa.
- 2 Si depositarius mercedem acceperit pro custodia tenetur de culpa leuissima.
- 3 Depositum aliquando fit gratia depositarii, & tunc tenetur depositarius de leuissima.
- 4 Depositum aliquando fit gratia vtriusque & tenetur de dolo, lata & leui.
- 5 Depositum dupliciter videtur fieri, non tripliciter.
- 6 Depositum aliud est actuale aliud confessatum, hoc est verum & fictum.
- 7 Deposito confessato non censentur competere privilegia veri depositi.
- 8 Confessio non facit depositum quod vere non fuit.
- 9 In deposito actuali seu vero nulla potest obijci exceptio non numerata pecunia.
- 10 Si exceptio in deposito obijciatur de non numerata pecunia, debet obijci infra 30. dies.
- 11 In mutuo ob eius frequentiam potest obijci exceptio infra biennium.
- 12 Depositum alterum est proprie & regulare, alterum improprie & irregulare.
- 13 Dicitur improprie depositum, quia excedit fines depositi.
- 14 Depositum alterum reperitur iuris, alterum facti.
- 15 Qua legitima vsure dicantur.
- 16 Depositum facti alterum est voluntatis, alterum necessitatis.
- 17 In deposito necessitatis non licet potissimum fidem frange-  
re & contra negantem in duplum.

Venio ad quartum ordinem, in quo diui-  
siones, seu distinctiones Depositum  
resident. Primo nanque depositum aliquando fit  
gratia deponentis, quo casu nullo pacto de leui, &  
leuissima culpa tenetur depositarius, cum nulla vti-  
litas eius ad sit: nimirum si solus dolus præstandus,  
l. si vt certo §. nunc videndum ff. cōmo. c. bona fides,  
extra eod. ¶ limita nisi iste depositarius mercedē  
acceperit pro custodia: nam tunc tenetur etiam de  
leui culpa, l. 1. §. si quis seruum, ff. eo. & d. c. bona fides,  
item si fieret conuentio, vt de leui culpa teneretur  
d. l. 1. §. sepe, & dicemus infra. ¶ Secundo, aliquan-  
do depositum factum est gratia depositarii, & tunc  
tenetur depositarius etiam de leuissima, l. si quis nec  
causam, ff. si cer. pet. secundum communem intelle-  
ctum, de quo Iaf. & Dec. & idem procederet si depōsi-  
tarius obtulit se, d. l. 1. §. sepe, & glo. ibi, Dec. in l. con-  
tractus, ff. de reg. iur. ratio est, quia eius occasione  
qui petit contractus videtur celebratus, l. si gratuita,  
§. margaritas, ff. de præscr. ita prædicta omnia com-  
muniter à doctor. intelliguntur, prout attestatur  
Vinius

Vinius in recollec. commu. opi. in ver. depositarius  
& Gabriel. in conclusio. 2. lib. 3. de reb. credi.

- 4 Tertio aliquando depositum factum est occasio-  
ne, & gratia vtriusque, & tunc depositarius de dolo  
lata, & leui culpa tenetur, secundum distinctionem  
d. §. sed videndum & Bar. in l. quod Nerua, ff. depōs.  
Alb. post alios in c. 1. ext. depōs. & est communis  
opinio, de qua asserit supracitat. Vinius in verbo  
depositarius.
- 5 Sed animaduertendum, quia ¶ dupliciter fieri  
vt depositum, non autem tripliciter: etenim quan-  
do depositum fit gratia depositarii non videtur ap-  
pellandum depositum, sed commodatum siue preca-  
rium, vel mutuum, vt declarat Gabri. in d. conclus. 2.  
lib. 3. comm. opi. tit. de rebus creditis. vbi inquit du-  
pliciter fieri depositum, nempe gratia deponentis,  
vel gratia commu. quod placet.
- 6 Alia diuisione, seu distinctione frequenter Do-  
ctores vt videntur in materia ista depositi, nem-  
pe vt aliud sit depositum actuale, seu verum, aliud  
confessatum siue fictum, de quibus meminit Bald.  
consil. 384. vol. 1. & Roland. in consil. 17. vol. 1. & vo-  
lunt ¶ Doctores quod deposito confessato nō cen-  
sentur competere priuilegia, quæ competunt depo-  
sito vero, seu actuali prout Bal. d. consil. & Socin. i. 4.  
vol. 1. Plotus in solemn. repet. l. si quando nu. 43 t.  
C. vnde vi. quamvis Roland. contrarium videatur te-  
nere, quem ego intelligo quando non adesset præ-  
sumptio, nec esset probatum quod esset depositum  
confessatum, sed appareret actuale, & sic saluaretur  
vtraque opinio, scilicet vt opinio Bal. procedat quan-  
do fuisset dictum esse depositum confessatum, puta  
dictum, esset cōfiteor me habere nomine depositi cē-  
tum à Titio: nam tunc illa ¶ confessio non facit  
depositum quod verè factum non fuit, sed præsum-  
ptiuū probat donec contrarium nō probetur, prout  
egregie declarat Decianus Dominus meus, consil.  
33. nu. 69. nu. 1. & maxime si postea per testes appa-  
reat non fuisse numeratum, vel traditum depositum  
& sic effemus in claris, quod nota & memoria te-  
neas. opinio autem Roladi procedit quando nō fuit  
probatum per testes contrarium, quia tunc cōpetūt  
priuilegia, cum simus in dubio; ¶ in deposito autē  
actuali, seu vero, nulla potest obijci exceptio non  
numerata pecuniæ prout declarant Doctores in l.  
si quis, C. depōs. de quo infra, col. fi. sed aduertendū  
quia in his contractibus non potest opponi exce-  
ptio non numerata pecuniæ nisi infra 30. dies vt  
est tex. ibi Bal. in lege, in contractibus, C. de non  
nume. pecu. & glo. Inst. in ver. mittime, de litterarū  
oblig. ibi Silue. in addit. & in l. pecuniæ, C. de solutio.  
Afflictus decisio, 105. nu. 2. secus in mutuo, in quo  
ob eius frequentiam potest opponi exceptio non  
numerata pecuniæ infra biennium prout dicemus  
suo loco & diximus trac. mutui. Alia diuisione videtur  
posse tradi, vt depositum alterum sit proprium si-  
ue regulare, prout quando datur, vt idem restitua-  
tur. Alterum improprium siue irregulare quando  
vt reddatur tantundem, l. dies, supracit. l. Lucius, ff.  
depōs. Ripa & Doc. in l. 2. nu. 5. ff. si cer. pet. & decla-  
rat Cephal. consil. 10. num. 3. vol. 1. & dicitur improprie  
13 depositum, quia excedit fines depositi, vt superius

diximus, & declarant Doc præcipue Romanus in d.  
l. 2. nu. 13. ff. si cer. pe. & hæc diuisione videtur tradita à  
Iurecōsulto, quauis subofcure in l. in naue Saupheli.  
ff. loca. ibi idem iuris esse in depositis, scilicet, vt duo  
sint genera prout locationum; & an priuilegia pro-  
prij depositi habeant locum in improprio siue mi-  
sto, vt quod sic vide Mod. Gal. trac. de vsur. nu. 637.  
14 Alia diuisione erit quod reperitur alterum depositum  
iuris, alterum facti. Depositum iuris dicitur quoties  
ego pecuniam creditori debeo eamq; offero, & acci-  
pere non vult, quia debitor est seruus feneratoris,  
vt inquit glo. fil. 3. C. de nona & in l. fideicommis-  
sa, §. si rem, ff. de leg. 3. in hoc enim casu possumus  
pecuniam ex dispositione iuris apud eam sacram,  
vel apud iudicem deponere, & consignare, eum que  
monere, vt accipiat, quo facto si pereat pecunia libi  
perit, nec interim vsuræ debite currunt, vt videtur  
declarare Menoch. trac. de Arbitra. iudi. casu 23 2. &  
hoc est depositum iuris, de quo loquitur rex. in lac  
15 ceptam. C. de vsur. ¶ quæ autem legitime vsurę  
sint & que non, declarat tex. & Doc. in l. 1. C. de sum-  
ma trin. & si. ca. & nos sua columna in 3. par. Amphi.  
16 in 3. ordine col. 2. 2. ¶ Depositum verò facti dupli-  
citer videtur subdividui, nempe vt alterum sit vo-  
luntatis, alterum necessitatis, voluntatis est quod ex  
voluntate nulla media necessitate existente apud ali-  
quem deponitur custodia causa, & hoc, vt dixi custo-  
diæ causa regulariter deponitur Interdum deponi-  
tur ratione litis, vel controuersie, vt fit cum apud se-  
questrum res deponitur imminente necessitate in-  
cendij tumultus ruine & naufragij, ideo necessariū  
dicimus, quia deponens personam non eligit, sed  
apud inuentum deponit, in quo potissimum fidem  
frangere non licet, ideo contra hoc depositum nec  
17 gantem, dummodo non sit hæres, in duplum actio  
competit, §. rei persequende, & §. in duplum, Instit.  
de action. l. prima, §. prætor ait. ff. depōs. ibi scri-  
bentes.

DE PERSONIS QVAE  
possunt deponere, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes deponere possunt, nec refert an sint filij sui, an pa-  
tres sui.
- 2 Seruus deponere potest.
- 3 Potest deponi per pradam, & habet actionem pro  
deposita.
- 4 Potest deponi apud quemcumque etiam seruum.
- 5 Apud filium suum deponi potest & pupillum, & tenentur  
quatenus locupletiores facti sunt.
- 6 Potest deponi apud ecclesiam secundum canonistas & de-  
bet restituere.
- 7 Potest deponi apud unum vel apud plures.
- 8 Si depositum apud Titium & Titius apud Manium, an pote-  
ro repetere à Manio.
- 9 Depositum potest repeti ante tempus.
- 10 Procurator potest deponere an possit illi restituere.

Venio

Venio

ad primam columnam vltimi ordinis, pro cuius declaratione dic quod omnes deponere possunt, nec refert an sint filij...

DE REBUS QVAE deponi possunt, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Res qua deponuntur, debent esse mobiles. 2 In re propria non consistit depositum, nec locatio, nec precarium.

- 3 In re aliena consistit depositum & oritur actio depositi. 4 Possunt deponi res tam in specie consistentes quam in genere. 5 Si deponantur res ad pondus numerum & mensuram, censetur fuisse datam licentiam vtendi eis.

Capio

secundam columnam eiusdem ordinis, pro cuius declaratione dic quod res, quae deponuntur debent esse mobiles & se mouentes, intelligi de deposito, non autem de seque-

DE SVBSTANTIAL seu essentiali & formalibus depositi, vel quomodo contrahatur depositi.

S V M M A R I V M.

- 1 Res est de substantia seu essentia contractus depositi. 2 Item de forma seu substantia est consensus. 3 Nullus est contractus qui in se consensum non habeat. 4 Quatuor videntur esse de substantia seu essentia depositi. 5 Requiritur in deposito, vt illud quod datur detur ad custodiendum. 6 Requiritur in deposito, vt res que datur, sit mobilis. 7 Immobilia non dicuntur deponi. 8 De substantia est in deposito, vt eadem res deposita reddatur. 9 Intellectus ad l. dies sponsaliorum, & l. Publia, & l. Lucius, ff. de pos. 10 Privilegia veri depositi videntur fuisse extensa ad impro- pria deposita per Iureconsultum in l. dies, & l. Publia, & l. Lucius. 11 Quare Iureconsulti dederint actionem depositi in l. Lucius & l. dies.

In depo-

- 12 In deposito proprio non trasfertur dominium. 13 Depositum debet fieri gratis. 14 Contractus depositi per que verba fiat & qua in eo sint obseruanda. 15 Depositum fit tradita re ad custodiam expresse. 16 In deposito aliquando adhibetur scriptura & quomodo. 17 Ad hoc vt sit pecunia deposita debet readi eadem pecunia proprie intelligendo. 18 Pecunia tradatur ob signata, vel legata ad hoc ne dominium transferetur. 19 Privilegia proprii depositi videntur habere locum in improprio deposito. 20 Quae sint obseruanda quando deponitur pecunia a debito re, vt ab usura liberetur.

Capio

tertiam columnam vltimi ordinis de substantialibus depositi, & primo dicendum, esse de substantia rem in hoc contractu depositi, etiam ad essentiam contractus depositi requiritur res, cum ipsa re contrahatur obligatio depositi, vt inquit tex. in §. item in Inst. qui mo-

& si tu oppugnando dices quod in l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, fuit data pecunia non ob signata, vt tantundem redderetur, & in vsus proprios conuerteretur illa pecunia, & tamen dicitur ibi qd iudicio depositi condemnandus est, & idem dicitur in l. Publia, §. Lucius Titius, in fine ibi, usura quog; actione depositi peti possunt, & respondetur ex mente Doctoru quod ibi improprie appellatur depositum, vt declarat Salic. in d. l. Lucius, diximus nos in ordi diuisi. nu. 12. & animaduertendum in hoc quod quamuis non videatur esse depositum in illis legibus, nisi improprie, tamen & iureconsulti videtur statuisse, vt privilegia veri depositi habeant locum in improprio deposito, prout declarat Moder. Galli in tractatu de vsur. nu. 637. diximus etiam supra perius in ordine diuisi. nu. 12. & possit etiam dici vt Iureconsulti in d. l. Lucius & l. die, idgo dederint actionem depositi habito respectu ad mentem contrahentium a principio, quod attenditur, vt diximus in mutuo, vel dic quod quando fit depositum, vt tantundem reddatur remanet depositum tantum ad hoc, vt post mortem veniat usura, potest tamen dici pecunia illa quasi mutua, vt declarat Pari. cons. 131. nu. 17. vol. 4. Et successiue notandum est ex supra dictis quod cum in deposito intelligendo de proprio, debeat reddi eadem res deposita, non trasfertur dominium neque possessio. l. licet, vlt. rei depositae. ff. de pos. d. cemus infra col. sequenti. Quarto videtur esse de substantia seu forma depositi, vt detur gratis, & absque mercede illud qd datur in depositum, ideo inquit Iureconsul. Vlpian. in l. 1. §. si vestimenta, ff. de pos. quod depositum dicitur cum nulla merces pro custodia datur, nam si merces intercedat, dicitur locatio & oritur actio ex conducto, vt ibi per Paulum de Castro & alios. 14 Quomodo autem iste contractus depositi fiat, & qua in eo sint obseruanda, dic quod sit, per verba depono, vel serua mihi hanc rem, vel commodo tibi talem rem, vt declarat Paul. de Cast. in l. 1. num. 4. ff. de pos. tex. in l. Lucius, la j. ff. cod. ibi Sal. & Cast. & 15 Bar. & depositum, vt dixi superius, fit tradita re expresse ad custodiam ad hoc, vt teneatur depositarius si res deposita furata sit, de quo in sequen. col. & si res traderetur ad perferendum alio, non esset depositum, sed mandatum, l. 1. §. si te rogauero. ff. de pos. & aliquando etiam adhibetur scriptura in rebus deponendis, sed quia private scriptura seu litterae non habent fidem probationis nisi tres testes fide digni se subscripserint, Auth. de fide instrum. §. r. nos diximus tract. mutui. col. 3. vlti. ordi. itaque adhibendi sunt etiam testes. & etiam aduerte quod ad hoc, vt fiat depositum in pecunia, & dicatur pecunia deposita, oportet quod sit actum, vt diximus, quod eadem corpora reddantur, & oportet quod non sit deposita, pecunia ad pondus vel ad mensuram, vel ad numerum, quia per hoc censeretur dare licentiam depositario vt vtatur ea pecunia, & tantundem restituat in genere suo, & erit depositum improprie vt diximus simile mutuo, de quo supra pluries, vide glo. in l. die sponsaliorum, ibi Salic. ff. de pos. Bal. 18 cons. 252. lib. 1. & tradatur ergo semper pecunia ob signata.



obsignata, vel legata, ad hoc ut dominium non transferatur & sit proprie depositum, & habeant locum privilegia depositi, & quamvis in hoc dici possit, ut habeant locum privilegia depositi proprii etiam in deposito improprio, ut diximus superius, & vide quae dicimus infra in tracta. locatio in 2. colum. ultri ordi. ubi disposita in locacione propria habent locum in impropria, sed secus & aliter esset dicendum in ficto, & non vero deposito, id est in deposito non tradito nec numerato, de quo diximus superius in ordi. distilio. nu. 7.

20 Quae autem sint observanda cum deponitur pecunia a debitore ut ab usura liberetur, declarat Doc. in l. acceptam C. de usur. Menoch. tract. de Arbitra. in di. casu. 231. qui refert novem requiri. Primo, ut sit in loco congruo. Secundo, tempore idoneo. Tertio parte citata. Quarto, pecunia vere & realiter numerata. Quinto pure & libere, hoc est sine aliqua reservatione & inuolutione. Sexto ut sit pecunia numerata, nec sufficiunt alia bona. Septimo sint pecuniae quae eo tempore currere solent. Octavo deponi non debent pecuniae, quae statim reprobantur. Nono ut integra summa deponatur.

DE NATURALIBVS Depositi.

S Y M M A R I V M.

- 1 Statim deposita re depositarius potest conveniri ad illius restitutionem.
- 2 Fructus partus, & omnis causa rei depositae, debent restitui.
- 3 Periculum rei depositae ad deponentem spectare non autem ad depositarium.
- 4 Si res deposita pereat post moram, periculum spectat ad depositarium.
- 5 Idem esset si depositarius fuisset in dolo.
- 6 Ex natura depositi est ut in eo veniat dolo & lata culpa depositarii.
- 7 Pupillus tenetur si dolum commisit in deposito & praestatur doli praeteritus & futurus. 8.
- 9 Dolus verificatur non solum in dolo apparente, sed in praescripto.
- 10 Dolo facere videtur depositarius si non vult reddere depositum.
- 11 Depositarius tenetur de dolo suo, & de dolo tertij causa sua.
- 12 Dolus semel commissus in vendendo rem depositam, non purgato redimendo eam.
- 13 Dicitur esse in dolo depositarius etiam quando reddit rem deterioratam.
- 14 In actione depositi poterit iurari in litem per deponentem contra depositum.
- 15 Dicitur esse in dolo depositarius, si negat depositum, & conuincatur.
- 16 Depositarius vendens rem depositam tenetur poena furti.
- 17 Iurari poterit in litem etiam in rebus depositis cauponi nautae & similibus.
- 18 Bartolus tenet contrarium & non possit iurari in litem in

- his casibus.
- 19 Saluatio Bar. & saluatio Doctor. contra Bar. tenentium.
- 20 Poterit iurari in litem quando depositarius utitur rebus depositis in spec. e.
- 21 Accessoria ad depositum an dicantur deposita & anteneantur depositarius.
- 22 Depositum praesertur omnibus alijs, cum sit privilegiatus contractus.
- 23 Depositum debet reddi maiori parti si a pluribus petatur.
- 24 Depositum debet reddi tanquam depositum, non tanquam sua res propria.
- 25 Deposita re communi unicuique dominorum competit actio depositi.
- 26 Depositum debet reddi in loco ubi datum est.
- 27 Expensa facte in deposito computantur.
- 28 Vltra priuata scriptura debentur.
- 29 Dos non potest constitui ex causa depositi.
- 30 Depositum est periculum depositarii quando se obrulit ad accipiendum.
- 31 In deposito non potest obijci compensatio cum debeat restitui absque mora.

**Capio** quartam columnam, quae est inscripta De naturalibus depositi, & naturalia sunt accipienda hic pro his, quae ex natura contractus tacite veniunt, & a lege sunt inducta iux. glo. magistratam in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emptio. Zaf. c. 1. 2. sior. singula. intel. & nos de clarauimus supra col. contractus, articu. 4. & alijs in locis dicemus.

- 1 Et primo ex natura contractus depositi esse videtur, ut re deposita, statim depositarius possit conveniri ad illius rei restitutionem, nisi causa de nouo emergat. l. 1. §. est autem. ibi Bar. & alij. ff. de positi. 2 ubi etiam videtur ut ex natura depositi sit, ut debeant fructus rei depositae, partus, & omnis causa, restitui.
- 3 Secundo ex natura depositi est, ut periculum ad deponentem, non autem ad depositarium spectet, & si perit res deposita ob negligentiam depositarii perit deponenti, quia sibi debet imputare, eam parum diligentem custodem repererit, ut inquit tex. in §. praeterea. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. quod Nerua. ff. de positi. ibi Bar. optime. l. si plures. ff. eod. ibi Castr. vide. Fallit nisi res deposita pereat post moram, quia post litem contestatam periculum rei depositae pertinet ad depositarium. tex. in l. si in Asia. §. si. ff. de positi. ibi, periculo eius est apud quem depositum fuerit si iudicij accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit, ibi vide Castr. vide Bar. in l. quod te. ff. si cer. pet. nu. 10. & declara hanc fallentiam secundum distinctionem glof. approbatam & magistratam in l. item verberat um. §. si. cum sequenti. leg. ff. de rei vend. in ver. moram. Limitari potest etiam suprad. regula, nisi depositarius fuisset in dolo, nam tunc depositarius teneretur. §. praeterea. Inst. quibus mod. re contrah. oblig. ibi ex solo dolo. d. §. si. ff. de rei vend.
- 4 Et successiue notandum est quod ex natura depositi est, ut in eo veniat dolo, & lata culpa, quae aequiparatur dolo. l. quod Nerua. ff. de positi. l. 1. §. si vestimenta, ibi Castr. ff. eod. quod adeo verum est, ut in pupillo

- 7 in pupillo etiam habeat locum, nam si apud pupillum depositum sit sine tutoris autoritate poterit agi, si doli capax, dolum commisit, & quatenus loci
- 8 prior factus est tenetur: quoniam non solum dolo praeteritus, sed futurus praestatur, id est post litem contestatam. d. l. 1. §. si apud. ver. non tantum. ff. eod.
- 9 & dolus verificatur non solum in dolo apparente, sed in praesumpto, tex. est in l. si hominem, ibi Bar. ff. eod. & de dolo adhibito circa depositam rem non solum tenentur depositarii ipsi, sed haeredes eorum etiam, & tenentur in solidum ad restitutionem, & si dolum commiserint plures, ex dolo omnes tenentur, alias ille, qui commisit dolum tenetur ex facto proprio, si autem ex facto defuncti pro haereditaria portione. d. l. si hominem. §. 2. ibi gl. & Caltren. l. in depositi, ibi Bar. ff. eod. vide. l. si duo. ibi Bar. Caltre.
- 10 qui ibi distinguit. ff. eod. Dolo autem facere videtur depositarius si non vult reddere depositum, cum cognoscat & intelligat bene posse reddere, nepe quoniam verus procurator, & verus haeres petunt rem depositam, & ostendunt & faciunt veram fidem ipsos esse haeredes, seu procuratores, tex. in l. si quis in ficiatus ibi Bar. & alij. ff. eod. de positi. & nota quod ex natura depositi est, ut depositarius non tantum teneatur de dolo suo, verum etiam de dolo tertij si apud alium rem deposuit. l. si apud quem. ff. eod. & adeo odiosus est legi dolo in hoc contractu depositi, ut dolo semel commissus in vendendo rem depositam non purgetur redimendo eam. l. 1. §. si rem. ff. de positi. & ob odium non potest per pactum remitti dolo. l. 1. §. illud ff. de positi. dicemus nos infra col. seq.
- 11 Dicitur esse in dolo malo depositarius, vel custos non solum si non reddit rem depositam, sed etiam si reddat deterioratam: quia ubi res redditur facta deterior videtur dolo malo non reddita nisi depositarius vel custos probauerit absque eius dolo malo rem ipsam effectam fuisse deteriorem. l. 1. §. si res deposita deterior. ff. de positi. Plot. in l. si quando. C. vnde vi, nu. 395. Paris. consi. 74. nu. 1. vol. 1.
- 12 Etiam successiue videtur notandum, quod ex natura depositi est, ut in depositi. actionem iurari possit in litem per deponentem contra depositarium aut custodem, qui fuit delinquens aut in dolo, vel perfidus, tex. in l. 1. §. si depositi quoque actione & l. apud quem. ff. de positi. l. in actionibus, col. pen. verbi. secundus casus. ff. de in litem iuran. quem refert so. Plot. in solemnibus repet. l. si quando. C. vnde vi, nu. 390. ubi plurimos cumulat casus in materia depositi quando possit iurari in litem, nempe quando depositarius negauit depositum apud se fuisse factum si conuincatur de mendacio per probationes dicitur in dolo malo fuisse & contra eum poterit iurari in litem d. l. si quis inficiatus, ibi Doc. ff. de positi. l. 1. §. in depositi, & lapud quem. ff. de positi. limita quando depositarius negauit depositum non contra ipsum deponentem, sed contra alium tanquam eius procuratorem, vel haerodem agentem nec probantem se esse haerodem nec procuratorem, quia tunc non diceretur depositarius in dolo. Doc. d. l. si quis inficiatus Alex. & Doc. in l. de pupillo. §. procuratorio. ff. de noui. ope. nunciatio.
- 13 Itē si depositarius, vel custos vendiderit, vel alie-

nauerit re deposita esse in dolo malo & tenet poena furti, & poterit iurari in litem contra ipsum. d. l. 1. §. si rem depositam. ubi procedit et quod res sit redempta, ut sup. diximus ibi gl. Bar. ff. de positi. l. si quoniam, nu. 395. & nu. 398. ubi tantum extendit. d. l. in litem, ut procedat et in reb. depositis, seu consignatis hospiti cauponi nautae, seu mulioni clausis, & sigillatis, namque si valisia, seu sarcinula, & depositae illae res ob signatae reddantur distigillatae iurari potest in litem et quod non constaret nauam cauponis & stabularium aperuisse, vel distigillasse valisia, & sarcinulas, seu caspas, & dicuntur conueniri ex eorum proprio dolo, & attestantur de eorum Doc. l. 1. §. si in ff. de furtis aduer. nau. caup. stab. Cag. attestatur. l. C. de sent. §. pro eo quod ibi nu. 130 Paris. c. l. 74. vol. 1. Cur. & Doc. oes in l. in actionibus ff. de in litem iur. & suprad. loco.

18 Plo. ubi plures refert. Bar. aut in d. l. 1. ff. de fur. ad. nau. caup. stab. num. 3. tenet contrarium, quod imo quando valisia, seu alie res redduntur distigillatae a cauponis non possit iurari in litem per deponentem, & quod non stetur eius iuratio, quia l. si quoniam C. vnde vi, & et l. tempus in hoc interdico. ff. quod vi. loquuntur in eo, qui dolo commisit, at in casu cauponis proposito a Bartolo non constat verum ipse caupo fuerit an alius, & sic non constat an conueniatur ex facto suo, vel ex quasi maleficio ex facto alterius, ut per Bar. ibi. ergo non poterit iurari in litem cum non sit in dolo, qui dolo est vnum de duobus requisitis ad delationem iuramenti in litem. ut per Cur. iud. in actionibus sub nu. 38.

Tamen ego crederem, & Bar. & Doc. recte loquuntur, & sic esse intelligendos, & saluabitur Bart. nepe, ut opi. Bar. procedat quoniam non fuit valisia consignata cauponi in manibus proprijs ipsius cauponis, seu nautae, verum esset reposita in camera, seu loco, in quo erat solitum alias res deponi. vel quando valisia deposita transiisset per plures manus antequam fuisset reposita per cauponem, quod videtur probari ex verbis ipsiusmet Bartoli. ibi sed hic non constat verum ipse caupo fecerit an alius &c. Opinio autem Doctorum procedat, quando scilicet fuit consignata valisia, seu sarcinula in manibus ipsius cauponis, seu nautae, quia tunc ob dolum necessario presumptum iuratur in litem, nisi probaretur contrarium per cauponem ex mente curtij suboscure, nu. 39. in fi.

Quare dic secundo, quod opinio Doctorum procederet quoniam culpa, & dolus praesumptiue posset solui attribui cauponi, opi. Bar. procedat, quoniam posset alteri attribui dolo, & culpa praesumptiue, & quod haec fuerit mens Bar. vide. l. 1. §. si cista. ff. de positi. ubi inquit, quod aut cista deposita non restituitur signata dolo depositarii, & tunc res, quae in ea erant, probabitur per ipsum. §. si. C. vnde vi aut non restituitur signata ob aliquam culpam, vel causam, & tunc debet probari plene, vide ergo quod Bar. facit vim, an possit attribui aliqua culpa, vel causa & verè opinio Bar. est fundata aequitate, & maxime quando caupo esset bonae famae, & conditionis argumen. cor. quae Blancus. l. si de quaestio. nu. 414.

Vel dic tertio, quod Bar. non negat quin forte in defectum possit iurari in litem, sed quod prius datur consilium a lege quod iudex debeat tormentare familiares domus, & alios, qui erant in domo, & pro-

cedere super hoc summam, sed cum causa cognitione, ut ibi per Bar. in l. 1. §. fin. in fi. ff. fur. aduer. nau. sed in euentum in quem non appareat aliqua coniectura probabilis contra alios, tunc possit etiā iurari in lite. n. contra cautionem, & ita credo posse responderi Ploto, & Doctoribus supracitatis saluando nostrum Br. quamuis ipse Plot. recte loquatur in limitationibus a nu. 400. vsque ad nu. 418. & vide Bar. in l. in actionibus, nu. 23. ff. de in lit. iuran. ubi se concordat cum opin. commu. quando solum culpa potest attribui depositario, quia illi personali ter fuit factū depositū & vide Paris. consil. 74. vol. 1.

20. Item iurari poterit in litem per deponentem quādo depositarius vteretur rebus depositis in specie consistentibus, nempe in grano, vino, oleo, vestib. equis, bobus, anulis, torque, gemmis, & alijs rebus, quia tunc dicitur esse etiam in dolo malo ac teneretur depositarius pena furti. l. 3. C. de positi. Doct. in l. si sacculum. ff. de positi. l. qui furtum. ff. de cond. furt. Plot. d. l. si quando, nu. 416. ubi idem tenet quando depositarius vteretur paciter pecunia apud eum deposita in sacculo, seu crumena, vel alijs casib. signatis, namque diceretur committere furtum, & teneretur pena furti. l. die sponsionum §. 1. l. Lucius, ubi Salice. Cist. & alij. ff. de positi. tex. in d. l. si sacculum. ff. de positi. & sic in hoc etiam casu poterit iurari in litem per deponentem, non quidem super interesse affectionis, cum non possit dari affectio considerabilis habendi pecuniam, seu nummos præciosos eiusdem corporis arg. l. nummis ff. de in litem iuran. sed iurabitur in litem veritatis super interesse intrinsecum nummorum, nempe respectu bonitatis intrinsecæ auri, vel argenti, ac ligæ ponderis characteris, quod est considerabile, & debetur ubi variatur ipsum interesse intrinsecum per depositarium eis vicem, & secundum Alb. Bru. trac. de monetis in 1. par. nu. 1. & 2. & in par. 9. procedit in omnibus contractibus, legib. testamentis, & statutis, & idem esset dicendum super interesse extrinsecum respectu nummorum. s. re spectu valoris, & cursus mutati, Bru. d. trac. in 3. par. nu. 1. 2. & 3. nam in odium depositarij, qui vsus est nummis, attenditur tempus quo magis nummi valuerunt post ipsum dolum, quamuis sufficiat regula riter, quod soluaturs secundum cursum temporis solutionis, Cur. iun. conf. 24. Plo. d. l. si quando, nu. 417. cum seq. ubi pl. ne materia ista iuramenti in litem in contractu depositi habetur.

21. Item ex natura depositi est, vt accessoria ad depositum non dicantur deposita, bene verum est, quod sicut pro re deposita competit actio, ita pro rebus, quæ deposito accedunt. Bal. per tex. in l. 1. §. quæ ff. eod. de po. ideo ibi inquit glo. & Salic. quod depositarius debet habere custodiam de accessorijs, sicut de principalibus.

22. Ex natura depositi est, vt res deposita præferatur omnibus alijs creditis, cum sit depositum privilegium inter omnes contractus, dummodo. pro deposito non præstentur vsuræ. l. si hominem, gl. si. ibi, Castren. ff. eod. de positi.

23. Ex natura depositi est, vt si duæ sunt partes, quæ partes petunt depositum, debeat reddi depositum maiori parti, vt inquit tex. in l. si plures. ff. de positi. &

intellige præstira cautione, vt ibi Cast. declarat.

24. Ex natura depositi est, vt reddatur tāquam depositum non tanquam de suo soluens ad hoc, vt libere tur ab ipso deposito. l. 1. §. diligenter. ff. de positi.

25. Ex natura depositi est, vt in re communi deposita vnicuique dominorum in partem competat depositi actio, & sic deposito factio per seruū communem vnicuique acquiretur actio dominorum. l. 1. §. non solum, ff. de positi.

26. Ex natura depositi est, vt debeat reddi in loco ubi datum est aliter expensis petentis petatur. l. si in Asia. §. si depositum, ibi Cast. ff. de positi.

27. Ex natura depositi est, vt detur computatio expensarum. l. actione, ibi Castren. ff. eod. de po.

28. Ex natura depositi est, vt vsuræ in deposito priuata scriptura debeantur. ideo, qui promittit prouidentiam pecuniæ depositæ tenetur ad vsuras, si eas perceperit, vel in suos vsus conuerterit, tex. in l. Quintus, ibi Bar. ff. eod. de positi.

29. Ex natura depositi est, vt ex causa depositi dos non possit constitui. l. Lucius, la. ij. ff. de positi.

30. Ex natura depositi est, vt si tu obtulisti te ad accipiendum depositum sit tuo periculo, & idem si fiat pactum, cum pactum contra naturalia possit fieri in contractibus, vide l. 1. §. sæpe, ibi Bar. ff. eod. de positi.

31. Ex natura depositi est, vt in eo non possit obici compensatio, quia depositum debet restitui absque vlla exceptione, & cunctatione, text. est in l. si quis. C. de positi. & auth. sed iam. C. eod. ubi ob privilegium depositi statutum videtur, vt nulla tertia persona veniens ex transuerso possit extra iudicium prohibere per viam prætextus, vel aliter prohibere ne reddatur depositum vel ne iniquius reddat. pensionem domino, vel ne præbenda, vel salarium præstetur ei cui debetur, de quibus videbimus infra suis locis, vide etiam tex. in c. 2. §. si. ext. eo. de positi.

TRACTATUS DE Accidentalibus depositi.

- S V M M A R I V M.
1. Pactum ut dominium rei depositæ transeat in depositarium fieri non potest.
  2. Pactum in deposito ne quis teneatur de dolo apponi prohibetur.
  3. Pactum potest fieri a depositario, vt periculum spectet ad ipsum depositarium.
  4. Potest fieri pactum & conuentio in deposito, vt res deposita restituantur in tali loco.
  5. Potest fieri pactum, & conuentio, vt reddatur depositum post mortem depositarij.
  6. Pactum de vsuris in deposito quando possit fieri.
  7. In deposito proprio ob signato non potest fieri pactum de vsuris.
  8. Post moram in deposito vsuræ semper debentur.
  9. Quando depositarius rem amittit, poterit vocari accidentales, & quando teneatur.

Venio ad quintam columnam quæ est inscripta de Accidentalibus Depositi, & aduertas, quod accidentalia accipienda erunt pro

pro his, quæ esse, & abesse possunt præter subiecti corruptionem puta pacta, quæ apponuntur in contractu Depositi, & quia quædam pacta apponi possunt, quædam prohibita esse videntur, videamus breuiter de non nullis. 1. & primo pactum, vt dominium rei depositæ transeat in depositarium fieri non potest. l. Lucius, cum sequenti ff. de po. Zafi. cap. 12.

2. suorum intellect. & pariter pactum in deposito contractu ne quis teneatur de dolo apponi prohibitum esse videtur & non valet, tex. est in l. 1. §. illud. ff. de positi. ratio est, quia est contra bonam fidem & bonos mores, & ideo prohibetur apponi non solum in hoc contractu Depositi, sed in quolibet contractu, & non est ratio ex eo, quia venit huiusmodi pactum præter naturam, vt præsupponit Castren. l. prima. §. si conueniat. ff. de positi sed eo, quia vt dixi est contra bonos mores, & bonam fidem, & hanc rationem videtur reddere ipsemet Iureconsul.

3. Potest tamen fieri pactum a depositario, vt periculum spectet ad ipsum, d. l. 1. §. sæpe, ibi Castren. ff. eod. de po.

4. Item potest fieri pactum & conuentio in deposito & sequestro, vt res deposita restituantur in loco tali, & possunt apponi plura loca, & tunc erit electio deponentis eligere vnum de illis locis conuentis: at si nulla fuerit facta conuentio de loco debet fieri denuntiatio depositario, vt exhibeat coram iudice, tex. est in l. ci apud quem, §. in sequestro. ff. de positi. ibi que Cast. vide. l. si in Asia. ff. eod. de positi. ubi si in Asia depositum aliquid fuerit, vt Romæ reddatur videtur actum expensis deponentis, non autem de positarij, nisi aliter sit actum, vide Bar. ibi.

5. Item potest fieri conuentio in deposito, vt reddatur post mortem depositarij, & potest mutare voluntatem deponens & repetere quando vult etiam ante mortem. tex. in l. 1. §. si sic deposuero. ff. de positi. ibi Bar.

6. Item poterit fieri pactum in deposito de vsuris præstandis, de quibus in l. Lucius la. in fi. ibi Bart. & Cast. ff. eod. de positi. vide tex. in l. Publica §. Lucius Titius, ibi Castren. qui colligit, quod in contractibus bonæ fidei ex pacto nudo debentur vsuræ, & idem videtur in stricti iuris. ff. eod. de positi. & animaduerte, quod in illis legibus Papinianus Iureconsul. loquitur semper de deposito improprio: nempe quando fuit depositum ad numerum, vel ad pondus vt tantundem redderetur, tunc enim cum excedantur fines & termini depositi, dicitur depositum improprie, vt diximus supra pluries: & in hoc deposito improprio potest fieri pactum de vsuris præstandis, quia depositarius vtitur pecunia deposita, secus esset in deposito proprio ob signato clauso que dato, cum depositarius non possit vti illo, & si fieret pactum esset contra substantiam, vel naturam depositi, vt inquit tex. in d. l. Lucius, & ibi capitur natura pro substantia, vt etiam ponit Vlpia. in l. iurifigenti. §. item responsum scio. ff. de pac. glo. ibi in verbo naturam, id est substantiam, & declarat gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrah. emptio. & esset etiam contra equitatem quando non vteretur re deposita soluere vsuras, cum contractus depositi fiat gratia deponentis vt diximus supra in ordi. diuisi.

Post moram autem vsuræ in deposito semper debentur tam in deposito proprio, quam in improprio, quando non esset actum expresse de vsuris. d. l. Lucius l. dies. §. qui pecuniam, cum sequenti ibi Cast. Bar. & alij. ff. eod. vide omnino tex. in l. si hominem, §. si. ubi in illis verbis, dummodo eorum, qui postea vsuras acceperunt ratio non habeatur quasi renunciauerint deposito, ubi expresse videtur decidi quod si vsuræ accipiuntur pro re deposita censetur renunciatum privilegio, & fauori depositi.

Item accidentale vocari poterit quando depositarius rem amittit, nam tunc non tenetur depositarius si sine dolo, & lata culpa delij habere facultatem rei restituendæ, sed si recuperat incipit teneri. l. si sine ff. de positi. & intellige esse accidentale quando res non perit, & sic actio depositi non extinguitur, cum possit rem deperditam, seu occultam reperire prout declarat Castren. d. l. namque si res periret & annihilaretur ad eod. vt non esset amplius spes retrahendi, & recipiendi illud idem, extingueretur actio depositi, qua tenebatur depositarius, dummodo non perierit sua culpa, vt diximus infra colu. finali, & sic esset tunc resolutio & annullatio contractus depositi, vt infra.

TRACTATUS DE Deposito, quæ actio oriatur ex deposito.

- S V M M A R I V M.
1. Ex contractu depositi duplex oritur actio, directa & contraria.
  2. Si depositum reddatur deterioratum tenetur depositarius ac si non fuisset redditum.
  3. Actio depositi directa datur ratione doli, vel latæ culpæ.
  4. Si contractus fiat gratia dantis de dolo solum, & lata culpa tenetur recipiens, si fiat gratia recipientis de leuissima etiam tenetur, si fiat communi gratia de dolo lata culpa.
  5. Contraria actio depositi datur depositario nec in eatura tur in litem.
  6. Contraria actio depositi bonæ fidei est & in ea veniunt vsuræ.
  7. Actio directa depositi est famosa, sed non contraria.
  8. Dissinitio facti est contractatio rei alienæ.
  9. Actio depositi est prætoria, immo civilis aliquando, excipit quatuor casibus.

Venio ad sextam columnam, quæ est inscripta De actio. Depo. pro cuius declaratione sciendum duplicem oriri actionem ex hoc contractu, nempe Directam, & Contrariam Directa datur deponenti contra depositarium & eius heredem. l. in depositi, & l. quod tumultus. ff. de positi. & datur hæc actio ad rem in simplum consequendam, si non deterior, nã si depositum reddatur deterioratum tenetur ac si non fuisset redditum, vt inquit tex. in l. prima, §. si res. ff. de positi. quod intellige si dolo deterioratum sit, vel etiam culpa quando de culpa tenebatur: quia tunc tenetur restituere, vel totam æstimationem

si deterioratio talis est, quod inutile factum est deponenti, aut si non saltem quanto deterius, argum. eorum, quæ notantur in l. 1. in princ. ff. de edil. edic. vide l. 1. ff. si certum petatur daturque hæc actio & ad accessoria d. l. 1. §. si res deposita, & §. que deponit, ubi glo. ff. de pos. limitando in necessario deposito, scilicet incendij ruine & naufragij, in quo ad duplum agitur.

3 Item datur ratio doli, vel latae culpæ commissæ etiam si ipse dolus purgatus esset redemptione ipsius rei l. 1. §. si rem. ff. de pos. leui autem, vel leuissima culpa non tenetur regulariter, nisi conuentio fiat. minus de casu fortuito, nisi dolus, vel culpa lata casum præcesserit: conuentio tamen nedolo teneatur, quia est inuitatoria ad dolum non valet. §. præterea Institut. quibus modis re contrah. obliga. in lege prima. §. si conueniat, & §. illud. ff. cod. de po. & l. conuenire. ff. de pact. dota. quare concludendo facias istam regulam, & doctrinam, de qua etiam supra in diuisione depositi diximus, quod si contractus dantis tantum gratia celebretur de dolo tantum & culpa lata accipiens tenetur, si contractus fiat gratia accipientis tantum etiam de leuissima tenetur: si vero gratia communi, tunc de dolo lata culpa & leui tenetur, si ut certo. §. nunc videndum. ff. commod. & ibi Docto. casum fortuitum nullus præstat nisi (ut superius dixi) casum culpa præcesserit, vel conuenierit. Contraria autem actio depositario datur, in qua in litem non iuratur ad differentiam præcedentis, & per depositarium consequitur indemnitatem in deposito, veluti si pro re custodienda impensam fecisset, l. ei apud quem. ff. de pos. non enim depositarij, sed deponentis impensis res custo. diri debet, ne ex proprio officio quis damnum consequatur. l. si in Alia, in princ. ff. de po. l. sed & si quis ex signatoribus. ff. quemadmo. testa. apert. & nota quod hæc actio est vna de quinque, quæ florum iure suo nomine filio competeat, de quibus in l. filiul. famul. & in l. in factum. ff. de actio. & obliga. & in l. Iulianus. ff. cod.

6 Item bonæ fidei est. l. 1. C. de pos. & §. actionum Institutio. de actio. ideo dicebat Ioan. Andr. in additio. ad Specul. titu. de pos. in vers. diuersa. quod in hac actione veniunt vsuræ ex mora, scilicet à die interpellationis per l. 2. ff. cod. immo etiam fructus, & accessiones veniunt. d. l. 1.

7 Item famosa est hæc actio, intellige de directa non de contraria, quæ non est famosa. l. qui depositum non restituit suo nomine conuenti cum infamie periculo virgeatur. C. de pos. & ratio est, quia ille, qui recusat depositum restituere, furtum videtur facere & committere, quippe qui spoliat dominum possessione rei depositæ. l. si quis, rem. ff. de ac. quiren. posses. quod intellige, ut sit proprie depositum, ad hoc ut dicatur furtum committi, & ad hoc, ut fideus possit agere, secus si esset dominium traslatum, tunc saperet naturam mutui, & esset depositum improprie, nec diceretur committi furtum, quoniam non conueniat definitio furti, quæ est correctio rei alienæ: at si dominium est traslatum non dicitur amplius res aliena, sed sua: aliud enim est alterius rem esse suam alienam, aliud rem, seu restitutionem

in genere deberi. l. singularia. ff. si certum petatur, l. Quintus. §. argento, & §. cum ita. ff. de au. & argen. leg. & ita in facti contingentia respondit Ripa Respons. 201. & diximus superiori columna, & sic iste erit vnus de casibus, quibus priuilegia depositi proprie, non competunt deposito improprio, ut diximus.

9 Item ista actio est prætoriana, immo civilis aliquando, exceptis quatuor casibus, vt l. 1. §. 1. ff. de po. & personalis est secundum Azon. in summa, titu. de pos. Specul. & ibi Ioan. Andr. in additio. rubri. titu. de pos. De forma autem libellorum non est nostri instituti loqui, præsertim cum ibi apud Speculatorem possit reperiri diffusè, & apud Petrum de Ferrarijs.

TRACTATUS DE deposito, quomodo annulletur, seu deficiat depositum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Depositum deficit & annullatur simulatque contrario consensu reuocatur, & potest repeti quandocumque.
- 2 Depositarius tenetur reddere statim atque petitur depositum. Instrumentum depositi habet executionem paratam.
- 3 In deposito non poterit proponi exceptio non numeratæ pecunie.
- 4 Priuilegia que competunt deposito non competunt deposito conuersato.
- 5 Res deposita debet reddi sine ulla cunctatione et exceptio ne fallit in quatuor casibus.
- 6 Annullatur depositum si res deposita pereat.
- 7 Si depositum non fuit datum ob signatum & datur quoque tacite concessum depositario dominium.
- 8 Quando quis depositum vas sardellum arcam vel similem rem, quomodo debeat restituere, dicitur an reddatur aperta, vel ob signata res deposita.
- 9 Quid erit dicendum quando aliquis depositum rem aliquam in camera, vel domo alterius ipso sciente, an recipiens teneatur.
- 10 Si deponens dixerit, depono istam rem penes te & alter expresse, vel tacite consentiat, ut ibi deponat, tenetur in distincte.
- 11 Finitur depositum & annullatur si depositarius ultro, & sua sponte restituat depositum.
- 12 Si creditor & debitor consentiant inter se ut debitor daret illam rem illi, qui portaret talia signa, si quis uadit cum illis signis pro re, an debitor sit liberatus.
- 13 Quando numularij & bancheij seruo cedunt bonis si quis depositum pecuniam in banco, an possit repetere ante alios qui sit prior.
- 14 Consuetudo est vniuersalis ut quando bancheij cedunt bonis fiat diuisio equaliter inter creditores per as & libram.
- 15 Contractus depositum extinguitur ut conueniatur depositum in alium contractum.

Ve-

Venio ad septimam, & vltimam columnam eiusdem ordinis, quæ est inscripta, quomodo annulletur, seu deficiat huiusmodi contractus depositi, & per consequens quid circa restitutionem rei depositæ sit statutum. Pro cuius resolutione, dic quod depositum deficit, & annullatur simulatque deponens contrario consensu vult, quod tibi restituatur depositum, namque statim atque ipse vult, deficit repetendo, & potest repeti quandocumque. l. vltima. ff. de pos.

2 & statim tenetur depositarius reddere illud, quia instrumentum depositi habet executionem paratam sicut res iudicata. l. penulti. ibi Barto. Bald. Angel. Salicet. C. de pos. Angel. Aretin. consil. 106. numero sexto, Petr. à D. en. regu. 206. in §. limitatio. Cardi. Alban. in lucubra. ad Barto. in lectu. secunda, ff. de iureiuran. numero tertio, qui reddit rationem ibi, quare depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem, & non poterit proponi exceptio non numeratæ pecunie. text. in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non numerata pecunia. Nec poterit obijcere compensationem. l. si quis, & ibi Bartol. & omnes Docto. C. de po. Bald. in consil. 384. numero secundo, versic sequitur videre de exceptione. compensatio. in 2. vol. Nicol. Boeri. decisio. ducentisimanonagelima quinta, numero septimo, Aretin. in §. præterea, & §. is, num. 4 Institut. quibus mod. re contrah. obliga. Tindar. tract. de compens. arti. 5. numero 32. Sebastian. Medices tract. de compens. par. 1. quæstio. 19. Pano. in c. cæteri. cap. bona fides, numero 6. ext. de po. qui assignat optimas rationes, quod propterea hoc priuilegium introductum sit ne in fraudem allegetur compensatio causa differendi restitutionem depositi, & sic ne contractus depositi, qui multum innititur bonæ fidei, redundaret in perniciam. c. 1. ext. de po. & Alex. in l. ait prætor. §. si iudex. numero quarto, ff. de re iud. & Anto. de Canar. in tract. de execut. instru. num. 17. vers. 7. quæro, in quinta parte tract. Petr. Rebuff. in Commentar. ad constitution. Regi. tract. de litter. oblig. articulo sexto. glo. 3. numero decimo sexto, & probatur expresse in d. l. si quis. ibi in illis verbis, reddere illicò modis omnibus compellat, & ibi quam celerinè & quam otiosissimè, & hanc communem esse opinionem attestatur Krho uius in secundo Tomo commu. opin. Centu. 2. in ver. depositum, qui refert Roland. consil. 17. numero 1. in prima parte consiliorum, qui limitat hanc conclusionem non procedere in deposito confessio tantum, cum priuilegio veri & actualis depositi, non habeant in eo locum, nam leges, quæ loquuntur de priuilegio depositi intelligunt de deposito per numerationem factæ & vero; non autem de confessio & ficto, ut voluit Bartol. Socin. in consil. 143. numero 15. in volumine primo, & additio ad Barto. in d. l. si quis, Nicola. Boer. decis. 295. quamuis multi alij fuerint contrariæ opinionis, & diximus superius in ordine diuisio. Animaduertendum tamen, quia supradicta vera sunt & quod res ipsa deposita reddi debet & sine vlla exceptione, & quam celerinè, & otiosissimè. Fallit & limitatur in quatuor casibus.

Primo cum quis gladium deposuit, postea furiosus factus ipsum repetit. capitulo, ne quis 12. quæst. 2.

Secundo si deponens sit deportatus, & eius bona sine publicata. l. bonafides. ff. de po.

Tertio, quando fur deposuit, & cum vero domino in petendo concurrat, quia potior est dominus ut dicta l. bonafides. capitulo, cum deuotissima 12. quæstio. 2.

Quarto, quando fur deposuit apud eum, cui surripuit, ut d. iuribus.

6 Item potest dici, ut annulletur depositum si res deposita pereat, quia fuit surrepta, vel deperdita, nam si casu fortuito, vel ob vitium rei depositarius non tenetur cum nulla culpa sit, ut diximus superius. videamus ergo quid in alijs casibus Docto. determinent, & quia potest contingere in facto diligenter examinanda materia ista, & ex mente Doctorum videtur dicendum quod si depositum non fuit datum ob signatum, & conclusum, videtur quoque tacite concessum depositario dominium. l. licet. §. rei. l. Lucius. ff. de po. & non erit proprie depositum, ut diximus, sed sapiet naturam mutui, si sunt res, quæ recipiant functionem in genere suo, & in hoc casu depositum erit restituendum semper ut superius diximus de mutuo. In deposito autem proprio, quando scilicet quis deposuit vas sardellum arcam vel aliam similem rem clausam, in qua erant plures res, tunc si reddatur res clausa sicut antea erat tempore depositi, non tenetur depositarius, nisi deponens probet res ibi contentas: si vero reddatur res aperta vel non ligata vel cooperta, sicut fuit tradita, stabitur iuramento deponentis habita moderatione, & taxatione iudicis secundum personæ qualitatem, argu. text. cum materia, in l. si quando, ibi Plot. quem refert, & sequitur Menoch. tracta. de arbitr. iudic. libro 2. cent. 3. casu 208. C. unde vi. c. fin. quod metus causa, hanc opinionem tenet Iulius Clarus, verè clarus, in libro quinto, §. furtum, in fine suæ Praxis: intelligo nisi sit tam leuis signatura, quæ faciliter sine facto hominis possit tolli, ut cum cera vel simili re, & depositarius sit homo bonæ famæ, & opinionis: nam tunc non teneretur, declarat Innocent. in c. fin. ext. de pos. communiter Docto in l. 1. §. sic itaque. ff. de pos. Bal. in rubri. C. de po. prima quæstio Salicet. in l. 3. num. 20. eod. ad quæ loca pro pleniori doctrina est recurrendum: sed quid erit dicendum in casu quando aliquis posuit rem aliquam in camera vel domo alterius ipso sciente, & patiente, an habeat locum doctrina superius tradita. & videtur dicendum quod non, quia non est depositum: namque ad hoc ut sit depositum oportet quod expresse res sit tradita causa custodiæ quod non est in casu nostro, quare dicendum quod si dicta res deposita furata sit, quia ostium fuit relictum apertum, non tenetur dominus domus, nisi probaretur eum fecisse dolose. ratio est supradictorum, quia non præcèsit contractus inter eos, ex quo teneatur ad custodiam, ut declarat Ioannes Andr. in rubri. de pos. l. & Gomefius Hispan. in cap. de deposito lib. var. Comment. iur. quod verum est, nisi ratione alicuius officij assumpti videatur dñs loci obligatus, ut caupo, stabularius,

G 3

larius, nauta: propterea quod si in praesentia eorum aliqua res ponatur ob hospite, & viatore, & res sit furata, tenetur eam solvere, vt probat text. in lege prima, §. fina. ff. nau. caup. stabula. & ibi Doctores praecipue Bald. Castrenf. Raphael Fulgof. in l. 1. ff. depo. in qua conclusione animaduertendum, quod si deponens dixerit, depono istam rem penes te, vel trado ubi in custodiam, & alter expresse, vel tacite consentiat, vt ibi ponatur, tenetur in distincte, siue sit officialis, siue non, quia censetur recipere in depositum, ac si sibi tradita fuisset, & tenebitur actione depositi argumen. text. in l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir. possess. si ego. ver. quid enim. ff. de iu. dotium. cuius textus verba sunt: quid enim interest inferatur voluntate eius in domum eius, an ei tradatur, & per hunc textum ita concludit Castrenf. & Raphael Fulgo. in d. l. prima, ff. depo. nec aduersatur illud, quod superius diximus, quod si quis ponat rem in domo, vel camera, dominus domus non tenetur, quia ibi loquitur quando nullum verbum ex parte deponentis fuit dictum, in hoc ultimo casu quando expresse cum domino deponens fuit alloquutus.

11 Item pariter finitur depositum & annullatur si depositarius vltro, & sua sponte restituat depositum domino, seu deponenti, sed potest dubitari si depositarius illam rem depositam tradat famulo, vel seruo, vt domino, vel creditori perferat, & ille seruus aufugiat cum ea, vel forte eam perdat, an teneatur ad aestimationem, vel interesse depositarius. haec quaestio potest adaptari ad alios etiam contractus, de quibus supra, hoc est in commodata re vel precario tradita, & in quolibet possessore, vel de tempore rei alienae, & debitore speciei, ideo ex communi omnium Doctorum doctrina talis distinctio est tradenda, quod aut debitum erat in genere, & quantitate, aut in specie, si debitum in genere non excusatur debitor nec liberatur, quia talis debitor in distincte tenetur de quolibet casu fortuito, quando quidem ille non erat debitor in illa pecunia, vel specie mista, sed in genere & genus perire non potest argumen. tex. cum materia in l. 1. C. si certum petatur Castrenf. ita declarat in l. argentum. ff. commod. & Alex. in addit. & Bar. Salicet. in l. is cui. C. de fur. Ias. in l. 1. ff. de eo per quem, & est communis opinio, de qua attestatur Gabri. conclus. 1. de reb. credit. libro tertio, & idem esset dicendum vt non excusaretur si esset actum inter partes, vt ipsemet debitor traderet, vel mitteret per certum nuntium, & ipse per alium mittat, nam iste non potest videri diligens cum veniat contra formam pacti, vel mandati. l. cum qui §. si. cum sequenti. leg. ff. commod. & dicta l. diligenter. ff. manda. secus si non fuisset specificae, & expresse dictum quod non traderet alteri personae, quia tunc si fidelis personae tradidisset excusatur, ita firmiter antiquus Pileus in suis quaestio. quaest. 142. scilicet vltima, quam videt deas. §. si quid si creditor & debitor conuenerunt inter se, vt debitor illam rem ei, qui portaret talia signa traderet, & aliquis e circumstantibus, vel transeuntibus audiens illud, vadit ad debitorem cum illis signis ignorante creditore, & sibi soluit, an de-

bitor liberatus remaneat, dic. quod sic, quia non censetur esse in culpa, prout tenet Barto. in lege, si quis vxori §. apud Laheonem. ff. depo. quem text. singularem fecit Boeri. decisio. 282. sub numero quarto, vbi vide pro pleniori cognitione, & tradit Ias. in lege prima. ff. de eo per quem fact. erit. quamuis hoc intelligendum sit in debitore speciei, non autem generis, & quantitates, nam tunc teneretur, vt dicebamus, aut & secundo casu erat debitum in specie, qui est casus noster, scilicet depositarij, & tunc aut seruus per quem mittebatur res erat fidelis & non confuctus fraudem facere nec committere, & tunc non tenetur & liberatus est, text. est notab. in l. argentum. ff. commod. cuius verba sunt: argentum commodatum si tam idoneo seruo meo didissem ad te perferendum, vt non debuerit quis aestimare futurum, vt a quibusdam malis hominibus deciperetur, tunc non meum detrimentum erit si id mali homines interceptissent. aut seruus & famulus non erat fidelis, sed solitus talia agere, & tunc non liberatur, ita concludunt Bar. Bal. Paul. & communiter Doctores in dicta lege, argentum. ff. commod. Barto. in l. si procuratoris. ff. de cond. ob caus. numero decimotertio, & ibi Iason, & l. is cui vbi Baldus Paul. Salicet, & communiter Doctores, & summa Nauarra in capitulo decimoseptimo, de septimo praecip. numero centesimo octuagesimo primo, sed circa materiam hanc quaero de casu, quem vidi contingere in facto in Ciuitate Venetiaram, & quotidie etiam potest contingere, puta quando numularij, seu bancherij foro cedunt bonis, & plures deposuerunt pecuniam in banco, cui debeat prius restitui depositum, habebit ne locum in hoc casu reguli, prior in tempore potior in iure. Vlpian. in l. si hominem. dicit ibi in §. fina. simul admittendos esse creditores depositarum rerum, dummodo vsuras pro deposito non reciperent, & reguli qui prior, non seruabitur, gl. intelligit ita, Cast. que declarat illum tex. in ver. sin. consuetudo tamen est Venetijs, de qua consuetudine attestatur etiam Decianus Dominus meus consil. 11. nume. 192. volumine primo, vt quando plures sunt creditores inter eos fiat diuisio aequaliter per es & libram, non autem secundum temporis prioritatem: limitatur tamen quod illa consuetudo procedit quando plures sunt creditores nullam habentes hypothecam, inter quos seruetur id, quod de iure communi dicitur in l. & suum §. fina cum lege tertia, l. sequen. ff. de pact. quod scilicet creditores inter se conueniant, & quod maior pars conuenit tenetur alij obseruare, quod pariter habet locum in non habentibus hypothecam. l. rescriptum. primo, & secundo respon. ff. de pac. Decianus d. consil. Limita semper nisi per statuta aliter esset dispositum, & de materia ista de doctorum vide Stracham Anconi. qui fecit tractatum separatim de deceptoribus inter alios.

15 Potest denique dici, vt depositum extinguatur, si conuertatur res deposita in alium contractum, exemplum potest poni secundum Vlpianum Iurisconsultum in lege, certi conditio, in si. ff. si certum petatur, vbi si depositum apud te de-

cem, postea permisi tibi vti pecunia illa, si velim repetere pecuniam non possum petere actione depositi, quia videtur extinctum depositum, & conuersum in contractum mutui, debeo ergo agere certi conditio, quae oritur ex mutuo. Posset etiam dici vt superius etiam diximus, quod erit depositum sed improprie, & sic substineretur libellus, quamuis in eo esset dictum depositum, vt inquit Barto. fere in simili in l. si merces. §. vis maior, sub numero 3. ff. loc. dum attestatur substituisse libellum in locatione impropria, & nos dicemus infra in 2. col. vlti. ordi. trac. locatio. & conduci. finaliter potest dici, vt depositum reddatur nullum quando depositarius illud non fatur, nec ad illius restitutionem se obli-

gat, Doc. in l. acceptam. C. de vsu. Ias. in cons. 9. nu. 15. vol. 1. Rol. cons. 63. nu. 33. vol. 1. & refert Laurent. Kirchoy. in relectio. com. opi. conclus. 66. Centu. 2. sed quid dicendum in casu quando quis deposuit pecuniam apud capforem, vt satisfacere et suis creditoribus, & illi a capfore certificati ratificauerunt, erit ne extinctum depositum, vel erit in pendenti. dic secundum Ioan. Andre. in addi. ad Specu. in titu. de deposi. quod poterit capfor inuito deponente illis soluere, & sic non poterit mandatum reuocare, & ita tenet Castrenf. in l. Stichum Cornelius. ff. de sol. Alex. in l. qui vsum fructum, ad si. ff. de ver. obli. Ruy. cons. 132. nu. 3. vol. quinto. ergo erit extinctum quo ad deponentem.





TRACTATUS  
DE PIGNORE  
ET HYPOTHECA  
PETRI NICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS

I. V. D.

De Personis	De Rebus Substantialia	Naturalia	Accidentalia	Quæ Actio	Quomodo resoluuntur
	Expressum	Tacitum	Generale	Speciale	
	Conventionale	Pretorium	Iudiciale	Legale	
	Proprium		Improprium		

PIGNVS

S V M M A R I V M.

- 1 Pignus dicitur contrahi, & celebrari re, & dicitur a pugno. 2.
- 3 Pignus nudo consensu contrahitur.
- 4 Obligatio pignoris contrahitur nudo consensu.
- 5 Speciale est in pignore conuentionali ut possit nuda conuentione constitui, secundum Abba.
- 6 Obligatio pignoris cadit super re certa, nec potest esse nisi a iis res.
- 7 Emptio & uenditio potest contrahi etiam in re incerta.
- 8 Pignus erat tantum in re mobili, sed fuit postea protrahum ad res immobiles.
- 9 Pignus aliud est proprium aliud improprium & quæ sint.
- 10 Hypotheca unde dicitur.
- 11 Pignus in uere uarijs modis appellatur.
- 12 Dupliciter potest capi, in genere est obligatio rei licita, & pro debito inita.
- 13 Pignus est res, de qua inter debitorem, & creditorem conuenit, ut sit pro debito obligata.
- 14 Pignus in specie potest dici ut sit res mobilis tradita de pugno & est pignus propriè.
- 15 Pignus propriè & in specie est quod pro securitate alicuius manu traditum est.
- 16 In statutis loquentibus de pignoribus, nõ hêt locũ hypotheca.
- 17 Iudæi non poterunt mutuari sub hypothecis si fuit eis consensus ut sub pignore mutuent.
- 18 Communis usus loquendi cum sit facti probari debet.
- 19 Qui habet & detinet pignus, contra eum non currit præscriptio cum possideat.
- 20 Plus est habere pignus proprium quam hypothecam.
- 21 An obligatus fideiubere possit dare pignora.

**N**UNC venio ad contractum pignoris, quod & ipsum dicitur contrahi, & celebrari re, ut inquit Imper. in §. creditor Inst. qui. mod. re cont. oblig. hinc est quod pignus dicitur a pugno: quia stringitur pugno, & manu traditur. l. plebs. §. pignus, ibi Alci. ff. de ver

borum signif. Ripa rubr. de pign. num. 4. & sic cum iste pignoris contractus contrahatur re, merito fuit situatus, & positus supra columnam re inscriptam: sed contrarium uidebatur suaderi per l. i. ff. de pign. actio. ubi inquit Iureconsult. pignus nudo consensu contrahi: ergo non re. Præterea dicitur ibi quod non refert an pignus traditum sit: & hinc est quod

quod pignus contrahitur etiam in rebus immobilibus, l. sciendam, §. creditor, ff. qui satis. l. coga. l. cum notissimi, §. sed iam illud C. de præscrip. 30. anno. & tamen iste res immobiles non possunt pugno stringi, nisi quædam portiuicula pro toto, ut declarat Salic. in l. rem alienam, §. propriè, ff. de pignorati. act. Ideo glo. in l. i. in ver. pignus, declarat & exponit pignus, hoc est obligatio pignoris, quæ pignoris obligatio nuda conuentione contrahitur, allegat text. concordantem in l. cum constet. C. quæ res pigno. 4 obli. poss. † & sic uidetur uelle quod obligatio pignoris possit contrahi nudo consensu: non autem pignus. † Sed Abbas in c. cum aliquis, de re iudic. num. 4. referens Bar. dicebat speciale esse in illo pignore conuentionali, ut possit nuda conuentione constitui, cum sit modici præiudicij, quod declarat etiam ibi Bar. † Aliqui dicebant quod quamuis ibi nuda conuentione pignus contrahi dicitur, tamen adhuc contrahi re dicitur, quia obligatio pignoris cadit super re certa, nec potest esse nisi ad ius subiectum, cum constituat ius in re. l. pignoris, C. de pign. & declarat ibi glo. in ver. quod magis, quæ inquit, in hoc differre contractum pignoris, quod contrahitur re, a contractu emptionis, quæ contrahitur consensu, † quia emptio, & uenditio potest in re incerta, etiam si nulla res sit, contrahi, ut in spe seu actu retium, seu emptione gabellarum futurarum: secus in pignore, quoniam si obligo hominem in genere, vel centum marcas in genere, non tenet obligatio, quia non potest ostendi corpus, in quo sit consensus, l. i. & per totum, C. si res alic. pigno. da. sit, l. qui filios. C. quæ res pigno. Ripa in l. i. num. 14. ff. de pigno. nos infra, colum. 2. ut. ordi. & de ista differentia dicemus colu. consensu inscripta in 3. ord. 8 Alij dicebant pignus esse duntaxat in re mobili, sed fuisse etiam postea protrahum ad res immobiles. §. item Seruiana, Instit. de actio. Ripa in rubrica de pigno. sub num. 4.

Quare pro solutione, & concordatione distinguendum esse puto, dicendo quod duplex est pignus, alterum enim est proprium, alterum improprium. 9 proprium pignus illud est, quod re contrahitur, & stringitur pugno, & constituitur tantum in re mobili, & de hoc loquitur Imper. in d. §. si creditor, & hoc respectu posuimus istum contractum pignoris supra columnam, re inscriptam. Alterum est improprium, quod contrahitur nudo consensu, etiam si tradita non sit res pignori, & istud est pignus, quod potest constitui etiam in immobilibus, sed dicitur pignus improprie, & de hoc loquitur l. i. ff. de pignorati. actio. & istud pignus improprium uocatur 10 hypotheca † quæ dicitur ab hypotes quod est sub, & theca quod est positio, quasi quædam suppositio vel obligatio rerum, ut ff. de reb. eorum non alic. vel suppo. Rubri. Faber. §. item Seruiana Ripa. d. e. ybr. de pign. nu. 4. & hinc hypotheca dicitur suppositio. l. cum tabernam. ff. de pigno. † & aduerte quod in iure pignus varijs modis appellatur: Interdum hypotheca, & pignus dicuntur idem, & quantum ad obligationem, & actionem sunt sinonima, ut probatur in l. soluitur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. na. Ripa, d. rub. num. 8. Quandoque pignus appella-

tur vadium. c. 1. extra de pign. Quandoque vadimonium, ut per glo. C. de castren. & mini. lib. 12. Aliquando antiphona. l. si pecuniam. ff. de pignorati. actio. ibi glo. aliquando antichresis, aliquando suppositio, de quibus tradit Ripa d. rubr. nu. 9. Cum ergo pignus possit capi, & accipi dupliciter 12 secundum supradicta, nempe in specie, & in genere, vel propriè, & improprie: Illud improprie seu in genere secundum Hosti in summa, sic posse describi videtur, ut sit obligatio rei licita: pro debito inita. 13 † Alij dicebant esse rem, de qua in ter creditorem, & debitorem conuenit, ut sit pro debito obligata. §. item Seruiana, Instit. de actio. Si capiamus autem pignus in specie, † potest diffiniri, ut sit res mobilis tradita de pugno: etenim ubi res non transit ad creditorem, dicitur hypotheca. l. si rem. ff. de pignorati. act. & in hoc differt pignus ab hypotheca, prout Bar. declarat in l. si rem. §. propriè, ubi cæteri scribentes. ff. de pignorati. ibi Siluan. num. 10. Didac. Couar. practicarum quæst. c. 13. Doct. in §. item Seruiana Instit. de actio. Vel dic quod pignus propriè, & in specie 15 est, quod pro securitate alicuius manu traditum est. dicitur traditum ad differentiam donationis, in qua datur non traditur. l. Senatus. §. donationem. ff. de dona. cau. mor. dicitur pro securitate ad differentiam de positi, quod pro custodia datur, & ad differentiam commodati, vel precarij, quod ad usum datur, ut supra diximus suo tractatu, cautum que sit per hoc ipsi creditori, quia plus cautionis est rei incumbere quàm in personam agere. l. plus ff. de reg. iur. diximus manu, quia dicitur a pugno, & debet tradi manu ad hoc ut sit propriè pignus, ut diximus, d. l. plebs. quamuis improprie etiam in re immobili tradita pignoris obligatio contrahatur, & pignoratitia obligatio, seu actio oriatur, ut inquit Azo, & Hosti. in summa, tit. de pigno. Negus. in principio tracta. de pigno. post Hugo. Donell. & Franci. Bald. & declarat etiam Ripa, in rubri. de pigno. col. 2. 16 Ex quibus supra dictis potest inferri ex mente doctorum quod in statutis loquentibus de pignoribus, non habebit locum hypotheca, cum statuta propriè sint intelligenda, & sic de pignore quod transit ad 17 creditorem, † quare si privilegium sit concessum a principe Iudæis ut possint mutuari sub pignore restringendum ut Iudæi non possint mutuari super hypothecis, quæ non sunt propriè pignora. Salic. in l. si rem. §. propriè. ff. de pignorati. act. ibi etiam Bar. tacite videtur hoc firmare, & Pano. in c. cum aliquibus, de re iud. sed contrarium tenuit Fel. in d. c. cum aliquibus, colum. 1. ubi inquit ita consuluisse, quia pignus cadit etiam in rebus immobilibus, d. §. item Seruiana. l. si dominium. C. de pigno. Pro concordia dic ex mente Ripæ, in rubri. de pigno. nu. 6. quod opinio Felini procederet quando esset secuta traditio, & sic quando esset tradita possessio, vel procederet præsupposito communi usu loquendi, nempe ut appellatione pignoris intelligatur etiam hypotheca de re immobili, tunc enim comprehenderetur, quia verba debent intelligi secundum communem usum 18 loquendi. l. Labeo, ff. de supel. leg. † & iste communis usus loquendi, cum sit facti, probari debet. l. ornamentorum, ubi Bart. ff. de aur. & argen. lega. Ripa

Ripa, d. rubri. Possit etiam forsan dici ut opinio Fe-  
Jini procederet, & saluari possit in favorabilibus, in  
quibus appellatio pignoris veniret hypotheca, se-  
cus in odiosis, quod videtur de mente Abbatis in d.  
c. in aliquibus, de re iudi.

Por est etiam inferri ex supradictis quod cum ille,  
19 qui habet & deinet pignus proprium, possideat  
prescriptio contra eum non curet, Negusa. suo  
solenni, & celebri tracta. de pigno. & hypothe. col. 2.  
in fi. prin. secus in hypotheca, quam non possidet  
creditor. l. 1. §. per seruum. ff. de acquir. posse. Ripa. d.  
rub. de pigno. num. 7. & sic in hypotheca caret p-  
scripsio interdum. x. interdum viginti, interdum xxx.  
interdum xl. annorum spacio, vt C. si aduct. vend.  
l. 1. §. 2. & C. de prescrip. triginta vel quadraginta  
anno. l. cum notissimi. l. 1. C. de anna. excep. Castré.  
conf. 70. in fi. lib. 2. Aymo conf. 148. nume. 6. volu-

mine r. nos infra. ex quibus pariter inferitur quod  
20 plus est habere pignus proprium, quod manu tradi-  
tum est, quam hypothecam; etenim si lis obligatus  
alicui idonee cauere, non poteris per simplicem hypo-  
thecam liberari, quia debet tradi pignus, cum per  
hypothecam non inducatur idonea cautio, vt per  
Negu. d. tract. in prima par. princ. num. 6. vbi notat  
differentiam inter pignus, & hypothecam, quia si sit  
tradium pignus, & creditor postea cadat a possessio-  
ne culpa sua vel casu fortuito. potest agere hypo-  
thecaria contra possessorem non excusso aliter prin-  
cipali debitore, secus si fuit constituta simplex hypo-  
theca sine traditione, regulariter contra tertium posses-  
sorem creditor non potest agere, nisi prius excusso  
principali.

21 Sed quæro, an obligatus fideiubere possit dare pi-  
gnora, & sic liberetur. glo. firmat quod non, in au-  
the offatur. C. de lit. contest. sequitur Alexand. &  
Moder. in l. 1. ff. qui servid. coga. Ripa, d. Rubr. de  
pigno. nu. 8. vbi reddit rationem, quia creditor non  
cogitur suscipere onus, & periculum custodiendi pi-  
gnora. l. quemadmodum. §. pen. ff. ad leg. Aquil. & sic  
magis videtur grauari, qui obligatur dare fideiuf-  
sorem quam dare pignus, & quam constituit h-  
pothecam. l. omnes. §. in hac. C. de epif. & cler. Auth.  
de Sacrosanc. episc. §. si quis autem & l. filio. ff. vt leg.  
nomi. cauea.

DE DIVISIONE PIGNO-  
ris & hypotheca.

S V M M A R I V M.

- 1 Pignus aliud est proprium, aliud improprrium.
- 2 Pignus duplex est secundum Azo.
- 3 Pignus triplex est secundum Clo.
- 4 Pignus est quadruplex conuentionale, pratorium iudiciale & legale secundum communiter doct.
- 5 Pignus conuentionale est illud quod ex partium conuentione procedit.
- 6 Pignus pratorium est illud quod ex pratoris dispositione inducitur.
- 7 Quibus conueniant & quibus descrepent pignus conuentia

- male & pratorum.
- 8 *Differunt in decem pign. conuentionale & pratorium:*
- 9 Pignus conuentionale solo consensu constituitur, pratorium vero requirit immisionem.
- 10 Si in pignore conuentionali male versetur creditor tenetur debitori pignora. act.
- 11 Creditor in pig. conuen. habet naturalem, & ciuilem possessionem in pratorio nullam.
- 12 In pig. conuen. creditor habet interdictum possessoriu utile, secus in pratorio.
- 13 Creditor in conu. pig. tenetur de dolo & lata culpa & leui, in pratorio non tenetur de leui.
- 14 Si debitor dat damnnum in pignore conuen. creditor agit contra eum contraria pignoratitia.
- 15 Pignus prator. pro debito adiectum pro toto debito creditori adiectum presumitur.
- 16 Saluatio Bar.
- 17 Mens Doctorum debet intelligi secundum leg. quam al- legat.
- 18 Veneti quamuis accipiant pignora minus idonea uolunt ut sibi prauideat.
- 19 In bonis minorum constituitur pignus pratorium eadem forma sicut in bonis maiorum, in pignore conuentionali non possunt bona minorum abique decreto.
- 20 Pignus conuentionale non potest recuperari per debitore, nisi prius soluto debito pratorium statim recuperatur seruatis seruandis.
- 21 In conuentionali pigno. qui prior est tempore potior est in re, secus in pratorio.
- 22 In pignore conuentionali non potest creditor agere contra tertios possessores, nisi prius facta excussione principalis debitoris secus in pratorio.
- 23 Pignus iudiciale est illud quod constituitur quando praecedente sententia d'ffinitua pro eius executione sit immisso in bonis debitoris condemnati ex primo decreto.
- 24 Iudiciale pignus & pratorium differunt quinque modis inter se.
- 25 Pignus legale est illud quod a l. inducitur, & plura exem- pla ponuntur & declarantur.
- 26 Si quis cum fisco contraxerit omnia bona sua sunt fisco tace hypothecata.
- 27 An Christianus captus in bello a milite Christiano dicatur pignor. tacite obligatus capienti pro talea.

Venio

ad alium ordinem, in quo diuisiones  
pignorum habentur, & prima erit di-  
uisio, quod aliud pignus est proprium, quod pi-  
gno traditur, & re ipsa contrahitur. Aliud impro-  
prium, quod in rebus immobilibus nudo consensu  
constituitur, & dicitur hypotheca, de quibus supra  
diximus.

Alia est pignorum diuisio secundum Azo. in sum-  
ma, vt pignus aliud sit conuentionale, aliud iudi-  
ciale, conuentionale dicitur quod partiu conuentione  
constituitur, iudiciale quod a iudice decernitur,  
l. 2. C. de prator. pigno. Sed glo. in l. 2. C. qui poti. in  
pign. hab. videtur dinumerare tria genera pignoru,  
nemp conuentionale, iudiciale, & pratorium, & sic  
Azo videtur sensisse quod pignus iudiciale, & pratorium,  
idem sit. Verum quia alij addebant & aliud  
pignus, quod dicitur legale, quod sola lege induci-  
tur. l. 1. & per tot. ff. quib. cau. pign. taci. contrah.  
l. alsid.

alsiduis. C. qui potio. c. ex litteris, de pign. Castren.  
in conf. 194. ided dicendum quod pignus est qua-  
druplex, conuentionale, pratorium, iudiciale, & lega-  
le. Bar. in d. l. 2. C. qui potio & in l. 1. ff. de pigno-  
ratit. actio. Iaf. in §. Seruiana in sti. de actio. Ripa in  
rubri. de pigno. nu. 3. Practi. Papien. in forma libel.  
in actio. hypothec. verus sub eadem obligatione. Negu-  
san. suo trac. de pigno. in r. membro. 3. par. post Hu-  
go. Donli. Franci. Bald. Menoch. de recuper. posse.  
in. 1. 3. remedi. au. 15. Silua. in repetit. l. rem alienam.  
ff. de pignorat. actio. num. 13. & omnes fere doctos.  
communiter tenent quod pignus sit quadruplex:  
& primo.

5 Pignus conuentionale est illud, quod ex partium  
conuentione procedit, quod dicitur voluntarium,  
de quo glo. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de pignora. actio.  
& hoc pignus conuentionale duplici modo consti-  
tuitur, aut conuentione, aut testamento. In non est mi-  
rum, ff. de pignora. actio & d. l. 1. nec in hoc pignore  
conuentionali est necessaria scriptura vel presentia  
personarum: quia etiam inter absentes fieri potest  
conuentio per nuntium vel epistolam. l. contrahit-  
tur. l. creditor. ff. de pignora. actio. & hoc pignus con-  
trahitur communi gratia, hoc est debitoris & credi-  
toris, quare si rem creditor fortuito casu amiserit,  
vel culpa leuissima, de eo restituendo non tene-  
tur, nec creditum petere impeditur. §. fin. in sti. qui.  
mod. re. contrah. obli.

6 Pignus pratorium est illud quod ex pratoris dis-  
positione inducitur, veluti ex cautione damni infir-  
cti, in qua domus ruinosa cuiusdam, pignoris iure  
conceditur vt tedio affectus dominus responsurus  
veniat, de qua loquitur tex. vbi glo. singularis in. l. si  
finita. §. si plures. ff. de damno insec. & constituitur  
hoc pignus quando nulla praecedente sententia dif-  
finitua proceditur contra reum in contumacia, &  
fit immisio. ex primo decreto in bonis debitoris.  
iux. l. si vpus. ff. de bonis auth. iud. possiden. & hoc  
pignus dicitur necessarium, vt per Balduinum in  
tracta. de pigno. in diuisio. & per Hagon. Donell.  
& dicitur hoc pignus constructum cum iussu con-  
stituitur.

Sed antequam veniamus ad alia duo pignora, viden-  
dum est in quibus conueniant, & in quibus discre-  
pent pignus conuentionale & pratorium, & ex men-  
te gl. in l. 1. ff. de pignorat. acti. in hoc conuenit pi-  
gnus conuentionale & pratorium, quia in vtroque  
& pro vtroque copet actio hypothecaria. l. 1. & 2.  
C. de prator. pigno. Conueniunt etiam respectu pi-  
gnoratitiae directae, quia sicut debito satisfacto com-  
petit debitori directam pignoratitiam ad repetendum  
pignus conuentionale vt ff. & C. de pignorat. actio.  
ita & in pignore pratorio soluto debito competit  
ad repetendum pignus pratorium vt l. si is cui. §. quis,  
potest ff. vt in posse. lega. & Bar. qui idem inquit  
procedere in contraria pignoratitua, quae competit  
creditori. l. 1. ff. de pignorat. acti.

8 Differunt autem in septem ista pignora inter se,  
secundum glo. in ver. traditum. At secundum Bar. &  
melius in decem differunt, quem sequitur Negu. in  
tracta. de pigno. in r. membro. 3. par. & alij doctores  
communiter, & prima est differentia in modo con-

9 stituendi: quia pignus conuentionale, hoc est hypo-  
theca conuentionalis, vt declarat etiam Ripa ru-  
bri. de pigno. nu. 6. constituitur solo consensu. l. 1.  
ff. de pignorat. acti. & diximus supra. Pratorium ve-  
ro pignus requirit immisionem naturalem. In non  
est mirum eod. titu. quod verum est praeter quam  
quando praestatur impedimentum in immisione,  
tunc enim causatur solo aspectu pratorium pignus.  
l. cum vnus, ubi Bar. §. fin. ff. de bon. auth. iud. possi.

10 Negu. eod. nu. 30. Secunda est differentia, quia si  
in pignore conuentionali male versetur creditor,  
tenetur debitori pignoratitia, sed in pignore pratorio  
tenetur actio in factum. l. prator. ff. de bon.  
auth. iud. possi. quamuis Bar. in l. 1. ff. de pignorat.  
actio. addat quod habebit etiam debitor vitalem pi-

11 gnoratitiam actionem. d. l. 1. is cui bonis. ff. vt in  
possessione legatorum. §. queiri potest. Tertia est differen-  
tia secundum glo. in d. l. 1. ff. de pignorat. act. quia  
creditor in pignore conuentionali habet natura-  
lem & ciuilem possessionem, secus autem in pratorio,  
in quo nullam habet possessionem. l. 3. §. credi-  
tores. ff. vt possideat. & Bar. d. l. 1. §. Quarta est dif-  
ferentia, quia in conuentionali creditor habet inter-  
dictum possessoriu utile, id est vt possidetis, secus  
in pratorio. ratio est, quia tale interdictum datur  
possessori tantum, & creditor in conuentionali pi-  
gnore possidet, no in pratorio vt diximus in prin.

12 Quinta est differentia, quoniam creditor in conuen-  
tionali pignore tenetur de dolo & lata culpa & leui.  
§. creditor quoque. In sti qui. mod. re. contrah. oblig.  
in pratorio, autem tenetur solum de dolo & lata cul-  
pa. l. prator. §. est praeterea. ff. de bon. auth. iudi. possi.  
si. bi. Bar. in d. l. 1. Sexta est differentia secundum  
gl. supra. quia si debitor dat damnnum in pignore  
conuentionali, creditor agit contra eum contraria  
pignoratitia. l. seruus. ff. de pign. sed in pratorio pi-  
gnore secus est secundum d. gl. Doctores autem te-  
nent contrarium, nemp hanc sextam differentiam  
non procedere, quinimo dicunt etiam in pratorio  
dari vitalem pignoratitiam, vt superius.

13 Septima est  
14 differentia, quod d pignus pratorium creditori addi-  
ctum pro toto debito datum presumitur, vt l. Di-  
uo Pio. §. si pignora. ff. de re. iud. quod intellige nisi  
creditor contradiceret dationi in solutum ei per iu-  
dicem, nam eo inuito non potest iudex ei pignus  
in solutum ultra iustam aestimationem addicere, &  
videtur magis communis opinio, & practicabilis,  
videtur tenere glo. Rapha. Cuma. Imo. Iaf. alij que in  
d. §. si pignora, & excepto Barto. & nonnullis alijs est  
sequentibus, qui voluerunt, iudicem posse etiam

15 quod creditor contradicat. f. Sed opinio Bar. & se-  
quentium potest intelligi & saluari, vt procedat qua-  
do creditor in subsidium a iudice admittitur, & creditor  
fecit instantiam, vt pignus sibi adiudicetur, quia tunc  
non poterit sibi ipi contradicere creditor, cum adie-  
rit iudicem, & simpliciter petierit pignus sibi ad iudi-  
cari: tunc enim iudex dando pignus simpliciter &  
adiudicando dare & ad iudicare videtur pro toto de-  
bito, & si debitor contradiceret nihil obstat nec  
preiudicaret eius contradictio, & quod hac fuerit  
16 mens Bartoli, pondera leg. quam allegauit, f. quia  
sempet mens Doctorum debet intelligi secundum  
legem.

Iegem quam allegat, doctrina fuit eiusdem Bar. in l. non solum § si liberationis. ff. de libera. legi. namque Bar. allegat l. ordo rei gestæ. C. de execu. rei iud. ubi text. videtur vim facere in ipsa aditione iudicis. alia ergo opinio procedet quando iudex ob rei non comparentis contumaciam dat pignus & adiudicat, tunc iudex potest vendere illud, & adiudicare cui vult, vt tradit E. nanu. Soarez. Thesa. Recep. ibi de communi, in littera P. num. 17. & etiam Negul. trac. de pignor. in 6. par. 1. memb. nu. 8. & sic quando non fuit in defectum aliorum, qui non reperiuntur, vt offerant dictis bonis, & emanet pignus adiudicatum ipsi creditori instanti. Vel forsitan potest dici, vt opinio Bar. procedat quando contradicit creditor post adiudicationem, & pronunciam, alia opinio quando ante fuit protestatus & contradixit, & potest reperiri alius, qui emat, & sic non datur in subsidium, in pignore autem conuentionali secus est, quia & si creditor recipiat pignus minus idoneum pro suo credito, nihilominus in residuo non præiudicat sibi, tex. est in l. creditor, la. i. ff. si cer. pet. & ibi omnes Doc. † sed istud non seruatur Veneti, vt inquit glo. in d. l. 1. & Boeri. decis. 309. quamuis enim recipiant pignora minus idonea, volunt quod sibi præiudicent, & idem procederet in quocumque loco ubi esset eadem consuetudo, quini mo secundum Ang. in l. si pro mutua. C. si cer. pet. idem procederet in feneratoribus, & vsurarijs, & Iudeis exercentibus vsuras in terris Christianorum, de quibus per Marqua. de Susan. trac. de Iudæ. in c. 1. par. 19. 1. † Octaua est differentia secundum Bar. quia in bonis minorum constituitur pignus prætorium eadem forma, sicut in bonis maiorum, vt l. apud Iulianum. §. 1. ff. qui. ex. cau. in. pos. cat. l. si minor. ff. de bon. auth. iud. pos. si. secus autem in pignore conuentionali, non possunt enim obligari bona minorum sine iudicis decreto vt l. 1. in fi. & l. sequen. ff. de reb. 20 eorum. Nona est differentia secundum Bar. quia pignus conuentionale non potest recuperari per debitorem, nisi prius soluto debito, vt l. si rem. §. omnis. ff. de pignorati. actio. sed prætorium statim recuperatur atque comparet, obseruatis tamen his, de quibus in auth. ei qui iure. C. de bon. auth. iud. pos. id est satisfactio, & expensis redditus. Decima est 21 differentia secundum supracita. Bar. quia in conuentionali pignore qui prior est tempore potior est iure. l. creditor, in princ. ff. qui potio. in pign. habeant. secus autem in prætorio. Vndecima erit differentia 22 loco sextæ differentie, quæ non videtur vera secundum Negul. d. loco, quod in pignore conuentionali non potest creditor agere contra tertios possessores d. pignoris, nisi prius facta excussio principalis debitoris vt in auth. hoc si debitor. C. de pignorati. at in prætorio pignore secus est, siquidem etiam nõ excusso principali debitore potest creditor agere actione in factum aduersus extraneos, ad quorum manus peruenit res, in quam creditor fuit immisus ex primo decreto, ita singulariter tenet Bald. in l. 1. in 2. colum. C. de his quæ in fraud. cred. quia secundum eum eodẽ imperio, quo immisus fuit creditor, eodem tueri debet. l. quis missum. ff. ne vis fiat ei, & ita refert Alex. in ap. l. ad Bar. in l. 1. ff. de pig.

rati actio. & sequitur Iaf. in l. creditor. ff. si cer. pet. & d. l. a. Diuo Pio §. si pignora. ff. de re iudica. in 1. notab.

23 Sequitur pignus iudiciale, quod est illud, quod constituitur quando præcedente sententia diffinitiuapro eius executione fit immisio in bonis debitoris condemnati ex primo decreto, & primo capiuntur mobilia, deinde immobilia, postea nomina, iuxta tex. in l. a. Diuo Pio §. in venditione. ff. de re iud. & per tot. illum tit. licet etiam hoc quandoque appelletur prætorium, vt l. 1. C. de præto. pigno. ea ratio ne quia vtrunque expeditur a iudice, † tamen apparet euidenter istud differre a prætorio ex diuersitate titulorum scilicet, C. de præto. pigno. & C. si in cau. iud. pign. cap. sit. si enim non differrent non essent composita diuersa titula argu. l. Imperator, ff. de in diem addictio. & quod differant hæc pignora tenet, & not. plene Bar. & Docto. in l. si finita §. si plures, & §. Iulian ff. de dam. infec. idem Barto. in l. cum vnus ff. de bon. auth. iud. pos. Alex. in l. a. Diuo Pio §. in venditione. ff. de re iudica. Ange. Arc. in conf. 98. Negulan. in 3. membro 3. par. Ripa. in rubr. de pigno. num. 2. ubi inquit pignus prætorium differre a iudiciali origine, & effectu, & ibi quinque videntur referre differentias. Prima est, secundum glo. in rubri. C. de præto. pigno. ubi dicit prætorium esse quod a iudice ordinario conceditur, iudiciale quod a delegato datur, sed ista differentia nõ placet Ripæ, quia si ad nomen quod referretur, vtrunque iudiciale appellabitur, cum vterque iudex sit: si vero ad effectum ita delegatus sicut ordinarius seruandæ rei causa, vel in causa iudiciali potest in possessionem mittere. Secunda est differentia, quæ ponitur per l. r. C. si in cau. iud. pig. cap. sit. ubi prætorium dicitur ex interloquutoria iudicis, iudiciale vero iudicis officio captum. Huic differentie aduersatur glo. in l. 1. in verbo dandum. C. de præto. pigno. & est contrarius tex. in l. si finita, §. si plures, ibi glo. ff. de dam. infec. ubi iureconful. appellat missionem ex causa damni infec. prætorium pignus, & tamen talis missio etiã fit iudicis officio, l. si finita. §. si plures, ibi glo. ff. de dam. infec. Tertia differentia habetur in glo. 2. C. de præto. pigno. ubi dicitur prætorium quod ante sententiam, iudiciale quod post sententiam conceditur a iudice: Huic differentie aduersatur quod dicit glo. d. l. 1. quæ exponit verbum dandum, etiam per diffinitiuam. Quarta est differentia, quia prætorium constituitur causa rei seruandæ, iudiciale in causam iudicati constituitur, vt per glo. in l. 2. C. qui potio. in pig. hab. & communiter doctores approbant istam differentiam, & patet esse verã ex duobus titulis: nempe de præto. pigno. & altero, C. si in cau. iud. Quinta est differentia, quæ per Bart. notatur in l. 1. iure. ff. qui pot. in pign. ubi prætorium dicitur quod a iudice ex primo decreto, iudiciale quod in causam iudicati captum est, vt recenset declarando etiam Ripa, d. rubri. & clarum est quod istud pignus iudiciale poterit dici & vocari necessarium, cum lex ipsum necessitate constituat, & iudex capi iubeat, & poterit dici constitutum eo, quia constituitur iussu iudicis, vt per Franc. Bald. Hugo. Donel. suis tractat. unde Bar. d. l. si iure, ubi infert, pignus captum in executione

tionem instrumenti habentis executionem paratam sicut res iudicata, dici iudiciale. idem Bartol. in l. cum vnus. ff. de bonis autho. iud. pos. quod est vtile, quia in pignore iudiciali habet locum priuilegium prioritatis.

25 Quartum pignus est legale, & dicitur legale, quia a lege inducitur, exemplum in omnibus casibus, in quibus a lege tacite inducitur & constituitur, veluti in inuectis & illatis in domum conductam, vel fundum, quæ tacite sunt domino pro mercede obligata. §. item Seruiana, Institut. de actio. ubi Iaf. & alij. certi iuris. C. loca Roma. singu. 391. & ibi in additionibus, dum affirmat idem procedere in secundo conductore, vt eius bona sint tacite obligata primo locatori, & est communis opinio, de qua attestatur Gomez. in §. item Seruiana, Institutio. de actio. Socin. regu. centesima nonagesima secunda, ubi limitat septem modis.

Similiter potest exemplificari de isto legali pignore in eo, qui pecuniam mutuare in refectione domus: nam illa est tacite obligata, & hypothecata mutuant, tex. est in l. prima, ff. in quibus rebus pign. tac. contrah. ibi optimè Ripa qui declarat & intelligit illam leg. multis modis, & pluribus concurrentibus, & primo intelligit quod mutans in refectione ædificiorum habeat tacitam hypothecam in ipsis ædificijs priuilegiatam, si ædificia extant, non autem si collapsa, quia tunc videtur extinguere hypotheca, cum causa pignoris salua esse desierit, ita tenet glo. fina. l. prima, ff. de cess. bon. Fulgo. l. si ventri, ff. de priuileg. credit. Iaf. in l. creditor la. j. ff. si certum petatur, numero tertio, & est communis opinio, dicat quid velit Dec. in contrarium, cui respondet Ripa.

Secundo est declarandũ quod pecunia expressè fuerit mutuata ad refectionem rei, & in refectionem sit conuersa. l. procuratoris. §. planè. ff. de tributo. Iaf. d. l. si creditor qui priusquam, Ripa declarauit optimè.

Tertio declaratur, vt procedat quatenus pecunia mutuata fuit necessaria pro refectione ædificij, & non vltra, quia istud priuilegium cessaret argume. l. fin. ad si. princip. ff. de exer. actio. & hinc inferunt, quod ille, qui mutuauit & creditur pecuniam ad voluptatem magis quam ad vtilitatem, puta ad exornandam domum tectorijs, & similibus, non habebit hanc hypothecam tacitam, seu legalem. lege tertia, §. sed si mutuata. ff. de in rem verso.

Quarto declaratur procedere in mutuante gratis, non autem sub vsuris. l. ventri. §. in bonis. ff. de pri. cred. l. si hominem. §. quoties. ff. depo. dicat quid velit Decius, cui respondet optimè Ripa, sub numero 7.

Quinto declaratur, vt præferatur omnibus creditoribus anterioribus, nisi tales sint, qui & ipsi habent tacitam hypothecam, & priuilegium inter personales actiones, prout est actio dotis, quia non præfertur hoc casu. §. his consequens, in authen. de equa. dot. & anth. quo iu. vnde sumpta. C. qui potio. in pign. Bartol. in l. interdum. ff. qui potio. in pign.

Ripa, supraci loco. numero nono, ibi tamen non agitur firmare motus autoritate Fulgofij, sed expressè tenuit Iaf. d. l. creditor, sub nume. 4. ff. si certum petatur.

Sexto declaratur in illo, qui mutuauit catholico, sces hæretico, auth. item priuilegium. C. de hæret. Abb. c. quia gaudemus, de diuor. l. ad l. creditor, numero 4 Ripa. d. l. 1. numero nono, ubi intelligit, nisi hæreticus ad fidem catholicam rediret, quia tunc recuperaret priuilegium, argu. auth. item de Nestorianis. C. de hæreti.

Septimo declaratur, vt procedat tantum respectu sortis principalis, non etiam respectu pign. in contractu adiectæ secundum Paul. de Castre. in l. ideo condemnatus, per illum tex. ff. de compensatio. Iaf. d. l. creditor, sub num. 3. ff. si cer. pet. Ripa eo. sub nu. 9.

Potest vltimo declarari & intelligi, vt non procedat in pecunia mutuata in nouam constructionem domus, in qua non habet mutans tacitam, & legalem hypothecam, & sic pariter non procedet in rempta ex pecunia alterius, quæ res non erit tacite hypothecata. l. quamuis. C. de pigno. facit tex. in l. maritus. C. de distrac. pigno. Ripa. d. l. 1. numero decimo, & vndecimo, ubi de communi attestatur, sed declara, vt per eum. & nos suo loco dicemus.

26 Pariter exemplificari potest de isto pignore legali, seu tacito in fisco contrahente: si quis enim cum fisco contraxerit omnia bona sua sunt fisco tacite hypothecata. l. 1. & 2. C. in quibus caus. pign. tac. contrah. Bofius latè in sua pratica, tit. de fisco, & priuileg. eius, nu. 25. & 26.

Similiter fundus est tacite obligatus pro tributo soluendo, sunt insuper quamplurimi alij casus, in quibus pignus legale contrahitur, de quibus in d. titu. ff. & C. in quibus caus. pign. tac. contrah. Iaf. & alij scribentes. in §. item Seruiana, Institut. de actio. nos dicemus plene superiori ordine colum. taciti pignoris, & poterit vocari hoc pignus legale necessarium, cum lex ipsa necessariò constituat, vt per 27 Franc. Bald. suo tractatu de pigno. cap. 3. † An autem Christianus captus in bello à milite Christiano dicatur pignori tacite obligatus capienti pro talea videtur quod non, cum secundum mores Christianus non efficiatur seruus capientis, Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuer. ergo cum sit liber non videtur pignori obligatus, Cattren. in l. nam & seruus. ff. de neg. gest. Ripa in l. obligatione, num. 17. ff. de pig. Sed Sal. in l. ad hostibus. ff. de postlim. reuer. quæst. penult. per l. nam & seruus de neg. gest. Contrarium videtur tenere, vt habetur apud Ripam dicta lege, obligatione, numero decimo septimo, & concordat, vt ibi per eum, versic. tu considera.

TRACTATUS  
de subdistinctione pigno. & hypotheca, hoc est expressi, taciti, generalis, & specialis pignoris.

SUMMARIUM

- 1 Pignus expresse quomodo contrahatur.
- 2 Pignus tacite quomodo contrahatur.
- 3 Pignus tacite contrahitur in bonis tutoris & curatoris que sunt hypothecata pupillo.
- 4 Pignus tacite contrahitur in bonis mariti pro rebus paraphernalibus etiam in iudga muliere.
- 5 Privilegium concessum actioni de dote competit etiam pro augmento dotis.
- 6 Tacite contrahitur pignus in bonis defuncti pro legatis, & fideicommissis. Item in bonis ministri ecclesiastici pro administratione rerum.
- 7 Bona patris sunt tacite obligata filiis ad conseruationem rerum aduentitiarum.
- 8 Bona matris, qua conuolauit ad secundas nuptias, tacite sunt obligata filiis prioris matrimonij.
- 9 Bona debitoris qui accepit pecuniam mutuo, ut militiam emeret, sunt tacite hypothecata.
- 10 Tacite contrahitur pignus si credidi pecuniam ad nauem armandam vel reficiendam.
- 11 Generaliter pignus quando contrahatur.
- 12 Etiam adiecto constituto in obligatione generali omnium bonorum veniunt futura.
- 13 In generali obligatione veniunt pecunie.
- 14 In generali obligatione veniunt nomina debitorum ipsius debitoris.
- 15 Publicatis bonis alicuius simpliciter veniunt iura & actiones.
- 16 In generali obligatione veniunt merces venales.
- 17 In generali obligatione veniunt bona emphyteuticaria.
- 18 In generali obligatione apposta in locatione comprehenditur res locata.
- 19 In generali obligatione non veniunt res dotales data mariti.
- 20 In generali obligatione non veniunt bona subiecta restitutioni.
- 21 In generali obligatione non veniunt bona feudalia.
- 22 Vasallus poterit domino dare feudum in pignus.
- 23 Vasallus feudi poterit pignori si obliget se vasallus actione personali.
- 24 Non veniunt in generali obligatione bona prohibita alienari sub pena.
- 25 Non veniunt in generali obligatione bona livellaria.
- 26 Non veniunt in generali obligatione bona heredis illius, qui obligat.

- 27 Non venit in generali obligatione ius patronatus.
- 28 Non venit in generali obligatione res litigiosa.
- 29 Non veniunt in generali obligationes boues aratorij, sumina mare, Sol, Luna, &c.
- 30 In generali obligatione non veniunt ea bona, qua verisimiliter nullus in specie fuisset obligaturus.
- 31 Verisimile pendet ab arbitrio iudicis.
- 32 An sit verisimile quod vniuersitas voluerit obligare theatra palatia & turres, & an comprehendantur in generali obligatione.
- 33 Specialiter pignus contrahitur cum res particularis, vel plures expresse hypothecantur.
- 34 In speciali pignore oportet quod res sit in bonis debitoris tempore obligationis, sed in generali sufficit etiam si postea acquirantur.
- 35 Prelatus ecclesiasticus in contractibus per eum factis non potest res particulares ecclesia obligare, sed bene generaliter poterit.
- 36 Plus iuris constituitur per speciale pignus creditori quam per generale.
- 37 Per specialem obligationem reuocatur donatio facta a marito xxvi. secus per generalem.
- 38 Differentia est an agatur actione hypothecaria generali uel speciali.
- 39 Differt specialis hypotheca a generali in casu. l. si creditor §. ff. de distrac. pigno.
- 40 Pignus aliud potest dici, ut constituatur pure, aliud in diem, aliud sub conditione.

**V**enio ad alium ordinem, in quo residet alia diuisio: nempè quod aliud pignus est expressum, aliud tacitum, alium generale, aliud speciale: Interdum enim pignus contrahitur expresse, hoc est quando inter debitorem, & creditorem conuentum est, ut talis res sit pignori obligata, vel potest exemplificari in pignore, seu hypotheca testamentaria, quæ constituitur expressa voluntate testatoris, & dicitur voluntarium pignus, diximus in columna pignoris conuentionalis, & infra, columna prima, vlt. ord.

Aliquando pignus contrahitur tacite in quibusdam casibus, de quibus in titulo, ff. quibus mod. pign. taci. contraha. ibi Ripa, rubrica, & l. prima, Azo in summa. C. eodem, quibus caus. pign. taci. contaha. Negusant. tracta. de pignori. in quarto membro, secunda parte, & in secunda parte octa. princip. numero sexagesimo sexto, Philipp. Porti. consilio secundo, numero sexagesimo quarto, nos diximus superius in columna pignoris legalis, & superaddi potest supradictis pignus tacite contrahi in bonis tutoris & curatoris, quæ sunt tacite obligata pupillo, vt C. in quibus caus. taci. contrah. pig. l. si mater & l. vlt. ff. co.

Similiter in bonis mariti, quæ tacite sunt obligata pro rebus paraphernalibus restituendis, l. vlt. C. de

de pac. conuen. tam super dot. l. asiduis. C. qui potio. in pignore habea. quod privilegium tacite hypothecæ habet etiam locum in muliere iudæa, vt per Hostiens. & alios in capitulo, gaudemus de diuor. secus in hæretica muliere prout declarat etiam Marquar. de Susan. tracta. de Iud. capit. 3. nu. 3. vide Couarru. libro 1. capitulo septimo Varia. resolut. iur. vbi late de materia taciti pignoris.

Et privilegium huiusmodi tacite hypothecæ cessum actioni de dote, competit etiam pro augmento dotis. tex est in auth. de equa. dot. §. 1. ibi Ang. tenet. l. ff. de iur. iur. l. si. sequitur Negus. tracta. de pigno. in 4. memb. 2. par. nu. 46. vbi idem in dote compensata, & de ista materia dotis dicemus plenè sua columna propria, vide modo Negu. d. loco, vbi plene & Bald. Nouell. tracta. de dote plenissimè.

Pariter tacite contrahitur pignus in bonis defuncti, quæ tacite sunt obligata pro legatis & fidei commissis, vt l. 1. C. com. de leg.

Item in bonis ministri ecclesiastici, quæ etiam tacite dicuntur obligata ecclesiæ pro administratione rerum, argum. decimetertia, quæstio. vndecimæ, cap. illud, & Goffred. in summa titu. de pigno. numero 14.

Item in rebus patris, quæ tacite sunt obligata filiis ad conseruationem rerum aduentitiarum, vel pretia ipsarum, non tamen quod imputetur patri, quod malè sit fructus rebus, vel malè reixerit eas, vt Lautepenul. §. vlti. & l. vlti. §. non autem. C. de bon. quæ liber.

Item in bonis matris, quæ conuolauit ad secundas nuptias, nam bona tacite sunt obligata filiis prioris matrimonij, vt mater restituat ea, quæ lucra ta est a priori marito. l. hac edictali. §. penult. C. de secu. nupti.

Item in bonis debitoris, qui accepit mutuo pecuniam, vt militiam emeret, nam obligata sunt omnia bona debitoris, & etiam ipsa militia empta. l. vlti. C. de pigno.

Item tacite contrahitur pignus si credidi pecuniam ad nauem armandam, vel rem reficiendam, vel conseruandam, vel pro vectura nauis. l. interdum. l. huius & l. idem que. ff. qui poti. in pign. habea. Azo in summa titu. quod pignus tradi. contrah. numero septimo, Straccha Anthoni. tracta. de Nauibus. in vlti. par. post numerum secundum, Francis. Marza. consil. eo. numero sexto, vbi tria recenset priuilegia, & de ista materia taciti pignoris vide, quæ scribit Didacus supraci. capitulo septimo variat. resolutio. in, nos diximus aliquid columna pignoris legalis.

Generaliter autem pignus contrahitur quando quis omnia bona sua pignori obligauit, & in quo casu intelliguntur obligata, & quæ habet, & quæ habebit. l. vlti. C. quæ res pigno. oblig. post. glo. & Sali. et. in l. quæ nondum. §. 1. ff. de pignori.

Nec refert an adiectum sit pronomen sua, sed sufficit si simpliciter sit dictum quod talis obligauit bona, nam isto casu comprehenduntur præsentia, & futura, tex. in d. l. fina. C. quæ res pigno. & in l. 1. in princip. ibi Bart. communiter approbat. ff. de

pigno. Pinellus in rubri. de bonis mater. vbi late. nec refert si appositum sit constitutum a debitore ad hoc, vt impediatur obligatio bonorum præsentium & futurorum, quamuis enim clausula constituti videatur non posse referri nisi ad præsentia bona, cum verba constituti sonent ad præsens, dum dicitur, talis constituit se tenere & possidere omnia bona &c. futura enim incerta sunt, & possideri non possunt vt l. 3. §. etenim incertam. ff. de acquiren. posses. nihilominus, quia est certitudo respectu vniuersi & generalis, argum. l. qui iure militari. ff. de testamen. milita. idè etiam adiecto constituto in obligatione generali omnium bonorum veniunt futura secundum magis communem opinionem Soc. & Iaf. in d. l. 3. Afflictus, qui pariter attestatur de magis communi decif. 335. columna quarta, in princip. Purpura. in l. fina. numero ducentesimo quinquagesimo sexto, C. de pa&t. Alex. in l. stipulatio hoc modo. numero 17. ff. de verborum obliga. Alexand. consilio octuagesimo quinto, volu. 6. Iaf. consilio 147. volum. 2. Parisi. consil. 50. numero 22. vol. 1. Roland. consil. 79. volu. 1. in fi. & tenet Iaco. Butri. & Salice. in d. l. fin. C. quæ res pigno. & Barto. consil. 76. incip. punctus talis est, pater. Menochi. consil. 77. numero tertio, volumi. 1. Negus. tracta. de pigno. in secundo membro, 2. par. numero tertio, ibi refert Bald. Angel. & Roman. contrarium tenere.

Accedat supradictis quod in generali obligatione veniunt pecunie, intellige de pecunijs debitoris aliunde habitis, quam a creditore, cui obligantur bona. l. cum tabernam. §. si. ibi Bar. ff. de pig. Negus. in d. 2. memb. 2. par. nume. 1. ibi refert Alexand. & optime declarat.

Et veniunt in generali obligatione nomina debitorum ipsius debitoris obligantis. l. 3. ibi scriben. C. de hæredita. actio. & Bartol. in l. Quintus. §. argento. ff. de au. & argen. lega. & l. nomen. ibi scriben. C. quæ res pigno. obl. Intelligendum quando bonorum obligatio fit simpliciter, secus si fieret obligatio bonorum mobilium & immobilium: tunc enim non comprehenderentur iura, & actiones, vel nomina debitorum, quia actio, seu nomen debitoris dicitur tertia species, & non comprehenditur appellatione mobilium, vel immobilium. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. l. quam Tuberonis. §. penul. ff. de pecu. leg. Doct. in l. potest pupillus. ff. de auth. tuto. Pinell. d. rubri. de bon. mater. nu. 24.

Quare publicatis bonis alicuius simpliciter veniunt iura, & actiones, secus si sint publicata mobilia, & immobilia, vt per Doct. in l. si constante. §. fin. ad fin. ff. soluto matrimonio. Negu. d. secundo memb. nume. 10.

Similiter in generali obligatione bonorum veniunt merces venales, si quidem in generali obligatione bonorum, seu rerum non restricta ad certum locum comprehenduntur etiam merces, & res venales præsentis, & futuræ, Bald. in l. cum tabernam, in princip. ff. de pigno. Bartol. in l. generali. ff. de usufruc. leg. Negusant. dicto secundo memb. numero 15. Socin. Iaf. & alij Doct. in



in l. qui Romā. §. Callimachus. de verbo. obliga. Pi- nellad. rubri. de bon. mater. nu. 38. ubi de magis com- muni ibi reprehendit Neguf. qui videtur variasse fupracita loco. & reprehendit Alex. in l. si con- fante, nu. 27. & Alber. & Iaf. qui videntur variasse quamuis videantur posse intelligi, vt loquantur in le- gato, seu relicto, vt in l. generali. §. vxori. ibi Alber. Barto. & alij. ff. de vfr. leg. Roma. fing. 437. intelli- gendo, vt ibi per Roma. vbi aliter legatum subfiste- re poffet, fecus si non poffet subfistere, quia com- prehendit venalia. l. pediculis. ibi glo. §. item cum quereetur. ff. de au. & argen. leg. vide Gomef. de hoc & Iaf. in §. item Seruiana, Inftitutio. de actio. Gomef. ibi sub nu. 19. & idem Iaf. in l. i. C. de verbo. figi. ibidem Caftre. & Crotus in l. si confante. 1. & 2. lectu. num. 96. fol. matrim. in prima, & nu. 139. in fecunda, vide Dec. confil. 381. numero quinto, Bello. confil. 9. Rui. confil. 155. lib. 2. Pincel. d. rubri. nu. 38. vbi plures cumulat, & Nicol. Pignola. in ad- dit. ad Rom. d. nota. 437. Ripa. l. conuentio, nu. 8. de pigno. ibi late.

17. Quid de bonis emphyteuticarijs venient ne bo- na emphyteutica in generali obligatione. dicen- dum, quod sic, licet regulariter alienari non poffint irrequifto domino, tamen poffunt hypothecari Docto. in l. tutor. §. fin. ff. pignorati. actio. Barto. in l. si confante, in principio, in 3. quaestio. princip. ff. foluto matrimonio, & ibidem Alexan. text. est in l. lex vef. tialis. ff. de pigno. Neguf. d. 2. memb. nu. 28. Ripa in l. conuentio generalis, numero decimo, ff. de pigno. vbi inquit Baldum extendere ad res emphy- teuticas ecclefia. ita glo. communiter approbata in ver. alijs vendere. Iaf. ibi. colum. 123. C. de iu. emphi. flat igitur conclusio quod emphyteuta poffit res emphyteuticas pignori hypothecare absque confen- fu domini generaliter. De honestate tñ debet em- phyteuta requirere dominum si velit sibi mutuare eam pecuniam summam, quam ab alio inuenit, Specu- titu. de locato. §. nunc aliqua. Ripa d. l. conuentio sub numero vndecimo, intellige & declara, vt ibi per eum, nos dicemus infra colum. 2. vlt. ordi. & suo tracta. plenè ibi videas.

18. Demum dicendum, quod in generali obligatio- ne omnium bonorum appofita in contractu loca- tionis pro obseruantia, & in contractu emptionis, in quo emptor promifit foluere pretium, vel fecit pactum de reuendendo, vel aliter conuenerunt, com- prehenditur etiam res locata & vendita prout not. Bar. in l. qui fundum. ff. loca. & in l. si filio. §. finali, ff. foluto matrimonio, Caftren. in l. si merces. §. 1. ff. loca. Bartol. in lege prima, §. quod autem. ff. de fuperci.

An autem hypotheca generalis fufficiat in con- tractu ad impediendam translationem dominij vi- de Anto. Gabr. commun. opinio. titu. de pigno. conclus. 1. lib. 3. nos infra tract. loca. in fi.

19. Declaranda tamen sunt fupradicta pluribus mo- dis, vt primo quod in generali obligatione veniant bona praesentia, & futura, sed non habere locum in rebus dotalibus datis marito inestimatis, vel aesti- matis, quia illa non veniunt neque comprehendun- tur in generali obligatione omnium bonorum, &

hoc tam in persona mariti quam vxoris. l. vni. C. de rei vxor. actio. & Inftitutio. qui. alien. lic. vel non. in princ. auth. siue à me. C. ad Vel. Alex. post Bal. in l. si confante. §. si maritus. ff. fol. matr. Neguf. d. 2. mem- bro, nu. 59.

20. Item in generali obligatione non venire bona subiecta reftitutiōni fideicommissi in conditionis euentum, Alex. in d. l. si confante, in 3. quaest. princ. Ang. in auth. de reftitu. & si bona sunt subiecta refti- tioni fideicommissariae pure nulla expectata condi- tione non solum non veniunt in generali obligatio- ne, sed non poffunt vilo modo etiam specialiter ex- preffè hypothecari. l. si. §. sed quia nostra. C. com- mu. de leg.

21. Item in generali obligatione non veniunt bona feudalia, quia feudum prohibetur alienari & pigno- rari. tex. cap. 1. in princip. de prohib. feud. alien. per Federic. Bar. in l. qui habebat. in fi. princ. ff. de leg. 3. Specula. titu. de pigno. verficu. sed nunquid feudum Paul. de Caft. in l. tutor. §. fin. ff. de pignorati. actio. Felin. in c. quae in ecclesiarum, columna vigesimafex- ta, de confi. Ripa. in l. obligatione, numero trigesi- 2. mosexto, de pigno. † Poterit tamen vasallus dare domino feudum in pignus. c. 1. de feud. quoniam po- terit etiam obligare, & pignorare alteri pro necessita- tibus & feruitijs domini, Ripa d. l. obligatione, nume- 23 ro trigesimo octauo, sed fructus mobiliaeque ipsius feudi poterunt obligari, dummodo vasallus obliget se actione personali ad d. fructus: non autem con- stituat vsum fructum in proprietate feudi & venient in generali obligatiō. Alexan. confil. 2. lib. 1. Bald. in l. codicillis. §. instituto. in 2. q. de leg. 2. vide Fabr. in §. item Seruiana, Inftit. de acti. Iaf. in l. fin. C. de rebus ali. non alien. Neguf. tracta. de pigno. d. 2. memb. nu- mero quadagesimotertio, Ripa d. l. obligatione optime declarat, nos suo tracta. de feud. & infra 2. col. vlt. ordi.

24. Item non veniunt in generali obligatione bo- na prohibita alienari sub pena, Barto. in l. codi- cillis. §. instituto, ff. de legatiis fecundo, Specul. titu. de pigno. §. primo, ad fin. verficu. sed nun- quid Bald. in l. voluntas. C. de fideicommissi. & in l. prima, post Barto. ibi. C. quae res pigno. obli. poffi.

25. Item non veniunt in generali obligatione bo- na liuellaria, Angel. in authen. de reftitu. text. in capitulo, generali, si de feu. fuer. controuer. in- ter domin. & agna. capitulo primo, de cap. qui- cur. vend. Alexand. in l. si confante, in tertia quaestio. principa. Iaf. in d. l. fina. & contractus liuellarius dicitur quando aliquis vasallus con- cedit alteri pro certa annua mercede praedium, vel aliam rem, quam ipse vasallus habet in feudum, quod olim fieri poterat sine consensu domini: ho- die autem id fieri non poffit sine consensu domini, c. 1. de proh. feu. aliena. Neguf. tracta. de pigno. in 2. memb. nu. 51.

26. Item non veniunt in generali obligatione bona haereditaria illius, qui obligat, & hypothecat, est text. in term. in l. Paulus, in princ. ibi Bar. ff. de pigno. glof. mag. in l. afsiduis, C. qui portio. in pigno. habeat, ibi scriben.

Item

27. Item non venit in generali obligatione ius patro- natus, quod quis habet. c. cum Bertoldus, de re iud. ibi Abb. Lambert. trac. de iu. patri. in 2. par. 1. lib. post Roech. de quo alias dicemus suo loco.

28. Item in generali obligatione non cadit nec com- prehenditur res litigiosa, cum non poffit obligari in specie. l. 1. §. si. ff. quae res pign. Ripa. l. obligatione nu. 56. ff. de pigno. quod procedit etiam si agatur iudi- cio diuisorio, gl. in l. 1. C. commu. diui. Abb. in c. ec- clesia. col. 3. vt li. pend. declara. vt per Bar. & alios in l. si C. de litigio.

29. Item non veniunt in generali obligatione boues aratorij, & agrorum instrumenta, quia in specie obli- gari & capi prohibentur, l. exequutores. C. quae res pign. nos dicemus infra.

Item non venient flumina, mare, marisque lit- tora, quia publica sunt. §. flumina, Inftitut. de re- rum diuisio.

Item non venient Sol Luna venti, & similia, quae obligari non poffunt, prout per Ioann. Andr. in additio. Speculat. titu. de executione sententiae. §. fequitur, verficu. quid sit vniuersitas, Ripa d. l. obliga- tione, nu. 57.

30. Demum dicendum quod in generali obligatione non veniunt ea bona, quae verifimiliter nullus in spe- cie fuisset obligaturus, vt sunt ea, quae vfu quotidia- no habentur, vt fupellex, concubina, filij naturales, & similia, quas res, vel affectione, vel necessitate vfuque quotidiano non est verifimile, quod obliga- uiffet aliquis, tex. in l. obligatione generali, cum tri- bus fequent. legibus. ff. de pign. & ibi scriben. & per Docto. l. 1. C. quae res pign. oblig. poffi. Spec. tit. de lo- ca §. 5. verficu. carerū. Neguf. in 2. memb. fecund. par-

31. nu. 35. † & an sit verifimile quod voluerit illas res obligare pendet ab arbitrio iudicis, & iudex ipse de- clarare debet, Cleme. caufam §. vtrum, vbi Card. Flo- ren. de elect. Ripa d. l. obligatione, in fine, Menoch. tracta. de arb. iud. caf. 81. Cent. 1.

32. An autem sit verifimile, quod communitas, seu vniuersitas voluerit obligare theatra palatia & tur- res, & sican d. theatra palatia & turres vniuersita- tis comprehendantur in generali obligatione, dicen- dum videtur quod sic, quia poffunt obligari in spe- cie. l. 1. ciuitatis. ff. quod cuiusque vniuer. & etiam capi pro executione iudicati fecundum Angl. com- modis, de re iud. Ripa d. l. obligatione nu. 57. ff. de pi- gno. qui intelligit in subsidium, & quod priusquam obligentur, debet cogi vniuersitas collectam indi- cere, vt per Bar. & Docto. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. quamuis Ripa postea ibi videatur tenere contrarium per illum tex. quasi non sit verifimile, quod vniuerfi- tas voluerit talia in specie obligare, & hypothecare, quae publico vfu sunt necessaria, vt muri, portae, & plateae ciuitatis, quia sanctae sunt obligari non poffunt, Bal. l. etiam. C. de exe. re. iud. poffet forsan intel- ligi ista fecunda opinio quando obligatio fieret ab vniuersitate non maxima & urgente causa necessita- tis, prima autem opinio poterit intelligi quando fiet obligatio ab vniuersitate, maxima urgente, & gra- ui ac periculosa causa imminente, quia isto casu ve- rifimile erit, vt etiam patres, filios proprios hypothe- care voluerint, in alio casu non graui, verifimile erit

vt tantum redditum & censum publicum obligare voluerit vniuersitas, non autem theatra palatia tur- res plateas & similia. argu. tex. in l. obligatione ge- nerali, cum sequi. ff. de pigno.

33. Specialiter aut pignus contrahitur cum res parti- cularis, vel plures in specie expresse hypothecantur, & obligantur: videlicet talis ager, liber, equi & simi- lia: Vel specialis hypotheca dici poffit si quis tan- tum praesentia bona obliget, ad genera. ium praesentium, & futurorum bonorum differentiam. l. & quae nondum. §. quod dicitur, iunc. glof. in verficu. specialiter. ff. de pignor. & in speciali pignore

34. oportet quod eo tempore, quo res obligantur sint in bonis debitoris, ita quod non suffice- ret si ille res post obligationem contractam super- uenirent in dominio, seu quasi debitoris, est tex. ibi Docto. in l. 1. ff. de pigno. & ibi glo. magi. opti- me distinguit, quam vide: Nec videtur obftare. l. rem alienam. ff. de pignorati. actio quia ibi datur utilis actio, non directa, quasi in subsidium, & in- tellige prout declarat Silua. in repeti. illius leg. Sed ad essentiam generalis obligationis omnium bono- rum sufficit etiam si bona post contractam obli- gationem acquirantur ipsi debitori, vt d. l. 1. in principio. & l. quae nondum. §. 1. eo.

Et sic maxima est differentia inter hypothecam ge- neralem, & specialem, etenim † praetatus ecclesia- sticus in contractibus per eum factis non poffit res particulares ecclesiae obligare, per ea quae habentur in cap. nulli, de rebus eccles. non alie. sed bene poterit generaliter obligare in contractibus permis- sis, absque tamen traditione illorum, vt probatur a contrario sensu in d. c. nulli & ibi Hostien. Ioann. Andr. Abb. & ceter. Gugli. Redoan. tracta. de rebus eccles. non alien. titu. de casibus in quibus fit alie- nat. rerum ecclesi. absque solem. verficu. bona eccles. & ratio est, quia plus iuris constituitur creditori

36. per speciale pignus, quam per generale, vt declarat glof. in §. nos igitur, in verficu. specialis, & in ver. cre- ditoribus, in authen. de non aliena. tex. in l. 3. C. de fer. pigno. man. vide quae nota. in l. fin. C. quae res pigno. obli. poffi. l. afsiduis. C. qui portio. in pigno. vbi Bald. Salice. & scribentes in l. 1. ff. foluto mati- monio. vide Philipp. Port. confil. 163. numero octa- no. firmior ergo & potentior est hypotheca specia- lis, quam generalis, & plus iuris constituitur per speciale hypothecam. † Hinc est, quod per spe- cialem obligationem reuocatur donatio facta a ma- rito vxori, quae venit confirmanda post mortem fecus per generalem obligationem, per quam dona- tio non reuocatur, vt per Bartol. in l. rem legatam cir. fin. ff. de adim. lega. Bald. in l. si non virum C. de dona. inter virum, & vxorem. Iaf. in l. 3. in 2. limita. C. de lega.

38. Hinc est etiam differentia, quod quando agi- tur contra debitorem hypothecaria actione si agi- tur hypothecaria actione ex generali hypotheca debitor poffit excipere, rem illam, ad quam agitur, non fuisse nec esse suam, sed alterius, & nominare dominum, pro quo poffidet, & fructus percepit, & hoc probare, & isto modo debitor exci- piendo non poffit conuinci de mendacio ne crepli-

carum de do. contra cum cum obligaverit sua bona in genere, & potest esse, quod ista res, ad quam agitur non fuerit comprehensa in generali obligatione, cum fuerit debitoris, & isto casu creditor cogatur de dominio directo vtili, vel quasi ipsius debitoris, ad hoc, vt obtineat in causa. Secus si agatur ex speciali hypotheca, tunc debitor, contra quem agitur, non poterit excipere, & in dubium reuocare questionem dominij, quia ipso facto conuincitur de mendacio, ex quo ipsam rem in specie obligauit ita intellige, & declara. l. inter colonum. §. 1. ff. de pigno. l. rem alienam. ff. de pignoratitia actio. Alex. in l. si pignore. §. 1. ff. de pignoratitia actio. Negul. trac. de pig. 1. memb. 2. par. princ.

39. D. fert etiam hypotheca specialis a generali in casu l. si creditor. §. fin. ff. de distra. pign. vbi quaeritur si pactum sit a creditore ne liceat debitori pignus, vel hypothecam vendere, an teneat tale pactum. & decidit Iureconsult. quod sic, & illa res hypothecata non poterit a debitore vendi, & pacto stabitur, D. octo. autem communiter intelligunt illum tex. procedere tantum in speciali hypotheca, secus in generali, quamuis enim fuisset factum tale pactum inter debitorem, & creditorem, nihilominus venditor poterit vendere aliquam rem ex illis, quae generaliter sunt obligata, & ista opinio, vt ille tex. non loquatur in generali obligatione est magis communis, de qua auertatur Negul. suo trac. de pign. in 1. memb. 2. par. nu. 5.

40. Potest forsitan etiam dici, vt pignus, seu hypotheca alia sit pura, alii in diem, alia sub conditione, cum possit apponi pignus in quacunque obligatione, puta in diem, & sub conditione, & tam pro toto debito quam pro parte, & tam pro sua obligatione, quam aliena, & tam pro civili, quam naturali obligatione vt est tex. in l. res hypothecae. ff. de pignor. & potest constitui pro toto tempore, vel pro parte temporis. litem liberat 1. in princ. cum glo. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solua. Negul. in 1. memb. 3. par. nos infra.

TRACTATUS de personis, quae pignorare possunt, vel non.

SUMMARIUM.

- 1. Quilibet habens liberam administrationem rerum suarum, vel alterius patrimonij potest pignori dare.
2. Qui potest vendere & alienare potest pignorare, quia valet argumentum.
3. Qui non habent liberam administrationem suarum rerum vel alterius patrimonij, & qui non possunt pignorare, sunt prodigi, furiosi & similes.
4. Pupillus non potest pignorare, etiam cum tutore sine decreto.
5. Seruus non potest pignori dare, nisi habeat liberam peculij administrationem.
6. Filiusfam. non potest pignorare nisi habeat liberam pecu-

- lij administrationem.
7. Defunctus non potest pignorare, & obligare bona heredes.
8. P. status Ecclesiae non potest specialiter res Ecclesiae obligare.
9. Socius non potest pignori dare partem socij.
10. Non potest pignus obligari alicui per alium.
11. Superficiarius potest pignorare & obligare.
12. Potest pignorare ille, qui habet in re quasi dominium, & potest experiri publiciana.
13. Vfructuarius in bonis, in quibus habet vsufructum potest pignus constituere.
14. Procurator potest pignori dare, & etiam negotiorum gestor, si dominus mandauit.
15. Mandatum idoneum ad pignorandum quando dicitur.
16. Publicus administrator potest pignorare & obligare si habeat liberam administrationem, vel vt ibi.

Venio

ad vltimum ordinem, & capio primam columnam, quae est inscripta de personis, quae possunt pignorare, vel non, & procius declaratione dicendum, quod quilibet habens liberam administrationem rerum suarum, vel alterius patrimonij potest pignori dare. l. solum. §. fin. l. si conuenerit in fin. vtroque scriben. ff. de pignoratitia actio & ille, qui potest vendere & alienare, potest pignorare, cum valeat argumentum de vno ad alterum, nempe de venditione ad pignus, l. 1. ff. quae res pignori. obliga. ibi eam rem, quam quis emere non potest, iure pignoris accipere non potest, declara nisi per legem aliter sit statutum propterea in re aliena: nam valet venditio rei alienae: non autem pignoratitia. glo. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ibi reddidit rationem, quia in pignore oportet quod constituatur ius in re, id est obligetur ipsa res, sed in venditione solum obligatur persona pro cuiusdatione ad quandam afininam possessionem tradendam Ripa in lege, conuentio generalis, numero decimoquarto, ff. de pignor. & hypothecae: nos dicemus infra, columna sequent.

3. Personae autem, quae non habent liberam administrationem suarum rerum, vel alterius patrimonij, & quae non poterunt pignorare, sunt prodigi, furiosi, dementes, obrij, minores & similes, de quibus in l. is cui bonis ibi scriben. ff. de verbor. obligatio. l. prima, & per tot. ff. quibus alien. lic. vel non, & exempli gratia videamus particulatim de aliquibus, qui non possunt pignori dare, & de aliquibus, qui possunt.

4. Primo ergo pupillus non potest pignorare, vel obligare res suas etiam cum tutore sine decreto iudicis. l. 1. in princip. ff. quae res pigno. obliga. non poss. sed intellige quando obligatio esset voluntaria: secus si esset necessaria, quia tunc non est prohibita, puta si tutor esset obligatus pro defensionem causa pupillaris cauere de iudicio sistendo: nam tali casu posset solus tutor bona pupilli obligare, Bartol. in dicta lege prima, in princip. & est text. in l. fin. §. defensionem. ibi glof. C. de administratione tutor.

5. Secundo seruus non potest pignori dare, nisi habeat liberam

liberam peculij administrationem. l. si liberam. C. quod cum eo qui in alio. pote. ibi Bal. l. si conuenerit. §. si. ff. de pignoratitia actio.

6. Tertio idem dicendum est de filiofam. vt non possit pignorare. limita nisi habeat liberam peculij administrationem, sed declara supradicta pro negotio & causa peculiari, quia tam filiofam. quam seruus possunt res peculiares pignori dare, si liberam habent administrationem. d. l. si conuenerit. §. si. cum l. sequen. ff. de pignoratitia actio. & hoc quando obligatio fit in vtilitate peculij, secus si pro alijs negocijs: tunc enim etiam si haberet liberam administrationem, & obligaret res peculiares, non valeret obligatio tex. in l. 1. ibi glo. & Bar. ff. quae res pign. obli. non poss. qui tex. reitringitur & declaratur ibi, nisi etiam esset permessa facultas donandi in concessione liberam administrationem, quia tunc indistincte posset res obligare, & donare, vt per gl. in d. l. 1. in ver. administrare, quam refert & sequitur Negul. trac. de pigno. in i. memb. 3. par. nu. 13.

7. Quarto defunctus non potest pignorare & obligare bona heredis, quamuis possit legare rem illius. C. in Sal. Raph. in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. te net. mo. Caffre. in l. si heredis seruus. ff. de leg. 1. Bal. in l. Paulus, in 1. lectura antiqua. ff. de pigno. quamuis fuerit sibi contrarius in l. assiduis, suprad. limita, & declara nisi haeres ratam haberet obligationem. l. si fundus. §. 1. ff. de pigno. ibi Bar. & in l. 1. §. 1. ff. cod. intelligo si expresse ratificat. sed quid si tacite fuisset facta ratificatio, nempe per aditionem hereditatis, in quo casu videtur tacite facta ratificatio, & tunc credo contrarium quod immo scilicet non prauidet heredi nec censetur ratificasse, vt per Bar. in l. rem alienam. ff. de pignoratitia actio. nisi defunctus obligasset bona heredis nomine ipsius heredis, quia ad eundem hereditatem censetur ratificasse, vt per Bar. in d. l. rem alienam, in vlt. si autem non fecit mentionem de haerede, non censetur per aditionem ratificasse haeres quoad actionem hypothecariam, sed quoad exceptionem tantum, Bar. in l. cum vir, in fi. ff. de vsucap. per l. si Titio. ff. de pigno. de quo per Alex. in l. si heredis seruus. ff. de leg. 1. per Negul. in 2. memb. 2. par. nu. 33.

8. Quinto prelati ecclesiae in contractibus per eum factis non potest specialiter res particulares ecclesiae obligare & pignori dare per ea quae habentur in c. nulli. de reb. eccles. non alien. sed bene potest in contractibus ei permisis obligare generaliter bona ecclesiae sine traditione tamen illorum, vt probatur in d. c. nulli. a contrario sensu in verbo specialis hypothecae ibi canonistae & Abbas in c. 3. de precat. & est communis opinio (dicat quid velit Butri & Imo. in d. c. nulli) & de hac magis communis opinione attestatur Negul. in primo memb. 2. par. nu. 3. adest cõs. Alex. num. 118. vol. 5. in col. pen. vide glo. in §. nos igitur. in Auth. de non alienan. in ver. speci. ver. creatoribus.

9. Sexto socius non potest pignori dare partem socij tex. est in l. vnica. C. si commu. res pigno. da. sit l. 2. C. commu. diui. l. si fratres. C. commu. vtri. iudi. tex. in l. conuentio generalis ff. de pigno. ibi Ripa sub nu. 16. quod procedere etiam videtur in socio vni-

uerforam bonorum. l. nemo ex socijs. ff. pro soc. fal. lit. in silco. in mercibus venalibus, & nisi confocius ratum habuerit postea, de quo per Ripam d. l. sub nu. 16. & nos dicemus sequen. col.

10. Septimo non potest pignus obligari alicui per alterum, puta per procuratorem, quia sicut vnus per alterum obligari non potest, ita per liberam personam obligatio alteri acquiri non potest, sed tunc illa libera persona, quae pro alio contraxerit conuenietur. tex. est in l. solum §. per liberam, ibi Bar. ff. de pignoratitia actio. & sic per procuratorem ipsa hypotheca non quaeritur domino sine cessione, vt est tex. ibi Bar. in d. §. per liberam, licet regulariter per procuratorem immediate sine cessione quaeratur domino actio vt per Negul. in tractatu de pigno. in 1. memb. 3. par. nu. 97.

11. Potest autem pignorare hypothecare & obligare superficiarius. l. grege. §. & superficiarius, ibi glo. ff. de pigno. nam superficiarius habet vtile dominium, in provinciali. §. pen. ff. de no. oper. nun. l. 1. §. 1. ff. de superfi.

12. Idem dicendum est in eo debitore, qui habet in re quasi dominium, & potest experiri Publiciana, quae datur illi, qui nactus est a non domino ex aliquo iusto titulo rem. §. namque. Inst. de actio. si quid ille potest illud quasi dominium obligare pignori, & per ta lem obligationem creditor acquirit idem ius, quod habet debitor, & aduersus illos, qui poterant se tueri vigore quasi dominij debitor poterit etiam se tueri creditor.

13. Et similiter procederet etiam in vsufructuario, nam ille in bonis, in quibus habet vsufructum, poterit pignus constituere, & obligabitur prout tradit Bar. in l. si is qui. ff. de pigno. §. vsufructus & Sal. in l. 1. C. si pig. da. sit, & intellige, vt possit pignori commoditas illa vtendi fruendi, non autem vsufructus prout Doc. declar. d. loco.

14. Potest etiam pignori dare procurator seu negotiorum gestor tanquam dominus si dominus mandauit tex. est in l. si iuter, ibi Bar. not. ff. de pign. & intellige in procuratore si procurator habet mandatum idoneum, tunc enim absque alia ratificatione dominij valebit mandatum, & dicitur mandatum idoneum ad pignorandum si sit factum specialiter tale mandatum ad pignorandum res in genere, vt l. solum §. si. ff. de pignoratitia actio. & not. Bar. in l. filius. col. si. ff. de dona. Alex. conf. 189. in 7. vol. nu. 7. & est idoneum mandatum si concessa esset vniuersa administratio bonorum vt l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. vel si esset datum mandatum generale cum libera, quia aequiparantur habere liberam, & habere speciale mandatum, Ruy. conf. 27. nu. 2. vol. 1. tex. est in l. procurator cui libera. ff. de procur. & glo. in d. l. vel vniuersorum & glo. in l. 1. ibi Bar. C. si res alie. pign. da. sit, & dicitur sufficiens mandatum si esset generale mandatum sine libera potestate quando dominus solitus esset talia facere, nempe pecunias mutuas accipere sub pignore. tex. & glo. in d. l. vniuersorum. & glo. & Bar. d. l. 1. C. si alie. res pign. & idem esset si dominus ratificaret factum a procuratore, qui non haberet idoneum mandatum, quia tunc retrotrahitur vsque a principio. Sed non praejudicat

dicat tertio talis ratificatio, hoc est illi cui dominus obligavit drem antequam ratificaret, vt probatur in l. 1. & 2. ff. de pignori. actione l. prior ff. qui potior in pign. habea. & ita tenet & declarat Neguf. suo trac. in 1. memb. 3. par. numc. 6. post Bar. & adest cons. Soci. 126. in 4. vol. Ripa, licet diuerso ordine in l. si is qui bona, nu. 15. ff. de pigno.

16 Pariter potest pignori, & obligare publicus ad ministrator alicuius ciuitatis, l. si is q. bona, in prin. ibi Bar. & Ripa post alios, ff. de pigno. dūmodo iste ministrator publicus habeat liberam administrationem, l. procurator cui libera. ff. de procu. vel saltē adfit consuetudo in quolibet procuratore, l. solutu. §. si cum le. sequen. ff. de pignori. actio. secus in eo qui habet simplicem administrationem, l. procurator eorum, ff. de procura, d. l. solutum, vel saltem habeat mandatum cum libera, vel saltem consuetudo adfit in quolibet procuratore, Neguf. in trac. de pigno. in 1. memb. 3. part. in si. Ripa in d. l. si is qui bona, & intellige dummodo dicta pignoriatio seu obligatio fuerit utilis, vel necessaria reipubli, vt per Bar. d. l. si is qui bona, & intellige etiam supradicta in prioribus Antianis, quibus reipubli, administratio committitur, secus in his quibus executio committitur, vt Potestas, Capitaneus, Ripa, & Bar. dicta l. si is qui bona, Neguf. trac. de pigno. 1. memb. 3. par.

**TRACTATUS DE Rebus, que Pignori dari possunt, vel non.**

**SUMMARIUM.**

- 1 Omnes res pignori obligari possunt dummodo non sint exemptæ à commercio nostro natura, iure ciuili, vel gentiu.
- 2 Non potest pignori dari nec obligari res penitus aliena.
- 3 Quare res aliena possit vendi, & non pignori dari.
- 4 Possessor rei aliene sibi pignori tradita non prescribit veram hypothecam.
- 5 Licet pignus rei aliene non valeat in præiudicium domini valet tamen in præiudicium ipsius debitoris.
- 6 Saluatio & concordatio Bar.
- 7 Non valet obligatio rei aliene in præiudicium domini, sed in præiudicium tertij possessoris sine titulo.
- 8 Non valet obligatio rei aliene nisi consenserit dominus, vel ratum habuerit.
- 9 Non valet pignoriatio rei aliene si res sit penitus aliena, secus si debita sit.
- 10 Valeret pignoriatio rei in qua quis habet aliquod ius quoad illud ius.
- 11 Non valet obligatio rei aliene in obligatione pura, secus in conditionali.
- 12 Est differentia an scienter obligasti rem alienam an ignoranter.
- 13 Non potest pignori dari res sacra & religiosa.

- 14 Spirituali annexa non possunt obligari, & pignori dari.
- 15 Ius sepeliendi proprio sepulchro an possit pignori obligari.
- 16 Homines liberi non possunt pignori dari nec filijfam.
- 17 Res pupillares non possunt pignori vel hypothecæ dari.
- 18 Bona manorum sine decreto obligari non possunt.
- 19 Res litigiosa non potest obligari pignori ue dari.
- 20 Res que ad culturam agri pertinent non possunt pignori dari.
- 21 Seruitutes & iura urbanorum prædiorum non possunt pignori obligari.
- 22 Vfructus non potest pignori obligari.
- 23 Bona dotalia non possunt pignori dari.
- 24 Feudum non potest dari pignori sine consensu domini.
- 25 Saluatur & concordatur Bar. tripliciter.
- 26 Nunquid possit dominus in ius uassallo directum dominum & in ius feudum pignori.
- 27 Res subiecta restitutioni non potest pignori dari pure, secus si conditionaliter.
- 28 Præmum futura uictoria non potest pignori dari nec obligari.
- 29 Solutio & intellectus ad l. commodis. ff. de re iudi. & l. spem. C. que res pig.
- 30 Stipendia militum & honoraria Doctorum non possunt pignori dari.
- 31 Quid dicendum de præbendis, & de fructibus beneficiorum.
- 32 Res propria non potest sibi ipsi pignori dari. limita, ut ibi.
- 33 Pignori autem dari possunt res que sunt in bonis nostris.
- 34 Possunt pignori dari res in quibus habemus aliquod ius.
- 35 Pignus pignori etiam dari potest.
- 36 Pignori dari & obligari potest res communis.
- 37 Res future obligari & pignori dari possunt.
- 38 Bona emphyteutica possunt obligari & pignori dari.
- 39 Vniuersitates rerum possunt pignori dari & obligari.
- 40 Possunt obligari res in alio territorio sitæ.
- 41 Filij possunt à patribus ob famem pignori dari.

**Venio** ad secundam columnam eiusdem

ultimi ordinis, pro cuius declaratio ne dic, quod t. omnes res pignori dari vel obligari possunt, dummodo non sint exemptæ à commercio nostro, vel natura, vt liber homo, vel iure gentium, vt res sacra & religiosa, vel iure ciuili, vt res publica vel publicis vfibus destinata, vt campus Martius, de quibus glo. in l. si in emptione. §. omnium ff. de contrah. empti. dicemus infra trac. emptio. & vend. in 2. col. vlti. ordi. vbi quidquid dictum est de emptione dictum sit de pignore, siquidem illud quod vendi potest pignori dari potest. l. sed & quo. ff. de pigno. Ripa l. obligatione, nu. 5. ff. de pigno. l. si conuenerit. §. si. ff. de pignori. actio. sed exempli gratia videamus de nonnullis rebus, quæ non possunt pignori dari, & postea de his quæ possunt dari.

Et primo dicendum quod non potest pignori dari nec obligari res penitus aliena. l. 1. & per tot. C. si alie. res pigno. da. sit l. qui filios. C. quæ res pigno. Ripa in l. conuentio. ff. de pigno. nu. 14. ampliatur etiam quod aliquando fuerit sua. l. 2. ff. de pignori. actio. obligatur tamen debitor actione personali, nam obligatio personalis constituitur verbo promissiuo hypotheca vero verbo effectiuo secundum Bal. in l. u. huc. C. ad Velle. & hinc colligi potest ratio: quare

- 3 Quare res aliena possit vendi & non pignori dari, de quo diximus supra in prin. huius tractatus, nu. 7. nempe quia in pignore oportet quod constitua tur ius in re, id est obligetur ipsa res, in venditione autem solum obligatur persona pro euictione ad quandam asininam possit tradendam. glo. in l. rem alienam. ff. de contrah. emptio. ex his sequitur differentia quod t. possessor rei aliene sibi pignori traditæ non prescribit veram hypothecam, tamen emptor rei aliene vere prescribit ipsam rem, quia in emptorem adest titulus ordinatus ad prescribendam, & non in obligatione rei aliene. ita Bal. in l. si. C. si res alie. pign. da. fit. & d. l. si sine. nos dicemus trac. prescriptione plene.
- 4 Declaratur supradicta multis modis, t. nempe, vt licet pignus rei aliene non valeat in præiudicium domini, valet tamen in præiudicium ipsius debitoris, contra quem competit hypothecaria, cum non possit creditor refricare questionem dominij secundum Bartol. in l. rem alienam columna 2. ff. de pignori. actio. Bald. in l. mater. C. rei de vend. & ista opinio videtur verior & communis, sed animaduertendum quia Bar. in l. conuentio, quæ est prima. ff. de pigno. in ver. in specie, ad si. videtur tenere contrarium, nempe nec etiam valere in præiudicium debitoris, ideo quamuis dominij illius rei aliene sit effectum debitoris, nihilominus vult Bar. quod hypothecaria non competat contra debitorem, quæ admodum non competit contra extraneum, & sic velle videtur, quod possit etiam referre debitor quæstionem dominij, & Bar. loquitur quando agitur hypothecaria in rem, Doctores tenentes contrariū videntur posse loqui quando ageretur actione personali ex eo contractu secundum Bar. qui allegat. l. ita, vt si fur. ff. comm. l. r. §. si prædo. ff. de pos. non di scedendo à comuni opinione potest, & debet saluari Bar. & intelligi vt loquatur quando creditor sciebat rem sibi hypothecam fuisse alienam, nam hoc casu creditor sciens non habet actionem contra debitorem vt debitorem, merito potest referri quæstio dominij vt d. gl. in d. l. ita vt si fur. & si debitor excipiat de nullitate hypothecæ, quia non erat dominus, non poterit creditor, qui sciebat, replicare de dolo. l. cum donationis. C. de transactio. l. r. §. vsque adeo. ff. de iniur. & ita Ripa. & intuetur Bar. in d. l. 1. in si.
- 7 Similiter declaratur, vt non valeat obligatio rei aliene in præiudicium domini, sed bene valet in præiudicium tertij possessoris sine titulo, contra quem exemplo publicianæ competit utilis hypothecaria. l. si ab eo. ibi Bar. ff. de pign. idem Bar. in l. rem alienam col. 1. Bar. in d. l. mater. Cor. conf. 288. lib. 4. & prædicta procedunt nisi creditor scienter acceperit rem alienam pignori, tunc non habet contra debitorem actionem hypothecariam. l. 1. ff. de pignori. nec contrariam pignoriatiam, l. tutor. §. contraria. ff. de pigno. actio.
- 8 Declaratur etiam nisi dominus consenserit, vel ratum habuerit. l. aliena res, in prin. ff. de pigno. actio. ex quo infertur quod si dominus, qui habet electionem vendicandi rem suam à creditore, vel agendi contra debitorem, vt pignus reddat prout

per gl. approbatam in c. ex præsentium, extra de pig. si eligat agere contra debitorem censetur approbare pignus, & ideo sit cautus dominus, vt præmittat protestationem, quod non intendit approbare obligationem pignoris, tunc seruabit sibi pignoris venditionem. l. creditores. C. de pac.

9 Declaratur etiam in re penitus aliena, secus in re pignori debita, quia tunc intelligitur hypothecatum ius debitori competēs. l. nomen. C. quæ res pig. & si res debita postea debitori tradatur confirmatur hypotheca quoad directam actionem, l. 2. §. ex causa. ff. qui potio. in pig. habea. Bar. in l. si. ff. de pig. ibi optime Ripa.

10 Declaratur etiam nisi debitor aliquid habeat ius in re, quia tunc, quantum ad illud, valet pignoris obligatio. d. l. si ab eo, & l. grege. §. 1. & sequen. ff. de pig. sed non intelligas de illo iure respectu possessionis, ex quo semper deberet valere pignus rei aliene respectu possessionis, quam debitor obligas, habet, prout declarat optime Bar. in l. rem alienam, nu. 7. ff. de pigno. actio.

11 Demum declaratur, & intelligitur in pignoris obligatione pura, secus in conditionali si sua erit. l. si fundus. §. alia res. ff. de pigno. Bar. & scriben. in d. l. ff. de pigno. ibi glo. magistralis, quæ distinguendo omnes supradictas declarationes complecti videtur, nempe quod si quis obligauit rem suam, tenet obligatio: si autem rem alienam, si illi est debita, tenet obligatio, si verò non est debita, sed habet ius in re, similiter tenet. si autem non sit sua nec habeat ius in ea, si obligauit, cum sua erit, tenet obligatio. d. l. si fundus. ff. de pig. si obligauit simpliciter, si scienti obligauit, non datur actio, licet detur retentio, vt datur in pacto nudo, vel vt ibi per glo. si autem obligauit ignorantem, tunc dabitur utilis actio, vt ibi in illo tex. l. 1. si autem nullus prædictorum interuenit, & sic non cepit esse dominus, qui obligauit, si dominus habeat ratum similiter tenet, si non habeat ratum, non tenet, vt ibi per gl. in ver. difficilius. vbi allegat tex. concordant. cum d. distinctione.

12 Aduerte etiā quia est differentia magna an scienter obligasti rem alienam an ignoranter, vt dixi, quia qui sciens dat rem alienam ignorantem, tenetur sciens crimine stellionatus. l. tutor. §. 1. ff. de pigno. actio. declarat Franci. Baldi. trac. de pigno. c. 12. Bar. d. l. 1. §. 1. ignorans autem tenetur saltem in id quod creditoris interest. l. antepenu. C. si alie. res pigno. plene per Neguf. trac. de pigno. in 3. memb. nu. 53. 2. parte & quando quis accipiendo rem alienam committat furtum tradit Ias. in l. seruus. ff. de cond. inde. & nos dicemus suo loco.

13 Secundo non potest pignori dari, & obligari res sacra, & religiosa, ideo Papa prohibet calicem, patenam, & sacerdotale vestimentum pignori. c. 1. extra de pigno. Ripa in l. obligatione, nu. 47. ff. de pig. etenim huiusmodi res sacre, etiam quod attinet sint, non poterunt obligari, & pignori dari, Ripa su prælimita nisi obligentur, & pignori dentur pro necessitate ecclesie, & pro pauperibus alendis, & pro redemptione captiuorum. d. c. 1. & eadem pignorum & caurum. 12. q. 2. Ripa d. l. obligatione, nu. 54. Bal. & Alex. & alij in l. quamuis. ff. sol. mar. intellige

fige tamen, vt possint obligari necessitate imminente de iure canonico, secus de iure civili. l. 1. §. cam rem. ff. quæ res pigno. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. notat hæc differentiam Benedictus Canophilus in suo trac. fori, & poli lib. 2. titu. de loca. & condu. de pigno.

24 Tertio notandum quod nõ solum spiritualia obligari non possunt, sed nec etiam spirituali annexa, vt est ius patronatus, c. cum Bertoldus, de sent. & re iud. ibi Abbas. c. ex litteris, de iure patro. Negus. trac. de pigno. in secundo memb. 2. par. nu. 60. Lamber. trac. de iure patro. in 2. par. 1. lib. diximus supra, in subditis, pigno. num. 27. ibi quod ius patronatus nõ venit in generali obligatione. ¶ An autem ius sepeliendi proprio sepulchro possit pignori obligari, vide Doc. in l. si monumento. C. quæ res pigno. Ripa in l. obligatione, numero 52. ff. de pigno. vbi distinguit.

26 Quarto non possunt pignori dari homines liberari, nec filijfam. quia tales homines obligari non possunt. l. qui filios. C. quæ res pigno. oblig. non pos. & si quis acciperet eos puniretur in relegatione, vt l. si ff. de pigno. d. l. qui filios & ibi glo. quæ limitat in casu necessitatis, scilicet ob famem, ob quam filij possunt vendi & pignori tradi, nisi filius sit clericus, vt C. quæ res pigno. per Petr. Vandera. tracta. de priu. credi. c. 14. vide Ripam. l. obligatione, numero 18. ff. de pigno.

27 Quinto non possunt pignori seu hypothecæ dari res pupillares. l. 1. §. i. ff. quæ res pigno. oblig. non pos. nec etiam cum decreto iudicis quando obligatio est voluntaria, secus si necessaria, vt diximus col. 1. huius ordinis, numero 2.

28 Idem dicendum de bonis minorum, vt sine decreto obligari non possunt l. ex quæ tutores C. de adm. tuto. quod est verum in pignore conuentionali, secus in iudiciali secundum Bal. in l. 1. ff. de pig. actio. Ripa l. obligatione, ff. de pig. nu. 56.

29 Sexto, vel septimo non potest obligari, vel pignori dari res litigiosa, nam sicut non potest alienari, ita nec pignori dari. l. si ff. quæ res pigno. oblig. non pos. Ripa, d. l. obligatione, nu. 56.

30 Octauo non possunt pignori dari res, quæ ad culturam agri pertinent, inter quas sunt etiam boues, de quibus in l. executores, cum sequer. ibi Bar. C. quæ res pigno. oblig. Plo. in l. si quando, num. 312. C. vnde vi. Menoch. trac. de arbitrar. iudic. cal. 378. lib. 2. Cent. 4. quæ res prohibentur etiam capi pro executione sententiæ, scilicet feruari aratorij, ac instrumenta aratoria circa rem rusticam occupati, & si aliquis prædictis contraxerit in quadruplum ablata restituit, & infamiam incurrit, & nihilominus corporale supplicium nõ euadet. l. si monumento. l. qui filios in ne. dua. seqt. eam sua auth. C. quæ res pigno. oblig. non pos. quod in pignore procedit etiam si colonus talia pignora sponte offerret, & alia bona non adessent, in quibus executio fieri posset, & quamuis illa bona seruari velint, prout declarat Menoch. d. casu 378. Ripa in trac. de peste in 3. par. 6. remedio præseruatorio, vers. item boues, & remissive in l. obligatione, in fi ff. de pigno. Plo. d. l. si quando, sub nu. 313. C. vnde vi. Sed præsidet huius prouinciæ inter

dum non seruant hoc, & maxime quando non ad sunt alia bona, quod de iure videtur etiam permissum, nempe quando rustici illis rebus tunc temporis non vtuntur, prout videtur declarare Ascanius Clementinus in tractatu de patria potesta. effectu decimosextimo.

21 Nonõ non possunt obligari pignori seruitutes, & iura vrbanozum prædiorum, secus si obligentur seruitutes rusticorum prædiorum, quæ possunt. text. est in l. si is qui. §. si cum sequer. ff. de pig. & glo. in l. qui filios, in ver. obnoxia. C. quæ res oblig. pos. Ripa d. l. obligatione, num. 6. vbi late de ratione diuersitatibus edisserit.

22 Decimo non potest pignori obligari vsufructus. l. sed quid. in fi. ff. de pigno. sicut non potest vendi, §. finitur Inst. de vsufu. fallit nisi vendatur communitas illa, & sic pariter limitatur nisi pignori detur communitas illa vtendi fructus arg. text. in l. si is qui. §. vsufruc. ff. de pign. ita Bar. & alij communiter intelligunt & declarant illum text. Ripa. d. l. obligatione, nu. 7. Negusa. trac. de pigno. 3. memb. 2. par. nu. 9. diximus supra.

23 Vndecimo non possunt pignori dari bona dotalia, & hoc tam in persona mariti quam vxoris vt tenet Cynus & Bal. in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matri. ibi sequitur Alex. & alij, & vxor non potest consentire quod maritus res dotales, vel alias obliget in præiudicium dotis. l. vxor. est in l. vni. §. cum lex. C. de rei vxor. acti. & Are. Institu. quibus alien. lic. vel non. & auth. siue à Me. Cad. Velle. Negus. trac. de pig. in 2. memb. 2. par. nu. 58. diffusè per Bal. Nouel. trac. de dote.

24 Duodecimo non potest feudum dari pignori sine consensu domini directi. c. 1. in prin. de prohi. feu. aliena. per Federi. & sicut non potest pignori dari in præiudicium domini, ita nec in præiudicium agnatorum, ad quos mortuo pignorante feudum peruenire debet secundum Iaco. Alua. in c. 1. §. præterea, de cap. Corradi, arg. c. 1. in prin. de alie. feu. pater. Ampliatur etiam, vt nec vlla pars feudi possit pignori obligari, reprobata sententia Pilei secundum glo. & alios communiter in d. c. 1. Ampliatur etiam, vt non possit obligari & sub pacto leg. commissoriæ sub feudari, quia feudum non pecunia, sed amore & honore domini acquiritur. c. 1. de feu. da. ita videtur leg. comm. hinc est quod videtur reprobari opinio Bar. in l. si constante 3. quæst. 3. quæst. prin. 2. par. dum inquit quod vergente marito ad inopiam vxor agere possit hypothecaria ad bona feudalia, quod defendi non potest, quia feudum non potest pignori dari, nec venit in generali obligatione, Spe. tit. de pigno. vers. sed nunquid feudum, Castr. in l. tutor. §. si. ff. de pigno. actio. Fel. c. quæ in ecclesiis, col. 26. de const. diximus in subditi. pigno. num. 21. & fenda etiam pro restitutione dotis prohibentur alienari. c. 1. §. donare, de prohi. feu. alien. per Feder. quinimo bona feudalia non possunt capi in executione iudiciali pro pignore iudiciali secundum Bal. in auth. ei qui. C. de bon. auth. iud. post quia non cadit in generali obligatione. c. generalis. ff. de feu. fuer. contro. int. dom. & agna. Vaf. Alua. c. 1. col. pen. de mili. Vaf. qui contumax est. Alex. conf.

conf. 124. Ideo contra Bar. tenet Ludou. Rom. & Alex. d. l. si constante & Bal. conf. 182. Card. Flor. conf. 64. Alex. d. conf. 124. columna pen. lib. 4. Soc. conf. 19 lib. 1. In fin. l. si columna 124. de in. emph.

25 Potest tamen saluari opinio, & doctrina Bar. in fructibus & commoditatibus ferum feudatum, qui fructus veniunt in generali obligatione, & per consequens possunt pignori dari, vt declarat ipse Bar. in l. si finita. §. si de vefligalibus. ff. de dam. infec. Bal. in c. 1. §. item si libellario, quibus mod. feud. amittit. Alex. conf. 11 lib. 1. quod intellige cessante fraude, vt de locatione rerum feudatum tradit Fel. d. c. quæ in ecclesiis, col. 27. nos suo loco dicemus, vide Io. Fabr. §. ite Seruiana Insti. de acti. Negus. de pign. 2. memb. 2. par. Rol. conf. 97. vol. 1. Clar. §. feudum. Car. iunior trac. de feu. & Afflic. vel Secundo potest saluari Bar. in rebus mobilibus & se mouentibus existentibus in castro feudali, quæ veniunt in generali obligatione, & per consequens poterunt pignori dari, Bal. conf. 222. lib. 3. Vel tertio potest saluari Bar. in certis casibus, quibus permittum est vasallo feudum pignori dare, inter quos primus est pro seruitijs domini. Secundus pro necessitatibus ipsi feudo incumbentibus arg. l. cum fidei. ff. de fideicom. liber. & l. filiusfam. §. diu. ff. de leg. 1. & hæc est ratio quare feudum posit pro pignore capi ex causa damni infecti, quia vitio rei, non facto Vasalli sit misio in possessionem, vt Bar. & alij concludunt. d. §. si de vefligalibus. Tertius casus vbi feudum ad istar patrimonialium, vt in Gallia, sunt redacta, vt per Sal. auth. ei qui. C. de bon. auth. iud. possi. col. antepe. Quartus casus quando pignoriatur ipsi domino, qui pignus suscipiendõ censetur consentire. c. 1. de feu. Quintus casus propter urgentem necessitatem ipsius Vasalli secundum Bal. in d. §. si libellario, petita tamen sententia licet non obtena secundum eum arg. l. 1. C. de præ. curiali. lib. 10. l. qui potuerunt & l. qui fidei. ff. de fideicom. lib. licet. And. de Iser. & Alua. teneant contrarium, de quo late per Ripam in l. obligatione, nu. 39. & anteceden. ff. de pig. nos dicemus plene de hoc suo loco.

26 Sed quartõ nunquid possit dominus inuito Vasallo pignori obligare directum dominium et iurisdictionem feudi. Respondit quod sic, & hanc sententiã dicit esse communem Iulius Clarus in §. feudum quæst. 18. lib. 4. senten. recepta in fi. & ante eum Ripa in d. l. obligatione, nu. 40. & in hoc differt dominus à vasallo, quia vasallus non potest pignoriare vile dominium feudi sine consensu domini. c. Imperialis de prohi. feud. alien. per Fed. Clarus. d. §. feudum quæst. 35. dominus autem inuito vasallo potest suum directum dominium pignoriare, sed de hac materia feudi vide Cur. iun. in suo solemn. trac. de feud. & clarum, nos suo loco.

27 Tertio decimo non potest obligari & pignori dari res subiecta restitutioni fideicommissi, pte, quæ nullo modo hypothecari potest text. est in l. si §. fed quia nostra. C. commu. de leg. ibi per scriben. res autem quæ sunt subiectæ restitutioni fideicommissariæ conditionaliter in conditionis euentum tales res nõ veniunt in generali obligatione, vt not. Ang. in auth. de restitu. & ea quæ patit, & c. in prin. in el. quæ

incipit, hanc primam dubitationem, & refert Alex. in l. si constante in 3. quæst. princ. ff. sol. matri. refert & sequitur Negus. in 2. memb. 3. par. num. 52. trac. de pigno. vide conf. Alex. 173. volumine 2. & Castren. conf. 135.

28 Quarto decimo non potest pignori dari nec obligari præmium futura victoria. l. spem. C. quæ res pigno. oblig. non pos. aduerte tamen quia dictæ. l. spem. aduertari videtur rex. in l. com. modis. ff. de re iudi. vbi videtur contrarium decidi quod possit obligari pignori & in causam iudicari cap. pro solutione dicendum est ex mente Pauli de Cast. & Sal. in d. l. spem, quod spes non poterit obligari, ne aliquis retrahatur à pugna & victoria, vt d. l. spem. commoda autem post victoriam indifficte poterunt pignori dari, & in executionem iudicati capi, vt d. l. commo dis, & hic intellectus videtur verus, quia verba legum patiuntur eum. Vel secundo dicendum est ex mente Ripæ concordando quod in l. spem, loquatut Imperator de pignore conuentionali; vt demonstrant verba illa, priuata pacto. pignoriari. Imperator vero in d. l. commo dis, loquatut de iudiciali pignore, vt per Ripam in l. obligatione, nu. 42. ff. de pigno. Vel tertio dic ex mente Bar. & communiter Docto. quod text. in d. l. commo dis, loquitur in subsidium, nam commoda præmiorum possunt capi in causam iudicati in subsidium, vt ibi per Bar. non recedat igitur à Bar. & communi opinione.

30 Ex quo inferitur quod stipendia militum & honoraria Doctorum non possunt pignori dari, vel sequer. strari vel in causam iudicati capi, nisi in subsidium. l. stipendia C. de exec. rei iudi. vide Io. de Plat. in l. per hanc. §. 1. C. de erog. mili. anno. lib. 12. Ripa d. l. obligatione, nu. 43. ff. de pig. vbi etiam inquit de mercede diurni laboris, vt possit merces capi, & pignori dari, dummodo mercedes non sint futurae, ne operarius agnoscens se futura mercede cariturum remissius operetur arg. c. pri. de feud.

31 De præbendis vero & de fructibus beneficiorum glo. & Bar. & communiter Doc. in d. l. stipendia, determinant idem quod dictum fuit de stipendijs militum, vt non possint pignori dari, nisi in subsidium arguendo de militibus armata militæ ad milites celestis militæ prout arguit glo. in l. miles, de re iudi. Bar. & legitæ idem tenent in d. l. commo dis, Abbas & Canonistæ in c. peruenit, per illum text. de fidei. licet alij teneant contrarium, vel dic vt per Ripam. d. l. obligatione, nu. 46. de pig.

32 Quinto decimo non potest obligari, & pignori dari sibi ipsi res propria, quia quod meum est amplius meum fieri non potest. l. neque. ff. de reg. iur. ibi Cagn. & Dec. & glo. concord. l. rem alienam. ff. de pig. actio. limita tamen in casu. l. si debitor. ff. ad Trebel. & limita vt per Dec. d. l. neque. de reg. iur. potest etiam limitari, & est vera limitatio, quando ego sum debitor Petri in centum, & Petrus ex alia diuersa causa aliquid mihi promittat & obliget pro obseruantia omnia bona sua, tunc vigore generalis obligationis erit mihi obligatum meum proprium nomen in illis centum, in quibus ego sum debitor, & sic pignus consistere videtur in re sua, sed tacite, vt per Negus. de pig. in 3. memb. 2. partis, nu. 22. & ita Bar. in

- Bar. in l. grege. §. cum pignori. ff. de pig. & ibi quæ actio competat pro nomine meo mihi obligato.
- 33 Possunt autem pignori dari res, quæ sunt in bonis nostris, l. quæ filios. C. quæ res pig. obli. pos. l. quæ prædium. C. si alie. res pig. dat. sit, not gl. in l. si quis. §. vltus fructus. ff. de pig. & intellige siue corporales sint res siue incorporales, vt nomina. l. grege. §. cum priori. ff. de pigno. ibi Bar. 2. lect. glo. ibi late in l. nomen. C. que res pig. obli. pos.
  - 34 Similiter possunt pignori dari res, in quibus habemus aliquod ius, licet nostre non sint, vel sint de bite debitori ex aliqua causa, Bar. & Doc. in l. 1. §. 1. vbi habetur longa distinctio. ff. de pig. tex. in l. 3. §. 1. ibi glo. ff. qui potio. in pig. l. grege. §. & superficialiarius. ibi pariter glo. ff. de pig. Negul. trac. de pig. 2. par. 3. memb. nu. 2. vbi extendit, vt etiam ius futurum possit pignori tradi, & contineri in generali hypotheca omnium bonorum. l. vltima. C. quæ res pig. obli. pos. per Ripam. l. 1. nu. 2. ff. de pig. de quibus omnibus vide Menoch. in conf. 77. columna prima, volumine primo.
  - 35 Pariter potest pignus seu hypotheca pignori dari, nam si res aliena sit sibi obligata per hypothecam illa poterit alteri pignori dari vt l. 1. & 2. C. si pigno. pig. da. sit. ibi Doc. Sal. & Bar. in l. grege. §. cum pignore. ff. de pig. & tali casu secundus creditor, cui pignus est obligatum, habet vtilem hypothecariam, & primus directam. An autem secundus possit obligare tertio, sicut primus obligauit secundo (quidquid dicant Doctores variando) dicendum est quod potest. ita Alex. qui refert etiam Bal. in l. qui bona. §. si. col. pen. ff. de dam. infec. & ibi reprehendit Speculatorem, qui tenet contrarium tit. de pigno. §. 1. vers. sed cum pignus & Alex. sequitur Angelus, quæ refert summa Angelica in verbo pignus, num. 9. vbi redditur ratio, quia ius questum à creditore est reale & est transitorium de persona in personã etiã per mille manus, ego autem crederem non esse pignorandum vltra tertiam vicem ratione euitandæ infinitatis, & ita reperi esse consultum à Lauren. Silua. conf. 34. num. 5.
  - 36 Item potest obligari seu dari pignori res communis, sed pro portione tantum, quam habes poteris obligare non totam. l. si vni. C. si comm. res pig. da. sit. Primo limita & intellige in rebus priuatorum, nam fiscus potest in totum rem communem obligare & alienare ex privilegio. l. 1. C. de vind. rei fisco. commu. cum priua. lib. 10. ibi Lucas de Penna Bal. Sal. d. l. si vni, glo. approbata in l. 1. C. si commu. res pig. da. sit, dicat quid velit Ripa in l. conuentio. nu. 16. ff. de pig. Secundo limita in mercibus, & alijs rebus venalibus, in quibus quilibet socius censetur habere tacitum mandatum distrahendi. l. nemo ex socijs, cum glo. ff. pro soc. Ripa d. l. conuentio, nu. 17. Tertio limita nisi cõsocio postea ratum habuerit, l. si fundus. §. 1. ff. de pig. l. si rem & l. si. C. si res alie. pig. da. sit. Ripa d. l. obligatione, num. 18. notandum tamen venit circa supradicta quod si postquam obligata res fuit pignori, illa res communis sit diuisa inter socios, & unusquisque acceptauerit suam portionem non remanebit obligata sola dimidia, quæ obtulit illi socio, sed in obligatione erit dimidia cuius

- libet dimidie pro indiuiso. l. si conuenerit. §. si. ibi Bar. ff. quibus mod. pig. vel hypot. solua. l. 3. §. si. ff. qui potio. in pigno habc. Ripa l. conuentio. ff. de pig. numero 16.
- Res quoque quæ non sunt in rerum natura, sed future, 37 sperantur obligari possunt, vt partus ancillæ, fructus qui pendent, fetus pecorum & similia, de quibus in l. quæ nondum. ff. de pigno. intellige tamen si res principalis, ex qua nascitur, extat tempore obligationis in bonis debitoris & promittentis, alias non l. potior. §. si de futura. ff. qui potio. in pig. habe. & etiam restringitur dummodo res quæ obligantur essent tempore obligationis conceptæ, vel saltem apud ipsum debitorem obligantem, vt d. §. si de futura. ibi Bar. & Sal. & per Negul. trac. de pig. in 3. memb. 3. par. & Sal. & per Negul. trac. de pig. in 3. memb. 3. par.
- 38 Bona emphyteutica possunt obligari & pignori dari, & intellige obligando generaliter, non autem specialiter & absque traditione, & dummodo non obligentur res pro tanta quantitate quod verisimiliter nõ sit spes luitiois &c. Licet enim regulariter bona emphyteutica alienari non possint i rrequisito domino, tamen possunt hypothecari (vt diximus) not. Bar. & Bal. Castre. in l. tutor. §. si. ff. de pig. acti. l. lex vtilitatis. ff. de pig. Bar. in l. si costante, in prin. in 3. quæst. 3. quæst. princ. ff. sol. mat. ibi sequitur Alex. reprehendens Ro. idem tenet Spe. tit. de locato. §. nunc. idem quæ tenet glo. in l. si. in ver. vendere ibi Sal. & alij. C. de iure emphi. vide Alex. conf. 173. vol. 2. & Cast. conf. 135. Negul. trac. de pigno. in 2. memb. 2. par. nu. 28. Ripam. l. conuentio, nu. 10. de pig. Gratum, conf. 55. num. 14. lib. 1. & conf. 54. Iul. Clar. trac. seu §. emphyteutis, quæst. 18.
  - 39 Possunt pignori dari & obligari vniuersitates rerum, puta grex, ex quo ea quæ nascuntur tenentur, sed & si prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus pignori tenebitur. l. grege. ibi Bar. ff. de pig. & possunt obligari res in alio territorio sitæ & quoad hypothecariam debitor fortietur forum in loco contractus, vt per Bal. in l. 2. in fi. C. mand.
  - 40 Demum dicendum quod possunt filij pignori dari a patre ob extremam necessitatem famis glo. & alij communiter in l. 2. C. de patri. qui fili. distra. Ripa in l. obligatione. ff. de pigno. numero 13. nos alias dicemus.

**DE SUBSTANTIALIB.**  
*pigno. & hypotheca. & quomodo constituantur pignus et hypotheca.*

**S Y M M A R I V M.**

- 1 De substantia pignoris, vel hypothecæ est, ut obligatio precedat.
- 2 Si obligatio nulla sit uel sit inefficax, non potest accedere pignus.
- 3 Paria sunt quod non adsit obligatio nisi sit inefficax.
- 4 De substantia pignoris videtur esse res & quomodo distrahatur contractus pignoris respectu rei à contractu emptionis.
- 5 Consensus est de substantia pignoris seu hypothecæ. Consi-

- 6 Constituitur, & contrahitur pignus quibuscumque verbis.
- 7 Constituitur pignus etiam si quis subscribat contractum, vel scripturam.
- 8 Constituitur pignus si quis pro eo fideiubeat qui rem suam prius obligauerat.
- 9 Potest constitui pignus, vel hypotheca per pactum.
- 10 Pignus & hypotheca potest constitui pro toto tempore & pro parte temporis.

**Venio** ad tertiam columnam vltimi ordinis, quæ est inscripta de substantialibus pignoris, seu quomodo constituantur pignus.

- 1 Primo de substantia pignoris & hypothecæ esse videtur ut obligatio procedat, quia pignus & hypotheca contrahitur propter aliquam obligationem: nec poterit constitui hypotheca nisi aliqua obligatio precedat. ext. est, & ibi Bartol. in l. con-trahitur. ff. de pigno. & text. in l. fideiusfor obligari, ibi Bartol. not. in princip. ff. de fideiusso. Alexand. in consil. 234. numero 10. in sexto volumi. Si ergo obligatio nulla sit, vel sit inefficax non potest accedere pignus & hypotheca, quia paria sunt quod non adsit obligatio, vel sit inefficax, vel nulla de iure, prout declarat Iaf. in l. fina. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. & in l. si dari, ff. de verborum obligationib. & pro hac opinione est gloss. nota, quam sequitur Bar. & alij in l. secunda, gloss. fin. ff. de condictio. ob turp. caus. not. Iaf. in l. ex his. ff. de condictio. indeb. Alexan. l. 1. numero vigesimo quarto, ff. de leg. 1. Menoch. in consil. 58. num. 14. lib. 1.
- 2 Secundo de substantia pignoris videtur esse res: hoc est, vt adsit res certa, super qua cadat pignus: etenim obligatio pignoris cadit super res certa, nec potest constitui nisi adsit subiectum, scilicet res, & in pignore proprio (de quo supra loquuti fuimus in diuisionibus) de substantia est, vt res quæ pignori datur, sit mobilis, quia pignus dicitur à pugno, & traditur & stringitur pugno. l. plebs. §. pignus. ff. de verbo. significat. In pignore autem improprio scilicet hypothecæ de substantia est, vt adsit res certa, sed sufficit: quauis sit res immobilis, quia hypotheca nudo consensu constituitur absque traditione, dummodo consentiant in re certa, de quibus in l. 1. in glo. mag. ff. de pignora. actio. & in hoc differt contractus iste pignoris, seu hypothecæ à contractu emptionis & venditio. de quo infra, quia ille consensu re & pretio contrahitur: iste consensu re & obligatione procedente debitoris, sed diuersimodè res interuenit in contractibus istis, nam in emptione, & venditione sufficit, vt res interueniat subiectiue & genericè, hinc est quod potest vendi res aliena, & potest vendi & emi frumentum in genere, nempe salmæ grani viginti, vel cadi decem vini, & tunc intelligitur vendi & emi frumentum bonum, & acceptabile, vt dicemus infra suo tractu. emptio. & venditio. columna tertia vltimi ordinis. sed in contractu pignoris debet res esse certa nec valeret obligatio pignoris facta in re incerta, vt inquit gloss. ibi

- Docto. in d. l. 1. & diximus in princip.
- 5 Tertio de substantia pignoris, seu hypothecæ est consensus propterea quod nullus est contractus nulloque conuentio, quæ in se consensus non habeat l. 1. §. adeo. ff. de pac. quinimo speciale est in pignore, vt nudo consensu constituat, vt l. si tibi. ff. de pignori. ff. de pact. l. 1. ibi not. Bartol. ff. de pigno. actio. quamuis alia iura realia constituantur solo consensu, sed requiratur traditio. l. traditionibus. C. de pac. lege tertia §. 1. & l. si partem, in princip. ff. quemadm. serui. amit. ratio est secundum Bartol. in d. l. prima, quia constitutio pignoris est modici præiudicij vide Bald. in dicta lege. traditionibus vbi aliam reddit rationem. sed intellige, vt constituat nudo consensu pignus, hoc est hypotheca & sic pignus improprium, de quo supra, diximus.
  - 6 Constituitur & contrahitur pignus quibuscumque verbis etiam sine scriptura. ext. est in l. contrahitur. ff. de pignori. & l. si in principio. C. quæ res pigno. puta si dicatur, mutua mihi decem super ista re, vt per Bar. in l. codicillis §. instituto. ff. de leg. 2. & faciunt dicta per Bartol. in l. fundus. ff. de annu. lega. Bal. in l. 1. C. commun. de leg. Corne. consil. 296. col. 2. vol. 1. littera G. Negul. trac. de pign. in 1. memb. 3. par.
  - 7 Constituitur etiam pignus si quis subscribat contractum, vel scripturam, in qua res sua obligatur, quia videtur obligationi consentire. ext. est ibi Bart. in l. fideiusfor. §. 1. ff. de pign. ibi glo.
  - 8 Similiter constituitur pignus si quis pro eo fideiubeat, qui rem suam prius obligauerat, ex hoc enim censetur obligationem prius de se factam obligare, secus autem esset si obligatio & hypotheca de re fideiussoris subsequeatur post fideiusionem. l. si gratuitam. §. si. ff. in qui. caus. pig. vel hypothecæ. taci. & trah. vbi videtur esse tex. quod quis fideiubendo censetur approbare & consentire, de quo dic, vt per glo. Bar. Sal. in l. exceptione. C. de euictio. limita illud quod diximus de subscriptione nisi quis subscriberet itaquam testis, quia per talem subscriptionem nõ censetur approbare obligationem & hypothecam de re sua factam in scriptura, tex. & ibi Bar. post gl. l. Caius ff. de pigno. actio. Doctores examinant in l. quæ dotis. ff. sol. marri.
  - 9 Pot quocq; constitui pignus & hypotheca per pactum initum inter creditorem & debitorem, & qd liceat creditori alienare aliquam rem pro suo credito, nam ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori. tex. est ibi not. Bar. in l. 3. §. si. ff. qui potio. in pigno. habea. sequitur Bal. in l. creditores, in fi. primæ lecturæ. C. de pigno. per d. §. si. & Bal. per d. §. si. inquit quod per licentiam datam creditori de ingrediendo propria authoritate bona aliqua debitoris per talem licentiam censentur illa bona obligata ipsi creditori etiam quod illa non fuissent expressè obligata, vt refert Alexander in d. §. si in apposti. ad Bar.
  - 10 Demum dicendum est, quod pignus & hypotheca potest constitui pro toto tempore & pro parte temporis. l. item liberatur, in prin. ibi gl. ff. qui. mod. pig. vel hypoth. & potest constitui pignus non solu

pro debito pecuniario, sed etiam pro alia causa, puta si do pignus alicui, ut pro me fiduciarius, ut l. si rem alienam. §. in. ff. de pignora. actio. & potest constitui pignus tam de die quam de nocte sicut ceteri contractus, tex. est ibi gl. in l. more. ff. de seruitu. per Doct. in l. non minore. C. de transacti.

DE NATURALIBVS pignoris, hypotheca.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex natura pignoris esse videtur quod fructus percepti & consumpti per creditorem ex pignore computentur in sortem.
2 Non solum fructus percepti, seu qui percipi poterunt, sed deterioratio & damnum datum in re pignorata exonerant debitum.
3 Fructus percepti ex pratorio pignore extenuant sortem.
4 In fructibus percipiendis ex pratorio pignore si absque dolo fructus non perciperentur non extenuatur fors.
5 Ille qui est immisus in possessionem pignoris pratorij si potest tenetur locare rem & fructus percipere.
6 Si ille, qui detinet pignus pratorium non locauit sed inhabitauit ipse tenetur computare in suum creditum.
7 Aliquando fructus non computantur in sortem, puta quia res pignorata spectaret ad creditorem iure proprietatis iure vsusfructus ad debitorem.
8 Ecclesia debet magis abstinere ab vsura quam laicus.
9 Fructus percepti ex pignore dato a focero pro dote non computantur in sortem.
10 Si creditor promisit debitori non molestare illum in pignore nec in fructibus non computantur fructus in creditum si iurauit.
11 Non computantur fructus in sortem si debitor iurauit soluere precise.
12 Non computantur fructus in sortem quando creditor subisset magnum laborem.
13 Non computantur fructus in sortem si expensas in pignore creditor fecit.
14 Fructus si non sunt consumpti non extenuant sortem, sed tacite obligati.
15 Illud quod accedit pignori dicitur pignus, ut dicitur de alluione.
16 Prædium pignorato comprehenduntur in tali obligatione instrumenta, que in illud prædium importata sunt.
17 Ex natura pignoris est, ut creditor detinens pignus teneatur de dolo in pignore & etiam de lata culpa, non de casu fortuito.
18 Pignus potest constitui in quacunque obligatione.
19 Pignus datum pro vno debito potest pro alio detineri.
20 Res pluribus in pignus data censetur omnibus & simul data.
21 Ex natura pignoris est, ut ille, qui prior est in tempore potior sit in iure.
22 Ampliatur regula, qui prior, ut habens tacitam hypothecam præferatur habente expressam & præferatur habenti tacitam & expressam & specialem. nu. 23.

- 24 Ampliatur ut præferatur prior in tempore in hypotheca legali & conuentionali.
25 Ampliatur etiam in pignore pratorio & etiam si secundus sit specialis, primus vero generalis semper præfertur primus. nu. 26.
27 Prior in tempore præfertur etiam scilicet Reipub. & Imperatori.
28 Prior in tempore in pignore præfertur etiam si prior non conuenit de vendendo pignore & secundus conuenit.
29 Prior præfertur in pignore non solum pro principali sed pro accessione.
30 Prior habens generalem hypothecam præfertur habenti specialem & generalem etiam in bonis postea acquisitis post obligationem posterioris.
31 Prior creditor in diem est potior posterioris cui ante diem fuit pignus constitutum.
32 Prior præfertur in re empti ex pecunia posterioris & etiam in re vendita per posteriorem ipsi debitori habita fide de pretio, & præfertur agendo & expiando. nu. 33 & 34.
35 Regula, prior in tempore in pignore potior in iure limitatur viginti & octo casibus. & nu. 36. de quibus vide in supra usque ad finem.

Venio ad quartam columnam huius ordinis, que est inscripta de naturalibus pignoris & hypotheca. Quæ autem sint naturalia contractuum declarat gl. magistralis in l. pacta conuenientia. ff. de contrah. emptio. & Zasius declarat c. 12. suorum respons. sing. mos. dicitur supra pluribus locis.
1 Primo ergo ex natura pignoris esse videtur quod fructus percepti & consumpti per creditorem ex pignore, computentur in sortem, ut l. si dominium ibi per Doct. C. de pig. per Seb. Med. tracta. de comp. pensa. par. 1. q. 9. nu. 5. ibi allegat etiam l. 2. in fi. C. de pign. acti. vbi idem de fructibus perceptis, vel quos percipere debuit, tenentur illi etiam computantur in sortem, Abbas in c. 1. super gl. 1. de vsur. dummodo illi fructus percipi potuerint ab ipso creditore, qui causam habuit a domino rei, quia non sufficit, ut d. fructus potuerint percipi ab ipso debitore, licet secus regulariter in illo possessore, qui non habet causam a domino: tunc enim teneretur de fructibus, qui potuerunt percipi ab ipso domino, quod est notandum secundum Bal. d. l. 2. & Alex. Ias. in l. apud Lulianum. §. fructus, ff. de leg. 1. quos refert Negus. tracta. de pigno. in quin. memb. quin. part. & in d. l. 2. habetur quod: non solum fructus percepti, seu qui percipi potuerunt exonerant debitum, sed deterioratio & damnum datum in ipsa re pignorata, puta in incidendis arboribus & destruendis domibus, vel si dolo, vel culpa rem pignoratam deteriorem fecerit, ut inquit etiam text. in l. creditor. C. de pignorati. actio, & prædicta habent locum non solum in ipso creditore percipiente fructus, sed etiam in eius singulari successore Bald. in lege prima, C. de pignorati. actio. & habent locum prædicta non solum in pignore conuentionali, sed pratorio, etiam in fructibus percepti ex pratorio pignore extenuant sortem. Titius, ibi non Bar. ff. de solutio. & l. qui

- qui. §. 1. ff. de pigno. & l. is cui. §. quæri. ff. ut in pos. se. legator.
4 In fructibus autem percipiendis dicendum est, quod si ille, qui possidet pignus pratorium, & in eum fuit immisus ex primo decreto, non fuit in dolo, & lata culpa, ut dicti fructus non percipiuntur, non extenuant sortem huiusmodi fructus percipiendi. ratio differentia est, quia ille qui fuit immisus in pignus per prætorem tenetur solum de dolo malo, & lata culpa: Ille autem qui detinet pignus conuentionale tenetur etiam de culpa, ut inquit text. in l. prætor ait. §. est præterea. ff. de bon. auth. iud. pos. & diximus in 1. ord. diuis. in 5. diff. nu. 13.
5 Quare dicendum quod si ille, qui est immisus in possessione pignoris pratorij, donec fiat in possessione si potest tenetur rem locare, & fructus percipere, & de illis curam habere, tex. est in l. in venditione. §. 1. ff. de bonis auth. iud. pos. vbi habetur etiam quod est in arbitrio creditoris pro quanto tempore locet, & ibi glo. vult quod propter dolum in non locando, & non percipiendo fructus cum possit, tenetur immisus in possessionem dicti pignoris in suum creditum computare, vel reddere debitori, & cum illa gl. transeunt ibi Doct. & Barto. communiter approbatus. + sed quid si creditor non locauit, sed inhabitauit ipsam domum pignoratam, hunc casum tangit tex. in l. si is qui bona. §. 1. ff. de pign. & ibi gl. & Bar. & determinat Negus. in d. quin. memb. quin. par. num. 7. quod debet computare in suum creditum, vel reddere debitori, vel retinere pro expensis si fecit, & fructus tot iudicantur esse quot ipse fuisset expensurus in conducendo domum aliam: sed ego intelligo nisi antichresis facta sit, hoc est apocha seu scriptura siue obligatio de lucrands fructibus rei pignorate iuxta formam d. legis, & in hoc casu credo Bal. loqui in auth. & qui iurat. C. de bonis auth. iud. pos. quem Negus antius non intellexit, ideo reprehendit quod inaduerter loquutus fuerit: sed dato quod Bal. ibi non loquatur in casu conuentionis, quia forsitan non potest fieri hoc pactum de iure canonico, loquitur in casu quando non potest imputari ipsi creditori, vers. ibi, sed non puto, & pondera quia Bald. est acutus, nec inaduerter loquitur quemadmodum Negus præsupponit.
7 Aliquando tamen fructus non computantur in sortem, nempe quando res pignorata spectaret ad creditorem iure proprietatis, sed iure vsusfructus spectaret ad debitorem, & pignus fuisset constitutum respectu illius iuris vsusfructus, tunc enim creditor non tenetur computare fructus perceptos in sortem, quasi censetur consolidatus vsusfructus cum proprietate, c. conquestus, de vsur. ibi Abbas, & quamuis ibi loquatur in ecclesia, fortius dicendum in laicis, + cum ecclesia debeat magis abstinere ab vsura, quam laicus, arg. c. per tuas, de dona. & idem procederet si emphiteuta daret rem emphiteuticam respectu vtilis dominij in pignus directo domino, isto etiam casu fructus percepti per directum dominum ex d. re emphiteutica non computantur in sortem ut not. Roma. in l. diuortio. §.

ob donationes. ff. sol. matrim. per d. conquestus, & idem in feudo dato pignori domino per vasallum, isto etiam casu non tenebitur dominus compensare in sorte fructus, cum directum dominium reperiat penes dominum, ita Abbas in c. si clerici. de iud. nume. 23. & in c. ex suscepto ad si. nume. 16. de for. competen. & per Negus. tracta. de pigno. in quinto membro quintæ partis, Sebastian. Medices tracta. de compensatio. nu. 15. & idem procederet de iure canonico secundum Bened. Canophilum in fructibus perceptis per generum ex pignore sibi dato a focero pro dote. + tales enim fructus percepti ex tali pignore non computantur in sortem, quia cedunt loco interesse pro oneribus matrimonij ex causa dotis non soluta, tex. est ibi Abbas in c. salubriter, de vsur. per Doct. habetur in l. in sulam. §. vsuras & in l. diuortio, in princ. ff. solu. matrim. lat qui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. vide Baptista Lupum tracta. de vsur. commentar. 1. §. 4. nu. 74. Bened. Canophilum tracta. for. & Pol. lib. 2. titu. de pigno. nu. 191. & intellige, & declara prout intelligit & declarat Negus. d. trac. de pigno. d. 5. membro, 5. par. nu. 16. nempe dummodo maritus viuat & substineat onera matrimonij, nec fructus percepti multum excedant alimenta condementia considerata qualitate dotis, nec maritus cedat ius d. pignoris alteri, quia in cessionarium non transit hoc priuilegium, prout plene declarat Negus. & Baptista Lupus, d. trac. de vsu. + & idem procederet ut fructus percepti ex re pignorata non computentur in sortem quando debitor promisit non molestare creditorem in pignore nec in fructibus illius, donec ei fuerit solutum & ita iurauit, nam propter iuramentum non poterit opponere quod fructus computentur in sortem. ita Abbas post Bald. in c. ad nostram, de iure iur. c. cum inter. de exceptio. c. cum dilectus. de ordi. cogn. Ioan. Faber in §. bonæ fidei, Insti. de actio. Ang. & Cuma. in l. amplius. ff. rem rat. habe. & est communis opinio. + idem procederet si debitor iurasset soluere precise, nam non poterit compensare fructus, cum iuramentum obliget precise ad factum. c. veniens, de iure iuran. Alex. consi. 89. vol. 7. n. 5. Ias. in l. si pecuniam, in prin. ff. de cod. ob caus. & est communis opinio: bene verum est, quod in casu nostro, scilicet in pignore soluto debitor creditor poterit postea repetere a creditore pignus vna cum fructibus perceptis & etiam percipiendis prout Abb. in d. c. ad nostram, de iure iur. + Idem esset dicendum, ut fructus non computentur in sorte quoniam creditor ratione pecuniæ mutuæ subisset magnum laborem, tunc enim in compensationem, talis laboris potest fructus lucrari, secundum Hof. in sum. ti. de vsu. §. in aliquo, refert & sequitur Io. And. in d. c. conquestus 13 de vsu. ibi Abb. & Ro. sing. 36. Seb. Med. d. trac. de compens. par. 1. q. 9. nu. 14. & multo magis procederet si expensas aliquas fecisset: nam expensæ dnt detrahi. c. 1. de vsu. not. Doc. in l. fructus. ff. sol. mat. + & aduerte quod fructus non consumpti non extenuant sortem sed sunt tacite obligati in ea cā, in qua erat obligata ipsa res, ex qua percepti sunt, ut l. 3. C. in q. cau. pig. tac. contrah. ibi Sal. declarat, & scrib. in l. 1. C. de pig. act.

- Pet. Anch.** in c. 1. de vsu. ibi **Ab.** & **Alex. Iaf.** in l. diuortio. §. 1. ff. soluto matri. & **Sebastia.** Medices d. tract. quæstio. 9.
- 15 Ex quo inferitur etiam quod si ex natura pignoris, est quod illud quod accedit pignori dicitur etiam pignus, text. est in l. si conuenit. §. si nuda. ibi **Bar. ff.** de pig. actio. Quare dicitur quod alluuius, quiddam accedit rei pignorate cedit etiam obligationi pignoris. d. §. si nuda. text. in l. si fundus, in princip. ff. de pig.

Similiter omne aliud commodum & etiam incommodum quod fortuito accedit rei pignorate pertinet ad debitorem & sequitur conditionem pignoris, ut l. si inter. §. 1. vers. quiddam. ff. de pign. text. & ibi **not. Bar.** & alij in l. Paulus. §. 1. & sequ. cod. titu.

  - 16 Et sic inferitur quod prædium pignorate comprehenduntur in tali obligatione instrumenta, quæ in illud importata fuerunt, ut ibi perpetuo essent durante necessitate, text. in l. debitor ibi **glo.** & **Barto.** & alij. ff. de pigno. actio. de quibus per **Negul.** tracta. de pigno. in 2. memb. 2. par. num. 25. & in 1. membro 3. par. nu. 18.
  - 17 Pariter ex natura pignoris est, ut creditor, qui detinet pignus teneatur de dolo, & lata culpa, non non autem de casu fortuito. l. scut. ibi **Bal.** & cæteri scriben. C. de pigno. & culpa lata arguitur ex nimia negligentia, ut declarat **Franciscus.** Barfat. consil. 197. vol. 2.
  - 18 Ex natura etiam pignoris esse videtur, ut possit constitui in quacunque obligatione tam pura, quam sub conditione, quam in diem, tam pro toto debito quam pro parte, tam pro sua obligatione quam aliena, & tam pro civili obligatione quam naturali, text. in l. si res hypothecæ. ff. de pigno. diximus superiori columna in fine. & per pactum constituitur pignus. l. 3. §. si in ff. qui potio. in pig. habeat.
  - 19 Item videtur ex natura pignoris, ut pignus datur pro vno debito possit pro alio detineri. l. r. C. etiam ob chirogr. peculimita nisi velis pro debito penali retinere odio penæ. **Bal.** in l. pignoris. C. de vsur. Roma. sing. 108. & consil. 507. **Cast.** in l. ideo. ff. de compens. **Negul.** suo tract. de pig. 1. memb. 5. par. princ. effect. 12.
  - 20 Similiter ex natura pignoris est, quod si pluribus eadem res pignori detur vel obligetur si simul res data est clarum esse videtur quod concurrunt omnes in hypotheca, nec alius alium præuenit in iure pignoris, intellige quando datur hypotheca, ut in solidum obligetur, vel in partes æquas, alias secundum conuentionem seruabitur, vel si non ad sit conuentio non in solidum, sed pro quantitate debiti pignus constituetur. text. in l. si pignus. §. si duo. ff. de pigno. & l. si debitor. ff. cod. vbi etiam inquit quod si inter ipsos, quibus pignus obligatum est oriatur quæstio melior est conditio possidentis.
  - 21 Sed quid si diuersis temporibus & separatim pluribus personis pignus, seu hypotheca obligetur, quis erit præferendus isto casu: dicas quod ex natura pignoris est, ut potior habeatur in pignore ille, qui prior est in tempore, cum regula sit in hac materia quod prior in tempore potior sit in iure. ff. quoties. ff. de pigno. l. qui balneum, in prin. & l. potior. ff. qui potio. in pig. habeat. & c. qui prior, de reg. iur. in 6. quam regulam ponit **Catheli. Cotta** in memoria. in verbo creditor, il 7. **Bartholo.** **Cæpol.** in tracta. caute. cautela 124. vbi illam regulam ampliat dupliciter & pluribus limitat, ibique quando secundus creditor primo præferatur, & examinat illam regulam **Ioan. Bolognet.** consil. 30. & **Hier. Gabriel.** consilio vigesimo octavo, & diffuse **Negulant.** tracta. de pignori. in secundo membro, quin. par. & melius **Ripa** in l. privilegia. ff. de priuileg. creditor in prima, & secunda columna, vbi tredecim posuit ampliationes ad illam regulam, & viginti sex limitationes.
  - 22 Primo ergo ampliat etiam ut prior habens tacitam hypothecam præferatur habenti expressam. l. 1. C. si propter pub. pensita.
  - 23 Secundo ampliat, ut præferatur posteriori habenti tacitam & expressam etiam specialem. l. potior, in princip. §. si colonos. ff. qui potio. in pig. hab.
  - 24 Tertio ampliat ut non solum prior præferatur in hypotheca legali, sed etiam in conuentionali. l. si fundum. l. diuersis. C. qui potio.
  - 25 Quarto ampliat etiam pignore prætorio text. est in l. 2. C. qui potio. in pig. ibi **Bartol.** & **Salice.** & in l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. possid. quod declarat prout voluit **Negul.** tracta. de pigno. in secundo membro. quin. par. ampliatione nona. ut procedat in pignore prætorio concessio pluribus creditoribus ex diuersis titulis, secus si sint creditores eiusdem tituli, quia tunc vno immisso cæteri censentur immisi.
  - 26 Quinto ampliat etiam si prior sit generalis & secundus specialis. l. 2. ff. qui potio. in pig. & l. generaliter. C. cod.
  - 27 Sexto ampliat etiam, ut prior præferatur fisco, & reipublicæ & Imperatori. l. si fundum, vbi **gl.** & **Bal. C.** qui potio. in pigno. probatur in l. fin. ff. cod. **Negul.** dicto tractatu de pigno. 2. membro, 5. par. ampliatio. decima septima. vbi intelligit in bonis quæstis ante hypothecam fisci, secus in bonis postea quæstis.
  - 28 Septimo ampliat etiam si prior non conuenit de vendendo pignore & secundus conuenit. l. si prior. §. fina. ff. eo.
  - 29 Octauesimo ampliat, ut prior præferatur non solum pro debito principali, sed etiam pro omnibus accessionibus, puta pensionibus & vsuris. l. & interesse. l. insulam, ff. qui potio. & l. **Lucius.** ff. cod. & etiam in pena commissa post obligationem secundam, ut per **Bal.** in l. qui potiores. §. si paratus. ff. cod. Quod procedit non solum si prior habeat hypothecam expressam, sed etiam tacitam, quia etiam pro accessorijis ad illam tacitam debet prior præferri posteriori quamquam accesserint post obligationem posteriorum, ita ampliat **Bartol.** in l. si cum dote. §. si autem in leuissimo. ff. soluto matrimonio, vbi inquit quod mulier etiam pro alimentis habet tacitam hypothecam priuilegiatam sicut pro dote per text. in d. l. **Lucius** & fe-

- & sequitur **Alex. Cast.** & **Raphael idem Bartol.** tenet tracta. alimentorum, **Bald.** l. vnica. §. sed vt plenius. C. de rei vx. actio. & l. si necessarias. §. ff. de pignorat. actio. Sed **Ripa** reuocauit in dubium definitionem istam, & pro veritate habenda dicebat videndum esse an alimenta dicantur accessoria ad dote, & pro concordia postea referebat distinctionem **Spe. tit. de dona. int. vi.** & vx. §. formatis, inter alimēta, quæ debentur cōstante matrimonio, pro quibus vult dari tacitam hypothecam, & alimenta, quæ debentur soluto matrimonio, pro quibus dicit cessare hypothecam & hanc distinctionem sequitur **Cast.** consil. 8. vol. 1. quæ distinctio displicuit **Alexandro** & ipsi **Ripa**, qui videtur sequi doctrinam **Baldi Nouelli** tract. de dote in 6. par. priuileg. 7. & pro concordia ipse distinguit tres casus, ut ibi sub numero 15 cui me remitto, ne occurat eum describere de verbo ad verbum.
- 30 Nono ampliat, ut etiam prior habes generalē præferatur habenti specialem & generalem etiam in bonis quæstis post obligationem posterioris. l. si ibi not. **Bar. ff.** qui potio. in pigno. **gl.** & **Bar.** in l. licet. C. qui potio. in pig. & l. si qui. ff. de iu. ff. **Bald.** in l. hac edictali. §. is illud. ibi etiam **S. l. C.** de secun. nup. & est communis opinio, de qua **Cast.** in l. in operis. ff. loca. quod procederet maxime in quæstis postea, causa subsistente tempore prioris obligationis, i. creditor §. cum ex causa ff. qui potio. in pig.
  - 31 Decimo ampliat, ut etiam prior creditor in diem, vel sub conditione sit potior posteriori, cui ante diei, vel conditionis euentum fuit pignus constitutum pro credito puro. l. qui balneum, l. potior. l. creditor. §. si primus. ff. qui potio. in pig. quod intellige secundum **Negul.** d. tractatu de pig. in 16. ampliat. 2. memb. 5. par. si conditio sit casualis, vel mixta, non autem potestatiua, scilicet dependens ex mera potestate debitoris, unc conditio trahitur retro ad diem contractus, & creditor ex illa præferatur posteriori creditori pure, & ibi sub num. 10. assignat rationem diuersitatis, & in legatis etiam aliud est affirmat, in quibus conditio non retrahitur, sed attenditur tempus contentus conditionis, si mater §. eadem. ff. de excep. rei iud. vide **Ripa** d. l. privilegia, nu. 4 in 17. limitatione. ff. de priuileg. cred.
  - 32 Undecimo ampliat, ut prior præferatur in rem empta ex pecunia posterioris. l. licet, per locum à specia **J. C.** qui potio. in pig. text. in l. quod quis. ff. de priuileg. quod maxime verum est in posteriore vsurano secundum **Ripam** d. l. privilegia.
  - 33 Duodecimo ampliat etiam in re vendita per posteriorem ipsi debitori habita fide de pretio. l. quidam fundum. ff. de in rem verso.
  - 34 Decimotertio ampliat siue prior agat siue excipiat siue replicet. l. creditor la. 2. in prin. ff. qui potio. in pig. **Negul.** d. tracta. de pigno. 2. memb. 5. par. ampliat. secunda. vbi posuit & recessit viginti ampliationes & pariter viginti limitationes, quas omnes suprad. **Fianc.** **Ripa** d. l. privilegia. ff. de priuileg. credito. diuersimode complexus fuit & optime explicauit.
  - 35 Limita primo in casu, quo posterior habet hypothecam specialem & generalem, & prior pariter habet diuersam specialem & etiam generalem, hoc casu si potest fauissimè primo ex priori speciali in reliquis præferatur secundus. l. 2. C. de pigno. quod intellige & declara prout faciit **Ripa**, d. l. privilegia. sub numero decimonono, **Negulant.** d. tracta. de pign. fallen. 14.
  - 36 Secundo limita quando constat de credito posteriori per veram numerationem, tunc præferatur secundus priori de cuius credito constat per solam confessionem. l. **Titius.** ff. quæ res pigno. oblig. possi. ideo debet esse cautus aduocatus, ut faciat, quod verba instrumenti contentent de numeratione vide **gl. Bal.** & **Angel.** in l. diuersis qui potio. in pigno.
  - 37 Tertio limita quando primus creditor est creditor ex chirographo non subscripto tribus testibus, & secundus est creditor ex publico instrumento: quia isto casu secundus præferatur primo. l. scripturas. C. qui potio. in pig. **Negulant.** fallen. 18. quod intellige, & declara prout **Ripa**, d. l. privilegia. numero 24.
  - 38 Quarto fallit quando prior creditor possidet, & conuentus hypothecaria actione à posteriori creditore etiam iniuste agente ille, qui possidet negat mentiendo illam rem fuisse debitoris, quia si probaretur tunc à posteriore creditore, quod illa res esset debitoris, punitur ille creditor prior ob penam mendacij in translatione possessionis, etenim iudex absque alia sententia debet transferre possessionem in secundum, qui probauit, autem item possessor. C. qui potio. in pign. facit text. in l. fin. C. de rei vendica. tradit **Negul.** d. tracta. de pigno. fallen. 10. quod intellige priore negante per dolum, vel per latam culpam, secus si sine culpa, ut quia non crederet se possidere, & intellige nisi negans ante licentem contestatam negationem reuocauerit, & dummodo reus, sit mendax in eadem instantia, secus in alia instantia ut declarat **Ripa** d. l. privilegia, nu. 25.
  - 39 Quinto limita in accipientibus pignus à duobus diuersis non dominis, & diuersis temporibus: quia tunc etiam non attenditur nec prius nec posterior, sed inter accipientes melior est conditio possidentis. l. si non domino. ff. qui potio. in pigno. **Negulant.** d. tract. in secundo membro, 5. par. fallen. 12. **Ripa**, d. l. privilegia, numero vigesimo sexto, & in hoc casu videas **Nattam** consil. 456. nu. 6.
  - 40 Sexto debet etiam declarari, & intelligi regula utroque prætendente causam pignoris ab eodem, secus priore prætendente causam à non domino tunc præferatur posterior habens causam à domino, argumen. l. si ea. res in si. ff. de actio. empti. & hæc differt à præcedenti; in qua ita demum præferatur posterior si possideat, in hac verò præferatur etiam si non possideat.  
Item ibi præferatur si inter se contendant & non contra tertium, hic autem præferatur etiam contra tertium, ut per **gl.** & **Bar. no.** in l. siue à te. §. si duobus. ff. de pub. act. **Ripa** d. l. privilegia, nu. 27.
  - 41 Septimo intellige in prætorio pignore, de quo

- quo contendunt creditores diuersorum titulorum ; secus si sint omnes eiusdem tituli, tunc non præferatur prior, sed omnes simul concurrunt. l. fin. C. de bon. auth. iud. post. l. si is a quo §. plures & §. si prior. ff. vt in poss. lega. Sed in iudiciali pignore seruanda est regula prioritatis. Bar. in l. si iure, secundum verum intellectum. ff. qui potior.
- 42 Octauo limita fauore fisci, qui præferatur omnibus anterioribus in qualitis post suam obligationem etiam habentibus hypothecam expressam l. si is qui. ff. de iu. ff. limitando nisi esset alius pariter privilegiatus, vt pupillus. l. fin. in prin. ff. qui pot. in pign. vbi Doct. Negus. d. tract. de pig. 2. memb. 5. par. in 20. limitatio.
- 43 Nono pariter potest limitari in republica glo. in l. si fundum. C. qui potio. & in l. si ignorante. C. de remis. pigno. quamuis Bar. in d. l. si is, qui, istud restringat ad rempubli. Roma. quæ sola habet privilegia fisci. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iu. ff. & declara saluando, vt per Ripam, d. l. privilegia, numero vigesimo nono.
- 44 Decimo idem dicendum in muliere quoad dotē, vt in postea quaeritis præferatur anterioribus habentibus expressam, vt per Bal. post Iaco. Butr. in l. fin. C. qui pot. in pigno. de qua materia prælationis dotium vide Couarr. cap. 7. varia. reso. iur. lib. 1. & idem dicendum de ecclesia, vt in quaeritis per prælatum præferatur anterioribus, secundum gl. & Cano. in c. ex litteris, de pigno.
- 45 Vndecimo limita in posteriore ex cuius pecunia fuit res empta, & illi specialiter obligata, qui in illa re præferatur anterioribus. l. licet. C. qui pot. idē dō cebat cautela Cepol. cau. 121. quod quando mutuas pecunias colono tuo gre alieno grauato, id est obgrato pro emendis bobus, facias illos specialiter obligari ad hoc ne præferantur priores, de quo per Negus. d. tracta. de pigno. secund. fallen. Que fallentia sublimitatur, vt non præferatur mulieri habenti priorem pro dote. §. is consequens, & ibi glo. in ver. agunt, in authen. de æqua. dot. quod videtur esse de mente Ripæ contra Negus.
- 46 Duodecimo limita in posteriore ex cuius pecunia fuit empta militia, qui præferatur anteriori, auth. quod obtinet. C. de pigno. & differt secundum Ripam hæc limitatio à præcedenti in pluribus. Primo quia hic præferatur etiam mulieri & non in præcedenti casu. Secundo hic præferatur omnibus bonis: Ille in re empta tantum. Tertio in hac non requiritur specialis hypotheca, cum sint bona debitoris tacite hypothecata. l. si. C. de pigno. sed pro hoc videtur casus contrarius in d. authent. in corpore vnde sumitur: & ideo in hoc fiat pactum.
- 47 Tertio decimo limita fauore pupilli, ex cuius pecunia tutor vel alius in rem sibi emit: nam in illa re pupillus habet tacitam hypothecam cum privilegio prælationis. l. idemque. ff. qui pot. in pig. & differt a præcedenti secundum glof. Bart. & alios in d. l. quia fauore pupilli non requiritur quod sua pecunia fuerit ad hoc specialiter mutuata prout requiritur præcedenti casu, vide Negus. tract. de pign. in 2. memb. 5. par. in 3. fallen.
- 48 Quartodecimo limita in posteriore, qui creditur pecuniam ad rem conseruandam, hic præferatur omnibus anterioribus in illa re. l. interdum. ff. qui potio. quod intellige & declara prout Ripa, d. l. privilegia, numero trigesimo quinto, in duodeci. fallen. Negus. fallen. 1.
- 49 Quintodecimo limita in domino soli, qui pro canone anteponitur prioribus in superficie. l. etiam ff. qui potio.
- 50 Sextodecimo limita nisi sit prior in credito aliquis & posterior in hypotheca. l. creditor. §. si primus. ff. qui pot.
- 51 Decimosextimo intelligenda regula, qui prior, in priore respectu crediti, de quo agitur, secus in priore respectu vnus crediti & posteriore respectu alterius, de quo contenditur. d. l. venditor. §. si idem bis, & l. pen. ff. qui pot.
- 52 Decimooctauo limita in posteriore, qui prior consensit rem obligari. d. l. creditor. §. fina. quia quantum ad illum prior censetur remittere suam hypothecam, l. Paulus. ff. quibus modis pign. vel hypo.
- 53 Decimonono limita regulam in posteriore, qui præferatur priori creditori sub conditione potestatiua que euenit post obligationem secundi, l. qui balneum. §. amplius. & l. potior, in princip. ff. qui potio. tunc enim conditio potestatiua retro non trahitur, ideo tempus existentis conditionis, & non obligationis inspicitur. l. si filius. ff. de verborum obligationibus Ripa, dicta lege, privilegia sub numero quadragesimo, vbi reddit rationem & infert ad quaestionem si qui promiserunt sub obligatione bonorum seruare pacem, & non se offendere, vnus vendidit quedam prædia, deinde pacem fregit; quaerit an offensi habeant in dictis bonis potiora iura, & secundum Dinum quem sequitur Fulgo. dicendum, quod sic, vt ibi refert Ripa.
- 54 Vigesimo limita in posteriore, qui potior est prioribus creditoribus sub conditione casuali, quæ purificata fuit post obligationem posterioris eo tempore quo extrema non erant habilia siue ex parte debitoris siue ex parte creditoris siue ex parte rei obligata. l. quoties, ibi Bal. ff. de noua. & idē si res non erat in dominio debitoris tempore obligationis nec tempore existentis conditionis, vt quia fuerit medio tempore acquisita & alienata, talis res non cadet in obligationem prioris: quia extrema non sunt habilia vt conditio trahi possit retro ad tempus obligationis. d. l. qui balneum. §. Titia. ibi Bal. declar. ff. qui potio.
- 55 Vigesimo primo limita in creditore posteriore, qui successit in locum prioris, qui ex iure eius qui successit prior reperitur, ideo præferatur. l. si prior. §. si simpliciter & §. a Titio. ff. & C. per tot. tit. de his, qui in prio. cred. lo. succed.
- 56 Vigesimo secundo limita in casu. l. satis. C. in quibus cau. pign. taci. contrah. & in l. vtilitas. C. de priuil. libro duodecimo, de quo per Negus. d. secundo membro 5. par. in 11. fallen. & Ripa, d. l. privilegia, nu. 44.

Vigesi-

- Vigesimo tertio limita fauore tributorum, pro quibus fiscus in rebus tributarijs præferatur alijs anterioribus. l. 1. si propter publi. pens. reiecta glo. ibi quæ communiter reprobatur secundum Ang. & intellige, vt præferatur anterioribus habentibus etiam expressam, vt differat à sequenti.
- 58 Vigesimo quarto limita in fisco qui habet tacitam hypothecam. l. certum. C. in quibus caus. pig. trac. contrah. & habet privilegium, vt præferatur anterioribus habentibus tacitam hypothecam secundum B. l. in l. si. col. pen. C. qui pot. quod verum est præterquam in penis fiscalibus, l. 2. in pen. fisc. cred. præferend. C. Bar. & gl. & alij in l. rescriptum. ff. de pac. & l. aufertur. §. fiscus. ff. de iu. fisci.
- 59 Vigesimo quinto limita in muliere pro dote, que habet tacitam hypothecam priuilegiatā, vt præferatur omnibus anterioribus, l. asiduis. C. qui pot. Did. c. 7. var. res. iur. lib. 1. quod declara secundum Ripam, vt præferatur habentibus anteriorem tacitam non autem expressam, vt per Doc. d. l. & in l. 1. ff. sol. mat. & intellige in vxore, secus in sponsa, & in dote vera, non in confessata seu putatiua, & intellige, vt habeat privilegium prælationis contra omnes præterquam contra filios primæ vxoris, d. l. asiduis. §. exceptis, & præterquam contra fiscum, vel alium habentem hypothecam priuilegiatā, l. 2. C. de priuil. fisci. item intellige in bonis mariti, vel loceri ipsius mulieris de dote restituenda, non in bonis mulieris vel eius patris aut alterius dotantis pro dote promissa viro exoluenda secundum glo. receptam communiter in l. vnica. §. sed vt plenius, de rei vxor. actio. itē intellige agente muliere pro dote restituenda, secus agentibus eius hæredibus. l. 1. cum glo. C. de pri. dot. item intellige ad dotem restituendā, non autem ad donationem propter nuptias, d. l. asiduis, in fi. item intellige pro dote & augmento dotis consistente in rebus immobilibus, secus in augmento consistente in rebus mobilibus, auth. sed iam necesse, in corpo. vnde sumitur. C. de dona. ante nup. de quo per Cast. conf. 394. & Ripam d. l. privilegia. nu. 47.
- 60 Vigesimo sexto limita in posteriore creditore ex causa funeraria, qui præferatur anterioribus habentibus tacitā, l. pen. l. si quis. §. 1. ff. de reli. & sump. fun. & idem dicendum in expensa infirmitatis, vel ægritudinis. l. si. §. in computatione. C. de iure del. Negus. in 13. falle. d. trac. de pig. 2. memb. 5. par.
- Vigesimo septimo limita si post obligationem secundam fuerit nouata obligatio prioris, quia nouatione extinguitur hypotheca l. nouatione. ff. de nou. nisi in nouatione repetita sint pignora, quia intelliguntur repetita cum privilegio prælationis. l. creditor acceptis. l. si prior. ff. qui potio. vel nisi expresse sit actū quod firmæ remaneant priores hypothecæ. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecu. pig. teneri pos. item verum in nouatione voluntaria, secus in necessaria, quæ fit per litis contestationem, l. si quis aliam. ff. de noua.
- Vigesimo octauo limita in reb. hypothecatis Deo postea sacratis, in quibus ecclesia est potior creditoribus & domino. c. compertimus 14. q. vlt. an autē ecclesia in subsidium teneatur creditoribus ad præ-

cium, videtur quod sic secundum Mari. Soc. in trac. oblatio. in 11. libello & sequen.

DE ACCIDENTALIBVS pignoris.

S V M M A R I V M.

- 1 Omne pactum turpe & illicitum, præcipue pactum leg. commiss. est prohibitum in pignore.
- 2 Quomodo fiat pactum leg. commissoriae.
- 3 Pactum quod fit & concipitur per uerba obliqua & inste xa dicitur simile legis commissoriae.
- 4 Quid intersit quod sit pactum legis commissoriae & simile leg. commissoriae.
- 5 Regula est quod pactum leg. commissoriae sit improbatum à lege.
- 6 Regula generaliter loquens generaliter est intelligenda.
- 7 Regu. l. commissoriae ampliatur, quamuis pactum apponetur fauore mulieris.
- 8 Non ualet pactum, l. commissoriae, quamuis interueniret iuramentum.
- 9 Non ualet pactum leg. commissoriae, quamuis extaret consuetudo in contrarium.
- 10 Non ualet etiam si concipiatur per quacumque uerba.
- 11 Interdum ualet pactum leg. commissoriae scilicet quando non apponitur à principio sed ex intervallo.
- 12 Valet pactum leg. commissoriae si fiat, vt pignus detur pro iusto pretio.
- 13 Valet etiam pactum si fiat simpliciter quia intelligitur pro iusto pretio.
- 14 Valet pactum leg. commissoriae si fiat per debitorem cum fideiussore non autem cum creditore.
- 15 Valet pactum leg. commissoriae fauore dotis.
- 16 Quando ualeat pactum leg. commissoriae secundum Bar. distinguendum.
- 17 Pactum quod non soluto debito creditor possit occupare propria auctoritate pignus ualet.
- 18 Item ualet pactum quod possit creditor uendere pignus.
- 19 Non ualet pactum quod debitor nunquam possit redimere pignus.
- 20 Per pignus non fit alienatio.
- 21 Pactum quod non possit debitor redimere pignus non ualet etiam ut alienatio.
- 22 Quando partes intendunt agere actum in specie tunc si ille actus non ualet uti agitur, nec ualet ut ualere potest.
- 23 Pactum ut nunquam censetur posse luere pignus est prohibitum: et idem si per 30. annos, quia censetur perpetua prohibitio & alienatio.
- 24 Pactum factum à creditore ut debitori non liceat uendere pignus non ualet.

Accidentalia in hoc contractu pignoris dicuntur illa, quæ esse & abesse possunt præter subiecti corruptionem, veluti pacta addita contractui de dando, vel faciēdo aliquid non attingens ipsum contractum, & quia varia pacta circa pignus solent apponi, & quædam pacta prohibita sunt apponi, quædam non, videndum





S V M M A R I V M.

- 1 Ex pignoribus dantur duae actiones hypothecaria, & pignoratitia.
2 Hypothecaria actio altera est directa altera utilis.
3 Utilis hypothecaria est illa quae competit cessionario, vel emptori pignoris.
4 Actio hypothecaria utilis competit omni secundo creditori cui pignus creditor obligavit suum nomen, vel cui pignus pignori datum est.
5 Competit ista actio contra principalem debitorem.
6 Hypothecaria actio natura est ut tribuat facultatem apprehendendam & petendam possessionis.
7 Quinq; sunt necessariae ad hoc ut hypothecaria possit agi.
8 Pignoratitia actio duplex directa & contraria.
9 Pignoratitia directa est illa quae datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus.
10 Pecunia soluta debitor potest condicere rem pignori datum.
11 Si debitum solutum non sit pignoratitia actio non datur.
12 Datur etiam non soluto debito pignoratitia si creditor male custodiat rem pignoratam, & alijs tribus casibus.
13 Pignoratitia actio contraria, quae datur creditori contra debitorem pro expensis factis in pignore.
14 Actio pignoratitia est bonae fidei hypothecaria stricti iuris.
15 Actio pignoratitia est personalis aliquando in rem scriptam.
16 Actio hypothecaria est realis.
17 In quinque differunt istae actiones hypotheca & pignoratitia.
18 Alio tempore tollitur pignoratitia alio hypothecaria actio.
19 Pignoratitia actio directa differt ab hypothecaria in tribus.
20 Pignoratitia actio nascitur rei intervenitu.
21 Datur in pignoribus & hypothecis aliud remedium, id est Saluvianum interdictum, quibus differat ab hypothecaria actione.
22 Differt Saluvianum ab hypothecaria in natura, & modo probandi.
23 In hypothecaria oportet quod probetur rem illam sibi fuisse hypothecatam, & fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, secus in interdicto Saluiano.

Venio ad sextam columnam, pro cuius declaratione videndum est, quae actio detur ex pignoribus, & animadvertendum, quia ista multum est perplexa materia: + dantur enim duae actiones, vna quae vocatur hypothecaria, altera, quae dicitur pignoratitia, prima nempe + hypothecaria dupliciter distinguitur, ut altera sit directa altera utilis: directa est illa, quae datur creditori, vel eius haeredibus, quibus bona sunt tacite obligata ut Inft. de acti. §. item Seruiana, ver. quasi Seruiana & l. i. C. si vnus ex plurib. haered. cred. vel debito + utilis illa est, quae competit cessionario, vel emptori pignoris seu hypothecae iux. tot. tit. C. & ff. de haered. vel act. vend. & Bar. Cast. in l. si haeres pecuniam. ff. ad treb. 4 l. Actio. ff. que res pigno. oblig. + item competit

omni secundo creditori, cui pignus creditor obligavit suum nomen, vel cui pignus pignori datum est vt l. nomen C. quae res pigno. oblig. pos. & l. grege § cum pignore. ff. de pigno. + & competit ista actio contra principalem debitorem, vt l. persecutione & auth. hoc si debitor. C. de pigno. & etiam competit contra haeredes debitoris, vt l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus haered. quia est realis, & sequitur fundi. l. pignoris. ff. de pigno. datur denique in omnibus illis casibus, quos supra in colum. expresse hypothec. rotati, & huius naturae est hypothecaria quod tribuit facultate apprehendendam, retinendam & petendam possessionis, vt l. si cum venditor, in prin. de iur. i. §. per seruum. ff. de acq. pos. & hypothecaria tribuit ius in re. l. eos. C. de pig. & per Inft. §. item Seruiana Inft. de actio. vide Thom. Gram. decif. 58. nu. 2. & Jacob. Emilia. in conf. 101. num. 11. Alber. Brun. in conf. 1. Hieroni. Gabrie. in conf. 37. ibi de eius natura edisserit. Sed quare ad hoc, vt possit agi & competit haec actio hypothecaria quae sunt necessariae. breuiter ex mente Petri de Ferrarijs in sua pratica in forma libelli in actione hypothecaria in gl. in ver. ex memoratis, versiculo vltimus, & Simon de Præris in conf. 174. nu. 4. dicendum quod quinque sunt necessariae, & primo quod res ipsa, ad quam agendum erit, sit obligata, vel fuerit vel hominis conuentione vel legis prouisione. secundo quod debitor sit in mora soluendi debitum, tertio quod debitum sit verum quia cessante debito cessat hypothecaria actio. quarto quod is contra quem agitur rem obligatam possideat. quinto quod res ipsa sit in bonis debitoris. Pignoratitia autem actio item duplex est altera directa altera contraria, + directa, quae datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus, vt l. si cum venderet. ff. de pigno. actio. & l. si rem. §. omnis, not. Petr. à Duen. regul. 10. & Neguf. in 2. membro septimae par. princip. vbi compliat & limitat, + & pecunia soluta, habet debitor etiam aliud remedium, scilicet quod potest condici res pignori, data tex. est in l. si quis nec causam. §. res pignori, ibi Bar. Iaf. & cetera. ff. si cer. pet. & poterit condici conditione furtiua, vel certi conditione generali, & oportet quod pignus sit traditum a debitore creditori, ad hoc, vt habeat locum d. pignoratitia actio, vt not. Bar. in r. constitutio. ff. & in §. tertij post glo. magistralem ibi in ver. emula & ver. eadem res, quamuis aliquando fingatur res tradita, quod intellige iux. not. per Bar. in l. solutum. §. solutum, in ver. oppono hic, ff. de pigno. actio. dum vult quod locator habeat bona conductoris tacite obligata pro pensione l. ite + quia. ff. de pac. l. certi iuris. C. loca. + si autem debitum solutum non sit actio pignoratitia non nascitur. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. Petrus à Duen. reg. 9. vbi limitat d. legen quatuor casibus scilicet quando pignus datum fuit spe futurae numerationis pecuniae, quam postea creditor voluit soluere. l. solutum. §. i. ff. de pig. actio. ibi Sal. & Bar. & Cast. secundo si pignus datum fuit sub conditione & conditio deficit, tertio quando creditor iniuste res seu inhoneste, & male tractat, vt in casu pro quo consuluit Cor. conf. 260. vol. 3. de Hebrais qui pignora accepta commodauerunt, quod facit contra istos

istos Hebraeos, qui custodiunt male pignora data, quare si sunt veltes pignoratiae & eas non excutiunt puluere aut cinere, vel quia tenent in humiditate, vel quia sinitur vt mures corrodant & similia, tunc tenentur reddere, vel tenentur ad interesse, prout declarat Marquardus de Sufa. trac. de Iudæis c. 11. nu. 17. in r. par. vide conf. Burf. 19. vol. 2. & 197. Quarto, quando agere debitor vellet pro damnis & interesse passis per debitorem ob dolum, vel culpa creditoris, quia ad ius potest agere ante solutionem & omnibus istis quatuor casibus potest ante solutionem agere, vt etiam Nig. notat in 2. membro septimae partis, nu. 8. Altera est pignoratitia actio, quae dicitur contraria, quae datur creditori contra debitorem pro expensis factis in pignore, vt l. si necessariae, in princ. ff. de pigno. actio. & non solum pro magnis expensis, sed etiam pro paruis, & quibuscumque expensis, prout in cibo potu & similibus, vt auth. cuius qui. C. de bon. auth. iud. pos. ibi. Doc. non requiritur tamen traditio, sed datur, etiam quod pignus traditum non sit creditori & competit, vt not. Bar. prima conf. ff. §. tertij, in fi. etiam Bar. in l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. quamuis aliqui sint contrariae opinionis & male. Sed quare quae sint differentiae inter istas actiones. & dic quod est differentia (omni) ista illa differentia superius dicta, quia + actio pignoratitia est actio bonae fidei, hypothecaria vero est stricti iuris vt per glo. in §. actionum. in glo. in ver. pignoratitia Inft. de actio. + Alia est differentia, quia actio pignoratitia est personalis. tex. est in l. si C. de distrac. pigno. tamèn Laurén. Siluanus in repetitione l. rem alienam, nu. 3. ostendere subtiliter conuenerat pignoratitiam alteram reale alteram personalem esse, ideo Bal. aliquando in rem scriptam esse dixit, prout quando datur contra usurarium, in rub. C. de pigno. & Husl. in eum contra, extra de pig. tamen non recedendum à priori opinione ad scilicet sit personalis, de iure cuius tantum per d. l. si & ita tenet Bart. & alij in l. pignoris. C. de pigno. Ang. Aret. in §. item Seruiana, in col. pen. de actione. Intit. Neguf. suo trac. in 2. membro septimae par. post nu. 2. vbi disputat ad partes quaestionem hanc, sed de iure canonico credo quod procedat contraria opinio, nempe esse in rem scriptam per d. c. cetera contra de pig. vbi Canonista, & hanc differentiam notauit etiam Bened. Canoph. in suo trac. fori & poli, in 2. l. tit. de pig. nu. 194. & Hyppoli. Bonac. trac. de qua: qui. Can. concl. 24. actio autem hypothecaria est realis l. pignoris. C. de pigno. & datur contra tertium possessorem, sicut datur conditio l. si C. de acqui. possess. dum modo prius agatur & fiat executio personaliter contra principalem debitorem, vel eius haereditatem, vel hereditatem iacentem, vel fideiussores si extant & dum modo contra istos sit prius obtentia sententia, Bar. in l. prosecutione. C. de pigno. Bal. & Sal. in auth. hoc si debitor. C. de pigno. Rolam. consilio 79. volumine primo. Insuper ibid. de executione dum modo non constaret debitorum principalem non esse soluendo. Doc. in l. decem. ff. de ver. oblig. Doc. in l. si. ff. si cer. pet. Rol. a Valcon. 99. in r. vol. num. 37. 13. & 26. §. & dic quod in quinque differunt istae

actiones inter se, secundum Neguf. in r. memb. octaue partis & septimae. Alia, & quarta est differentia, quia + alio tempore tollitur pignoratitia actio per prescriptionem, & alio tempore tollitur hypothecaria: etenim actio pignoratitia, quae est personalis tollitur spat. 30. annorum. l. sicut. C. de praes. 30. anno: hypothecaria tollitur interdum decem annis, interdum 20. interdum 30. interdum 40. vt l. i. C. si aduer. cred. lib. 7. late dicemus inferius + Alia est differentia quia pignoratitia actio directa quae datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus, de qua in l. si cum venderet. ff. de pigno. actio. differt ab hypothecaria in tribus, scilicet natiuitate, utilitate, & vita. exemplum de natiuitate, quia hypothecaria nascitur solo consensu, vt l. si tibi decem ibi Bar. ff. de pac. pig. diximus superius in princ. trac. + pignoratitia autem nascitur, rei intervenitu, vt Inft. quibus mod. re con. oblig. de alijs differentis, quae conserpunt natiuitatem diximus superius scilicet quod pignoratitia sit bonae fidei, hypothecaria stricti iuris. De differentijs quae concernunt utilitatem diximus de directa & contraria. De differentijs quae concernunt vitam, diximus quanto tempore prescriberantur hypothecaria & quanto pignoratitia, de quibus omnibus per Neguf. in suo trac. in 1. membro septimae partis, per Rip. rub. de pig. nu. 1. Sed quare an datur alia actio sine remedio pro etiam Saluianum interdictum, quod remedium differt ab hypothecaria, & inquit Neguf. in octava part. in ter. memb. sui trac. num. 26. quod hodie magis frequentatur in palatijs quam hypothecaria actio, tanquam pignus & vtilius remedium, ideo dicebat Ang. in §. ite Seruiana, de actio. nu. 18. quod casus aduocatus semper intentat Saluianum interdictum, non autem hypothecaria actionem; namque Saluianum interdictum utile competit cuilibet creditori, directum quidem pro rebus coloni inuectis & illatis in fundum. Utile vero pro rebus inquilini locatori, & competit etiam cuilibet alteri creditori ita Ang. declarat in d. §. ite Seruiana, per tex. & gl. in d. l. i. C. de Salua. interd. praeterea inquit quod non solum competit contra debitorem & eius haeredes, sed etiam contra extraneum possessorem. l. tibi Bar. 22 & Bal. Sal. firmant + differt enim Saluianum interdictum ab hypothecaria secundum glo. in d. l. i. C. de Salua. interd. de qua glo. faciebat magnum festum Ang. d. loco. Differt inquam in natura & modo probandi, natura quidem, quia tale interdictum est possessorium, sed hypothecaria licet auo ceteris huiusmodi possessionem, tamen est iudicium petitorium, & sic appellari poterit ab ista hypothecaria, quia non est iudicium momentanea possessionis, sed sapientia natura petitorium. Bar. ita declarat in l. r. 20. C. de Sal. interd. sed Saluianum interdictum est mere possessorium, cum in eorum sit necesse dicere rem esse obligatam, & docere de obligatione, sed sufficit dicere esse possessam ab eo qui obligauit. In modo vero probandi differt quoque, quia in hypothecaria oportet quod probetur rem illam rem sibi fuisse hypothecatam & fuisse in bonis debitoris tempore obligationis, in interdicto autem Saluiano non habet

habet necesse, vel probare rem esse obligatam, vel fuisse in bonis debitoris, sed sufficit quod tantummodo probet illam rem esse possessam ab eo, qui eam obligavit, & intellige prædicta in hypothecaria conventionali. non autem in legali, in qua contrahitur hypothecaria etiam in his rebus, quæ non erant debitoris tempore obligationis, exemplum in eis, quæ debentur ex testamento, quod est notandum quia in pratica deseruit & erit vitile, & reliqua sunt intelligenda prout declarat Aret. l. f. Gom. in §. ite Seruiana. & Negul. suo trac. in 2. par. memb. 4. Rol. à Valle, consil. 14. volumine primo. & Cep. in caut. 51. & Maran. suo speculo in 7. distin. iudic. Ripa rub. de pign. Bar. in l. 1. ff. & C. de Sal. interd. Bar. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & illam repetit Siluan. quem in hac materia vide sub nu. 84.

QVOMODO RESOLVATUR seu finiatur pignus.

S Y M M A R I V M

- 1 Hypotheca sicut solo consensu constituitur ita solo soluitur.
- 2 Dissolvitur hypotheca si expresso consensu dissolvatur si tacito consensu dissolvitur hypotheca ope exceptionis.
- 3 In pignore proprio si intercessit traditio per remissionem expressam non resolvitur ipso iure sed ope exceptionis.
- 4 Si pignus fuisse contractum per stipulationem non resolvitur ipso iure sed ope exceptionis.
- 5 Deficit pignus ipsa venditione pignoris.
- 6 Non valet pactum, ut pignus insolutum cadat.
- 7 Deficit & resolvitur pignus seu hypotheca præscriptione pignoris.
- 8 De iure canonico, quod attenditur in concernentibus salutem, nunquam præscriptio procedit nisi absit mala fides.
- 9 Resolvitur & deficit pignus novatione legitime facta.
- 10 Resolvitur pignus solutione debiti, vel compensatione.
- 11 Tollitur & resolvitur pignus quando creditor consentit ad venditionem pignoris facta per debitorem tacite censetur remittere.
- 12 Deficit pignus ratione sententiæ latae.
- 13 Item resolvitur & deficit pignus mortuo eo qui obligationem fecit.
- 14 Item deficit & soluitur pignus & hypotheca si res hypothecata esse desierit uel extinguatur.

**Capio** septimam & ultimam columnam, quæ est inscripta, quomodo resolvatur seu finiat pignus & hypotheca. pro cuius declaratione sciendum primo quod pignus seu melius hypotheca sicut solo consensu constituitur. l. 1. ff. de pignorat. actio. ita solo consensu seu pacto dissolvitur regulariter. nihil tamen naturale est, ff. de reg. iur. l. prout quisque. ff. de sol. glo. in l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. ibi Bar. & alij. est rex. in l. maior. C. de pignori. & intellige quod si dissolvatur ipso iure si expresso consensu hypotheca remittatur, alias si consensu tacito dissolvatur hypotheca (puta quando debitor consentiente creditore vendit pignus seu hypothecam) tunc non ipso iure, sed ope exceptionis.

tollitur pignus & est glo. & ibi D. de. in d. §. de pignore, per Negul. in tertio membro sex. partis, nu. 13. & idem est dicendum in pignore proprio, in quo intercessit traditio, tunc etiam per remissionem expressam non resolvitur ipso iure, sed ope exceptionis. Doc. d. §. de pignore. & ope exceptionis tollitur etiam pignus quando creditor fecit pactum debitori de non petendo ipsum debitum principale, prout declarat Ang. d. loco. † & idem esset dicendum, ut ope exceptionis liberetur pignus non ipso iure, quædo pignus fuisset contractum per stipulationem, cū p stipulationem possit etiam constitui pignus. l. solutum. ff. de sol. ubi glo. ite resolvitur & deficit pignus ipsa venditione pignoris & in hoc articulo talis est tradenda doctrina quod si fuit dictum de pignore vendendo præfixum que fuit tempus venditioni si pecunia non reddatur & tunc conventio servanda est, servatis tamen servandis, de quibus à Petro Duen. reg. 166. † non tamen pactum valet, ut pignus insolutum cadat. d. l. prima, ac toto titulo C. de pac. pigno. & superius dictum fuit, quia est pactum legis commissoriæ, quod reprobat etiam cum iuramento, ut late per Fran. Marc. decis. 166. secundum volu. & decis. sequen. & decis. 468. cod. tom. si vero nihil sit dictum de vendendo pignore, tunc creditor nunciabit semel debitori, ut soluat, quo facto biennio elapso pignus vendat. hæc est communis opinio de qua attestatur Emanu. Soarez Thesaur. recep. litteral. nu. 15, si vero dictum sit de non vendendo tunc hoc non obstante trina nunciatio est faciendi arbitrio iudicis tempore statuendo, & tunc vendet ut C. de iur. domi. impetra. l. §. 1. & 2. & l. si conuenit. ff. de pigno. actio. & declarat glo. in §. contra autem. Inst. quibus licet, alie. vel non. tamen secundum dictum in feneratorum tantum procedit, de quo loquitur d. l. si. C. de iur. domi. impetra. non in alio creditore, quare verius in eo servandum est quod vel primo, vel tertio casu dictum fuit, de quo tamè per Doc. in d. §. contra autem, & per Negul. d. trac.

Item resolvitur & deficit pignus seu hypotheca præscriptione pignoris, sed quanto tempore à debitori præscribitur seu usucipitur, animaduertendū quia aliquando præscribitur decem, aliquando viginti, interdum triginta, aliquando quadraginta annis, ut diximus superiori col nam quando tertius possessor possidet rem hypothecatam alteri non habet titulum à debitore, sed ab alio, & est in bona fide, præscribit tunc iuri hypothecæ quod habet venditor in dicta re spatio decem annorum inter præsentem & viginti inter absentes, casus est in l. prima, & secunda, ff. si advers. cred. Aymo, consilio 148. numero 6. vol. 1. & ponit Kechouius in suis recoll. commu. opinionum Centur. 2. conclus. 77. qui refert Rolan. cons. 79. nu. 7. vol. 1. Paris. consil. 50. volumine primo, & limita, ut per Rolan. sed si d. tertius possessor non habeat titulum ab alio quàm à debitore, & non habeat bonam fidem, vel altero istorum careret, tunc non præscriberet contra hypothecam nisi spatio 30. annorum, ut l. cū notisissimi, in prin. §. 1. C. de præsc. 30. anno. si vero dictus tertius possessor haberet causam à debitore, tunc donec debitor viuit non potest præscribere minori spatio quàm 40. annis, sed si vel-

let incipere præscriptionem post mortem debitoris. & non vellet computare aliquid de tempore quod transiit viuentem debitore potest præscribere triginta annis. dic. le. cum no ipsimi. §. sed cum illud. & ibi glof. & Baldus, & Salicetus, sed principalis hypothecæ contra creditorem minori spatio, quàm quadraginta annis, dic. le. cum notissimi, in princip. §. primo, & hæc quæ dicta sunt procedent de iure ciuili. † de iure autem canonico, quod ius canonicum attendendum est in concernentibus salutem animæ, nulla & nunquam præscriptio procedit, nisi absit mala fides capitulo finali, de præscrip. & in regula, possessor de regu. iur. in sexto, & per ea, quæ ibi notantur. Hinc est quod neque debitor neque hæres poterunt præscribere, quia sunt in mala fide cum sciant, alij autem ignorantes possessores hypothecam, quæ competit in dictis bonis possunt præscribere. le. sed si lege §. scire. ff. de petitio. hæredita. & melius nos dicemus infra in columna, seu tractatu præscription. in quinta parte Amphitheat. Aduerte tamen modo quod prædicta distinctio procedit in priuato, secus in ecclesia, vel minore, quia in his requiritur maius tempus, & prædicta distinctio habet locum aduersus priuatum creditorem, qui non possidet pignus: sed si possideret, nam non potest præscribi, quia est interrupta præscriptio per possessionem.

Item resolvitur & deficit pignus novatione legitima facta. le. in novatione. ff. de novatio. le. in solutum. ff. de pignoratit. actio. Restringe tamen hoc, ut non procedat quando debitor simpliciter dedit alia pignora post prima, quia per hoc non liberarentur priora pignora, quoniam ista alijs cumulatur, & ex hoc non dicitur inducta novatio, ergo ad hoc, ut habeat locum novatio in dicto casu necesse est, quod quando datur secundum pignus, mentio fiat de primo pignore, & expressè deducatur in novam obligationem, ita declarat Bartol. in le. Valerius, in vlti. quæstio. ff. de prætor. stipulatio. & Castrensis in lege, solutum. §. omnis. ff. de pignoratitia actione.

Item restringe, & intellige, ut per novationem tollatur pignus in novatione voluntaria, non autem in necessaria, quæ fit per litis contestationem & sententiam, declarando tamen, ut notatur per glof. in le. prima, in glof. finali, C. de iudic. text. est in l. aliam. ff. de novatio. vbi Bartol. rationem assignat.

Item intellige quando non fuisset dictum in novatione voluntaria & expressè conuentum, ut pignora, seu hypothecæ pignoris obligatione essent repetita in obligatione nouante. le. prima, in principio. C. etiam ob chirograp. pecu. & lege, solutum & l. novatione. C. de fideiuf.

Item intellige nisi novatio voluntaria esset inualida, nam per novationem inualidam non tolluntur pignora & hypothecæ obligationis præ-

dentis, lege novatione ff. de novatio. & dicta lege, novatione, C. de fideiuf. & Doctor. in dicta lege prima, C. etiam ob chirographariam pecu.

Item tollitur & finitur pignus solutione debiti & tunc fit restitutio pignoris. & inter solutionis species ponitur etiam compensatio, de qua l. si debitor. ff. qui potio. in pigno. habe. l. amplius. ff. rem ratum habe. de qua late per Sebastian. Medices, in tracta. de compensat. in præsa. numero secundum. & nos infra, in quin. parte.

Tollitur etiam interdum debito non soluto prout quando debitor suspicatur & sentit venditorem, qui detinet pignus decocturum fore, seu ut vulgo dicitur, falliturum, tunc enim poterit petere persecutionem pignoris ante diem contra decoctores, prout not. Bartol. in l. quæstio. ff. de pigno. Accurs. & Bald. in le. vbi, numero decimo, C. de iure dotium, & plenius per Straccham Anthoniat. in tracta. de decoctor. in tertia parte, numero 54.

Tollitur etiam & finitur pignus interdum tacite, scilicet quando creditor consentit ad venditionem pignoris factam per debitorem, nam censetur remittere ius sui pignoris. l. si debitor. §. primo, ff. quibus modis pignus vel hypoth. solu. le. secunda. C. de remis. pigno. & l. creditor. ff. de regu. iur. tradit Petr. à Duen. regu. 270.

Item deficit etiam pignus ratione sententiæ latæ contra debitorem, & intellige & declara prout Negulan. in tertio membro partis sextæ, numero trigesimo nono, & per totum, vbi ad plurimas infert quæstiones.

Item deficit, seu extinguitur & resolvitur pignoris obligatio mortuo eo, qui obligationem fecit, & non habebat ius in bonis, nisi in eius vita, cum post eius mortem bona ad alios peruenire deberent. l. lex vefsigali, in princip. ff. de pigno. l. 3. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solua. Narta consilio quadragesimo septuagesimo quarto, vol. 2. ex quibus infert quod obligatio feudi facta per vasallum resolvitur quando post eius mortem ad dominum reuertitur c. 1. §. rursus. quibus modis seu. ami. & in simili de emphiteusi scribit Alexan. consil. 38. col. 2. versi. alia ratione, lib. 2. faciunt dicta per Bar. in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. vide Boer. deci. 181. tibi etiam ponit quando pignus, vel hypotheca per rei restitutionem resolvatur.

Item deficit pignus & hypotheca si res hypothecata esse desierit vel extinguatur. l. sicut, in princip. ff. de pigno. sed quid si alia res eius loco fuerit subrogata comprehendetur ne in d. obligatione sicut prima. & respondet Modestini. in l. fideiuf. §. fin. quod si res subrogata sit orta ex prima comprehendatur, & ita intelligit, & declarat illum text. Bartol. & declarat optimè Negulan. suo tracta. in secundo membro secundæ partis, vbi tripliciter limitat ad quem locum te remitto ne occurrat cum describere.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ideo columna verbis est inscripta, quia contractus quem substinet, dicitur contrahi verbis.
- 2 Stipulatio non fit nisi præcedente interrogatione creditoris & secuta responsione debitoris.
- 3 In contractu stipulationis non sufficit quod stipulatio fiat per scripturam etiam inter præsentis.
- 4 In stipulatione non sufficeret exprimere verba per cifras, & litteras.
- 5 In stipulatione non solum verba requiruntur, sed apta & congrua.
- 6 Non sufficeret exprimere mente & intentionem cornu, vel tuba in contractu stipulationis.
- 7 Contractus verborum obligationis, & stipulatio, est idem. In contractu stipulationis non sufficit exprimere mentem per signa.
- 8 Non semper procedit argumentum de contractibus ad ultimas voluntates.
- 9 In contractu stipulationis requiruntur verba proprie, vel equipollentia.
- 10 Tantum operantur verba quid in quantum promitto in stipulatione.

**Nunc** descendamus ad secundum ordinem Amphith. columnam assumentes, quæ signatur verbis: pro cuius declaratione videndum est, cur columna illa verbis sit inscripta: de natura autem & proprietate significationeque verborum dicemus alias. † Dico igitur ea ratione columnam istam esse inscriptam verbis, quia contractus ille stipulationis, quem substinet, dicitur contrahi, & celebrari verbis, ratio rationis est, quia verba specialiter, & pro forma requiruntur in illo contractu stipulationis, vt dicebat declarando post alios Doctores. Alciat. in rubr. de verborum obligationibus. numero trigesimo secundo, ibi in stipulatione verba pro forma, & consensus pro materia. † Hinc est, quod stipulatio non fit nisi præcedente interrogatione creditoris, & secuta responsione debitoris l. prima, ff. de verborum obligationibus. l. quinta, §. stipulatio, eodem titulo, l. prima, §. verbis. ff. de actio. & obligatio. §. primo, Institutio. de verborum obligatio. & licet in hoc contractu verborum consensus requiratur, quem admodum in alijs. l. prima, in fine. C. de pact. tamen dicitur contractus verborum propter prædictam solemnitatem principaliter in eo requisitam, vt dicunt etiam Castrenf. Alexander Socinus, & Modernio. Bononiens. dicta rubri. de verborum obligatio. sicut diximus de contractibus, qui celebrantur Re, superius sua columna: quare potest inferri quemadmodum inferebamus ibi, dum ostendebamus non sufficere in illis contractibus, qui celebrantur Re, vt res sit

promissa, nisi res ipsa actu interueniret, & sit tradita, † ita etiam in hoc contractu stipulationis non sufficit, quod stipulatio fiat per scripturam, etiam inter præsentis, prout esset quando partes non vellent intelligi à circumstantibus, & vna pars interrogaret per scripturam, & alia responderet per scripturam, vel alio quo vis modo, nisi verba expressè interuenirent. l. Titius, la ij. iuncta glossa. ff. de constit. pecun. & ibi expressè Bartol. & communiter Doctor. tenent & Bald. & cæcæ. in lege prima, ff. de verborum obligatio.

Item potest inferri, quod cum prædictus contractus stipulationis dicatur contrahi, & celebrari verbis principaliter in eo requisitis, non sufficeret exprimere verba per Cifras, & litteras, in quarum significatione partes prius consensissent, videlicet vt si prius conuenirent inter se partes, quod dicendo A. intelligatur promitto dare centum, & respondendo B. intelligatur promitto, & ratio est: quia † verba non solum requiruntur, sed requiruntur apta & congrua ad contrahendum, at illa verba non sunt apta nec congrua secundum communem usum loquendi, ergo nec debet valere contractus prout voluit gloss. optima & singularis in §. in hac Institutio. de verborum obligationibus, in ver. quibusdam, quam gloss. sequitur Angel. & communiter Doctores, ibi & referunt Senens. in l. prima, §. fina. numero tertio, ff. eodem, & refert eam etiam Bolognett. in rubri. de verborum obligationibus. in octava dubitatione, numero mihi 287. & attestatur de communi, quamuis postea distinguat more suo, & facit ibi text. in illis verbis, dummodo ei congruenter respondeatur, distinguant quomodo velint Castrenf. & Ripa, & supradictus Bolognettus, & cæteri, scilicet quod si præcesserit conuentio valeat, si non præcesserit non valeat, prout Ripa dicta rubri. numero nono, & Bononiens. numero ducentesimo nonagesimo secundo.

Hinc est etiam quod non sufficeret exprimere mentem & intentionem cornu, vel tuba, vel alio simili instrumento, quia talis contractus verborum debet fieri mediante instrumento babilis ad loquendum ordinato à natura, vt probatur l. prima, §. finali, ff. de verborum obligationibus. & tradit Bald. in rubri. extra, de præscrip. Gome. Hispan. in capitulo decimo, de contract. verbor. post numerum tertium, libro variarum resolutionum iurium, vbi inquit, secus esse in contractibus, qui celebrantur consensu, nam possent fieri, & valeret. l. Labeo, in fi. ff. de supel. leg. & de hoc nos infra in colum. consensu inscripta: atque adeo notandum † quod in hoc contractu stipulationis, seu verborum obligationis, quæ est eadem secundam communem opinionem Doctor. de qua attestatur Bolognett. rubri. de verborum obligatio. numero ducentesimo sexagesimo tertio, debent omnino verba apta, congrua & accommodata ad ostendendum consensum interuenire,

uenire, neque sufficeret mentem & consensum exprimere per nuncium, vel per signa significantia illud. in lege prima, §. si quis ita. ff. eodem, & ibi Doctor. licet secus sit in legatis. l. nutu. ff. de legatis tertio. † & sic instantia datur ad regulam de contractibus ad ultimam voluntatem argumentum procedere. lege finali, ibi Salicet. C. de leg. per Eucral. latè in loco 17. de legatis ad stipulationem. l. quæ legato. ff. de legatis primo. bene verum est, quod in isto contractu stipulationis lex non ita arctauit viam istam, vt requirantur verba propria, & formalia promissionis, † nam sufficiunt equipollentia, vt si quis dicat in-

terrogando alium, Promittis mihi centum, vel dare talem rem, & alius respondeat, quid ni, vel cur non: nam tali casu valeret & teneret promissio, & obligatio, & esset contractus stipulationis, † & tantum operantur verba illa, quid ni? quantum si fuisset dictum, promittito, vt inquit text. apertus & clarus in lege prima, §. si quis ita. ff. de verborum obligationibus & ibi gloss. & communiter Doctor. & nos melius infra in columna stipulationis dicemus, & per hæc apparet, quare columna ista verbis sit inscripta.





TRACTATUS  
DE STIPVLATIONE  
PETRI NICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS  
L. V. D.

Quare sit inuenta stipulatio.	Qui possint stipulari, & qui non & quot.	De rebus, quae possunt stipulatione deduci.	Quid de substantia stipulationis requiratur.	Naturalia stipulationis appositae in contractu.	Quae actio oriatur.	Quomodo irrita & nulla fiat stipulatio.
Dimidia indiuidua.	Pura in die sub conditione alternatiua.	Certa Pura Incerta Penalis	Vera Ficta	Iuris Vtilis Facti Inutilis		
	Iudicialis	Prætoria In dando	Conventionalis In faciendo	Communis Mixta		

STIPVLATIO

S V M M A R I V M.

- 1 **S**TIPVLATIO dicitur à stipulo.
- 2 Nullus contractus est firmitior stipulatione.
- 3 Consueuerunt contrahentes in quocunque contractu & instrumento stipulationem apponere.
- 4 Hodie conventioni nuda nunquam locus est.
- 5 Verbum stipulandi, est verbum commune, & tam rogare quam promittere significat.
- 6 Quare stipulatio non denominetur potius à consensu quam à verbis.
- 7 Consensus est pars principalior in contractibus.
- 8 In stipulatione verba specialiter requiruntur, & sunt pro forma introducta.
- 9 Forma dupliciter capitur, large & strictè.
- 10 Stipulatio à verbis de nominatur, veluti à speciali requisito.
- 11 Lex non debet verbis imponi.
- 12 Stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum factumve se interrogatus responderet.
- 13 In diffinitione stipulationis quadruplex causa ostenditur, efficiens, formalis, materialis, finalis.
- 14 Fulgosus in diffinitione quinque notabilia notabat.
- 15 Stipulatio est inuenta de iure civili.
- 16 Stipulatio est de iure gentium.
- 17 Acceptilatio iurisdictionum esse dicitur, ergo à fortiori stipulatio.
- 18 Acceptilatio inuenta est propter stipulationem tollendam.
- 19 Acceptilatio iuris gentium est per approbationem.
- 20 Stipulatio iurisdictionum est propter pactum quod in se habet.
- 21 Acceptilatio est iurisdictionum per fictionem, seu similitudinariè.

**Veniamus** ad alium ordinem Amphit. in quo residet columna, quae est inscripta, stipulatio: pro cuius declaratio-

ne iuxta ordinem propositum tria videnda sunt, Primò vnde dicatur stipulatio, Secundò quid sit, Tertio de origine eius, seu quo iure sit inuenta. Quo ad primum stipulatio dicitur

dicitur à stipulo prout Institutionum titulo de verbor. obligatio. (dicant quid velint Alciat. libro primo Parergon, cap. 39. & Varro libro 1. de lingua latina) quod est firmitum, quia nullus contractus est firmitior stipulatione, nam triplici est munus funiculum, consensu, solemnitate verborum, & presentia partium. In prim. §. qui praesens ff. eodem, atque adeo consueuerunt contrahentes in quocunque contractu, vel instrumento stipulationem apponere, ex quo fit, ut consuetudini iudicanda nunquam ferè locus sit. §. 1. Instit. de verborum obligatio. declarat Bartol. in l. 1. vel 2. C. de cond. sine causa. & animaduerte, quia verbum stipulandi, est verbum commune, & tam rogare, quam promittere significat, sed denominatur stipulatio à stipulatore potius, quam à promissore, veluti digniori, ut inquit glos. in lege prima, in p. inci. ff. de verborum obligationibus & late ibi per Ias. cit. numer. vigesimum, sed posset obijci circa hoc, cur non consensu potius denominetur stipulatio, tanquam à digniori, nam consensus est pars principalior, argumen. l. quæritur, ff. de statu hominum, & etiam antiquior, per ea, quæ not. Bald. in l. ea lege, in quarta columna, C. de conditio ob. cau. assignando rationem, l. traditionibus. C. de pac. & tradit Alciat. in rubric. de verborum obligationibus numero trigessimosecundo, & Ripa numero decimoquarto, & ceteri Moderniores. quare dic, ut superius etiam dicebamus ex mente Doctorum omnium, quod in stipulatione verba specialiter requiruntur, & sunt pro forma inducta, consensus verò pro materia, & contractus debet denominari à forma, non à materia. l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhibend. Areti. in lege prima, §. si quis, & Castren. in lege quarta, ff. de testamen. Nec obstat illud, quod not. Bartol. in l. ita stipulatus, in duodecima, oppos. pri. par. ff. de verborum obligationibus, & legè prima, ff. de condi. indebi. ubi consensus est de forma, quia responderetur, prout etiam Alciat. otus dicebat, quod apud Bartol. ibi forma capitur large, prout in simili capit etiam Ioann. Andr. in capitulo finali, extra de baptis. aliàs forma propriè loquendo, dicitur ubi est aliquis ordo, ut dicebat Bald. eam diffiniens in capitulo primo, de noua forma fide. & probatur per Abbat. in cap. nouit, extra, de iud. ubi ille ordo admonitionis, requiritur pro forma, ut in denunciatione euangelica. Vel aliter dic, quod stipulatio à verbis denominatur, veluti à speciali requisito: nam consensus est generalis, verba autem sunt specialia, vnde succedit generi per speciem derogari. l. in toto. ff. de regulis iuris. Nec obstat, si diceretur, lex non debet verbis imponi. lege secunda, in fine. C. communia de leg. l. finali. C. de donat. §. sed olim, Instit. de leg. ergo verba in stipulatione requiri non debent, nam responderetur dictam regulam procedere in verbis nullo effectum importantibus, ut colligitur d. iuris. at in proposito effectum important, ut appareat de deliberata mente accipientis, & se obli-

gare volentis, de qua per Doctor. in lege prima, §. si quis simpliciter. ff. eodem, & Instit. in rubr. eodem.

12 Quoad secundum, stipulatio est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum factumve se, id quod interrogatus responderet, secundum Iureconsult. in l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. obligat. quæ definitio communiter à Docto. ibi est recepta, dicat quid velit Bolognet. in rubric. de verb. obligatio. numero ducentesimoquadragesimo sexto, quæstio. 7. princip. ubi reprehendit Alciatum, sub numero 267. insolentem, & temerarium cum vocando, eo quod ausus esset arguere Imperatorem, dando nouam etymologiam stipulationis, & antea ipse quoque Bolognet. incidit in eandem foueam, cum nouam tradiderit definitionem, scilicet ut stipulatio sit duorum in idem consensus, vel conuentio, tamen ibi Bolognet. assert. perlongam excusationem, & forsan fecit tantummodo, ut ostenderet acumen sui ingenij, ut fecit etiam acutissim. & eloquentissim. Scipio Giardinus in Macerateni Gymnasio publicus primariusque legum Interpres, in quibus quod stipulatio est contractus per verborum conceptionem completus. Sed fatuum esset recedere ab illa Iureconsulti, quam Cuma. & Ias. in d. §. stipulatio, nedum approbât, sed mirum in modum commendat, cum habeat genus & differentias, quandoquidem verborum conceptio stat loco generis, cum & in testamentis, & sententijs ac similibus verba requirantur, argumen. leg. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supell. leg. cetera autem verba sunt ad differentiam contractuum, qui consensu contrahuntur, in quibus interrogatio, vel responsio verbalis non requiritur, sed tantum sufficit, negotia gerentes inuicem consentire. l. consensu. ff. de actio. & obli. Latus infra in colum. consensu inscripta dicemus, & quia interdum definitio traditur per causam efficien. em, vel formalem, vel materialem, vel finalem, ut per Sebastian. Medices tracta. de diffinitio. idè ad ostendendam perfectionem supradictæ diffinitionis dicunt Doctores. in hac diffinitione quadruplicem stipulationis causam ostendi, efficien. tem, formalem, materialem, & finalem. efficiens causa in stipulante. & promittente consistit: formalis in interrogacione præcedente & responsione subsequente: materialis in datione, vel facto: dari enim, vel fieri nobis stipulamur, in quibus, & negatiuè non dari, & non fieri continetur. lege secunda, in princip. vbi glos. ff. eodem de verborum obligationibus. Finalis autem causa stipulationis fuit, ut vnusquisque quod sua interest stipuletur, l. stipulatio ista. §. alteri, ff. eodem, & §. alteri. Instit. de inuti.

14 Stipu. Præterea Fulgosus in d. diffinitione quinque singularia notabat, quæ vocantur quinque substantialia stipulationis, scilicet quod debeant interuenire verba, ut vtroque loquente, ut præcedat interrogatio & sequatur responsio, ut sit cõformis stipulationi, ut continetur quid dari, vel fieri, ut quis promittat factum proprium, non





in 2.col. quia nulla respectu diuisionem recipere potest, neque respectu prædij dominantis, neque seruentis, neque etiam instrumenti, quo quis vritur ad vtendam seruitutem, quoniam pro parte homine non potest, neque vehiculum ducere, vel equum. ex voluntate expressa contrahentium est indiuidua stipulatio, quando quis stipulatur aliquid faciendū, puta fundum tradi, fossam fodi, insulam fabricari, nam videtur considerare effectū operis, quod opus non assuit nomen, nisi à perfectione. l. in executione. §. 1. in ver. quia operis effectus, ibi Vincen. de Hercul. ff. de ver. oblig. Itaque in tali casu non satisficit stipulationi, si pro parte adimpleretur, puta quia pars fundi traderetur, vel pars fossæ foderetur, ex tacita voluntate contrahentium stipulatio redditur indiuidua quando contractus regulariter de se est indiuiduus, sed verisimile est à principio id actum, vt totum solueretur, puta quia solutio particularis non eandem commoditatem afferret pro parte quam solutio totius in toto, veluti si stipuler in genere hominem dari, ista stipulatio, ex quo est in dando, regulariter est indiuidua, vt in d. l. 2. §. & harum. sed si solue res mihi partem Stichī, ista solutio non satisfaceret pro parte, nisi solueretur alia pars in eodem Stichō. dicitur indiuidua eo, quia non eandem utilitatem haberem de dimidia parte duorum seruorum, quam haberem de vno, qui in totum esset meus, in primo ergo casu stipulatio dicitur indiuidua contractu, petitione, & solutione, quia nec pars vix nec similis seruitutis potest in contractum deduci, nec in iudicio, nec per debitorem solui. secundo casu stipulatio est indiuidua petitione & solutione, non contractu, quia in contractu potest deduci, vt pars fundi tradatur, vel pars insulæ fabricetur. l. locus. ff. de acq. pos. sed vbi stipulatio in contractum est deducta non potest diminui, & sic diuidi per petitionem, vel solutionem. In tertio casu est indiuidua solutione tantum, d. l. in executione. §. pro parte. & ratio est, quia cum promissio de dando regulariter sit diuidua, d. l. 2. §. & harum, si quis promittat hominem non debet potest solvere pro parte, quia ista particularis solutio est damnosa stipulatori, vt superius, quæ ratio non concludit, nisi respectu solutionis, ergo respectu petitionis & contractus debet regula stare firma, vt fit diuidua, & sic habes perfectam methodum ad cognoscendū stipulationes diuiduas & indiuiduas.

Verum in materia ista alta adeo profunda & intricata, non est sicco pede prætereundum, sed iterū dicta repetenda, & diligenter examinanda, & ad perfectionem materiæ ex mente etiam Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur, in 1. & 2. & 3. quæst. nu. 18. dicendum, quod aut quærimus de rebus corporalibus, aut incorporalibus, ad primum semper res dicitur diuidua, vel indiuidua, secundum naturam, alio modo dicitur diuidua & indiuidua, secundum iuris dispositionem. Et pro dilucida declaratione eorum, quæ inquit Bar. præmitte etiam ex mente modernorum Bononienf. in d. l. stipulationes non diuiduntur, nu. 7. quos sequitur celeberrimis Menochius in trac. de recuper. possess. t. membro, num. 37. confutando dicta vnius cum altero, quod duplex est diuisio, actualis & intellectualis, & vnaque

que species habet quatuor alias species, scilicet numeralem, quotitativam, integram & simplicem. 10 Numeralis est illa, quando res plures vnitz diuiduntur per numerum, puta per duo, vel tres. 11 Quotitativa est illa, quæ fit de toto vniuersali, vt quādo totam substantiam vnius rei in qualibet parte consideramus pro rata, vt fit de hereditate, quando relinquitur tertia quartave pars vni, & ille debet habere tertiam, vel quartam partem omnium rerum, l. non amplius. §. ff. de leg. 1. potest poni exemplum deligno longo, & alijs materijs consideratis in materia, tam per intellectum, quam actualiter 12 Integralis est illa, quæ fit per partes integrales, vt est homo, qui conficitur ex anima & corpore, & domus, quæ conficitur ex pariete & tecto. 13 Simplex est, quando res diuiditur in frusta & partes, vt si auferatur prora naui, camera domui, quæ omnia declarat fufius Bolog. in d. l. sub nu. 15.

De prima igitur diuisione actuali nihil est dicendum, quia ad materiam nostram non pertinet, & dicemus de illa in 4. parte Amphithe. vbi familiæ eriscun. commun. diuid. materia reperietur Intellectualis diuisio hic cadit, & animaduertendum, quia si stipulatio dupliciter consideratur per se, & in abstracto, per se considerata stipulationes dicuntur diuiduæ per omnes species diuisionum, cum possint diuidi per numerū, in partes integrales, & simplices, quia stipulationes habent interrogationem & responsionē, & in stipulationibus reperitur causa efficiens materialis, formalis subiectiua solemnitas & finalis, & quædam sunt stipulationes in dando, quædam in faciendo, quædam iudiciales, prætorias, conuentionales, communes (vt diximus, & dicemus infra)

15 Alio modo stipulationes considerantur respectu rerum in eis contentarum seu rerum promissarum, & tunc stipulationes illæ dicuntur diuiduæ, quando continent promissionem rerum diuiduarum, & dicuntur indiuiduæ, quando continent promissionem rerum indiuiduarum, prout declarat Docto. in l. 4. §. Cato, & l. stipulationes, ff. de ver. oblig. per tex. ibi, stipulationes non diuiduntur earum rerum, quæ diuisionem non recipiunt, vt sunt seruitutes. Quare cum stipulationes in hac qualitate regulentur ab ipsis rebus promissis, si volumus intelligere quæ stipulationes sint diuiduæ, quæ indiuiduæ, oportet, vt diligenter perscrutemur naturam ipsarum rerum tam corporalium quam incorporalium, & naturam factorum, quando diuidantur, & quando non, quæ omnia magistraliter à Bar. d. l. stipulationes, in 1. & 2. & 3. quæst. tractantur, & moderniores Bononien. repetendo dicta Bar. latius declarant, quamuis in aliquibus reprehendant Bar. & male ibi dem. Et circa res corporales Bar. inquit, quod aut diuiduntur illæ per naturam, aut per legem, & nemini dubium est, quia si considerentur res corporales, vt materiæ diuidi possunt permittēte natura per omnem speciem diuisionis, cum bos, hædus, vt comendatur, possit omnino diuidi. sed si considerentur dictæ res corporales cum sua forma, nullum animal poterit diuidi per naturam, cum indiuiduū appelletur, neque diuidi poterunt res artificiales, isto modo intelligendo. l. rerum mixtura, ff. de vfu- cap.

cap. l. non amplius, ff. de leg. 1. §. quod si comode. Inst. de of. iud. sed hæc diuisio à Bar. naturalis vocata, secundum legem permittitur fieri, sicut & à natura, quia si considerentur res, vt materia, diuiduntur vt per tot. tit. ff. fam. eriscun. commun. diuid. l. lignorum, ff. de leg. 3. & si considerentur cum sua forma, possunt diuidi, d. l. non amplius. §. ff. 1. fallit in quatuor casibus, in quibus non possunt diuidi per legem, quamuis per naturam, & primo, quando est incōmoda diuisio, vt est in fundo, vel domo. §. quod si comode, Inst. de of. iud. Secundo fallit, quando prohibetur à lege ad aliquem temporalem finem, l. si pupillorum, ff. de reb. eorum. Tertio fallit, quando prohibetur à testatore. §. disponat, in Auth. de nup. Quarto fallit, quando prohibetur ex conuentione partium in illis casibus, in quibus tales prohibitiones valent, l. in hoc iudicio §. si conuenerit. ff. de iudi. quæ limitationes procedunt solum in diuisione actuali, & hæc sufficiant de diuisione actuali in rebus corporalibus.

Nunc de diuisione intellectuali circa easdem res corporales, circa quas constituitur vna regula generalis, §. quod omnes res corporales sunt diuiduæ per intellectum, tam secundum permissionem naturæ, quam per legem, quia leges permittunt homines diuidi in partes quotitativas per intellectum, quæ appellantur pro indiuiduo. l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. 1. & multo magis permittitur in alijs rebus non animatis tam pro materia consideratis, quam pro forma. itaque ex ista regula sumas aliam notabilissimā regulam in materia nostra stipulationum diuiduarum, nempe quod si omnes stipulationes continēt res corporales sunt diuiduæ omni respectu, & ab vtraque parte contrahentium, sed ex accidenti aliquādo efficiuntur indiuiduæ in quatuor casibus, primo, quando velles diuidere in partes integrales, l. si stipulatus fuero, si Titius. §. 1. ver. non idem contigerit. ff. de ver. obl. Secūdo fallit, quā esset appositæ pœna tam pecuniæ, quam alterius rei, l. in executione. §. si l. si. ff. de eo. Tertio fallit in persona principalis tam pecuniæ, l. tutor. §. Lucius, ff. de vfu. quā alius rei, vt not. Doc. in l. quidam estimauerunt. ff. si cer. pet. Quarto fallit in stipulatione, quamuis vel alternatiue, vel alio casu, in qua vel contigerit fieri solutio in diuersis rebus, l. in executione. §. pro parte, eod. l. 2. §. 1. eod. & hæc de diuisione intellectuali circa res corporales.

Nunc de rebus incorporalibus, de quibus Bar. loquitur in 2. & 4. quæstione, in d. l. stipulationes, & ibi ceteri Doc. & sciendum est, quod Doc. ibi dicit, quod nulla res incorporalis potest diuidi per naturam, id est accidentaliter, & ratio est, quia nec videri, nec tangi potest, sed intellectualiter lege permittente res incorporalis diuidi poterit, quod aut fert tantam utilitatem in parte respectu partis, sicut in toto respectu totius, si vero non afferat tantam utilitatem in parte respectu partis, sicut in toto respectu totius, tunc appellantur indiuiduæ, etiam per illam diuisionem intellectualem, ideo si omnes seruitutes, tam reales, quam personales, & rusticorum, & vrbiorum prædiorum appellantur indiuiduæ, quia non afferunt tantam utilitatem in par-

te, sicut in toto respectu totius (vt superius diximus) exempli causa, pone quod quis habeat tertiam partē seruitutis alicuius prædij, nullam habebit utilitatē, nam si habebit tertiam partem seruitutis per trasuersum, nihil illi prodest, quia non poterit vti ea, cum non possit peruenire ad fundum suum deficientibus duabus alijs partibus magis propinquis fundo, ideo diximus per trasuersum, & simile erit etiā si habeat tertiam partem per longum, quia non potest vnus homo pro tertia parte ire & pro alijs duabus partibus stare, pro altero casu potest poni exemplum in vtu fructu, qui dicitur diuiduus, eo quia affert utilitatem in parte, sicut in toto, nam si habeo tertiam partem vtu fructus prædij, quod prædium reddit singulis annis triginta salmas grani, possum ex parte, quæ mihi contingit, accipere decem pro tertia parte mea, & sic afferent illa decem tantam utilitatem respectu partis, sicut afferunt triginta respectu totius, & sic firma quod si stipulationes continent promissiones rerum incorporalium, sunt diuiduæ, quando res ipsæ sunt diuiduæ, & sunt indiuiduæ, quando res, quæ promittuntur, sunt indiuiduæ, quod etiam procedit in actionibus obligacionibus & solutionibus, & sic concludendum, quod stipulationes rerum incorporalium, quando res ipsæ afferunt utilitatem in parte, sicut in toto, dicuntur diuiduæ contractu, obligacione, actione & solutione, & sic omni respectu, quando res contentæ non afferunt utilitatem in parte, sicut in toto, respectu totius, tunc stipulationes dicuntur indiuiduæ, vt superius diximus, tex. in d. l. 2. §. ex his & d. l. in executione. ff. eod. de ver. obl.

De factis autem item erit dicendum, nempe vt facta sint diuidua, quando afferunt utilitatē in parte, sicut in toto respectu totius, secundum Pet. Ant. sed secundum Bar. aliud requiritur, & optime, scilicet, vt si fiat solutio de partibus, contingat fieri solutio in diuersis rebus, indiuidua autem facta dicuntur, quando vnum ex istis duobus contingit, vel quod non afferat utilitatem in parte, sicut in toto, vel quod si afferat contingat solutio in diuersis rebus, puta quando vnus solueret partem facti, & in reliquo interesse, quod interesse in factis succedit: non enim quis factum promissum regulariter facere compellitur, sed soluendo interesse liberatur, l. si quis ab alio, in fi. ff. de re iud. Bar. in d. l. stipulationes, nu. 36. & optime declarat Vincen. de Hercu. in repeti. l. in executione, nu. 150. ff. de ver. obl. Petr. à Duen. reg. 155. & diximus superius.

DE STIPVLATIONE

*pura, in diem, & sub conditione, & alternatiua, sub modo, & sub accessione.*

S. V. M. A. R. I. V. M.

1. Quæ sit stipulatio sub modo, & sub accessione.
2. Quæ sit pura stipulatio, & quando peti possit.
3. In pura obligatione statim peti potest.

Stipula-



- 4 *Stipulatio quamvis sit pura, debet expectari per aliquod tempus.*
- 5 *In stipulationibus pure conceptis statim peti potest, fallit quinque modis, seu tex.*
- 6 *Quæritur Stipulatio in diem.*
- 7 *In stipulatione in diem, si promissio fuit facta sub aliquo tempore, tunc statim peti potest non narrato tempore illo.*
- 8 *Quando promissio fuit facta de dando hoc anno, vel mense, in fine temporis facienda est solutio.*
- 9 *In dubio tempus adiectum esse causa debitoris censetur.*
- 10 *Quando promissio fit in diem, & tempus adiicitur causa dilationis per verba denotantia perfectionem temporis non debetur, nisi in fine anni & temporis.*
- 11 *Interdum tempus apponitur gratia dilationis, sed verba dirigitur ad creditorem, tunc in principio anni, vel temporis potest petere.*
- 12 *Interdum tempus apponitur causa multiplicandæ præstationis & potest principio anni peti.*
- 13 *Quando tempus apponitur respectu alicuius causæ vel necessitatis, & habetur illo tempore, quo durat illa necessitas & causa.*
- 14 *Debitum in diem semper potest solui ante diem.*
- 15 *Stipulatio conditionalis est illa, quæ sub conditione potestatina casuali, vel mixta incipit.*
- 16 *In contractibus & stipulationibus conditionalibus substantia & effectus ipsius contractus est in pendenti, donec impleatur conditio, & procedit in conditione tacita & expressa, nu. 17.*
- 18 *Si aliquis promittit dotem, subintelligitur tacita conditio, si nuptiæ sequantur, non aliâ, & ante non est nata ali qua actio.*
- 19 *Debitor sub conditione non est proprie debitor, idem de in diem.*
- 20 *Ille vere & proprie dicitur debitor, a quo statim debitum exigi potest.*
- 21 *Debitor conditionalis non veniunt in statuto, cum non sint proprie debitor.*
- 22 *Si creditor cedit alicui debita etiam sibi competentia contra aliquem, non veniunt debitor per conditionem.*
- 23 *Si testator legat alicui quod Petrus debet, intelligitur legare debitum purum, non conditionale.*
- 24 *Alternativa stipulatio est, quæ stipulamur Stichum, aut Pamphilum, & quando promittens teneatur in summa maiori vel minori.*

**Venio** ad aliam diuisionem, quæ respicit qualitatem contractus, & est in tres species distincta: alia enim stipulatio est pura, alia in diem, alia sub conditione seu annua. §. omnis, Inst. de ver. obl. & quamvis in l. obligationum fere, ff. de actio. & oblig. videantur addi duæ aliæ species, scilicet sub modo, & vt quando stipulamur decem aut hominem, & sub accessione; vt quando stipulamur mihi aut Titio, d. l. obligationum, tamen si subtiliter indagamus, videbimus omnes species posse includi illis tribus supradictis, atque adeo Imperator. d. §. omnis, non recensuit nisi illas tres species principales. Dicendum est ergo, quod pura stipulatio illa est in qua adest simplex promissio, sine die vel conditione aliqua, & in qua obligatione notandum est, quod statim peti potest, l. eum qui calendaris, §. ff. cod. l. si dies, in prin. ff. quando dies

leg. ced. l. liber homo, §. decem. ff. de ver. oblig. quia accessit & venit dies obligationis & obligatio & actio orta est, iuxta l. cedere diem, ff. de ver. signif. l. spenditur tamen executio, iuxta l. quod dicimus, ff. de solu. vbi inquit tex. cum aliquo temperamento intelligendum, nec enim cum sacro adire debet, & sic quamvis sit pura, debet expectari tempus, quod tunc erat 30. dies secundum leg. 1. 2. tab. hodie sunt de cem dies, vt per glo. in d. l. quod dicimus, glo. §. omnis, Inst. de ver. oblig. vel dic dictum tempus statuendum esse arbitrio iudicis, vt non sit nec minimum, nec maximum, l. tantum, ff. de solutio. Com. de qua, contrac. in prin. Menoch. 1. 1. casu, de arb. iud. & est communis opinio, de qua attest. Thobias d. §. omnis, Inst. nu. 8. vel dicas faciendum regulam alio modo, & quod in stipulationibus pure conceptis statim peti potest, fallit quinque modis, seu sex. primo quando dies ratione loci tacite in est. isto enim casu licet nata sit obligatio, tamen actio nondum est genita. §. locati, Inst. de ver. oblig. Bar. approbatus in l. interdum, ff. de ver. obl. dicat quid velit Iaf. ibi, & sic si quis stipulatur Chartagine sibi dari, tempus habet adiectum, quo vtatur ad pecuniam dandam, §. locati, Inst. de ver. oblig. secundo quando res, quæ est promissa, adhuc non est in rerum natura producta. l. 1. §. si. ff. de cond. & demonst. l. interdum, superius d. §. hodie, vers. vel quas natu. vbi glo. Inst. de exceptio. in quo casu neque actio, neque obligatio nata est, & Bar. Alex. Iaf. & commu. Doc. dicunt d. l. interdum. Tertio, quando promissio, quæ fuit facta per stipulationem, reciperet dilationem ratione personæ, prout si esset facta promissio dotis puellæ; nam puella illa non potest petere dotem statim, sed deberet expectari, vt ad annos nubes peruenerit, Dec. in l. in omnibus obligationibus, ff. de reg. iuris. Bar. & alij in l. Titio centum, §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. Port. Inst. §. omnis, de ver. oblig. Quarto, quando promissio reciperet dilationem ex natura causæ stipulationis, exemplum si promitto tibi decem pro mercede tua, quam mereris pro me ducendo, vel pro mercede conductæ domus, non potest statim ista decem petere, sed eo tantum tempore, quo ex consuetudine huiusmodi mercedes solui debent. l. nec semel, §. in habitationem, ff. quando dies leg. ced. & faciunt notata in l. 2. C. loca. & Dec. in d. l. in omnibus obligationibus, Brunus in trac. de rebus dubijs, fol. 25. dicemus infra, trac. locati Quinto, quando stipulatio redderetur inutilis, si statim peteretur, exemplum si decem tibi mutuavi, nam statim mihi obligatus es ad illa decem, tamen statim illa decem petere non possum, quia mutui contractus redderetur inutilis, glo. in l. pen. C. commod. Iaf. in l. eum, qui calendaris, §. ff. de ver. oblig. Bru. d. trac. de rebus dub. fol. 25. vbi alios recenset casus, & nos superius diximus, in columna, quot modis mutuum reconcilietur. vide Thobiam §. omnis, Inst. de ver. oblig. & animaduerte, quia non per hoc infero, quod in alijs casibus statim peti possit, quod est promissum, quia semper debet moderari tempus arbitrio iudicis, vt diximus supra.

6 Stipulatio autem in diem, est illa, quæ diem ad soluendum adiectam habet, & sit causa differendæ solutio.

solutionis, vt si quis promittit alteri rem, vel pecuniam soluendam in diem Sancti Ioannis, ex qua orta est obligatio, sed creditori agenti ante diem obstat exceptio, & sic petitio differtur, quo ad dies venerit, ita probatur in §. omnis, Institu. de verborum obligatio. cedere diem, ff. de verborum significatio & l. centesimis, in princip. l. stipulatio ista, §. incertam, l. continuus. §. cum ita l. liber homo, la. ij. §. decem el. ij. ff. de verborum obligatio. l. obligationum fere, post princip. ver. ex dic. ff. de actio. & obligario. Barto. ita declarat in l. ita stipulatus, numero trigesimo octauo; Bal. in l. vnica, C. vt actio ab hæred. & contra hære. ibique Angel. & Salicet. & ceteri, Alber. in l. stipulationibus non diuiduntur, in 10. quæstio. princip. & hæc est communis opinio & recepta, de qua attestatur Gomel. comment. iur. libro secundo, titulo de qualitate contract. numero. duodecimo. In qua stipulatione in diem notandum, quod si promissio fuit facta sub aliquo tempore, vt si quis promittat dare pecuniam, vel rem hodie, tunc statim potest peti non transacto, nec finito illo die, text. est in l. liber homo, la. 2. §. decem el. ff. de verborum obligatio. quem tex. Doct. tam antiq. quam Moderni reputant singularem & ratio illius text. est, quia cum expressè promissio fit præsentate dare, vel soluere, non est intentio sua differre solutionem, vt tota dies prætereat, sed celeriter, & incontinenti velle soluere, quia si voluisset debitor differre tempus longius exprimeret; non censetur ergo adiectum in utilitatem debitoris, sed creditoris.

8 Aliquando promissio fuit facta de dando hoc anno, vel mense, & tunc quia tempus apponitur causa dilationis, in fine temporis est facienda solutio, l. qui hoc anno, ff. de verborum obligationibus, l. eum qui certam, eodem titulo, in §. qui hoc anno, Institu. de inutil. stipula. & per Doctores d. iuri. & ratio est, quia in dubio tempus adiectum solutionis, semper censetur appositum in fauorem debitoris, & non creditoris, vt in l. stipulatio ista, §. inter certam, ff. de verborum obligatio. l. eum qui ff. de an. leg. l. quod in diem. ff. de soluti. l. quod quis, ff. de actionib. & obligationib. l. cum tempus, ff. de reg. iur.

10 Aliquando promissio fit in diem, & tempus adijcitur gratia debitoris per verba denotantia perfectionem temporis, vt si quis promittat Titio pecuniam, vel aliquam aliam rem post annum, vel aliud certum tempus, vel cum peruenerit ad certam ætatem, quia tunc non debetur, nisi in fine temporis, vel ætatis, text. in lege, non putabam, ff. de conditio. & demonstratio. l. si cui legatur. ff. de lega. primo, l. ex his, C. quando dies leg. ced.

11 Interdum tempus apponitur gratia dilationis, sed verba dirigitur ad creditorem, vt si quis promittat Petro pecuniam, vel rem quam possit petere infra annum, vel mensem, & tunc in principio anni, vel mensis potest petere. l. si ita fuerit hæberas, ff. de manu. testamen. per quem ita tenet Bar. in d. l. qui hoc anno, ff. de verbo, oblig. & commu.

12 Interdum apponitur causa multiplicandæ præstationis, vt si quis promittat alteri annuam præstationem, & sic certam pecunie quantitatem quolibet anno, & tunc sicut in contractibus, sicut in ultimis voluntatibus semper debetur, & potest peti in principio cuiuslibet anni, l. in singulos, vers. ff. de annu. lega. l. nec semel, ff. quan. dies leg. ced. l. si seruus communis in eus, & castrensis peculij §. ff. ff. de stipu. seruo. l. 1. C. quan. dies leg. ced.

13 Interdum tempus apponitur in stipulationibus respectu alicuius causæ, vel necessitatis, vt si quis promittat aliquid alicui quolibet anno pro habitatione, vel alia simili causa, & hoc casu non dabitur in certo tempore determinato, sed illo tempore, quo inest & durat illa necessitas & causa, l. nec semel, §. ff. in habitatione, ff. quando dies leg. ced. ibi Doct. & Bart. tradit in d. l. qui hoc anno, & Imola, Alex. Iafon. & ceteri, Bald. in l. 1. C. quan. dies leg. ced. Ioann. de Imo. in l. si cui legatur, ff. de lega. 1. & Doct. in §. at si ita stipulatus, Institu. de verborum obligationibus, & §. qui hoc anno, Institu. de inutili. stipul.

14 Et nota, quod debitum in diem semper potest solui ante diem, text. in l. quod in diem, ff. de solu. ibi glo. & l. eum qui, §. fin. ff. de verborum obligatio. & amplia & limita prout facit Zasius in l. stipulatio ista, §. incertam, numero tertio, ff. de verborum obligatio.

15 Quædam est stipulatio conditionalis, quæ sub conditione potestativa casuali vel mixta incipit, vt si quis stipuletur ab altero centum, si nauis, veniat ex Asia, vel aliud quid contigerit, quo casu pendente conditione nulla oritur actio nec obligatio, est bene quædam spes, licet non sit nata actio, quæ spes producit plures effectus, puta quia inducit transmissionem ad hæredes, ex conditionali, Institu. de verb. obl.

16 Item & trasferitur dominium, si interim res tradatur, sed substantia ipsius contractus & virtus & effectus est in pendenti, donec impleatur conditio, cedere diem, ff. de verb. sig. l. bouem, §. sub conditio. ne, ff. de edil. edic. l. is cui, ff. de act. & obl. l. grege, §. ff. de pig. l. id quod, ff. de const. pec. l. fideiussor obligari, §. stipulatione, ff. de fideiuss. l. sub conditione, ff. de solu. l. quod in diem, ff. de accepti. l. proinde, ff. si cer. pet. §. sub conditione, Inst. de ver. obl. ibi Doct.

17 Et hoc est intelligendum nedum in conditione expressa, verum etiam in tacita, vt si quis promittat fructus ex aliquo fundo, vel partum ex ancilla, vel animalibus, nam dicitur intelligi si nascatur. Item potest poni exemplum, & si aliquis promittit dotem, subintelligitur tacita conditio, si nuptiæ sequantur, non aliâ, & ante non est nota aliqua actio, vel obligatio, ita probat text. in l. stipulationem, §. sacram, vers. pro quo, ff. de ver. obl. & in interdum, ff. eod. ibi communiter Doctores, l. stipulationem, ff. de iur. dot. gl. expressè per il la iura ita tenens in l. item quia, §. in ver. male petitur, in fine, ff. de pact. quam glo. sam Doctores reputant singularem ibi, ex quibus potest inferri, & talis debitor, sub conditione, non est proprie debitor. Idem de debitore in diem dicitur, qui nec etiam

20 proprie erit debitor : † quia ille verè & proprie dicitur debitor , à quo statim debitum exigi potest . l. creditor . ff . de verb . significat . ibi , debitor intelligitur , à quo invito exigi potest pecunia . per quem tex . Docto . ita firmant in l . i . ff . si certum petatur , dicat quid velit Aleiatius , & nos in fine supra , declarauimus , columna , Contractus inscripta , & sic notandum , † quod talia debita non venient in statutis . in quibus verba proprie sunt intelligenda , Bart . in l . 3 . ff . de neg . gest . cum sim . † quoniam si creditor cessit alteri per contractum iura sibi competentia contra aliquem , in tali cessione non venient debita sub conditione , vel in diem , sed tantum debita pura . ita Bald . in l . si ita scripserit . ff . de leg . 2 . ibi Ioan . de Imola , per quem text . deciditur etiam , † quod si testator legat alteri quod Petrus debet , intelligitur legare debitum purum , non conditionale , vel in diem , ibi gl . ordi . Bar . Alber . Bal . Paul . Imo . & communiter Doctores . Bar . in l . qui Romae . § . duo fratres , in 4 . quest . ff . de verb . obli .

Possent etiam dici de alternatiua stipulatione : nempe † quando stipulamur Stichum aut Pamphilum equum aut bouem , vel aliam rem , quo casu si promissio fuit facta circa res quibus non cadit affectio , tunc non tenetur promittens nisi in summa minori , vel si fuit alternatiua posita in tempore soluet in longiori tempore . l . si ita stipulatus fuero . 10 . aur . 15 . infra eod . l . inter stipulatem . § . si stipulatem eod . l . inter eos ff . de fideiul . l . si ita relicum . § . fina . ff . de leg . secundo , vbi Docto . si verò alternatiue ponitur circa res quibus cadit affectio , vtraque est in obligatione , scilicet summa maior & minor & debitoris est electio l . plerunque . ff . de iure doti . & ibi gl . l . vbi autem non apparet § . qui illud , aut illud . ff . eodem tit . & l . si duobus reis . eod . l . illud , aut illud . ff . de constit . pecu . § . huic , Instit . de actio . c . in alternatiuis , de regu . iuris , in sexto , cum simili . Possent etiam dicere de stipulatione annua , de qua per Docto . & in specie Iaf . in l . Stichum aut Pamphilum . § . stipulatio . ff . de verb . obli .

### DE STIPVLATIONE certa, & incerta.

S V M M A R I V M .

- 1 Certa stipulationes, que dicantur.
- 2 Si decem aureos promittam, stipulatio dicitur certa.

**Alia** diuisio stipulationis est certa, altera incerta, vt in l . stipulationum . quaedam certae, iunc . seq . ff . de verborum . obligatio vbi certae stipulationes † appellatur illae, in quibus promissum apparet quid, quale & quantum sit, prout declarat Iaf . d . l . est, quando stipulatio continet certum in substantia qualitate & quantitate, alias si aliquid istorum deficiat, dicitur incerta, & hæc tria simul concurrere debent expressè, vel

tacitè in rebus consententibus pondere numero, vel mensura, vt est vinum, oleum, vel frumentum, nummi, quare si decem aureos promittam, stipulatio est certa, etenim dum dico decem, apparet quantum, dum dico aureos, apparet quid: quale autem colligitur ex consuetudine regionis. Si verò promittam speciem, duo tantum concurrere sufficit, nempe quod sit certum in substantia & qualitate, vt si dicam fundum Tusculanum promitto, quid & quale promissum apparet, quantum autem deficit, licet ex hoc ultimo casu dici possit, quodd imò quantum tacitè intelligitur respectu consuetudinum, sicuti in casu præcedenti Doctores volunt ex consuetudine regionum qualitatem declarari, ideo resolutiue dicendum est, quod licet prædicta omnia nõ concurrant, si tamen res sit certa per aliquam demonstrationem, vel ex digiti ostentatione, vel ex alio signo, quod tantundem præstet, stipulatio certa dicitur, alias incerta . d . l . stipulationes, iunc . sequen . vbi optinè Iaf . ff . de verborum obligatio . & l . certum . vbi Docto . ff . si certum petatur . ibique Card . Alban . in lucerna ad Bartol . qui citat plures consentientes, & probatur etiam per glo . in l . quæ extrinsecus, ff . eodem, quam singularem appellant Angel . Cuias . Alexan . & Iaf . in qua probatur, quod licet † error in nomine appellatio vitiet dispositionem . l . quarta, in princip . ff . de leg . 1 . hoc tamen non procedit, nec habet locum, quando res, in qua erratur, demonstratur ad oculum, puta cum testator legando diceret, lego illum asinum, & esset hos digito tamen ostensus, vt inquit ibi glo . d . l . quæ extrinsecus, & notatur ibi ad marginem per Bolognet . pro singulari, ibique in tex . deciditur, stipulationem etiam non vitari ex eo, quod promissor stipulanti decem responderit, Arma, vtrumque cano, promitto decem, similiter & si stipulor florenum, quadraginta obolos promittis, valet stipulatio, quia tantum est à dir Zuppa, quanto panis à mollo, vt inquit Ang . & Iaf . in d . l . quæ extrinsecus, quinimo si apparet testatorem legare voluisse dummodo de re illa manifeste appareat non requiritur per nomen appellari, vt habetur in l . certum, ff . si certum petatur . ibi per glo . & Docto . quod absque dubio videtur verum in vltima voluntate, quæ est fauorabilis, sed in contractibus forsan dubium, sed de hoc in alio loco dicemus.

### DE STIPVLATIONE vera, seu expressa, & ficta.

**Alia** diuisio stipulationis residet in quarta columna, quæ est, quod altera stipulatio dicitur vera, & expressa, scilicet ab homine verbis expressis causatur, de qua loquitur tot . tit . ff . de verborum obligationibus . & Instit . eodem, C . de contrahen . stipulatio . & nos infra, vltimo ordine dicemus.

Alteri de ficta, q̄ a lege in multis casibus subintelligitur

gitor, relicto fauore dotis, vt l . i . § . i . C . de rei vxor . actio .

Item fauore pupillorum . l . cum ostendimus , in fine , ff . de fideiul . tuto . & alibi sepe , vt per Bartol . & Doctores , in lege prima , ff . de verborum obligatio .

### DE STIPVLATIONE pura, & penali.

**Alia** diuisio stipulationis in quinta columna est, quod alia stipulatio est pura, alia penalis: pura illa est, in qua nulla poena est adiecta: Penalis autem, in qua poena adijcitur, si non fuerit illud, quod promittitur per stipulationem.

Alia stipulatio in sexta columna est, quod alia stipulatio est, & potest dici iuris, alia facti: iuris dicitur quoad effectum: facti autem, prout est in fieri, & denotat actum contrahendi, & dicitur tunc in facto consistere . l . consilio , in fine , de cura . furio . ff . Castrens . post Bartol . in 3 . nota . in l . si vnus , § . pactus . columna tertia . ff . de pact . declarat Hippol . Riminal . d . l . nume . 300 . vbi assignat rationem & differentiam inter pactum, & stipulationem, nam stipulatio est contractus à iure inuentus, & à iure datur illi magnam robur, & ideo dicitur iuris . pactum autem non roboratur à iure, hinc est quod ad inducendum nouationem præcedentis obligationis non sufficit pactum, sed requiritur stipulatio, l . prima, ff . de nouatio . Riminal . dic . § . numero 301 . & secundum Bartol . d . § . per stipulationis substantia dicitur consistere in iure, ideo dicitur iuris: quando autem est in fieri, dicitur facti .

### DE STIPVLATIONE vtili, & inuili.

**Alia** stipulatio in septima columna est, quod alia est vtilis, alia inuili, sed quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora . l . i . ff . de dote præleg . ideo dea ist stipulatione vtili, & inuili ad præfens nihil dicam, sed me remitto ad ea, quæ dicam in vltimo ordine, inf . col . . . .

### QVARE SIT INVENTA stipulatio.

S V M M A R I V M .

- 1 Duplici de causa & ratione inuentum est stipulatio: 1
- 2 Stipulatio est firmior contractus, quam sit in corpore iuris.
- 3 Stipulatio est vtilitatis, quia inducit nouam actionem.
- 4 Stipulatio fit vtilis ob pacta nuda, ex quibus non oritur

- 5 batu actio.
- 6 Stipulationes habent fomentum à iure.
- 7 Sine stipulatione fideiussor non potest obligari.
- 8 Potest per consuetum quilibet fideiuberè absque stipulatione.
- 9 Constitutum fuit nouiter introductum à prætore.
- 10 Stipulatio ab initio pro obligatione fideiussoria fuit necessaria.
- 11 Nouatio non potest fieri nisi per stipulationem.
- 12 Liberatio non potest fieri sine uerbis, vt per acceptilationem.
- 13 Liberatio non inducitur per donationem, hoc est per ipsum actum donandi, sed per fideiussorem, quæ videtur facta à debitore ipsi creditori donanti.
- 14 Acceptilatio est imaginaria quedam solutio.
- 15 Acceptilatio tollit tantum obligationem verborum.
- 16 Quæ obligatio verborum per acceptilationem tollatur.
- 17 Obligationes iuris gentium, quæ causata sunt, vel re, vel consensu acceptilatione tolli non possunt, sed possunt nouari per stipulationem.
- 18 Gallus Aquilus stipulationem inuenit.
- 19 Stipulatio, quæ est iuris civilis, non potest obligationem naturalem tollere.
- 20 Ius civile ius naturale tollere non potest, si ad contrarium tendit.
- 21 Nouatio hodie fit noua persona interuentu tunc, cum expresse nouandi animo in stipulationem ium est.
- 22 Si pupillus illud quod deo promittat, fit nouatio.
- 23 Si seruus promittat, quod deo, obligatio mea non soluitur.
- 24 Promissio seruorum non potest plenè fieri, nisi per stipulationem.
- 25 Fuit necessaria introductio stipulationis in contractibus dotium, vt semper per stipulationem fingatur facta promissio dotis.

**Venio** ad vltimum ordinem, & capio primam columnam, quæ est in scripta, quare sit inuenta stipulatio, pro cuius articulo resolutione communiter respondent Doctores, duplii † de causa & ratione inuentam esse stipulationem, nempe vtilitatis & necessitatis, vtilitas autem euident est, † cum stipulatio sit firmior contractus, qui fit in corpore iuris, & semper præstat vtilitatem firmitatis, & hac de causa in quocunque contractu apponitur à notarijs . † Præterea vtilitatis est, quia inducit nouam actionem, cum noustra inuenit plures habere actiones . l . cum filius, § . varijs, de leg . secundo, & sic videmus stipulationem vtilitatis fuisse, vt contrahentes latiore viam contrahendi haberent, argumen . text . in d . l . cum filius . l . si quis decedens, in fine, ff . de liber . lega . & Instit . de fideiul . in princip . & in § . fina . Instit . de replicati .

De altera autem ratione, scilicet necessitatis, possunt poni multa exempla, quæ à Doctores referuntur, licet dubitabilia (dicat quid velit Alexand .) & primo † potest poni exemplum de pactis nudis, ex quibus actiones nõ oriebantur . l . in risgentium, § . igitur nuda, ff . de pac . quia talia pacta

frigida erant, 'exemplo eorum, qui frigidi nati sunt, & filios non producent, extra de frigi. & malefi. & ratio rationis est, quia non ex animo destinato descendunt, sed ex simplici promissione, ut inquit Castrenf. & ceteri, in rubri. eodem, quod locus est in stipulatione, quae ex animo deliberato descendit, cum ex interrogatione, & responsione sequente proueniat, vel ueniat. Vel die esse rationem, quia ¶ stipulationes habent fomentum à iure, quod fomentum non habent pacta, ut declarat inter Modernio, Hippol. Rimini. in l. si vnus. §. pactus, numero 300. ff. de pac. de quo diximus superius. Fuit ergo necessarius talis contractus stipulationis duplicem producentis actionem, ut infra dicemus, & ista necessitas fuit ita in arce inducta iudicia suere, tam ordinaria quam extraordinaria.

Item potest poni exemplum de promissionibus iudicialibus, ut de iudicio sibi, iudicatum soluendo, rem ratam à domino haberi, & alijs similibus, in quolibet iudicio constitentibus, quae posteaquam inductae fuerunt, alio nomine coeperunt appellari stipulationes praeiuriae, cum à praetore fuerint ordinatae.

Item potest poni exemplum, secundum Castr. & bene, in fideiussoribus promissionibus, nam ¶ sine stipulatione fideiussor non potest obligari. l. blanditus. C. de fideiussor. l. §. satis acceptio. ff. eodem. & si tu diceres, quod non erat necessaria stipulatio propter istam fideiussorem, quia cum inuenitur constitutum, ¶ poterat per constitutum quis fideiubere. responderetur ex mente Castrenf. in l. prima, ff. de constitu. pecu. & Bal. Noucl. & Bolognet. in rubri. de verborum obligatio. sub numero 339. ¶ quod constitutum fuit nouiter inductum à praetore, & ab initio fuit necessaria stipulatio, quoniam tunc, scilicet antequam constitutum esset inuentum à praetore, non erat aliquis modus obligandi se pro alio efficaciter, cum postea fuerit inductum constitutum à praetore pro facilitate, ut posset fieri obligatio etiam inter absentes quibuscumque verbis inter mercatores, & negotiatores, & sic apparet quod

stipulatio ¶ ab initio pro obligatione fideiussoria fuit necessaria, & postea adiectio praetoris fuit etiam utilis, ut posset fieri inter absentes, ut diximus superius, & hic caderet materia ista fideiussionis. verum quia adest columna propria, quae est inscripta, fideiussio sub anomala, columna, quae dicitur anomala, hoc est quasi sine regula, cum possit fieri per constitutum, & per stipulationem fideiussio, & sic interdum verbis, aliquando consensu, Merito igitur ibi cadere videtur potius quam hic. Venio ad alia exempla necessitatis stipulationis introducenda, & potest exemplificari in

10 nouatione, ¶ quae non potest fieri, nisi per stipulationem, ut notatur in l. si ex pretio, C. si certum peratur, & sequuntur Doct. Nec obstat, l. singularia. ff. si certum peratur, ubi contractus vnus potest sola voluntate contrahentium in alium contractum conueri, tam in eisdem personis, quam inter

11 personas, quia responderetur, quod alia est conuersio

12 alia innouatio, ut inquit Modernio. Bononiens. in rubrica de verborum obligat. sub numero tricentismoquadragesimo secundo, nā conuersio contractuum dicitur se quaedam extinctio primi contractus, & constitutio alterius, quia datur pecunia pro vno contractu creditori, & per solutionem fit extinctio, & ille creditor videtur breui manu dare pro alio contractu faciendo, ita quod primus contractus adimpletur per solutionem veram, vel fictam, & secundus inducitur per donationem, sed nouatio verè non facit illud adimplementum, neque extinguit primum contractum per solutionem, sed sola obligatio prima transfunditur in stipulationem sequentem & extinguitur ipso iure, ac si nunquam esset factus, ut probatur in l. prima, ff. de nouatio. ibi, & obligationis transfusio, & vide dicta per Bolognet. in d. rubri. numero tricentismoquadragesimo secundo, Hippol. Rimini. in d. l. si vnus. §. pactus, numero 50. in 2. not. Barto. ff. de pact.

13 Aliud exemplum, quod cum superiori videtur reuincere, potest poni, secundum Ias. propter liberationem, ¶ quae non potest fieri sine verbis, ut per acceptilationem, ut inducatur ipso iure plena liberatio. §. item per acceptilationem. Insti. quibus modis tollitur obligat. l. an inutilis, §. acceptam. ff. de acceptilatione. l. si vnus, in prin. cip. ff. de pact. & si tu diceres, non ne inducitur liberatio per donationem, puta donando debitum alicui. §. interdum, Insti. de rerum diuisio. Respondetur quod liberatio ¶ non inducitur per donationem, idest per ipsum actum donationis, sed bene per solutionem, quae videtur facta ab ipso debitore ipsi creditori donanti, & ex contrario ipsa donans videtur ei soluere ad introducendam donationem, argumen l. singularia. ff. si certum peratur, l. licet. §. quoties. ff. de iure dotium. l. tertio, §. si debitorem, de donatio. inter virum, & uxorem, & respondet Bolognet. rubri. sub numero tricentismoquadragesimo tertio.

14 Sed antequam ulterius progrediamur, & exempla alia tradamus, videamus breuiter, quid sit ista acceptilatio, & nouatio, & quomodo fiat & ordinetur. ¶ Acceptilatio igitur est imaginaria quaedam solutio, l. prima, ff. de accepti. fit enim ista acceptilatio per mutuam interrogationem, iux. dic. l. primam, ibi glos. & Doct. ff. de accep. quae acceptilatio ¶ tollit tantum obligationem verborum, veluti si quid ex stipulatione debeas mihi, & dicas, acceptum ne habes, quod tibi debeo: ego verò me accepisse fatear, confestim obligatio soluitur, ¶ quare autem ista obligatio per stipulationem tollatur acceptilatione, dicas, quia consentaneum visum est verbis productum contractum, verbis quoque dissolui. §. item per acceptilationem, Insti. quibus modis tollitur obligat.

15 Hinc est, quod ¶ obligationes iuris gentium quae canstat sunt, vel re, vel consensu, acceptilatione tolli non possunt, sed bene possunt nouari per stipulationem, quia ¶ Gallus: Aquilius stipulationem inuenit, quae Aquiliana dicta fuit, per quam dicti contractus iuris gentium,

qui & consensu & re causati, nouantur & nouae obligationes inducuntur, cum in verborum obligationem transferantur. Potest poni exemplum, si debeas ex locatione, emptione, vel mutuo aliquid mihi, si per acceptilationem ab hac obligatione te liberare velim, sic dicere debeo, Ea, quae mihi debes ex contractu iuris gentium consensu, vel re celebrato per stipulationem promittis, quo casu obligatio illa, quae iuris gentium erit, nouata est, & in alteram transfusa, & appellabitur modo verborum obligatio, de qua in l. prima, ff. de noua. Sed si tu oppugnando diceres, quod

18 stipulatio, ¶ quae est iuris ciuillis, ut superius firmatumus, columna, stipulatio inscripta, in tertio quaesito, non potest obligationem naturalem causatam tollere. §. penul. Insti. de iure natu. 19

gent. Respondetur, quod ¶ ius ciuile, ius naturale tollere non potest, cum ad contrarium effectum tendit: sed si ad eundem effectum tendit ius ciuile, ad quem ius gentium tenderet, tunc obligatio naturaliter tolli potest. secus in proposito est exemplum, nam ius gentium te obligauit ex mutuo, vel emptione: stipulatio autem Aquiliana tendit ad causandam obligationem verborum, & sic ad transferendam obligationem in obligatione, & sic ad eundem effectum. vnde postea per hanc etiam indirectam dicta obligatio à iure gentium causata per ius ciuile tolli potest, & haec dicitur esse quaedam moralis proditio, prout inquit glos. in d. §. item per acceptilationem, & Barto. & alij in d. 20

l. 1. ff. de noua. columna secunda. Nouatio autem fit hodie (quidquid antiquo iure cautum esset) noua eiusdem persona interuentu tunc demum, cum expressim nouandi animo in stipulationem itum est: alias si hoc expressè actum non sit, & prima obligatio manet, & accedit ei secunda, §. praeterea, Insti. quibus modis tollitur obligat. l. fina. C. de noua.

21 Notandum tamen est, ¶ quod quamuis pupillus illud, quod debeo promittat, fit nouatio: fat enim iudicatur, si vna obligatio adfit etiam naturalis, ut in pupillo, in quem praecedens transfunditur. d. l. i. in fin. ff. de noua. ¶ si tamen seruus promittat, quod debeo, obligatio mea non soluitur. Nec aduersatur, quod seruus naturaliter obligatur etiam domino, l. naturaliter, ff. de cond. in deb. & in §. 1. Insti. de fideius. nam d. regula limitatur in vno casu, quoties alienam obligationem in se seruus assumeret, nam eo casu nec naturaliter obligatur. l. seruus inscio, ff. de fideiusso. declarat glo. in §. praeterea. Possunt etiam poni, alia exempla stipulationis introducenda, scilicet in promissione pena, quae pacto nudo fieri non poterat, l. seruus ea lege, ff. de ser. export.

22 Item potest poni exemplum in promissione vsurarum, quae non potest plenè fieri, nisi per stipulationem. l. quamuis, C. de vsur. nec pactum vestitur cohærentia contractus, d. l. si seruus ea lege, nec etià in vsuris. l. 3. C. de vsur.

23 Item potest poni exemplum in approbatione, quam facit pater de actione de dote, nam si dat dotem pro filia ex contractu dotis acquiratur sibi actio

communis cum filia, quae consolidatur postea in filiam. l. 2. §. voluntate, ff. sol. matr. sed si volebat pater sibi appropriare actionem, ut eam in solidum acquireret, non poterat face sine stipulatione, cum nudum in continentem appositum super datione dotis, non sufficiebat. l. auia. C. de iu. dot. l. quamuis, ff. sol. matr. Alexan. in l. si cum dotem, colum. 3. eodem titu.

Item potest poni exemplum in omnibus differentijs, quae insurgunt inter actionem rei vxoriae, quae do dos promissa fuit ex contractu dotis, & actionem ex stipulatu, quando promissa fuit per stipulationem, nam duodecim erant differentiae inter dictas actiones, quas ponit Insti. in l. 1. C. de rei vxoriae, quas postea ipse subtulit, concedendo omnes virtutes actionis rei vxoriae actioni ex stipulatu, introducendo, quod semper per stipulationem singere-tur facta promissio dotis, quae differentia, & virtutes actionis ex stipulatu non poterant induci ex pa-

24 cto nudo, & propterea ¶ fuit necessaria in eis introductio stipulationis, quod est intelligendum, ut omnibus istis casibus fuerit necessaria stipulatio ex necessitate causatiua, non autem ex necessitate praecisa, cum non dubium sit, quin lex si voluisset, potuisset etiam facere sine stipulatione, scilicet dando auctoritatem & robur pactis nudis, ut ex illis posset agi, & sic in alijs etiam exemplis, sed stantibus ordinationibus iam factis, quod ex pactis nudis non daretur actio, fuit necesse scilicet necessitate causatiua introducere aliquod remedium, quod remedium fuit ista stipulatio, quae potest interponi in quolibet contractu, ex quo possit agi.

QUI POSSINT stipulari, & qui non, & quot.

1 Omnes illi stipulari possunt, qui contrahere possunt.

2 Non solum vnus stipulari & promittere poterit, sed duo pluresque.

3 Vnde Reus stipulandi & Reus promittendi dicatur.

4 Duo rei stipulandi fiunt quoties post omnium interrogationem, separatiuè factam promissor simpliciter se vtrique daturum spondet.

5 Duo rei promittendi fiunt separata intercedente responsione, coniuncta quoque interrogatione.

6 Possunt duo rei debendi fieri in alijs contractibus praeter stipulationem.

7 Duo rei debendi fiunt etiam in testamento.

8 Duo rei debendi fiunt non solum ubi dari quid promittitur, sed vbi fieri etiam.

Reus stipulandi & reus promittendi vnus pure alter sub conditione fieri potest, uel in diem obligetur.

Non possunt fieri duo rei, ut vnus de dolo, & lata culpa, alter autem de dolo tantum reneatur.

Qua sit natura, & effectus obligationis duorum reorum.

S Y M M A R I V M.

- 12 Si duo pluresve sunt rei debendi cuilibet competit actio pro parte.
- 13 Legatum pluribus factum diuiditur inter eos.
- 14 Si plures simpliciter condemnentur, vnusquisque tenetur pro parte.
- 15 Quando duo rei debendi promittunt rem indiuiduam vnusquisque tenetur in solidum, & idem si plures sunt creditores.
- 16 Vnusquisque reus pro parte tenetur præterquam si expresse esset actum inter eos, vt teneatur in solidum.
- 17 Si duo rei vnus est præsens alter absens, solus præsens cõpellitur ad solutionem: si ambo sint præsentis & idonei, ambo coguntur.
- 18 De iure antiquo creditor poterat eligere de duobus reis vnum in solidum conuenire cum protestatione.
- 19 Hodie quamuis in solidum sint duo rei non potest conueniri nisi vnus pro parte, nisi alter sit inops, vel absens.
- 20 In duobus reis promittendi lite contestata contra vnum interruptitur præscriptio contra alium.
- 21 Item in duobus reis stipulandi si vnus contestetur litem prodest alteri interruptio præscriptiois.
- 22 Si vnus reus debendi alteri succedat ille qui superest alteri obligatur duobus principalibus.

**Venio** ad secundam columnam vltimi ordinis, quæ est inscripta, qui possint stipulari, & qui non & quot. Pro cuius declaratione dicendum quod omnes illi poterunt stipulari, qui contra herere possunt, de quibus diximus in prima columna contractus inscripta, in septimo articulo, & tractatu de pigno. in prima colum. vlti. ord. & plene infra dicemus in tract. de emp. & vend. in principi. col. vlt. ord. In hoc tantum animaduertendum est, quod non solum vnus stipulari, vel promittere poterit, qui reus stipulandi & reus promittendi dicitur, verum etiam duo pluresve stipulari, promittereque possunt, qui & rei stipulandi, & rei promittendi dicuntur, & primo circa hoc videtur dubitari, vnde Reus dicitur promittendi & stipulandi, & dicendum est quod dicitur Reus à re, quæ debetur, quamuis aliqui dixerint reum dici quasi firmiter, nam hoc verbum reus firmitatem significat, vt refert Azo in summa tit. de duo. reis. C. & Accursus. in l. 1. ff. de duobus reis. & inter Moderniores Ronchegallus in rubri. eo. vbi plures expositiones de hoc verbo refert: in emp. re, hoc est firmitate, vel re, id est contractu, quo obligamur secundum aliquos. in hoc tamen concordant Doctores, quod reus stipulandi & promittendi dicatur à re, non autem dicatur à reatu, quia alius est reus, qui in iudicio conuenitur, de quo dicemus infra in 3. par. Amphithea. Videamus modo breuiter quomodo isti duo rei stipulandi, & promittendi fiant & secundum communiter Doctores duo rei stipulandi fiunt quoties post omnium interrogationem separatim factam promissor simpliciter vtrique eorum se daturum spondeat, exempli causa si dicerem, Petre promittis centum, vel domum, vel quid simile, & antequam mihi responderet, Caius pariter diceret Petre promittis eadem centum, Petrus autem vtriusque in-

terrogatione audita distinctim facta responderet coniunctim dicens, id vtrique vestrum spondeo & in hoc casu ex directa responsione ad vtrumque stipulantes duo rei fieri dicuntur, & sic nota quod duo rei stipulandi fieri dicuntur, quando separata interrogatione, & coniuncta responsione fit stipulatio, nam si separata responsio esset, quia illi, qui primo interrogauit responsum, & postea secundo post magnum interuallum tunc non essent duo rei stipulandi, sed essent duæ stipulationes, alia vt inquit text ad litteram in §. 1. Instit. de duo. reis & ibi glos. & Doct. & in l. 1. vbi Doct. signanter Ronchegal. ff. de duo. reis. ¶ Duo rei promittendi è conuerso fiunt separata intercedente responsione coniunctaque in interrogatione quemadmodum si dicerem, Petre centum aureos dare spondeo & antequam responderet Francisco dicerem eadem centum dare spondeo, quo postea facta si Petrus & Franciscus singuli separatim respondeant & vnusquisque dicat spondeo, Petrus, & Franciscus postea duo rei promittendi constituuntur. text. est ad litteram. in §. duo pluresve, Instit. de duo. reis & l. reos. §. fina. ff. eod. ¶ possunt & duo rei debendi fieri etiam in alijs contractibus & alijs casibus veluti si apud duos rem deposui, vel duobus simul commodari aliquid, vtriusque fidem in solidum secutus, vel duobus vendendo, vel locando, nam tunc dicuntur fieri duo rei debendi. ¶ quoniam duo rei debendi, sicut etiam in testamento prout quando duobus hæredibus in stirpis testator dixit, Lucius & Caius instituti hæredes Sempronio centum daro, tunc fiunt duo rei debendi. text. est in l. eandem rem. §. 1. ff. de duo. reis. vbi testamentum connumeratur inter contractus, quod not. Barto. in constitutione, hac ædiciali. in gl. in ver. super contractibus post medium, in vltibus feudorum. ¶ sunt & duo rei debendi non solum vbi dari aliquid promittitur, sed vbi fieri aliquid veluti opera, namque non dubium est quin alicui opera possint promitti & fideiusio adhiberi in ea obligatione, ideo non est prohibitum duos reos stipulandi, vel promittendi constitui: exemplum si ab eodem fabro duo rei stipulandi eadem operas stipulenter, & ex contrario duo fabri eiusdem peritiæ eandem operam promittere intelliguntur, & duo rei promittendi fieri. ¶ nemo est. ff. de duo. reis. ¶ Qui rei stipulandi, & promittendi fieri possunt etiam, vt vnus purè, alius in diem, vel sub conditione obligetur, nec erit impedimento illis aut conditio, quo minus ab eo, qui purè est obligatus peti possit, vt §. vlti. Instit. de duo. rei. l. ex duobus. ff. eo. veniente tamen die, vel conditione ille coreus promittendi, qui partem suam soluit, eam restituere tenetur socio. l. prima. C. de duo. reis ¶ non tamen possunt fieri duo rei, vt vnus tenentur de dolo & lata culpa: alter autem de dolo tantum, si tamen vterque cepit teneri de dolo & culpa, & vni postea remittatur culpa, non obstante remissione duo rei conueniuntur, & ratio est, quia posterior conuentio, quæ in alterius persona intercessit statum & naturam obligationis, quæ ab initio duos reos fecit, mutare non potest, adeo si socij sint & communis culpa inter-

cesserit et alteri pactum cum altero factum proderit. text. est ad litteram in l. eandem, §. sed si quis. ff. eod. & sic diuersitas in die, vel conditione, quia est in qualitate, non impedit constitutionem reorum, sed diuersitas doli & culpæ, quia est potius in quantitate, viciat vt superius. ¶ quæ sit autem natura, & effectus huius obligationis duorum reorum, dicendum quod si duo, vel plures simpliciter obligantur (hoc est cum non sit actum aliquid specialiter puta vt in solidum teneantur) tunc vnusquisque tenetur tantum pro parte virili, non in solidum (quid quid fuerit constitutum de iure antiquo) ¶ idem est è cõtra si duo pluresve sunt creditores, nam cui libet competit actio pro parte. text. est formalis in l. reos. §. in tabulis. ff. de duo. reis. ibi glo. Alb. Ang. Calte. lmo. & communiter Doc. quod extenditur etiam si in persona vnus contractus non valeat, quia non queritur alteri, nisi pro parte, text. est in l. si mihi & Titio. ff. de ver. oblig. l. his verbis. in si. ff. de duo. reis. l. stipulatio ista. §. alteri, in si. & ibi glo. ff. de ver. oblig. quibus pugnat l. fundus ille. ff. de cõtra. 13 emp. Solue vt ibi in gl. ¶ Item est in vltimis voluntatibus, quia legatum pluribus factum diuiditur inter eos, l. si quis testamento. ff. de leg. 1. ibi cõiter Doc. l. si pluribus. ff. de leg. 2. l. cui fundus. ff. de cond. & dem. tex. cõ mat. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. ¶ Item est in sententia, quia si plures simpliciter condemnentur, vnusquisque tenetur tantum pro parte. l. Paulus. l. ij. ff. de re iud. l. si quis separatim, §. quoties. ff. de appe. l. 1. & 2. C. si plur. vna senten. cond. sint, quæ regula scilicet vnumquemque teneri pro virili portione limitatur & declaranda quando duo vel plures rei debendi promittunt rem mere indiuiduam, vt speciem, vel pecuniam, secus vero si rem indiuiduam vt seruitutem, vel quid simile, ¶ quia tunc vnusquisque tenetur in solidum, & idem è cõtra si plures sunt creditores, quia vtrique queritur actio & obligatio in solidum, text. in l. 2. §. ex his. ff. de ver. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. ff. eod. l. hæredes. §. an ea. ff. fam. erci. l. via itineris, ff. de ser. cum simil. secundo limita & memorie teneas, quod verum est quod ¶ vnusquisque pro parte tenetur, præterquam si inter partes hoc actum esset expresse vt teneretur in solidum prout esset quando in cõtractu appositum esset verbum distributiui quilibet, scilicet vt quilibet teneatur in solidum, & sic fuerit promissum expresse, vel tacite, puta quia fuit appositum verbum eadem, vel simile in promissione text. est in l. 2. ff. de duo. reis, & §. 2. Inst. eod. & vtrouique Doc. & hoc est quod Azo dicebat in sum. sub ritu. de duo. reis. nu. 10. quod fieri non possunt hodie duo rei debendi nisi hoc agatur nominatim, nã si nominatim nõ agatur quilibet pro parte tenetur, quinimo secund. Azo & bene vbi agitur nominatim, si ambo sint præsentis & idonei, hi simul coguntur ad solutionem, ¶ si autem vnus est præsens alter absens, compellitur ad solutionem solus præsens, idem si non est vterque soluendus, illud quod nõ potest exigi ab vno, ab alio extorquetur. auth. hoc ita, & in corpore vnde sumitur. C. de duo. re. conclusa. 18 dñ est ergo ¶ quod quamuis de iure antiquo creditor possit eligere de duobus reis debedi quem vellet,

& conuenire in solidum, l. 3. §. 1. ff. de duo. reis. l. 1. C. eod. vtrouique Doc. quinimo poterit conuenire in solidum, dummodo protestetur quod vna solutio ne erit contentus. l. Paulus. l. ij. ff. quo. leg. l. 1. C. si plur. vna sen. ¶ hodie tamen, quamuis in solidum sint obligati, non possunt in solidum conueniri se de pro parte, nisi alter sit inops, vel absens, d. auth. hoc ita. C. de duo. reis & quando vnus ex reis debedi soluit in solidum potest suas partes repetere ab alijs, secund. tamen distinctionem Bar. in l. reos 2. col. ff. de duo. reis. & in auth. hoc ita. C. eod. & l. Modestinus. ff. de solu. nam si sunt rei debendi ex causa onerosa, & vtilitas peruenit ad omnes æqualiter, bene potest repetere ab alijs, si vero peruenit ad eum, qui soluit non potest aliquid repetere, si vero omnes vtilitatē senferunt, soluens potest ab alijs repetere pro partibus sibi tangentibus, l. 1. C. de duo. reis. l. 3. ff. de exer. l. habebat §. si cum l. seq. ff. de infl. si vero sunt rei debendi ex causa lucratiua, tunc non potest aliquid ab alio petere, l. in Falcidia hoc obseruandum. ff. ad l. Fal. item & contra quod si vnus ex reis credendi receperit solutionem totius debiti, si erant creditores ex causa onerosa tenetur communicare cum alijs, si vero ex causa lucratiua, nõ tenetur cõmunicare, nisi sint socij, prout pbat text. in d. l. in Falcidia hoc obseruandum. ff. ad leg. Fal. & Bar. d. l. reos. l. Modestinus, l. frater à fratre. ff. de cõd. ind. 2. col. & l. Titio aut Scio. ff. de leg. 2. l. qui hominem. §. si duo. ff. de sol. hoc tamen est notandum ¶ in duobus reis promittendi quod lite contestata contra vnũ interruptitur præscriptio contra vtrunq, ¶ item in duobus reis stipulandi si vnus litem contestetur prodest alteri interruptio præscriptiois, l. vltima. ff. de duo. reis ¶ item si vnus reorum debendi alteri succedat, ille qui superest duobus principalibus obligatur & tenetur, & si duo sunt rei stipulandi vnus alteri succedit, duas habet principales obligationes, sed vtroque casu facta solutione vel exactione per vnam tollitur actio & obligatio. l. si reus. ff. eod.

DE REBUS QUAE stipulari possunt.

S V M M A R I V M.

1 Omnes res possunt in stipulationem deduci præter illas quæ sunt exemptæ à commercio nostro natura, iure gentium, vel ciuili.

**Venio** ad tertiam columnam eiusdem ordinis quæ est inscripta de rebus quæ possunt stipulari, vel non pro cuius declaratione dicendum quod omnes illæ res possunt in stipulationem deduci quæ quisque habere potest præter illas res, quæ sunt exemptæ à commercio nostro vel natura, vt liber homo, vel iure gentium, vt res sacra religiosa, vel iure ciuili, vt res publica, vel publicis vsibus destinata, vt campus Martius, de quibus omnibus distinctius & plene dicemus infra in tract.

trac. de emptio. & venditio. in 2. col. vt. ordinis, & ad ea quæ ibi dicam, me remitto & refero.

**QVID DE SVBSTANTIA stipulationis sit, seu qua requiratur.**

**SVMMARIUM.**

- 1 In stipulatione quinque requiruntur secundum Fulgiosum.
- 2 In stipulatione quatuor requiruntur secundum Dynum.
- 3 In stipulatione octo requiruntur de substantia secundum Iaf.
- 4 Requiritur in stipulatione quod debeant verba intervenire.
- 5 Requiritur quod procedat interrogatio, & sequatur responsio.
- 6 Requiritur de substantia stipulationis vt responsio sit consono interrogationi.
- 7 Requiritur, vt stipulatio contineat quid dari, vel fieri.
- 8 Requiritur in stipulatione vt quis promittat factum proprium, non alienum.
- 9 Requiritur, vt in stipulatione sequatur responsio immediate.
- 10 Requiritur, vt in stipulatione se partes inuicem exaudiant.
- 11 Requiritur, ut partes se inuicem exaudiant, sintque præsentates.
- 12 In conficiendo instrumento stipulationis octo requiruntur.

**Venio** ad quartam columnam eiusdem ordinis, quæ est inscripta, quid de substantia stipulationis, seu qua requiratur in conficiendo stipulatione † & secundum Fulg. & nonnullos antiquos quinque videntur requiri, quæ quinque requisita videntur etiam probari in ipsa definitione, vt superius diximus in columna stipulationis inscripta in 2. quæsto. sed animaduertendum, quia

- 1 † secundum Dynum & nonnullos alios Doc. in l. si stipuler. ff. eod. de ver. oblig. in stipulatione quatuor principaliter requiruntur nempe congruitatem, per sonarum, rei habilitatem, stipulantis utilitatem, & verborum formam. Verum secundum Iaf. in l. 5. ff. eod. quem refert, & sequitur Bolognetus in rub. cod. sub nu. 245. octo requiruntur de substantia stipulationis, quæ octo videntur communiter à Doctoribus esse approbata. † Primo ergo requiritur quod verba debeant intervenire, quæ stipulatio ex ipsis verbis sumit substantiam, doctrina Barto. in l. cum quid. ff. si cer. pet. sub nu. 10. vnde inquit tex. in l. 1. in prin. ff. eod. stipulatio non potest confici nisi vtroque loquente, & declarat ibi Doc. tam antiqui quam moderniores, & regulariter verbis futuri temporis non autem presentis intelligitur fieri stipulatio secundum Azo. in summa. C. de contrah. emptio. † Secundo requiritur quod procedat interrogatio & sequatur responsio, vt probatur ibi in l. 5. ff. de ver. oblig. in definitione stipulationis se datutum futurumve id ad quod interrogatus est responderet, & hæc adeo est de forma & substantia stipulationis, vt conuersio ordinis vitiet stipulationem.

§. 1. Inst. cod. hinc est quod mutus surdus infans abscens non poterunt stipulari. † Tertio requiritur de substantia quod illa responsio sit conformis interrogationi, vt in omnibus idem contineat, atq; adeo si stipulanti viginti dare decem promittam, vel pure stipulanti sub conditione promittam, stipulatio inuulsi est. §. præterea Inst. de inuti. stipulatio. declarandum tamen est inutilem esse stipulationem illam quoad summam adiectam, & superexcrecentem, in concurrenti autem valet, quia in maiori summa inest minor. l. 1. §. si stipulanti. ff. de ver. oblig. d. §. præterea. quamuis contraria opinio quod in totum sit inutilis stipulatio sublimitari possit per eundem tex. ibi in illis verbis, præterea inutilis est, ergo in totum, cum simpliciter loquatur tex. ille, l. 3. ff. de off. prætor. cum similibus. † Quarto requiritur quod stipulatio contineat quid dari, vel fieri, cum stipulationes omnes consistant in dando, vel faciendo, vt l. 2. ff. eod. & superius diximus plene in primo ordi. diuis. Quinto requiritur quod quis promittat factum proprium non alienum. l. stipulatio ista in princ. ff. eod. aduertendum tamen est quod ille qui promittit se curaturum, vel facturum vt alius faciat, dicitur promittere opus suum. §. si quis aliu. Inst. de inuti. stipul. l. stipulatio. ff. eod. † Sexto requiritur quod in stipulatione responsio sequatur in continenti, quia ex intervallo non valet. l. 1. §. 1. ff. eod. quod est intelligendum si extraneus actus intermedium sit, nam tunc est t. nulla, alias si modicum interuallum sine intrusione alterius actus intercederet non vitietur. l. 1. §. qui præsens & l. continuus. ff. eod. & declara & limita prout Ripa quatuor modis in l. si stipulatio ista §. qui præsens, nu. 17. ff. de ver. oblig. quæ refert Petrus à Duen. regu. 25. † Septimo requiritur quod partes se inuicem exaudiant, & se intelligant per sonum & expressionem verborum, non autem per signa, vel per motum. laborum, prout mutus quidam Maceratenis vulgo dictus Falcina, qui erat acutissimus in intelligendo per signa, tamen iste non potuisset stipulari, neque promittere, vt superius diximus in col. verbis inscripta, atque adeo mutus, surdus & penitus infans stipulationem conficere non poterunt, per aliam autem personam, puta per seruum presentem, bene poterunt ea acquirere. l. 1. in prin. ff. eod. quod est notabile, cum videatur esse contra regulam, quod capacitas serui regularitur à capacitate domini, si mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. l. Labeo, ff. de vsucap. ideo dicas. esse capace in genere, licet in specie sit incapax dominus, vel secundo dicas esse speciale in fauorabilibus, hinc est etiam, quod seruo legatur, quod mihi legari non potest. l. debitor. §. si. ff. de leg. 2. † Octauius requiritur, quod partes sint presentes, & probatur in ipsa definitione ibi, quod interrogatus est, vnde non potest fieri stipulatio per nuntium, vel epistolam. §. item verborum, vbi glo. Inst. de ver. oblig. & nos plenius superius in columna, verbis inscripta. sed quid si sint presentes, tamen non se videant, an valeat stipulatio? Dic quod sic, cum visus non sit de substantia, & hæc sunt octo requisita seu substantialia. In conficiendo autem instrumento stipulationis videntur pariter octo requiri circa hodiernam diem, modo iur.

mo inuocationem nominis diuine maiestatis, annos incarnationis, indictionem, mensem, diem, locum, testes, seriem facti, subscriptionem & signum tabellionis.

**QVID OPERETVR, ET cuius natura sit stipulatio apposta super contractibus, & actibus.**

**SVMMARIUM.**

- 1 Stipulatio sequitur naturam contractus, vel actus, vt in plus non obligetur sed naturam propriam, vt efficacius obligetur, secundum Alex.
- 2 Stipulatio retinet naturam propriam propter firmitatem, fallit in ultima voluntate, secundum Iaf.
- 3 Stipulatio aut apponitur super contractibus innominatis & semper retinet propriam naturam, aut super contractibus nominatis, et sequitur naturam ipsorum secundum Alciatum.
- 4 Stipulatio sequitur naturam contractus super quomodo interponitur secundum Ripam.
- 5 Reius distinguebat quod aut stipulatio apponitur ex necessitate aut ex voluntate: primo sequitur naturam: secundo subdistingue ut per eum & est bona distinctio.
- 6 Stipulatio est contractus nominatus.
- 7 Quid operetur stipulatio super actu innominato.
- 8 Quomodo unus, vel duo contractus inducantur & creentur & quomodo cognoscatur.
- 9 Quid operetur stipulatio quando apponitur super pacto nudo.
- 10 Quid operetur stipulatio apposta super contractu nominato efficaci.
- 11 Quid operetur stipulatio super actu perfecto & extrinseco seu extraiudiciali ex se efficaci.

**Venio** ad quintam columnam, quæ est inscripta, quid operetur, & cuius naturæ sit stipulatio apposta super actibus & contractibus, & an mutet naturam suam Pro cuius articuli resolutione admodum laborant scribentes, & vario procedentes ordine, non videntur theoreticam perfectam tradere, cum Alex. in l. 1. ff. de pac. in fi. & in l. sciendum, & l. stipulationes, col. 8. ff. de ver. oblig. distinguat, quod † stipulatio sequitur naturam contractus vel actus, vt in plus non obligetur, sed naturam propriam, vt efficacius obligetur, quæ sequitur Rol. à Valle in conf. 8. nu. 4. col. 1. sed Soc. rub. de ver. oblig. nu. 20. plures paginas consumpsit ponendo alias quæstiones Iaf. autem eodem, sub nu. 15. ordinatus fuit referendo quatuordecim fundamenta pro parte affirmatiua, & nouem pro negatiua, tamen non processit per distinctiones, vt articulus iste videtur potere, fecit tantum regulam generalem, quod † stipulatio retinet naturam propriam propter firmitatem, fallit hoc, quando stipulatio interponitur in ultima voluntate, quia tunc esset reuocabilis stipulatio, sicuti ultima voluntas est, & sic non est tunc contractus firmitatis, sed immutat suam

naturam. Decius ponebat aliam distinctionem in rub. de iud. Alc. verò distinguebat hoc modo, quod † aut apponitur stipulatio super contractibus innominatis, & tunc semper retinet propriam naturam: aut apponitur super contractibus nominatis, & tunc sequitur naturam ipsorum, idem Alc. (prout refert etiam Bolognetus in rub. de ver. oblig. num. 352. vbi dat ipse aliam distinctionem) fecit aliam doctrinam, ponendo regulam decem cum falleniis. † Ripa in rub. de ver. oblig. inquit quod stipulatio insequitur naturam contractus super quo interponitur & de communi attestatur, quem etiam refert & sequitur Menoch. trac. de arbitra. iud. casu 213. num. 29. Ruinus autem in suprad. rub. de verb. oblig. sub nu. 45. diuisit totam istam materiam in duos casus, primo de contractu innominato & pacto alio de contractu & actu, idemque in eadē rub. sub nu. 61. referendo Cast. & alios distinguit & melius, quod † aut stipulatio interponitur ex necessitate, & tunc sequitur naturam actus, super quo interponitur aut stipulatio interponitur ex voluntate, & tunc subdistinguit, aut additur actui eque principaliter, & non sequitur naturam actus regulariter aut accedit accessorie ad alium actum, & tunc assumit naturam actus, super quo interponitur, limitando & declarando, vt ibi per Rui. per plures columnas. Niger etiam ipse processit confute & fere cum Iafone, cum ponat tredecim fundamenta pro vna parte, & decem pro alia. Possem etiam referre pluras thoricarum traditiones, quas facit acutis. Torniel. Bulga. qui fecit regulam generalem cod. sub nu. 32. Soc. iunior. Cag. in l. 2. nu. 70. C. de rescin. vend. & aliorum plurimorum, tamen ne tempus contractur in referendo, videndum est quæ distinctio inter alias magis & melius procedere possit. & mihi videtur Ruini distinctionem non esse contemnendam, & inter alias primum obtinere locum. Sed diligentius videtur attingisse ipsam rem Bolognetus in rub. ff. eodem, nu. 353. qui in hoc articulo ita distinguit, quod aut querimus, quid operetur d. stipulatio super contractu innominato, aut querimus, quid operetur, seu cuius naturæ sit in pacto nudo, aut querimus, quid operetur stipulatio super contractu nominato efficaci faciendo vnicum contractum, vel duos, aut quarto & ultimo querimus, quid operetur super actu iam perfecto extrinseco, seu extraiudiciali ex intervallo, vel incontinenti, ex se efficaci, & in primo casu, scilicet in contractu innominato. (nā stipulatio est contractus nominatus, secund. Bar. Iaf. Ruy. Bolo. & commu. Doc.) † dicas quod si inducitur vnicus contractus stipulatio seruat in omnibus naturam propriam, & habet locum quod ius Bar. in l. 2. ff. de cond. ob. cau. quod hodie nullus contractus innominatus reperitur: si autem inducuntur duo contractus, & tunc in quatuor qualitatibus similiter stipulatio seruat naturam propriam, scilicet in qualitate, quod contractus innominatus non producant propriam actionem, sed vnicam tantum generalem actionem præscriptis verbis, vel in factum, l. quoties. ff. de præf. ver. si stipulatio interposita sit, producat actionem ex stipulatu, & certi conditionem specialem, secund. commu. sent. & hæc erit



erit prima qualitas, in qua stipulatio re-inebit natu...
ra propria per leg. cum m ta C. de transf. cū da est...
qualitas, quia quamvis ante implementum qualitas...
contractus innominati nullam producat actionem...
neque obligationem. Iurisgentium. ff. de pact. ex...
placito. C. de rer. per. tamen si fuerit interposita sti-...
pulatione, dabitur incontinenti actio, secund. commu-...
sent. Doc. etiam nullo implemento interueniente...
d. l. ex placito, Bolo. sub num. 358. Tertia est quali-...
tas, quia quamvis in contractibus innominatis te-...
neatur quis adimplere, alias non datur actio, tamen...
si fuerit interposita stipulatio, sufficit obligatio tan-...
tum sine perfectio implemento. d. l. ex placito. C. de...
rer. perm. & sufficit ostendere se paratum esse ad im-...
plere. Quarta est qualitas, quod non habet locum...
penitentia, & cesset conditio ob causam, si fuit in-...
terposita. l. cum precibus. l. emptione. C. de rer. per.
licet plurimi teneant contrarium, sed in illa qualita-...
te quod soluendo interesse semper obligaretur in...
obligationibus dandi, semper stipulatio regulatur à...
natura contractus, d. l. cum mota, C. de transac. se-...
cund. verum intellectū, & in hoc casu doctrina Bar.
in d. l. procedit, quod non reperitur contractus...
innominatus in omnibus, excepta ista qualitate in-...
teresse, in qua & si fuerit interposita stipulatio, ta-...
men stipulatio mutat naturam suam, nam quauis...
fuerit interposita, non potest cogi ad factum præci-...
se ut commu. conclud. Doc. præcip. Bolo. nu. 760. in...
rub. cod. sed antequam veniamus ad alium casum,
scilicet ad pactum, & quid in eo operetur, & cuius...
naturæ sit stipulatio super eo apposta, esset viden-...
dum, † quomodo vnus vel duo contractus indu-
cantur, creentur, & quomodo cognoscantur. Et bre-
uiter concludendo, dicendum est ex mente Bar. in
l. sing. laria, sub num. 10. ff. si cer. pet. & prolixior
Bolon. in rub. vbi magis copiosius, nu. 379. quod si
actus, super quo interponitur stipulatio, potest esse
contractus, & implementum inducitur, vnus con-
tractus tantum, si stipulatio valet, & si non valet alius
ille contractus inducitur & remanet, quod contingit,
prout in l. certi conditio. §. quoniam, ff. si cer. pet. l.
cum enim. ff. de noua. coniunc. l. si ita stipulatus §.
Chrisogonus, ff. de ver. oblig. sed si stipulatio appo-
natur ex intervallo semper videntur duo contractus,
si autem apponatur super actu, qui semper est con-
tractus, ut est conuentio, que consensu contrahitur
de qua dicemus colum. pactorum, siue conuentio-
num, & tunc siue fiat incontinenti, siue ex interval-
lo apponatur stipulatio, efficiantur duo contractus
æquales. l. duo societatem, ff. pro soc. l. si stipulatus.
ff. de vsu. nisi aliter constet de mente contrahentiū,
l. non omnis. ff. si cer. pet. vel expresse esset facta no-
uatio, quæ hodie non præsumitur. l. si. C. de noua.
Docen l. si regularia præcip. Bar. in 9 col. ver. assum-
mus. ff. si cer. pet. si vero vnica est verborum conce-
ptio continens duas formas contractuum, in dubio
vnicus contractus tantum inducitur stipulationis, si
seruata est eius solemnitas, si minus, alius contra-
ctus remanet, l. si stipulatus §. si. ff. eod. & hoc in contra-
ctibus innominatis. In contractibus innominatis con-
sidera quatuor casus. primus est, quando stipulatio
est apposta ex intervallo post contractum, & tunc

omnes conueniunt, quod sint duo contractus, quia...
in præterito contractus innominatus suscepterat...
suam formam, quæ non potest mutari, nisi iure no-
uatiōnis, quæ hodie (vt diximus) non præsumitur...
secundus est casus, quando stipulatio est apposta in...
continenti, & constat quod partes voluerunt facere...
duos contractus formales, vel quod voluerunt face-
re vnum tantum & seruabitur eorum voluntas. l. i.
§. si conuenerit. ff. de pos. l. non omnis. ff. si cer. pet.
quando tamen voluerunt facere vnicum in dubio
præsumitur, quod velint esse stipulationem, si vale-
bit, si non valebit, remanet contractus ille, arg. d. §.
quoniam. l. si ita stipulatus §. Chrisogonus. ff. eod. l.
si stipuler. §. si Tertius casus est quædo vnica fuit cõ-
ceptio verborum, vt si dicatur, promittis mihi dare
fundum, vt tibi deam domum, & ille dicat promitto,
& tunc Bar. tenet quod sit vnicus contractus, dicant
quid velint Sali. & Ang. in l. ex placito. C. de rer.
perm. Quartus casus est, quando stipulatio est inco-
ninenti subsecuta post contractum, & fuerunt duæ
conceptiones separatae, & hic est casus dubius, Bar.
in d. l. ex placito, tenet quod sint duo contractus,
Ang Sal Soc. & magis commu. Doc. tenent contra-
rium ibi, sed Bar. posset saluari si consideremus qd
quando stipulatio est apposta super executione, vt
quia ab vna parte tantum est subiecta & promissum
ab vna parte alteri dare, tunc placet quod sint duo
contractus omnino, quia substantia ipsius prioris
contractus remanet, & stipulatio, quæ subsequitur
immediate est super executione rei tantum, l. si duo
societatem, l. si stipulatus. ff. de vsu. & meo iudicio vi-
detur faceret. pro hac opi. in l. cum enim. ff. de no-
ua. quia ibi videtur quod animus sit inspiciendus,
quare stipulatio apponatur, & hoc modo declaratio
videtur procedere opinio Bar. contraria autem opi-
nio videtur præcedere, quando esset apposta stipula-
tio super tota conditione & super toto contractu,
quamuis posset etiam Bar. saluari in hoc casu, & in
distincte cum Bar. tenuit Bolog. in rub. eod. sub nu.
355. tamen non recedes à priori distinctione, venia-
mus modo ad secundum propositum alius principa-
lis est casus & secundus, quando stipulatio apponit-
tur super pacto nudo. Et tunc aut pactum apponit-
tur iuxta contractum, aut stipulatio apponitur su-
per pacto nudo, primo casu si pactum continet quid
contrarium, vel totum contrarium, stipulatio regu-
latur ab eo, & modificatur, & reformatur: sed in co,
quod remanet, sequitur naturam propriam, l. lecta.
ff. si cer. pet. si vero pactum continet quid contra-
rium & diuersum & vestitur coherentia contractus,
tunc stipulatio ampliatur per pactum, & pactum
ampliatur per stipulationem, l. petens. C. de pac. si
vero continet idem, tunc semper est vnicus contra-
ctus stipulationis, siue præcedat, siue sequatur, vt
per glo. d. l. petens, ideo semper stipulatio seruabit
propriam naturam. fallit, quando inducitur consti-
tutum, quia tunc seruatur natura vtriusque. l. item
illa §. si. ff. de const. pecu. si vero pactum præcessit &
stipulatio apponitur super pacto, vt in casu. l. si pa-
cto quo penam, C. de pac. & tunc semper stipula-
tio seruatur naturam suam, quia dicitur nouare illud,
etiam quod apponatur ex intervallo ex mente con-
trahen-

trahentium propter ipsius debilitatem, vnde serua-...
tur, quod remaneat stipulatio facta ex causa conten-...
ta in pacto, & ab ea reguletur, sed postea in reliquis...
seruet naturam propriam, vt nascatur actio, & efficax ef-...
ficiatur, d. l. si pacto quo pena. C. de pac. Alius & ter-...
tius casus est quando apponitur stipulatio super cõ-...
tractu nominato efficaci, & tunc similiter si indu-
catur vnicus contractus semper seruatur naturam pro-
prios stipulatio, licet Doc. aliqui contrarium teneat
adeo quod efficitur nullus, nec validatur à contractu
vt l. si ita stipulatus §. Crisogonus. ff. de ver. oblig. si
vero sunt duo contractus, tunc vterque seruatur natu-
ram propriam. fallit quinque modis, primo quando
verba sunt valde prægnantia, vt præsumatur pactum
de seruando naturam contractus. Secundo fallit, qñ
apponitur super particula contractus, quia tunc re-
gulatur super naturam contractus, & vtraque limi-
tatio probatur. l. si stipulatus. ff. de vsu. Tertio fallit
respectu cause. l. §. conuentionales. ibi glo. ff. eod.
Quarto fallit quando stipulatio apponitur ad per-
ficiendum contractum, vt sine ea contractus induci
non possit, quia tunc non est stipulatio, sed ille con-
tractus qui seruatur naturam propriam, vt quod cõ-
trahe re possit reuocari. l. r. 2. & 3. ff. de don. cau. mor-
coniunc. leg. Papinia. §. si stipulata. ff. de vsu.
Quinto fallit, quantum ad conditiones extrinse-
cas contractus. l. si. C. de non numer. pecu. & de exce-
ptione illa dicas, vt per gl. Inff. de litte. oblig. & hoc,
quando apponitur in actu inter viuos, si vero appo-
natur in actu vltimæ voluntatis, tunc quantum ad
modum obligandi seruatur naturam propriam, vt na-
scatur actio & obligatio & transferatur dominium
in vita testatoris, sed quantum ad effectum obliga-
tionis, & an fiat reuocabilis, distinguitur, vt per Bar.
in l. legatum, & l. Lucius, ff. de leg. 2. an præsumatur
mutare in actum inter viuos, tradit Bolo. sub rub. ff.
de ver. oblig. nu. 420. † quartus est casus, quid ope-
retur stipulatio apposta super actu perfecto extrin-
seco ex se efficaci, & tunc regula est contraria supe-
riori, quod stipulatio requiritur naturam actus, cui
apponitur, siue apponatur ex necessitate præcisa, si-
ue cõtracta, seu ex mera voluntate, per tex. in l. §.
bellissime. ff. vt leg. nomi. caue. vbi hæres conueniri
potest ex ea stipulatione ex mora ad fructus, cum
ex propria natura stipulationis non teneatur, nisi
post licet contestatam, fac. etiam tex. in l. r. §. sub
conditione, eo. tit. supraci. & l. damni infecti, cum
alijs cumulatis per Bolo. rub. cod. sub nu. 414. & fal-
lit ista regula tribus modis, vt per Bolo. num. 422.

Venio

ad sextam columnam, quæ est in scri-...
pta, quæ actio oritur ex stipulatio-...
ne. & dicendum, † secundum communem senten-...
tiam Doctorum, duplicem dari, & oriri actionem...
nempe certi conditionem, & actionem ex stipula-...
tu. † certi conditio datur, quotiescunque certū quid...
stipulatio continet, † actio autem ex stipulatu da-...
tur, si incertum quid contineat stipulatio, vt proba-...
tur per tex. quem communiter sequuntur Doc. in §.
1. Inst. de ver. oblig. & refert Bolo. in rub. de ver. obl.
nu. 424. & ibi attestatur de communi. † Hæc autē...
secunda actio ex stipulatu, stricti iuris est, & regula-...
riter ad certum non datur, tamen † in vno casu. nō...
procedit, scilicet cum mulier peteret dotem datam...
& certam, hoc enim casu datur actio ex stipulatu mu-...
lieri, licet dōs sit certa. tex. est in l. §. 2. C. de rei vxō.
actio. de quo tex. Bolog. oppon. in rub. eod. sub nu.
424. nempe non dari nisi vnica actionem, scilicet...
ex stipulatu, tandem tenuit cum communi opinione...
& respondit optime ad omnia obiecta, ut ibi per...
eum, & in hoc casu actio ista non est stricti iuris...
sed bonæ fidei. §. fuerat, Inst. de actio: & glo. declarat
Inst. de verborum obl. in §. 1.

QUOMODO STIPULA-...
tio irrita et nulla fiat.

S V M M A R I V M.

- 1 Secundum AZO. quinque seu sex modis stipulatio reddi-...
tur nulla.
2 Quamplurimi Doctores omnes defectus stipulationis re-...
dixerunt ad quatuor causas.
3 Bolognetus addidit duas causas ad quatuor supra dictas.
4 Propter causam efficientem stipulatio redditur nulla, si il-...
le qui stipulatur, sit inhabilis, puta mutus, surdus, absens.
5 Si quis alteri stipuletur, deficit nisi penam adiiciat.
6 Pater & filius vna & eadem persona censetur.
7 Si quis stipuletur pro se & liberis, an includantur femina.
8 Per stipulationem notarij acquiritur ius alteri & actio ab...
senti ignoranti que.
9 Stipulari alteri neminem posse, procedit quoad acquiren-...
dum, non autem quoad soluendum.
10 Deficit contractus stipulationis ratione cause efficientis, si...
pater stipuletur à filio, seruus à domino, & e conuerso.
11 Deficit stipulatio ratione cause efficientis, si stipulatur...
pupillus infans.
12 Deficit contractus ratione cause formalis, si præpo nere-...
tur interrogatio responsioni.
13 Redditur inutilis contractus ratione cause materialis, quan-...
do aliquis stipulatur rem quæ non reperitur.
14 Redditur inutilis stipulatio, si stipulatur sentiat. de vna re...
alter de alia.
15 Non potest stipulari quis ab alio hæreditatem sibi re-...
linqui.

Redditur

QUAE ACTIO ORIA-...
tur ex Stipu-

S V M M A R I V M.

- 1 Duplex datur actio ex stipulatione, secundū comm. Doc.
2 Certi conditio datur, quotiescunque certū quid stipula-...
tio continet.
3 Actio ex stipulatu datur, quoties incertum stipulatio...
continet.

- 16 *Reddatur inutilis stipulatio si centum promissi ut homicidium jacias, vel quid simile turpe.*
- 17 *Deficit et reddatur nulla stipulatio, si contrario consensu tollatur.*

**Venio** ad septimam & vltimam columnam quæ est in scripta, quomodo stipulatio nulla, seu irrita fiat, & secundum Azo. in summa, tit. de inutili stipulatio. in prin. quinque sunt sex modis stipulationem reddi nullam videtur dicitur, nempe ratione personarum stipulatum, item promittentium, item rerum, quæ deducuntur in stipulatione, ratione absentia, & ratione dissensus, & ratione ineptæ conceptionis, sed parcat mihi Dominus Azo, qui non perfecta in methodo & doctrinâ videtur in hac materia processisse, fideo Doctores quamplurimi defectus omnes stipulationis sub quatuor causis reduserunt, videlicet, vt stipulatio reddatur nulla aut respectu causæ efficientis, aut ratione causæ formalis, aut respectu causæ materialis, aut ratione causæ finalis, sed t moderniores Bononienses in l. 1. §. si quis ita, & in rub. sub nu. 42 §. ff. eod. de ver. oblig. vt videntur acutiores addiderunt duas alias causas, ex quibus stipulatio fit etiam nulla, nempe solemnitate & subiectiua, nihilominus non est recedendum à superiori doctrina, vt quatuor causas tantum stipulatio reddatur inutilis, illæ autem duæ causæ Bolo. si recte & subtiliter considerentur, redigi possunt sub illis quatuor supra dictis, namque cæ solemnitate, quæ est secundum Bonon. quando presentia partium & iusto contextu verborum debet celebrari stipulatio, comprehenditur sub illa causa formalis, etenim (meo quidem iudicio) tantum est dicere, quid sit de forma stipulationis, quantum quid sit de solemnitate, nisi dicas, quod aliud respicit intrinseca, aliud extrinseca, & idem dicendum de illa causâ subiectiua, vt redigatur sub illa materiali, quæ uis si velles per viam disputationis tueri contrarium, facile posses, assignando aliquas sophísticas, & acereas differentias, tamen in hoc loco, vt Doctores communiter saluentur non opus est assignare differentias, videamus ergo de singulis prædictis causis, & primo de causâ efficienti, t propter quam tunc stipulatio reddatur nulla, quando ille qui stipulatur, inhabilis est, exemplum in surdo, in muto, in absente, vel in alio, qui aliqua debilitate laboraret, prout habetur in l. 1. ff. de ver. oblig. & potest poni exemplum eodem modo, vt stipulatio inutilis reddatur respectu illius cui stipulatio fit, & sic respectu causæ efficientis. Item potest poni exemplum, t si quis alteri dari stipulatur, cum stipulatio inuenta sit, vt vnusquisque quod sua interest stipulatur, dicitur inutilis, nisi penam adijciat, tunc enim respectu penæ stipulatio valebit, cum non respiciatur quid interest, sed quæ pœnâ sit apposta, l. stipulatio ista, §. alteri, & ibi Doc. communiter, ff. eod. §. alteri, Inst. de inutili. stip. Natta conf. 261. col. 4. bene vbi est, quod aliquando quamuis stipulatur alteri, tamen quia interest stipulatoris valet, prout esset, quando tutor à contutore rem pupilli salutem stipulatur, vel quid dari procuratori suo, aut ereditori, est tex. in terminis §. sed & si quis, Inst. de inutilib. stipula-

tio. sed supradicta non procedunt in patre, & filio, quia filius stipulari potest alteri, scilicet patri, quia t vna & eadem persona censetur, l. in suis, ff. de lib. & posth. & vox filij, vox patris, §. si vero qui, Inst. de inutili. stipula. & pater stipulari potest filio. sed quarunt Doctores, t quid si quis stipulatur pro se, & liberis, an intendantur filie feminae, & communiter concludunt, quod sic, prout Docto. in l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius vocan. Alex. in l. ex facto, §. si ad Trebel. l. quod dicitur, num. 25. ff. de ver. oblig. Ias. in l. si quis id, quod col. 3. ff. de iurisd. omni. iud. Rui. conf. 114. nu. 14. vol. 3. Cepha. consil. 1. vol. 1. Rolan. à Valle, consil. 89. nu. 9. vol. 3. & idem de seruo & domino dicendum, vt scilicet alter alteri possit stipulari, & etiam acquiritur per seruum post mortem domini, cum acquiratur hereditarij & aduertere etiam, quia supradicta regula nec procedit in notario, t cuius stipulatione acquiritur ius alteri, & actio absentis & ignorantis etiam ante ratificationem, pro qua opinione adducitur tex. in l. non aliter, ff. de adoptione. & in §. cum autem, Inst. de adoptio & adest Deciso in terminis. Cachera. Pedemonta. decif. 33. nu. 4. & Guid. Papæ quæstio. 49. & in hoc casu consuluit Goza: consil. 87. nu. 14. Rub. conf. 73. nu. 8. Cor. consil. 10. vol. 1. col. 3. & consil. 70. vol. 3. in fine. t & animaduerte ad illud quod dictum est, aliteri neminem stipulari posse, quia procedit, quoad acquirendum, non quo ad soluendum, vt in §. plane, Inst. de inutili. stipulatio. Item potest poni exemplum, t vt deficiat stipulatio ratione causæ efficientis, quæ dicitur pater stipulatur à filio, vel seruus à domino, vel econuerso, & ratio rationis est ea, quam supra diximus, quia vox patris, vox filij, cum vna & eadem persona censetur, & quodammodo quis stipulatur à se ipso. Idem est de seruo, quia acquirit dominum siue stipulatur domino, siue seruo, siue sibi, siue imperfonaliter, si tamen factum aliquo d stipulatur, veluti sibi agere per fundum. promissoris ad fundum domini sibi quaeritur, & hoc si per verbum stipulatio fiat, secus si per nomen, nam tunc si stipulatur iter domino quaeritur, & si communis sit seruus proportionem dominicæ, cui liber quaeritur, nisi vnus iussu, vel nominatim vni stipulatur, quibus causibus soli illi quaeritur, & idem si res stipulata vni ex dominis acquiri non possit, quia sua in totum acquiritur alteri, vt probatur per totum titulum, iun glo. & Doc. Inst. de inutili, stipulatio. præcipue in glo. in §. sed cum factum. Item potest poni exemplum de ista causâ efficienti, vt stipulatio reddatur nulla eius respectu, si stipulatur pupillus infans, si autem proximus sit infantia, licet non multum distet à furioso vilitatis causa, tamen receptum est eos stipulari posse, nisi impubes in potestate parentis sit, quo casu nec patre auctore obligatur, licet proximus sit pubertati, quamuis secus sit in tutore, §. pupillus, & §. furiosus, Inst. de inutilibus stipula. ibi glo. videatis omnino, quia optime declarat, possent & alia exempla trahi de ista causa efficiendi, scilicet quæ ad respectu istius causæ stipulatio sit nulla: sed tendendo breuitati hæc sufficiant. de secunda causa, t quando stipulatio sit nullâ ratione causæ formalis, potest poni exemplum in præpotatione interrogationis

DE CONSENSU

SVMARIVM.

gationis, & promissionis: nam pro forma traditum est, vt interrogatio præcedat, & sequatur responsio. §. Insti. de verb. oblig. & nos superius diximus in 1. col. istius ordi quare ista præpotatione redderet nullam stipulationem, bene verum est, quod si in ceptione sermonis stipulantis adsit præpotatione, stipulatio non vitatur. §. item si quis stipulatus fuerit, Inst. de inutili. stipulatio. nam nimum erat prius rigorosa lex, quæ reddebat inutilem stipulationem.

13. De tertia causa, nempe quando contractus reddatur inutilis respectu causæ materialis, potest poni exemplum, quando aliquis stipulatur rem, quæ non reperitur, vel si reperitur, tamen ponitur per impossibilem conditionem, nam tunc vitatur stipulatio, si est apposta conditio affirmatiuæ, si autem negatiuæ, statim peti potest §. si impossibilis, Inst. de inutili. stipul. vel stipulamur res, quæ dño nro subijci non potest, veluti hippocentaurum, rem sacram, quamuis postea profana fieri possit, vel si stipulatur liberum hominem, licet seruus fieri possit, tamen est nulla stipulatio, vel si quis rem suam dari stipulatur. §. 1. Insti. de inutili.

Item potest poni exemplum, si deducatur in stipulationem res, quæ postea sacra fiat.

Item potest poni exemplum de ista causa materiali, t vt vitetur stipulatio, si alter stipulator sentiat de vna re, alter promissor de alia re, & sic discordet & sic ratione dissensus: namque non videtur responsum ad interrogatum §. si de alia, Institu. 1. de inutil. stipula. Vel potest poni exemplum, si aliquis stipulatur hereditatem sibi relinqui, quæ hereditas non potest stipulari. l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligationibus, & non licet eo, quia libera testandi auferitur facultas, de quo Menochi. in consilio nonagesimofecundo, num. octauo, volumi. 1.

16. De causa finali potest poni exemplum, vt stipulatio inutilis reddatur, si centum promissi, vt homicidium facias, vel quid simile turpe, quamuis honestum sit centum dare, sed quia iniquum respicit exitum, stipulatio annullatur, l. generaliter, ibi Doc. ff. de ver. oblig. & §. quod turpi ex causa, Inst. de inutil. stipul.

17. Finaliter potest dici, vt stipulatio reddatur nulla, seu deficiat, si contrario consensu tollatur, nam nullus est contractus, qui non periciatur consensu, & qui non possit alio contrario consensu tolli. l. nihil tam naturale est, ff. de reg. iur. & sic inferri potest, quod stipulatio prior annullatur, & tollitur per sequentem stipulationem, si hoc agatur, & sic omnes præcedentes obligationes nouat, & ipsa perimitur per accepulationem, de qua materia superius diximus, & not. Bar. in l. si vnus, §. pactus, in 2. notab. ff. de pac. ibidem Hyppolitus Riminal. num. 50. & est tex. clarus in l. Aquiliana, ff. de transactioni. Item defecere videtur stipulatio, si per vim & metum facta sit, Bal. c. item, de pace iur. firmâ. quia timor & metus excludunt consensum, vt declarat Schast. Med. trac. de fortui. casibus, quæ sit. 7. primæ partis.

- 1 Consensus dicitur à con & sensus.
- 2 Consensus est simul assensus.
- 3 Consensus est plurium voluntas, ad quos res pertinet simul inuenta.
- 4 Consensus est sensus duorum in idem conueniens. Consensus quadruplex est, primo triplex.
- 5 Consensus duplex est, expressus & tacitus.
- 6 Consensus tacitus & expressus, regulariter æquiparatur.
- 7 Qui presens est, & tacet, ex inde tacitus consensus colligitur & expressus.
- 8 Consensus tacitus non sufficit, nec habet locum in matrimonio.
- 9 Consensus tacitus interdum non inducit obligationem.
- 10 Consensus indistincte alienatione seudi sibi præiudicat.
- 11 Voluntas alius regulariter non minus declaratur uerbis quam factis.
- 12 Nominationes ad beneficia, sicut perduntur per expressam renunciationem, ita per tacitam.
- 13 Plus est facere, quam pronunciare, cum in uerbis possit decipi.
- 14 Interdum non sufficit tacitus consensus, sed requiritur expressus.
- 15 An consensus in actibus factis præsumatur interuenisse.
- 16 Quando quaeritur de consensu alius ad actum, vnus quandoque adhiberi possit, uel in ipso actu adhibere debeat.
- 17 Si requiritur consensus ratione interesse, & præiudicii eius cuius consensus requiritur, sufficit, ut conueniat quandoque.
- 18 Si consensus requiritur pro solemnitate formali, prestari debet in actu.
- 19 Si requiritur consensus eius, cuius nihil interest actum fieri, nec principaliter, nec in consequentiam, isto casu videtur requiri ipso actu.
- 20 Si requiritur consensus eius, cuius interest principaliter uel in consequentiam actum fieri, uel non fieri, & tunc non intelligitur fieri ad integrationem.
- 21 Cum requiritur consensus ratione præiudicii, & fauore eius, qui prestare debet, non autem pro solemnitate potest consentire & ratificare quandoque.
- 22 Ea ratione columna consensu, est inscripta, quia contractus illi, quos subijmet, dicuntur contrahi et celebrari consensu.
- 23 Dicitur consensu contrahi contrahi, quia neque scriptura, neque presentia omnimodo opus est, sed sufficit qui contrahunt consentire.
- 24 In mutuo non sufficeret consensus partium ab que rei ipsius interuentu.

**Modo** descendendo ad tertiam columnam secundæ ordinis Amphitheatri, quæ est in scripta, consensu per cuius declarationem videndum est unde dicatur consensus. Secundo, quid sit. Tertio, quotuplex. Quarto, & vltimo, quare columna ista consensu sit inscripta, & de natura consensus taciti, & expressi, ex inf. dicendis apparebit. Venio ad primum, t consensus dicitur à cō, & sensus, hoc est quali simul sensus. l. consensus, ff. de act. & obl. Bal. in l. fin. col. 1. C. ad Maced. idē Bal. in l. pacta nouissima. C. de pact. &


in rubri. C. qui admitti. Rolan. consi. 97. nu. 11. vol. 1. Ideo Ozerius Iusti. titu. de obliga. ex consen. diffi-  
niebat consensum, ut sit simul assensus: sed gl. in c. 1.  
in gl. mag. de reb. eccle. non alien. lib. 6. quam refert  
Fab. de Monte tract. de empt. & vend. in 5. q. princi.  
3 nu. 47. dicebat, quod si consensus est plurium vo-  
luntas, ad quos res pertinet simul iuncta. Tu dic ex  
4 mente nostra, quod si consensus est sensus duorum  
in idem conueniens, dicitur sensus loco generis. di-  
citur duorum in idem conueniens, loco differentia: s  
nam voluntas proprie est unius tantum sensus, &  
diferet etiam a pacto, ut causa a causato, cum pactu  
sit duorum plurimumve consensus, seu placitum. l. 1.  
ff. de pac. de quo plenè suo loco dicemus. Venio ad  
tertium, consensus secundum glo. c. 1. de offi. potest  
deleg. ubi Inno. nu. 1. quadruplex est, nempe negli-  
gentia, consilij, cooperationis, & autoritatis, seu  
defensionis. sed aduerte, quod ista gl. loquitur de cõ  
sensu præstito in delictis, ut ibi not. Host. Io. Andr.  
Anto. Abbas, Fel. & Dec. Bal. autem in c. consuetudi-  
nis, ubi Barb. num. 36. & Berous c. quæ in ecclesiariu,  
nu. 26. de consuetu. dicebat, triplicè esse consensum,  
primus est authorabilis, qui præstatur in prin. Secũ  
dus approbatorius, & iste præstatur ipso actu. Ter-  
tius conventionalis, & iste præstatur post actum,  
ut declarat etiam Virg. Bocacius in c. 26. in con-  
5 stitutio. Marchia. ¶ Vel dic, qd duplex est cõsensu,  
expressus, & tacitus: expressus est ille, qui vel nutib.  
vel alijs, actibus elicitur, vel exprimitur. l. si pater na-  
6 turalis. ff. de adoptio. l. item quia. ff. de pac. ¶ qui cõ  
sensus tacitus & consensus expressus in iure regula-  
riter equiparatur, prout not. Bar. in l. de quibus, nu-  
mero 3. ff. de leg. licet enim consensus expressus pa-  
rit obligationem, ita consensus tacitus, ut per Spec-  
tit. de causa possel. & proprietate. §. 3. circa princi.  
7 ¶ quare si is, cuius consensus requiritur, præsens  
adesset, is que taceret, equidem tacitus consensus ip-  
sius inde colligitur, & perinde valet, ac si expressis  
verbis consensisset. l. qui patitur, ff. mand. latè per  
Felin. in c. nonne, de præsumptio per Tiraquel. tra-  
cta. de retract. §. 1. glof. 9. numero 113. cum sequen.  
8 nihilominus ¶ hic consensus tacitus non sufficit,  
nec habet locum in matrimonio, in quo requiritur  
consequens verbis, & maxime si res agatur coram tri-  
9 bunalis ecclesiastico. ¶ Interdum quoque consen-  
sus tacitus non inducit obligationem. glo. in l. Lu-  
cius, ff. solu. matrimonio, quia qui consertit, non  
10 cont. ahit, ¶ nec consensus indistinctè alienatione  
feudi sibi præiudicat, de quo per Angusio. consi. 1.  
11 numero 12. libro septimo. ¶ sed regulariter vo-  
luntas alicuius non minus declaratur verbis, quam  
factis. l. de quibus, & l. reculari, ff. de acquire. hæred.  
cum consentire verbo & facto, paria sint, ut inquit  
Ioan. Anto. de Sancto Georg. alias Praposi. in c. ad  
nostram, nu. 1. extra de coniug. ser. hinc est, quod  
12 quemadmodum ¶ nominationes ad beneficia per-  
duntur per expressam renunciationem. c. audita de  
rest. spoliat. ita etiam per renunciationem tacitam  
veluti si quis tempore nominationis fieret miles,  
vel si cum aliqua muliere matrimonium contrahe-  
ret, vel aliquid simile faceret, quod per se tacitam re-  
nunciationem includeret. Hinc est, quod dominus

dicitur approbare contractum falsi procuratoris ex  
presse hoc dicendo, vel tacite approbando, si id quod  
in illo contractu per talem procuratorem promissu  
fuerat de facto soluat. l. de debitum. C. de cond. inde.  
glo. in l. reculari, ff. de acqui. hæred. ubi inquit, ni-  
hil interesse an verbis, an rebus vel facto quid fiat  
13 Imola in l. si tamen, §. ei, qui. ff. de ædil. edicto. imò  
multo plus est facere quam pronuciare, cum in ver-  
bis possit adesse fallacia, ut plurimum, in factis raro  
cum facta fortius & certius voluntatem alicuius de-  
monstrent, quam verba, de qua re Anch. consi. 302.  
glo. in c. dilecti, de appel. & ponit Iodochus Dam-  
hauderius in suo enchiridio parium, & similitum iu-  
14 ris, in verbo, consensus, & verbo, consentire. ¶ Inter-  
dum tamen non sufficit tacitus consensus, sed requi-  
ritur expressus, exemplum potest poni in alienatio-  
nibus, quæ sunt a prælatis ad tempus, & rerum mo-  
dicarum, in quibus casibus sufficit tacitus consen-  
sus, at in alienationibus perpetuis debet interue-  
nire consensus expressus, de quo loquutus fuit Gu-  
gliel. Redoa. tract. de reb. ecclesi. non aliena. rub. de  
rerum mobilium modic. ecc. alie. nu. 5. & est text. in  
c. continebatur, de his, quæ sunt a præla. ibi Abb. &  
15 Federicus de Senis in consi. 51. ¶ An autem consen-  
sus in actibus factis præsumatur interuenisse, vide  
Abb. c. ea noscitur, de his, quæ sunt a præla. Gugli.  
16 Redoa. suo trac. rub. de his, qui cõsentunt. §. 13. ¶ Sed  
quæ quæritur de consensu alicuius ad actum alterius,  
vtrum adhiberi quicunque possit, vel oporteat, qd  
in ipso actu adhibeatur. Hunc punctum tangit ple-  
nè & doctrinaliter Hier. Gabr. in cons. 2. in 1. col. ubi  
plures refert, & quatuor facit cõclusiones cõiter re-  
17 ceptas, nempe quod si requiritur consensus ratione  
interesse, & præiudicij eius, cuius consensus requi-  
ritur, sufficit ut is consentiat quicunque, Doct. in c.  
consuetudinis, de consuetud. & in l. si quis mihi bo-  
18 na. §. iustum, ff. de acq. hære. ¶ si autè requiratur con-  
sensus pro solemnitate formali ad integrationem  
actus vel personæ, & tunc præstari debet consensus  
in ipso actu, vel ante, aut post in continenti, ante-  
quam ad extranea digressus fiat. d. c. consuetudinis.  
& d. §. iustum Bal. in l. 1. C. qui admitti. nu. 45. in l. si  
vxor. C. de cond. inser. Tiraq. de legib. connubia. lib.  
19 16. gl. 6. nu. 7. ¶ Si autem requiratur consensus eius  
nihil interest actum fieri, nec principaliter, nec in  
consequentiã, & tunc intelligitur ad integratione  
personæ requiri, vel actus ad excludendam fraudem  
& consulendum fragilitati, puta mulieri, vel mino-  
ri, Bal. in d. l. 1. C. qui admitti. nu. 10. & Alex. & alij d.  
l. si quis mihi bona, §. iustum, & isto casu videtur re-  
20 quiri in ipso actu, ¶ si vero requiratur cõsensu eius  
cuius interfit vel principaliter vel in consequentiã  
actum fieri, vel non fieri, & tunc non intelligitur fie-  
ri ad integrationem actus, vel personæ, sed ratione  
21 præiudicij, Bal. d. l. 1. Quarta est conclusio, qd ¶ cum  
requiritur ratione præiudicij & fauore eius, qui il-  
lum præstare det, non aut pro solemnitate, possit et  
is, cuius consensus requiritur, ad vtilitatem propriã  
consentire, & actum sine eius voluntate factum rati-  
ficare quoadcunq; Alex. d. §. iustum, nu. 10. las.  
nu. 45. Doc. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. de Teb. quos  
filius refert d. Hier. Gab. d. consi. & Rol. cõf. 97. vol. 1.  
Ve-

22 Venio ad quartum, & dicendum ¶ ea ratione co-  
lumnam hanc inscriptam esse consensu, quia contra-  
ctus illi, quos substat, dicuntur principaliter con-  
trahi & celebrari consensu. l. consensu, ff. de actio.  
& obliga. prout in simili diximus in columna illa,  
inscripta, quæ columnæ substaten pariter illos con-  
tractus, qui principaliter, vel re vel verbis celebran-  
tur. & si tu oppugnando diceres, non nec in con-  
tractu emptionis, & venditionis, qui residet super  
istam columnam, requiritur principaliter & pro for-  
ma res ex parte venditoris, pretium ex parte empto-  
ris & simul consensus partium. l. 1. & per totum, ff.  
de contrah. empti. §. 1. Instit. eodem, gl. in l. pacta, ff.  
de contrah. emp. Bal. in l. in vendentis, ubi declarat  
opti. m. C. cod. quare igitur non denominatur a re  
potius, cum res pro forma interueniat, & per conse-  
quens quare non est positus contractus iste emptio-  
nis super columnam, re inscriptam. cui obiecto vide-  
tur responderi per Imperatorem in §. 1. Instit. de  
obligatio. quæ ex consen. nascunt. ubi in ver. deo au-  
23 tem obligatio. ¶ ubi dicitur istis modis consensu  
contrahi, quia neque scriptura, neque præsentia om-  
nimodo opus est, at nec dari quicquam necesse est  
ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos, qui  
negotia gerunt, consentire. Vnde inter absentes  
quoque talia negotia contrahuntur. & sic videmus  
quod contractus iste substantiam capit a consen-  
su, ut quamuis res debeat interuenire, non tamen

opus est, quod in actu, hoc est ipsa traditione inter-  
ueniat, sed sufficit consensu verbis vel epistola de-  
clarato constitui venditionem in aliqua re etiam  
incerta, cum ex ea venditione non oriatur nec con-  
trahatur obligatio realis, sed personalis, prout decla-  
rat glo. Castren. & ceteri Doct. communiter in l. 1.  
ff. de pignoratitia actio. & sic consensus præcipue  
& omnino debet interuenire, aliàs esset venditio ip-  
so iure nulla, a quo consensu tanquam principalio-  
ri, & potentiori denominatur contractus ille em-  
ptionis & venditionis, arg. l. cum quæritur. ff. de sta.  
homi. c. quod in dubijs, de consecrati. alta. in 2. dist.  
& ita videtur declarare Tiraq. in tract. lingnagier. in  
§. i. glo. 2. nu. 50. ibi in ver. venditio autem solo con-  
sensu perficitur ante traditionem perfectione essen-  
tia, non autem sic est in illis contractibus, qui recõ-  
trahuntur, in quibus requiritur subiectum, nec po-  
test constitui, nisi in certo & determinato corpore,  
cum contrahatur obligatio realis, & sic res principa-  
liter & actualiter in medio actus interuenire debet,  
aliàs essent ipso iure nulli contractus illi: exemplum  
24 ¶ in mutuo, in quo non sufficeret consensus par-  
tium absque rei ipsius interuentu, de qua materia su-  
perius sua columna diximus, ubi videndum, & sic  
notandum, istum contractum emptionis & vendi-  
tionis perfici solo consensu pretij & rei, ut infra  
suo tractatu dicemus.





TRACTATUS  
DE EMPTIONE ET  
VENDITIONE  
PETRI NICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS  
I. V. D.

Columna emptio, & venditio inscripta, quæ est septima in tertio ordine.

De personis	De rebus	Substantialia	Naturalia	Accidentalibus	Quæ actio	Annulatio
	In genere, seu ad quantitatem		In specie, seu corpore certo		Ad mensuram	
	Pura	Propria, seu vera	In diem	Impropria, seu irregularis	Sub conditione	
		In scriptis		Sine scriptis		

EMPTIO ET VENDITIO

S V M M A R I V M.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 Quare columna unica, duplex nomen sit inscriptum.</p> <p>2 Emptio &amp; venditio sunt correlativa.</p> <p>3 Emptio &amp; venditio sunt diversa quoad distinctionem personarum, aliud enim emere, aliud vendere est.</p> <p>4 Statutum in emptione habet locum in venditione, &amp; per na indicta emptori, intelligitur etiam venditori.</p> <p>5 Emptio &amp; venditio sunt paria, regula parium est, ut statutum in uno, sit in alio.</p> <p>6 Si statutum compellit aliquem vendere, non intelligitur</p> | <p>7 Quando emptio, &amp; venditio proprie assumitur pro contractu in esse deducto &amp; formato, emptionis nomen est idem in sensu cum nomine venditoris.</p> <p>8 Si consideretur actus emptionis &amp; venditionis prout explicatur ab ista, vel altera parte de per se, vel disjunctive, tunc dicitur aliud emere, aliud vendere.</p> <p>9 Contractus emptionis &amp; venditionis diffinitus non repetitur ab Imperatore.</p> <p>10 Emptio &amp; venditio est contractus bonæ fidei ultro citroque</p> |
|---|--|

- que obligatius, qui consensu ve & pretio perficitur.
- 11 Emptio est alienatio quadam, qua dominium & possessio reuenditæ transfertur per traditionem ipsius domini, vel si non est dominus, usufructuendi conditio in ementem pro ipso soluto pretio.
- 12 Venditio est inuigentium contractus, quo alicuius rei pro certo pretio dominium transfertur, vel nexus euictionis contrahitur.
- 13 Non rectè loquutus Fabian. de Monte, in illa diffinitione emptionis, secundum aliquos.
- 14 Emptionis contractus debet denominari à principali, & sic à consensu.
- 15 Regulariter res in contractu emptionis interuenire debet, interdum etiam sine re intelligitur fieri venditio.
- 16 In contractu emptionis, & venditionis sufficit, ut res interueniat subiectiue, vel relatiue, dummodo partes consentiant in corpore.
- 17 Consensus in emptione, & venditione debet esse declaratus verbis, vel epistola.
- 18 Matrimonium solo consensu contrahitur, sed consensus debet verbis declarari, vel aliter.
- 19 Maxima est differentia inter contractus, qui denominantur à re, vel à consensu.
- 20 Emptio & venditio est contractus obligatorius ultro citroque consensu initus super re aliqua, mediante pretio.
- 21 Origo contractus emptionis, secundum aliquos est de iure gentium quo ad equitatem, sed quo ad formam et introductionem de iure civili.
- 22 Emptio est de iure gentium simpliciter & absolute, secundum Bar.
- 23 Quomodo emptio fuerit introducta.
- 24 Magna est controuersia inter Doctores, an introducta fuerit pecunia de iure gentium, vel de iure civili.
- 25 Princeps non potest tollere ea, quæ sunt inuis gentium sine euidenti causa.
- 26 Quæ ueniant appellatione emptionis, & uenditionis, & an comprehendantur alij contractus.
- 27 Aliqui dicunt appellatione emptionis, & uenditionis non uenire alium contractum.
- 28 Aliqui, quod uerbum emptio, comprehendit in se omnem contractum, per quem transfertur dominium.
- 29 Doctores pro concordia ponunt regulam cum salientijs quinque seu quatuor.
- 30 Appellatione emptionis uenit quicumque alius contractus, per quem dominium transfertur. limitatur quatuor modis.
- 31 In materia penali, vel restringibili, appellatione emptionis, solum uenit contractus emptionis.
- 32 Ex communi usu loquendi appellatione emptionis, non uenit omnis contractus, sed solum emptio, & uenditio.
- 33 Vfus loquendi præfertur in quacumque materia propria significationi.
- 34 Testator legando omnes res ab eo emptas, non censetur legasse res ex alio titulo prouenientes.
- 35 Prohibita venditione, vel in aliquo actu faciendo mentio nem de emptione, intelligitur de omni contractu, nisi diuersa ratio sit in alijs contractibus.
- 36 Quando aliquid traditum est alicui, si traditum est estimatum, in dubio uocatur uenditio, quamuis ad locutionem possit adaptari.

37 An prohibitus alienare, possit alienationi consentire.

**Venio** ad primam columnam alius ordinis, quæ est inscripta emptio & venditio, pro cuius declaratione primò videndum, quare columna illa duplex nomen contineat. Secundò, quomodo diffiniatur contractus emptionis. Tertio, de origine eius. Quintò, & ultimò, quæ ueniant appellatione huius contractus, postea deueniemus ad alium ordinem, in quo diuisio residet, demum ad articulos, seu considerabilia iuxta ordinem inceptum.

1 Quo ad primum dicendum, ea ratione vnica columna duplici nomine esse inscripta, quia emptio, & venditio sunt correlatiua, quorum natura & regula est, ut ad positionem vnus sequatur positio alterius, & e contra ad remotionem vnus, sequatur remotio alterius. l. si. ff. de accept. est optimus tex. in l. 1. ubi Bar. C. de cupres. ex Luc. Daph. lib. 11. l. fin. C. de indi. vidui. tollen. declarat Cagno. in l. 2. C. de rescind. vendi. nume. 53. in secunda quæstio. Barto. nanque non datur emptor sine venditore, nec e contra: sunt tamen diuersa quò ad distinctionem personarum, quia alter emptor, alter venditor, aliud vendere, aliud emere est, ut l. 1. §. 1. ff. contrahen. emptio. & not. Bald. in l. vnica, C. si ser. extero se emi mand. quia alius acquirens, alius concedens, vide text. in c. fina. de instit. ubi inter dan tem & accipientem, & cap. debitum, de baptif. quorum textuum autoritate emptio & venditio videtur non cadere sub eadem columna, rectè tamè considerando, incongruum minime videtur, cum sint, ut diximus, correlatiua, quorum eadem est ratio & disciplina. l. si cum dies. §. penul. ff. de arb. atque adeo si statutum in vno, intelligitur pariter statutum in reliquo, etiam si esset pena indicta emptori ex aliquo contractu prohibito à lege vel statuto. intelligeretur pariter indicta venditori, prout declar. Bar. in d. l. 1. C. de cupres. ex luco Daph. Bald. in l. 1. C. commu. ser. manu. Fabian. de monte, suo trac. de emptio. & vend. in 2. quæst. princip. nu. 23. qui citat Bal. in l. nemo martires, in fine. C. de sacrosan. eccl. Accedat, quod si cum emptio & venditio sint paria, regula parium & similiarum est, ut quidquid est statutum in vno, locum habeat etiam in alio. l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. empti. Bald. in l. si eute. C. si cer. pet. tex. opt. in l. 3. in §. & generaliter. ff. de itine. actu que priua. l. apud Celsum. §. si quis autem. ff. de doli except. hoc tamen limitatur in casu, quem notat Fabia. in 2. quæst. princip. nu. 34. scilicet si quò statutum compellit aliquem vendere, tunc enim non intelligitur etiam compellere aliquem emere, nec e contra, prout not. gl. libi Bal. in d. l. 1. de comm. ser. manu. quare, subtilius & diligentius omnia recolligendo, dicendum est, quod si quando emptio & venditio proprie assumitur pro contractu in esse deducto & formato, emptionis nomen in sensu, est idem cum nomine venditionis, ut siue enuncies emptionem, semper significabis eundem contractum, & contractus ille, qui celebratur re, & pretio, & consensu, habent duo nomina, vel emptionem, vel venditionem, est textus formalis, qui

8 qui in puncto decidit hanc materiam, in l. veteres. ff. de act. emp. si autem consideremus actum, prout explicatur ab ista, vel altera parte de pei se, vel disunctiue, & tunc potest dici & verè dicitur aliud emere, aliud vendere. d. l. i. ff. de contrahen. emptio. etenim is, qui emit, tradit pretium is, qui vendit tradit rem, propterea non comprehenderetur sub statutis facientibus mentionem de altero tantum. in casu autem nostro merito non fit separatio, cum consideremus contractum in esse deductum, & ideo non potest dici, ut ille magis conueniat vni quam alteri, & non separauimus titulos istos, quia sub diuersis nominibus fit idem, nam in tractatu emptiois dicitur de emptione, in tractatu venditionis dicitur de venditione, & esset repetere idem superuacue: ponimus vtrunque nomen & non magis vnum comprehendit, quam aliud, & sic etiam inscriptum est ab Imperatore.

9 Venio ad secundum propositum. Contractus iste emptiois & venditio. à Iureconsul. diffinitus non reperitur, tamen Fabia. de Monte in suo tract. emptio. & venditio. nihil penitus intactum relinquens, ita diffinitur posse arbitrabatur, ut sit contractus bonæ fidei, vltro citroque obligatorius, qui consensu fit, & pretio perficitur, quæ diffinitio ab ipso Fabiano in prima quæstio. princip. diligenter examinatur. Aliam diffinitionem referunt Sum.

11 mista, quidam, scilicet ut emptio sit alienatio quædam, qua dominium & possessio rei venditæ transfertur per traditionem ipsius domini, vel si non est dominus, usufructuendi conditio in ementem pro ipsa soluto pretio. quæ diffinitio cum sit longa filat teria, & per consequens superflua, videtur reiicienda, tum quia conuenit alijs contractibus: tum quia non optimè ostendat essentiam, & substantiam ipsius contractus. Aliam diffinitionem tradebant Moderniores quidam, ut venditio sit iurigentium contractus, quo alicuius rei pro certo pretio dominium transfertur, vel nexus cuiusdam contrahitur. Sed diffinitio adeo videtur defectiua, ut verbum principale ( ut vulgo aiunt ) in ipsa videatur deficere, namque explicat Moderniores isti contractus essentiam, & omittunt verbum illud consensus, qui consensus principalis est in contractu hoc emptiois & vendit. ut diximus, columna consensu inscripta: atq; adeo recepisse profectò diffinitionem illam Fabiani primo loco dictam, nisi oppugnando quidam dixissent, contractum illum emptiois solo consensu contrahi & celebrari ad differentiam illorum contractuum, qui re & verbis, seu litteris contrahuntur. cum ergo solo consensu emptio. & venditio celebretur. l. in emptioibus. ff. de contrahen. emptio. §. 1. Insitu.

13 de obligati. quæ ex consen. nascun. si non rectè loquutus fuit Fab. ibi, in illa diffinitione consensu, re, & pretio perficitur, quia cum re etiam celebretur, debet denominari à re, qua mediante contractus iste perficitur, vel saltem deberet denominari ab vtroque, scilicet consensu & re. & quamuis ratio videatur satis colorata, ita tamen tollebat obiectum, quod est res ipsa & pretium in contrahenda emptione, & venditione, interuenire debeas non ta-

men per hoc sequitur, ut debeat denominari à re, vel saltem ab vtroque, quia si principaliter requiritur consensus, à quo principaliori debet denominari actus, ut diximus in columna consensus, argumento. l. cum quæritur, ff. de statu hominum. & quamuis si regulariter res in hoc contractu interuenire debeat, tamen interdum etiam sine re venditio intelligitur fieri, hoc est cum quasi alca emittitur. l. nec emptio. §. aliquando. ff. de contrahen. emptio. Accedat, quod quando res interuenit in emptione & venditione, non interuenit actualiter, sicut interuenit in contractibus illis, qui re celebrantur, in quibus in medio actus interuenit, sed si sufficit in hoc contractu emptionis & venditionis, ut res interueniat reatiue, vel subiectiue, dummodo partes consentiant in corpore, de quo fit venditio. l. in venditionibus, ff. de contrahen. emp. Goffred. qui videtur ista declarare in summa titu. de rerum permuta. & hac de causa denominatur contractus iste à consensu, & ponitur inter contractus, qui solo consensu celebrantur & perficiuntur, intelligendo tamen, ut scilicet si iste consensus sit declaratus verbis, seu epistola, ut dicitur in matrimonio, quod solo consensu perficitur, tamen debet verbis exprimi. C. tuaz, de sponsal. declarata Didacus suis epitom.

19 secundum par. cap. 4. & sic videmus, si maximam esse differentiam inter contractus, qui denominantur à re, & qui denominantur à consensu, & tollitur obiectio, nihilominus ego putabam ad hoc, ut omnibus quoad fieri potest per me satisfieret, sic clarius & forsan melius diffiniri posse contractum istum emptiois & vendit. nempe ut sit contractus obligatorius vltro citroque consensu inuito super re alii qua mediante pretio, & hac diffinitio, meo quidam iudicio, optima videtur & si tibi minus lata videbitur, addes alia verba, quæ alijs diffinitionibus ponuntur, quamuis regula sit quod diffinitio tantum essentiam & substantiam rei demonstrare debeat, ut colligitur ex Bal. in proce. decreta. dum tradit diffinitionem diffinitionis, ut sit conuertibilis propositio substantiam ac propriam rei qualitatem complectens vide Nicola. Moron. tracta. de tregua & pace, quæstio. 6. par. 1. latè per Sebast. Medicis, tract. de diffi.

Venio ad tertium de origine istius contractus emptiois & vendit. licet si quidam dixerint esse de iure gentium quoad æquitatem, sed quoad formam & introductionem de iure ciuili, glo. in l. cas obligationes, in ver. pro dote, & ibi seq. ff. de cap. dimi. quæ refert Barto. in l. i. ff. de contrah. emptio. tu dic sim

22 pliciter & absolute si ex mente Barto. quod est de iure gentium. l. ex hoc iure, ibi Doctor. ff. de iust. & iure, Barto. d. l. Bald. in rubri. C. cod. quæstio. 1. Fabia. de monte tract. de emptio. prima quæst. prin. nu. 4. Ant. de Bur. rub. de emptio. nu. 12. & ante eum ibi Abbas, Iaco. Vngarel. in add. ad Summistas in verbo emptio, & pro hac opinione adest tex. in terminis in l. i. ff. de contrah. emptio. in si. ibi, est autè

23 emptio iurigentium si fuit enim introductus contractus iste hoc modo, permutabant homines primores, nempe cum ego haberem frumentum superfluum & non vinum, & tu è contra, vel tu vestem & ego equum, permutabamus. at quoniam difficile

erat

erat semper inuenire res necessarias, hac de causa fuit introducta ex vna parte pecunia ex altera merx, quarum commutatione fieret emptio & venditio, prout habetur in l. i. ff. de contrahen. emptio. & sic contrahens iste introductus fuit de iure gentium, cum omnes gentes tunc vterentur §. iurigentium, Inst.

24 de iure natu. genti. si siue introducta fuerit pecunia de iure gentium, siue de iure ciuili, de quo magna est inter Doct. controuersia, dicitur emptio de iure gentium, quia debet attendi principium, licet esset addita pecunia de iure ciuili. d. l. i. ff. de contrah. emptio. & ita communiter Doctores intelligunt & declarant. Vtilitas autem huius conclusionis est

25 si quia si esset de iure gentium, prout est, non posset princeps tollere contractum istum sine eadem causa, si autem esset de iure ciuili, posset ad libitum per ea quæ not. Bal. Roma. Cor. & care in l. in testamentis. C. de test. Fel. in c. quæ in ecclesiis, in 3. col. vbi adducit doctrinam Ang. de cõst. faciunt dicta per Ant. de Burgos, d. rub. de emptio. nu. 15. not. Ayrao conf. 5. nu. 5. Dec. conf. 343. & Anch. conf. 298. nu. 4. Fran. Bec. conf. 3. nu. 50. vbi alios refert.

26 Circa quartum, nempe quæ veriant appellatione emptiois & vendit. an contineatur & intelligatur tantum ille contractus emptionis, & venditionis, vel sub illo contractu alij comprehendantur? istam quæstionem examinat diligenter Fabia. tract. de emptio. in 2. quæst. prin. post Bal. in l. voluntas. C. de si deicommiss. Specu. titu. de emptio. §. sed videndum vers. sed pone. Ant. de Burg. de emp. sub nu. 19. posuit Ber. Diaz reg. 227. Petr. à Duc. reg. 239. Guili. Redoa. trac. de reb. ecclief. non alien. titu. de signi. verbi alienatio, vers. appellatione quoque alienationis, præter Summistas & consules, quos non refero breuitatis causa. videndum est ergo breuiter, quo modo Doctores hanc intelligant conclusionem in qua duæ sunt Doctorum opiniones negantium,

27 & affirmantium, etenim si aliqui dicunt appellatione emptiois, & venditionis non venire alium contractum, quia ita debet considerari contractus iste emptiois, ut differat ab alijs contractibus permutationis, donationis, & similibus. hæc opinio probatur per tex. in l. si. C. de decur. lib. 10. & in c. i. de his, quæ sunt à præla. vbi ponitur iste contractus emptiois & venditionis tamquam diuersus ab alijs contractibus. c. si. de accusati. text. in c. i. de excess. præla. lib. 6. l. i. C. de reb. decur. sine decre. non alie.

28 & in d. l. si. C. de decur. lib. 10. si alij autem tenentes contrariam partem deducebant tex. in l. statu liberi. §. quintus. ff. de statulib. vbi Iureconsul. inquit, quod verbum emptio & venditio, comprehendit in se omnem contractum, per quem transfertur dominium, quod idem probatur in l. si. §. in venditionis. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. c. 1. de contro. int. do. & emptio. in vii. feud. not. scribè. in l. 2. ff. de vsuca. pro empto. si itaque pro concordia Doctores aliqui posuerunt regulam cum fallentijs quinque, quæ ad quatuor possunt redigi, secundum Ant.

30 de Burg. rub. eod. in si. & Diaz supra. reg. si regu. la ergo est, quod appellatione emptiois, & venditionis, venit quicumque alius contractus, per quem do-

minium transfertur iuribus supracitatis, fallit primo reg. hæc, ut non procedat quando fieret commemoratio pretij, quia tunc deberet intelligi solum de emptione, ita procedit tex. cum glo. in d. l. de reb. decuri. sine decre. non alie. Abbas ita declarat in c. i. de his quæ sunt à præla. in r. col. & c. potuit, extra loca. in 2. col. & Ioan. Andr. titu. de emptio. & vend. §. nunc videndum, il ij. vers. sed pone, in addi. Specu. si secundo fallit d. regula si in materia pgnali, vel restringibili, quia appellatione emptiois, solum veniret contractus emptionis, prout differat ab alijs, secundum Speculatores titu. de emptio. & vend. §. nunc videndum, vers. sed pone, ita firmat Philip. Francus d. c. i. de except. præla. lib. 6. & Bar. ante eum in l. qui duobus. ff. de fall. Abbas d. c. 1. de reb. ecclief. non alien. dum dicit, scus in materia odiosa seu restringibili, sequitur D. Decianus, conf. 59. col. 1. vol. 1. & per hoc inferitur, quod si in sententia, vel decreto iudicis prohibetur emptio & venditio, intelligitur de emptione strictè, & sic non de alio contractu quia verba sententia, vel decreti, sunt strictè accipiendæ & intelligenda, l. i. C. si plu. vbi sen. Bar. in l. i. C. quan. peneo. non est necesse. tex. no. pro illatione ista in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eorum, & idem dicendum esset, si per statutum fieret ista prohibitio, vel per leg. vel etiam si prohibitio terminaretur ad contrahentes, inter quos prohibetur venditio etenim cura istud sit odiosum & restringibile, sed non vsque adeo, si quis fuit à par. man. in eis non comprehendatur alius contractus, ita Bal. in l. voluntas. C. de si deicom. & clarius idem Bal. in consensu. piente, istud statum terræ, nu. 4. quod tamen est intelligendum, si lex, vel statutum prohibendo venditionem respiceret publicam vtilitatem tunc ad impedendam alienationem fauore publico verba late sunt accipienda & amplianda ut omnem alienationem comprehendant, quod videtur probari in tex. si. gulari & vnicò in l. hoc modo. ff. de cond. & demenst. si Tertio fallit d. regula, ut non procedat considerato communi vsu loquendi, quia non de omnibus contractibus, sed solum de vulgari emptio ne intelligeretur, secundum Panor. d. c. i. si nam vsus loquendi præfertur in quacunque materia propria significationi, l. liberorum. §. quod tamen Cas. sius. ff. de leg. 3. no. Eucrar. in centiloq. argumētandi, in loco à communi vsu loquendi, seu opinione vulgi, diximus columna re inscripta, Quarto fallit d. regul. in casu singulari. l. item legato. §. item interest. ff. de leg. 3. quæ tex. animaduertit Ponta. singu.

34 622. si de testatore legante omnes res ab eo emptas, quod non venirent res ad testatorem ex alio titulo prouenientes propter coniecturam mentis. Quinto potes limitare & omnes limitationes sub vni ca comprehendere, si ut prohibita venditione, vel quouis modo faciendo mentionem de emptione, intelligatur prohibita alienatio & contractatio quouis modo. d. §. quintus, c. i. de cõtro. int. domi. & empt. feud. vbi Bal. in si. intellige, si effectus venditionis magis quam modus consideretur, vide de hac. Cast. conf. 175. in prin. Bolo. conf. 25. arti. 2. Burfat. conf. 149. nu. 11. vol. 2. Io. Bolo. conf. 11. nu. 76. limita. ni si di-

si diuersa ratio sit in alijs contractibus, Iaf. in l. si. nume. 65. C. de iure emphi. Gulic. Redoan. trac. de reb. ecclef. non alie. in ver. appellatione, nu. 8.

36 † An autem prohibitus alienare possit alienationi consentire, dicendum quod non, secundum Bal. in c. 1. §. illud, vers. quæro ergo, de prohi. feudi alien. per Federicū, Ang. Fulg. Cor. Iaf. in l. quoties. C. de fideicom. Soc. conf. 230. nu. 6. Decianus conf. 60. nu. 11. vol. 1. & dicemus infra.

37 In † dubio autem, quando aliquid fuisset traditum alicui æstimatum, censetur venditum, vt diximus, quamuis possit adaptari ad locationem, tex. est qui in puncto hoc decidit, in l. 3. ff. loca. vbi quotiescunque fundus locatus est à domino, & colonus accipiat instrumentum æstimatum, in dubio erit præsumendum venditum instrumentum, prout declarat Bar. quem videas in d. l. 3. & in l. si vt certo. §. inter dum. ff. commod. & idem dicendum in dote, nam æstimatio rerum dotialium facit emptionem in dubio, etiam si pretium conferatur in arbitrium alterius, de quo latè per Dida. Cou. prati. quæst. c. 28.

DE DIVISIONE emptionis & venditionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Alia est venditio in scriptis, altera sine scriptis.
2 Alia est venditio pura in diem & sub conditione.
3 Quæ sit venditio in scriptis, & quæ requiratur.
4 Quæ sit venditio sine scriptis, & quæ requiratur.
5 Alia est venditio propria seu vera, altera impropria seu irregularis.
6 Gratiosa venditio solet fieri à principe sine pretio, vel vilissimo.
7 Alia reperitur venditio in genere vel ad quantitatem, alia in specie, vel ex corpore certo, & alia ad mensuram, & quæ sit.
8 Quomodo cognoscatur, an venditio fuerit facta ad corpus vel mensuram.

Venio ad alium ordinem, in quo diuisio emptionis, & venditionis residet:

1 † Alia enim est venditio in scriptis, altera sine scriptis vt inquit Imper. Inst. de emptio. & vend. & l. contractus. C. de fide instru. refert Specu. titu. de emptio. sub nu. 5. Porti. Inst. d. §. in 2. nota. & Ozeri. in rub. illius tit. in 2. procem. Fabia. de monte, trac. emptio. in 5. quæst. princ. 14. quæst. nu. 76. & ante omnes Azo in sum. ma. tit. de contrah. emptio. num. 14. qui paulo inferius refert tripliciter contrahi emptionem & venditionem, † nempe pure, in diem, & sub conditione, alleg. tex. in l. si mihi bibliothecam. ff. de contrah. emptio. vbi fuit facta venditio conditionaliter. sed ista diuisio procedit etiam in quolibet contractu, diximus plene trac. stipulatio. in 2. col. pen. ord. quæ est in scripta, pura, in diem & sub conditione.

3 † Venditio igitur in scriptis illa est, quæ ad sui essentiam & substantiam requirit scripturam, quod est quoties contrahentes de faciendâ scriptura aliquo modo dixerint, licet quidam dixerint, tunc demum

esse in scriptis, quoties aliter non valere dixerunt contractum venditionem debere, quam si postea scriptura fiat, l. contractus, vbi glo. & scriben. C. de fide instru. §. 1. Inst. cod. de emptio. & vend. Afflic. decis. 104. in fine, & nota quod donec non fuerit facta scriptura, periculum est venditoris, l. cum inter. C. de pericu. & commo. rei vend. † venditio autè sine scriptis illa est quæ solo consensu celebratur simulatque de pretio inter partes conuenerit, nec requirit quod aliquid arræ nomine detur: Arra enim est argumentum seu probatio venditionis contractæ, non eius substantia, l. quod sepe, in prin. ff. eod. & Inst. eod. §. 1. & nos infra, de quibus venditionibus inscriptis & sine scriptis vide Cast. in l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. & l. cum res. C. de proba. & d. l. contractus, vide Lauren. de Pinu Bonon. conf. 87.

5 Alia est venditio propria seu vera, altera impropria seu irregularis, sicut diximus de deposito. l. dies. §. ff. de pos. propria seu vera est venditio, quando fit cum taxatione pretij expressi & liquidij, vel saltè quando fit sub conditione pro pretio, quod aliquis tertius arbitrabitur. l. si. C. de contrah. emptio. §. pretium, Inst. de emptio. Cephal. conf. 10. vol. 1. num. 5. de quo nos infra. impropria seu irregularis est venditio, quando nullum reperitur taxatum pretium expressum, quæ impropria venditio assimilatur mutuo & accipit naturam mutui, & conuentio ipsa tamquam mutuum potest substineri, vt ex facto respondit D. Ceph. conf. 10. & dicemus trac. locatio. in ord. dist. & 3. col. vlt. ord. vide Arium Pinel. rub. C. de rescia. vend. & Ema. Soarez, thesau. recepta. sententi. in vèrbo, emptio, nu. 132.

6 † Quæ impropria seu irregularis venditio poterit etiam vocari aliquando gratiosa, quæ fieri solet à principe sine pretio, vel vilissimo pretio, prout declarat D. Decianus, dominus meus, conf. 25. num. 94. volumine 1.

7 Alia emptio reperitur in genere, vel ad quantitatem, alia in specie, vel ex corpore certo, & alia ad mensuram, venditio in genere videtur esse, quando venditio hominem in genere vel bouem, & isto casu ante traditionem semper erit periculum venditoris, vt declarat Sebast. Med. trac. de fortui. casu. quæst. 0. 2. par. num. 106. idem dicendum est de venditione ad quantitatem, vt si vendo centum salmas grani, non destinato nec consignato loco, semper videtur esse periculum venditoris, qui videtur esse obligatus ad genus, & genus perire non potest, arg. tex. cum materia. l. 1. C. si cer. pet. quod intellige, dummodo emptor non fuerit in mora recipiendi fructum oblatum, vt inquit D. Sebast. trac. de cas. fortu. vbi affirmat, procedere & in vino, oleo, & frumento, per l. 2. C. de peri. & comm. rei vend. Venditio in specie est, cum vendo tibi vinum, quod habeo in cellario, & tunc si pereat seu corruptatur vinum, damnum ad emptorem pertinere clarum est. Idem dicendum est de venditione ad corpus, quæ est, quando venditur talis fundus cum suis confinibus, vt infra.

8 † Venditio autem ad mensuram est, quotiescunque mensura apponitur seu eius mentio fit, de quo latè per Did. Cou. c. 3. prati. quæst. sed ad cognoscendum

dum, an venditio fuerit facta ad corpus, vel ad mensuram, vide ibidem Couar. qui ex mente Doctorum talem tradit theoriam, quod si ponatur mensura, vel eius mentio fiat causa demonstrationis, vt corpus quod venditur vel donatur legatur notum sit, & magis certum, dicitur venditio ad corpus, & siue mensura minor siue maior nihil facit ad venditionis ius seu dispositionis, & sic tandem volunt Doctores, quod si ad mensuram concepta sit dispositio, quia ab eadem mensura ceptum sit, tunc mensuræ modus seruandus est, si vero ad corpus ipsum actus referatur, quia initium sumit contractus seu legatum à corpore, tunc parum refert, an modus mensuræ dictus maior sit, vel minor, sed censetur facta ad corpus venditio. l. si seruus legatus. §. qui quinquæ, ff. de leg. 1. l. si venditor, in prin. ff. de actio. empti. l. his verbis. §. pater. ff. de leg. 3. Oldr. conf. 197. Bal. in rub. C. de contrah. emptio. quæstio. 2. Alb. in l. comprehensum. ff. de contrah. emptio. Io. And. ad Specu. tit. de emptio. §. sciendum, ad fi. & alij cumulati per Did. d. c. 3. in 2. col. quare si dicam, vendo tibi fundum his certis ac nominatis finibus circumscriptum, qui est decem iugerum, venditio dicitur facta ex corpore certo, nec restringitur ex mensura, & si plura sunt iugera, veniunt in venditione, Iaf. conf. 79. lib. 1. Dec. conf. 347. Affli. decis. 68. secus si dicerem, vendo decem iugera fundi his certis ac nominatis finibus, vt per doc. in l. si seruum. §. si modum. ff. de act. emp. ibi Cast. & aduerte, quia in venditione ad mensuram non dicitur perfecta venditio, sed dicitur & est conditionalis, donec res sit tradita, & consignata, l. quod sæpe. §. in his, ff. de contrah. emptio. Decif. Perusi. 60. nu. 6. Sebast. Medic. de casibus fortui. c. 10. 2. par. nu. 92. bene verum est quod illa venditio perfecta est ad hoc, vt non sit locus penitentiae, vt declarat Did. d. c. 3. nu. 6. Menochius, conf. 26. nu. 29. lib. 1. Paris. conf. 59. & sic infertur quod in ista venditione ad mensuram periculum nõ dicitur pertinere ad emptorem donec non mensuretur illi tex. in l. qd sæpe. §. in his, in prin. & in fi. C. de act. emp. ibi Curtius iunior, Dida. suprad. loco.

DE PERSONIS QUAE possunt emere & non.

S V M M A R I V M.

- 1 Inter quas personas possit contrahi iste contractus emptionis & venditio, & celebrari.
2 Quilibet habens liberam administrationem rerum suarum, vel alterius patrimonij potest vendere.
3 Quilibet potest vendere bona sua nisi per legem aliter sit statutum.
4 Quo persona sint prohibita à lege emere vel vendere.
5 Inter quas personas possit contrahi emptio & venditio, vel non.
6 Inter patrem & filium regulariter non potest celebrari emptio & venditio nisi in castrensium vel quasi.
7 Contractus emptionis non potest celebrari inter gerentem

- officium publicum & subditos.
8 Contractus emptionis non valet inter pupillum, & tutorem.
9 Minor non potest absque curatoris auctoritate & iudicis decreto vendere.
10 Prodigus non potest vendere etiam cum iuramento.
11 Prohibitus contrahere non valdat contractum cum iuramento.
12 Is est prodigus, qui neque tempus neque finem expensarum habet.
13 Non potest vendere præ latus ecclesie nisi à summo Pontifici impetrata licentia.
14 Non potest celebrari contractus emptionis inter carcere tum & alios nisi cum utilitate.
15 Contractus emptionis non potest celebrari inter ludices.
16 Quare possit extraneus emere à iustore, non autem collusor.
17 Non potest emi ab eo, qui statim pretium est consumpturus.
18 Milites non possunt emere in loco ubi militant.
19 Non possunt emere Monopolij.
20 Quid sit Monopolium.
21 Non possunt emere aliqui mercatores à quibusdam & aliquando possunt emere.
22 Contractus emptionis non potest celebrari inter omnes prohibitos.
23 Prohibitus vendere non poterit venditioni consentire.
24 Omnes videntur posse vendere & emere qui non comprehenduntur sub prædictis.
25 Inter virum & uxorem emptio & venditio contrahi potest si bona fide & non minoris pretij fiat venditio nec animo donandi.
26 Vir & uxor possunt celebrare omnes contractus etiam onerosos excepta donatione.
27 Non valet contractus uxoris sine licentia mariti quando contrahit cum tertio.
28 Procurator alicuius potest vendere, & est intelligendum si speciale habet mandatum vel generale cum libera & plena potestate secundum aliquos.
29 Quando intelligatur generale mandatum cum libera & plena potestate.
30 Procurator cum generali mandato potest vendere, si est uerisimile ut domini uellet vendere.
31 Procurator qui est constitutus ad uendendum non potest precium recipere nisi specialiter sit dictum.
32 Syndicus communitalis poterit vendere, si sit deputatus à communitate vite & reffe.
33 Hæres potest vendere & emens ab hærede bene emit, nisi ematur infra tempus datum ad deliberandum, uel nisi sit nota aliqua his super hæreditate.
34 Iudex uendere potest propria auctoritate rem absentis.
35 Bannius potest emere & vendere nisi fuerit à iudice uel leg. interdicitur uenditio.
36 Iudeus potest emere & uendere, idem de Saracenis.
37 An excommunicatus possit uendere.
38 Potest emere alter pro altero ex sua pecunia uel ex aliena tibi.
39 Semper in dubio pro se & sua pecunia quis emisse præsumitur.
40 Aliqui possunt emere pro se non pro alijs, hoc est, ut mercaturam faciant.

41 Milites pro se possunt emere, non tamen ut mercatorem exerceant.
42 Quae provincias regunt, possunt emere pro se, non ut alij veniant.

Veniamus ad vltimum ordinem, primamque capiendū columnam, quae est inscripta de personis, quae possunt emere & quae non possunt emere, pro eius resolutione videendum, & inter quas personas contrahi possit iste contractus emptionis & vendi, circa quod Fab. suo trac. in 3. quaest. princi. posuit regulam generalem affirmatiuam, quod quilibet habens liberam administrationem rerum suarum vel alterius patrimonij, potest vendere, l. solutum. §. si. l. si conuenerit, in si. & scriben. vtrouque. ff. de pigno. actio. l. procurator, cum sequen. ff. de procur. l. iusurandum. §. si tutor, ff. de iureiurando, cum similibus per eum adductis, & sic videtur dicendum, quod quilibet potest vendere bona sua, nisi per legem aliter sit statutum, ut probatur expresse, l. dudum proximis, C. de contrah. emptio. & quae autem sint istae personae prohibita a lege, Fabia dicebat esse prodigos, furiosos, dementes, ebrios, minores & similes, qui carent administratione, vt l. is, cui bonis, ibi scriben. ff. de ver. oblig. l. 1. & per totum. ff. de cur. furio. l. 1. ff. de reb. corum. & Inst. per tot. tit. quibus alien. licet vel non, & diximus in col. magna contractus inscripta in quinto articulo, scilicet quot modis contractus deficiat, ibi respectu personae. Nos autem rem subtilius & diligentius modo attingemus, & primo ex vna parte videbimus & inter quas personas contractus iste emptio. & vend. non valeat, nec teneat, hoc est qui non possit emere, nec vendere, ex altera autem inter quas personas valis sit contractus iste emptio. & vend. hoc est qui possit & emere & vendere, quibus declaratis remanebit absoluta col. ista.
6 Primò ergo notandum, quod & inter patrem, & filium non potest celebrari contractus iste emptio. & vend. l. 2. ff. de contrah. emp. & not. late Tiraq. in trac. de vtroque retrac. in §. 1. glo. 1. nu. 59. qui extendit, idem esse inter dominum & seruum, fallit in rebus castrensis, d. l. 2. vel rebus quasi castrensis, hoc est ex rebus, quae acquiruntur ex salarijs publicis, & ratione officij publici, puta in medicis, secus si ex salarijs priuatis, & ratione officij sui, quod esset vile priuatis, prout declarat Bald. quem sequitur Alex. in l. cum oportet. C. de bonis quae lib. & declarat Agust. Berous suis quaest. quaest. 46 nu. 8. in castrensi enim & quasi castrensi filius, habetur pro patrefam. l. 2. ff. ad Maced. fallit idem secundum Bartolum in l. frater a fratre, sub nu. 50. de cond. ind. quem refert & sequitur Angusio, col. 5 lib. 2. in rebus aduentitijs, in quibus patri non quaeritur vsusfructus, anth. excipitur. C. de bonis q. liber. vbi erat datum hac conditione, vt patri non quaeretur vsusfructus, in quibus duobus casibus bene potest celebrari contractus emp. & vend. in alijs ergo rebus, in quibus pater est legitimus administrator, non valet emptio & venditio, nisi ematur palam & bona fide, hoc est cum praesentia iudicis & consanguineorum, vt inquit Bar. in d. l. frater a fratre.

7 Secundo non potest celebrari contractus iste emptio inter gerentem officium publicum & subditos, & si gerens officium publicum emit, perdit rem & tenetur sisco in quadruplum, l. non licet, & l. qui officij, ff. de contrah. empt. l. principalibus, ff. si cec. pe. & l. 1. C. de contrah. iudi. fallit, si fiat contractus emptionis de rebus mobilibus pro necessitate victus sui, vel suorum, d. l. 1. Item fallit nisi specialiter hoc sit concessum a principe, d. l. non licet. Item fallit, si vendatur a sisco praedia paterna, d. l. qui officij, not. Rom. d. l. principalibus. Item fallit, nisi contractus confirmetur silentio 30. annorum, Azo in summa. C. de contrah. iudi. Affli. c. 1. §. si vero, nu. 18. de feud. guar. atque Cast. in vlt. feudo, quos citat Pet. ad Duc. reg. 3 1. in 2. fallentia. Item fallit, nisi officialis emat finito officio, & sic tempore iudicatus, d. l. 1. C. de contr. iud. gl. in d. l. qui officij, l. ad. d. l. principalibus, tradit Soc. reg. 278. Pet. ad Duc. d. reg. 3 1. qui facit duas conclusiones.
8 Tertio & non valet contractus iste inter pupillum & tutorem, l. si in emptione fundi, §. si. vtr. tutor, ff. de contrah. empt. glo. autem in l. cum ipse. C. de contrah. emptio. & dicebat hoc verum esse in immobilibus, secus in mobilibus, quam distinctionem ego non sequor, sed dico vtroque casu non posse contrahi huiusmodi contractum inter illos, fallit, nisi palam & bona fide celebratur venditio, est tex. in terminis & ibi etiam glo. supracitata, quae communiter est recepta, in d. l. cum ipse. l. §. sane. ff. de auct. tuto. & cura. & ad hoc vt dicatur fieri palam & bona fide debet interuenire alius contutor, & decretum iudicis, l. lex quae tutores. C. de adm. tutor. & consanguinei, & quod dictum est de tutore, intelligitur et de curatore, & de omnibus, qui negotia alterius gerunt, & contrahens punitur in quadruplum, glo. in d. l. cum ipse. §. si. l. non licet, eodem. & idem dicendum esse de minore, vt non possit absque curatoris autoritate & iudicis decreto vendere, & alienare, l. 1. in si. & per tot. ff. de minor. vide Soc. reg. 278. & Petr. ad Duc. in reg. 3 1. in 2. conclusiones, & adest constitutio Marchiae in c. 25. libro. 5. vbi traditur forma, quae seruanda est in contractibus, & alienationibus minorum, & quae forma sit seruanda de iure communi, ad hoc, vt tutor possit emere bona pupilli, tradit Laurent. de Pinu. conf. 60. nu. 12. nempe, vt palam fiat, cum decreto & contutore, &c.
10 Quarto aduertendum est, quod & prodigus non potest vendere, quia prodigi nullas est sensus, l. murtum. §. 1. vbi glo. & Bal. ff. de acq. haered. etiam cum iuramento non validatur venditio: & nam iuramentum prohibiti contrahere non validat contractum, l. cum quis decedens. §. Titig. ff. de leg. 3. l. qui testamentum. ff. de probatio. Bar. in l. is cui bonis. ff. de ver. oblig. dicta per Baptista. a Villalob. in recollec. commun. opinionum in verbo, iuramentum, nu. 123. per plures col. & ratio est quia iuramentum praesumitur extortum per vim & dolum, & adest de eis. in terminis, Rodulphi Card. de Carpis in costit.
12 Picensi. c. 27. & intelligitur is prodigus esse, qui neque tempus neque finem expensarum habet, sed dilapidando patrimonium consumit & defundit, vt inquit tex. in l. 1. ff. de cura. furio.

Quinto

Quinto non potest vendere praelatus ecclesiae, c. 1. & c. nulli, & per tot. de reb. eccl. non alienam. vulg. libemus. C. de sacrosan. eccl. ibi Doc. & intelligit, vt vnus praelatus non possit emere ab alio, qui sit dominus eiusdem ecclesiae, etiam si alter ipse rum esset maior altero, auth. quibuscuque modis. C. de sacrosan. eccl. Fabia. in 5. quaest. princi. nu. 9. limita, si isti praelati impetrauerint licentiam a summo Pontifice alienandi vendendique propter necessitatem ad vtilitatem monasterij, seruatis tamen seruandis, c. si. de reb. eccl. non alien. & idem erit dicendum de hospitalibus, vt illi qui tenent & curam habent hospitalium in ciuitate, non possint vendere nec alienare sine decreto Episcopi, l. Orphanotrophos. C. de Episc. & cleri. & in clemen. quia contingit. de religio. domi. & de hoc late per Guglielmo Redoa. trac. de reb. eccl. non aliena. & per Rebuffum, nos alibi dicemus.
13 Sextò non possunt vendere serui, nisi habeant liberam peculij administrationem, l. si libera, ibi Bar. Cast. C. quod cum eo qui in alie.
14 Septimò non potest celebrari contractus iste emptio & venditionis inter carceratum & aliu, quia vbi non est corporis libertas, ibi nec mentis adesse praesumitur, l. qui in carcerem. ff. quod met. causa. diximus col. magna, contractus inscripta, in 5. articulo, dum de diuisione contractuum loquuti fuimus. limita, si d. contractus esset futurus in vtilitatem carcerati, vt quia tendit ad eius liberationem, l. metum. §. sed licet. ff. quod met. causa. l. nam & seruus. ff. de nego. gest.
15 Octauò non potest celebrari contractus iste emptio inter ludentes, cum non possit emi a collutore, quamuis ab eo extraneus emere possit, sed de cuiusdatione non potest agere. l. 2. §. 1. ff. quar. rer. actio non det. glo. Bar. & Imo. in l. si quis cum sciret. ff. pro empto. glo. in l. quod si n. in §. restitutio. ff. de minor. & quare possit extraneus & non collutor, ratio est, quia extraneus soluit pretium, & non dat statim consumpturum, cum possibile sit vt vincat. d. §. 1. ff. quar. rer. act. non det. quod non praesumitur in eo, qui colludit, cum propter necessitatem & ob iacturam, quam facit cum collutore, praesumatur vendere, ex quo elicitur & quod neque possit emi ab eo, qui statim pretium est consumpturus, vt est ille, qui bonis est interdictus, Bal. in d. l. si quis cum sciret. Item potest poni exemplum in minore, qui praesumitur alienare & consumere nummos. l. si vero non remunerandi. §. si adolofcenti. ff. mand. l. quod si minor. §. pen. ff. de minor.
18 Nonò non possunt emere milites in loco, vbi militant, nisi emerent bona paterna, quae a sisco vendantur, l. qui officij. ff. de contrah. empt.
19 Decimò non possunt emere monopolij, id est qui soli faciunt venditionem in ciuitate, de quibus loquitur tit. de monopol. C. & nam si aliquis solus emeret, vt carius venderet postea frumentum, proprie esset monopolium, vide Bar. & Ang. in l.annonat. ff. de var. & extraord. cogni. Stracham Ancon. trac. de mercatura in 2. par. & vide Menoch. dominum meum trac. de arbitra. iudi. lib. 2. Cen. 4. casu

384. vbi qua pena sint afficiendi dardanarii, id est qui ademptam annonam supprimunt, vt carius eam vendant.
21 Vndecimo aliqui mercatores non possunt emere a quibusdam, vt titu. de commerci. & mercato. aliquando possunt emere, vt C. de nundinis, & tandem & dic, quod non potest celebrari contractus iste emptionis & venditionis inter omnes prohibitos, vt superius in princi. huius col. diximus, quod est intelligendum non tantum in persona prohibitorum, verum etiam in persona propinquorum, & affinium ratione suspicionis & fraudis, auth. quibuscuque, & ibi Doc. C. de sacrosan. eccl. Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nup. Fabian. de Monte suo trac.
23 de emptio. in 2. quaest. princi. nu. 10. & nota. q. prohibitus vendere, non poterit venditioni consentire, prout declarat Decianus conf. 60. nu. 11. vol. primo. est tamen diuersum vendere, & venditioni consentire. l. aliud est. ff. de ver. signi. vide Angusio. in conf. 68. nu. 8. lib. 6. in mater. vlt. volunta.
24 Ex altera autem parte omnes videntur posse vendere & emere, qui non comprehenduntur sub praedictis, & exempli gratia videamus de nonnullis.
25 Primo ergo inter virum & uxorem emptio & venditio contrahi potest, si bona fide & non minoris pretij fiat venditio quam res sit, nec animo donandi, vt inquit tex. in l. sed si vir. §. si vir uxori, vers. si duo. ff. de dona. int. vir. & vxor. l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. int. vir. & vxor. l. si quis donatur. ff. de contrah. emp. quoniam si minoris inter se facta fuerit venditio, dummodo non animo donandi, valet, l. si mulier ex pecunia. ff. de dona. int. vir. & vxor. & quoniam inter virum & uxorem omnis contractus est permittus, praeter donationem, l. Aurelius. §. si. ff. de lib. lega. Bar. in l. si non tantum, ff. de ver. signi. etenim vir & vxor possunt celebrare omnes contractus inuicem etiam onerosos, vt Bal. in auth. in donatione, C. de secun. nup. Io. An. in add. ad Spe. in ti. de dona. inter virum & uxorem. §. formati, vers. sed quare, & allegat. l. quod autem. ff. de donatio. int. vir. & vxor. §. Imperator, & probatur in l. si vir uxori. ff. ad Velleia. & d. l. quod autem. §. si vxor, & l. cum maritus. ff. de pac. dota. sed si tu diceres, quod hodie & non valet contractus sine licentia mariti, responderetur verum esse, sed intelligitur quando mulier contrahit cum tertio, si quidem quando mulier contrahit cum marito, videtur maritus licentiam praestare, Gom. comment. variar. resolu. iur. titu. de emptione & vend. num. 3.
28 Secundo procurator alicuius potest vendere, & intelligendum, secundum communiter Doctores, si procurator habet speciale mandatum ad vendendum, vel secundum aliquos si habet generale mandatum cum libera & plena administratione, non aliter, nisi essent res periturae vel attrita, tex. est cum glo. ibi Docto. in l. procuratorem. C. de procura. l. procurator totorum, l. procurator, cui generaliter. ff. de procu. & intelligitur generale mandatum eum libera potestate, quando expresse per verba conceditur, vel per verba aequipollentia importantia id est vt si dicat, quod concedit plenam potestatem, & auctori-

authoritatem omnia agendi, vt ipse habet, prout de clarat Bar. in d. l. procurator, cui. f. item de isto mado generali est intelligendum, si esset verisimile, quod dominus distractus esset, alias secus. l. si in emptione ff. de mino. Bal. not. in l. si hominem. ff. mand. & nos late sua columna dicemus. & animaduertendum, f. quod ille procurator, qui est constitutus ad vendendum, non potest re vendita precium recipere, nisi specialiter aliud continetur in mandato, tex. est in l. i. quem tex. notat Roma. sing. 23. §. igitur præpositio. ff. de exer. actio. non intelligo de exercitore præposito ad negociandum, qui absque dubio poterit recipere pecuniam vendendo.

32 Sed quid de sindaco, hoc est de procuratore ciuitatis & communitalis? dic quod poterit vendere, dummodo ad hoc sit deputatus à communitate rite & recte, id est cum solemnitatibus, hoc est quod si dicitur sit creatus à maiori parte populi, scilicet duabus partibus ex tribus, de quibus per Spec. tit. de emptio. & vend. §. nunc videndum, plene per Rol. conf. 90. vol. 1.

33 Tertio nota, quod hæres potest vendere, & emens ab hærede tamquam à domino bene emit. l. si. C. de hæred. vel actio. vend. & l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel actio. vend. & Inst. §. si. de hære. quali. & differen. fallit, si hæres venderet & alienaret infra tempus datum sibi ad deliberandum, vel ad eundem, nam vendere tunc non potest. l. si scis, secundo respon. ff. de contrah. emptio. item fallit, nisi sit motus super hæreditate, quia tunc non posset vendere neque alienare, nisi venderet res tempore perituras vel pro causis necessarijs. l. diuus. ff. de peti. hæred.

34 Quarto nota iudicem vendere posse propria authoritate rem absentis, & ipse debitor videtur vendere. l. si ob causam. C. de iudicio. l. si pignora. ff. de pigno. tamen differt, quia in aliquibus non habetur per omnia ac si ipse dominus vendidisset, Doc. in l. a diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi.

35 Quinto nota, quod bannitus potest emere & vendere, & tenet contractus factus cum eo, limitatur tamen nisi fuerit à iudice vel à lege interdicta venditio. l. si sciens. ff. de contrah. empt. l. relocatorum. §. ad tempus. ibi glo. ff. de interd. & releg. l. de pollicitationib. ff. de pollici. l. chirographario. §. si. ff. de admittor. l. post contractum, ibi scriben. ff. de dona.

36 Sexto potest emere & vendere Iudæus, & ab illo potest emi & illi potest vendi, idemque de Saracenis & Turcis regulariter, quia contrahere cum ipsis est permittum, vt per Petrum de Ferrari. in formali belli, in actione reali, in ver. veris & legitimis, col. 7. vers. sed quid dicemus, Rom. conf. 489. & melius per Marquar. de Sufan. trac. de Iudæ. c. §. limitatur tempore belli, quo nullæ merces deferri possunt per Christianos ad infideles, not. in l. cotem ferro, in prin. ff. de publi. vectig. & l. 1. & 2. C. quæ res exporta. pos. l. 2. C. de commer. & merca. & l. 1. C. de lito. & itine. publi. custo. lib. 12. c. quod olim c. significauit, c. ita quorundam, de Iudæ. Fallit etiam, quod non esset tempore belli, sed merces in quibus cadit emptio inferuient & præstarent auxilium bello, vt ferrum, quod exportari ad vendendum non posset, nec tempore

pacis, nec tempore belli, vt infra limitatur tertio, in si aliter sit statutum à principe, vt tempore Pontificatus Pauli III. & Pij. V.

37 Sed quid dicemus de excommunicato, poteritne contrahere excommunicatus. de hoc vide Hypol. Bonacof. trac. commun. opinionum in verbo, excommunicatus, par. 1. & 2. vbi videtur tenere, quod valeant omnia facta ab excommunicato, si toleratur ab ecclesia, ibique de communi Demum notandum, quod potest emere alter pro altero ex sua pecunia, vel ex aliena sibi, vt C. si quis alteri vel sibi, vide Bar. in l. 2. C. pro socio, & in l. si patruus. C. commu. vtri. iudic. Berous quæst. 46. nu. 4. vbi decidit, quod 39 f. semper in dubio pro se, & propria pecunia quis emisse præsumitur, nisi expresse emptor dixerit se emisse pro tali, & pecunia alterius, vel communi pecunia: f. aliqui tamen possunt emere pro se, non autem pro alijs, hoc est vt mercaturam exercent, & alijs reuendant, vt sunt clerici, qui possunt pro se, non tamen vt emant & alijs reuendant & exercent mercaturam, & si exercent cohibentur à clero. c. canonum. 14. quæst. 4. & c. 2. ead. causa, c. 1. vbi Abbas, nu. 6. ne cleri. vel mona. Straccha Anconi. de merca. 41 tu. in 3. par. nu. 4. Petr. à Duc. reg. 100. in 2. fal. f. & idem dicendum est de militibus, qui pro se possunt emere, non tamen vt mercaturam exercent. l. vnica. C. de nego. mili. lib. 12. l. milites. C. de reb. mili. eod. 42 lib. Strach. d. trac. sub nu. 11. nos diximus supra. f. & idem dicendum de his, qui prouincias regunt. l. principibus, ff. si cer. peta. de quo etiam supra.

DE REBUS QUAE EMI & vendi possunt.

S Y M M A R I V M.

- 1 Omnes res, quas quis potest habere & possidere, possunt emi & vendi.
- 2 Omnes res possunt emi præter res, quæ sunt exemptæ à commercio nostro.
- 3 Res particulares possunt vendi, vel pars aliqua integralis, quotitativa, & ius seruitutis.
- 4 Potest quis vendere hereditatem ex testamento vel ab intestato.
- 5 Primatur eius successione, qui vendit hereditatem viuentis.
- 6 Quando venditur hereditas defuncti, in emptores transeunt viles actiones actiue.
- 7 Passiue actiones, quibus tenebatur defunctus, non transeunt in emptorem hereditatis.
- 8 Transeunt tam actiue quam passiue actiones, factæ restitutione in fideicommissarium vel fiscum.
- 9 Quisque potest vendere actionem, quam habet contra alium.
- 10 Res aliena uendi potest.
- 11 Non ualet uenditio in fendo alieno scienter uenditio.
- 12 Vendita re aliena, quoad præiudicium uendentis perfecta est uenditio.

si scienter

- 13 Si scienter quis emit rem alienam, illi uenditor non tenetur de euictione.
- 14 Emens rem alienam mobilem, committit furtum.
- 15 Vitium furti potest purgari, & ualet uenditio, & potest usucapi.
- 16 Potest uendi res, quæ nondum est in rerum natura.
- 17 Alea, & iactus reuim potest emi.
- 18 Possunt uendi res publicæ.
- 19 Possunt uendi res confiscatæ.
- 20 Possunt uendi serui, ut exportantur.
- 21 Serui possunt uendi, ut manumittentur.
- 22 Possunt uendi filij à parentibus ob famem.
- 23 Possunt uendi ancillæ, sed non ut prostituantur, possunt uendi amitti redditus perpetuique.
- 24 Non possunt emi nec uendi res sacræ, vel religiosæ, cum non recipiant glorificationem.
- 25 Res sacræ & religiosæ non possunt usucapi.
- 26 Qui scienter emit rem sacræ, & religiosam, amittit rem & pretium.
- 27 Non possunt emi spiritalia, nec spiritali annexum, ut ius patronatus.
- 28 Possunt emi & uendi res sacræ, & spiritalia ob redemptionem captiuorum.
- 29 Non licet emere nec uendere bona & res ecclesiæ.
- 30 Non possunt emi, nec uendi liberi homines.
- 31 Non possunt emi, nec uendi res furtiue.
- 32 Cautela ad hoc, ut possint emi res furtiue.
- 33 Non possunt emi, nec uendi iurisdictiones merum & mixtum Imperium.
- 34 Non possunt emi, nec uendi dignitates & magistratus.
- 35 Non possunt emi nec uendi bona dotalia & res donatæ propter nuptias.
- 36 Emens res dotales perdit pretium.
- 37 Non possunt uendi bona feudalia, uel emphiteuticaria.
- 38 Non possunt emi nec uendi res litigiosæ.
- 39 Ius ususfructus & ius alimentorum non potest uendi.
- 40 Non possunt emi, nec uendi bona subiecta restitutioni.
- 41 Bona fideicommissaria possunt alienari quatuor de causis.
- 42 Non possunt emi nec uendi bona minorum, & furiosorum & prodigiorum nisi cum solemnitatibus à iure requisitis, & causis urgentibus.
- 43 Non potest uendi purpura qua utitur Imperator.
- 44 Non potest emi frumentum missum exercitui.
- 45 Non potest quis uendere annonam corruptam, hoc est malum frumentum, & panem.
- 46 Non potest emi, nec uendi oleum, uinum, nec ullum liquorem, ut exponatur Barbaris.
- 47 Non potest uendere quis arma scutaloricæ & arcus & similia.
- 48 Non possunt emi res publicæ, ut conuertantur in negotiationis emolumentum.
- 49 Non possunt emi arbores ex luco Daph.
- 50 Non possunt emi nec uendi uenenæ mala.
- 51 Non possunt uendi filij à patre nisi ob famem.
- 52 Non possunt emi Christiani à Iudæis.
- 53 Non possunt emi omnes res à testatore, uel pacto prohibita.
- 54 Non possunt uendi serui alieni et liberi homines.
- 55 Non possunt emi res propria.
- 56 Emens seu conducentis rem propriam ab alio tanquam rem illius perdit possessionem.
- 57 Non potest emi nec uendi res alicuius inuito domino.
- 58 Aliquæ res coguntur uendere re propria inuius fauore publico.

- 59 Non possunt uendi res, quæ sunt in communi iusticio socio.
- 60 Non possunt uendi animæ morbosæ.
- 61 Vitia, quando uenditur res, sunt manifestanda, alias quanto minoris.

**Venio** ad aliâ columnâ eiusdem ordinis, quæ est inscripta, quæ res possint emi, & quæ non, hoc est de quib. reb. contractus iste emptiois & venditionis celebrari possit, vel non possit. f. & per Paul. Iurec. in l. si in emptione. §. oïum reru. ff. de ph. emp. dicendū quod oēs res, quas quis potest habere & possidere, potest emi & vendi, & intellige & extēde non solā de reb. & bonis presentib. sed et futuris, maximè si diceretur, vō do oīa bona presentia & futura, prout declarat Gom. libro commenta. var. ref. iur. titulo de emp. & vend. nu. 4. limita tamen, vt omnia possint emi, & vendi præter illas res, quæ sunt exemptæ à commercio nostro vel natura, vt liber homo, vel iuregentium, vt res sacræ & religiosæ, vel iure ciuili, vt res publicæ vel publicis vsibus destinata, vt campus Martius, glo. in l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrah. emp. & diligentius rem ipsam attingendo, videamus quæ res sint illæ quæ vendi, & emi possunt, & quæ non.

3 Primò uendi possunt res particulares, vel pars aliqua integralis, quotitativa pro in diuiso, vel etiam quodlibet ius seruitutis realis personalis vel mixtæ. d. l. si in emptione. §. oïum, & l. quoties. la. ij. ff. de serui.

4 Secundò potest quis vendere hereditatem vniuersalem sibi delatam ex testamento vel ab intestato, tex. in l. 1. & per tot. ff. de hæred. vel actio. vend. & l. 1. C. eod. dummodo sit hereditas defuncti, quoniâ si uiuentis & certi hominis non valeret, nec esset proprie hereditas. l. 1. ff. de hered. vel act. vend. quinimo f. priuatur eius successione ille, qui vendit hereditatem uiuentis. l. 2. ff. de his, qui vt in dig. in illo ergo casu, f. quando uenditur hereditas defuncti, in emptores transeunt viles actiones, actiue, & omnia iura, & cōmoda, quæ pertinebant ad hæredē, quauis cessio aliqua non fuerit facta. Bene verū est, quod si fuisset facta cessio transeunt directæ actiones. l. emptor hereditatis. C. de hæred. vel actio. vend. quæ tex. ita intel ligit & declarat cōiter Doc. sed f. passiuæ actiones, quibus tenebatur defunctus, & per consequens hæres eius, non transeunt cōtra emptorē, & sic tenentur creditores petere & agere contra hæredē, qui vendidit, sed tamen hæres, qui vendidit ipsam hereditatē, poterit repetere ab emptore actione negociorū gestorū. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. cui legi videntur ob stare duo iura, nempe. l. 1. in prin. uerf. placuit. ff. ad Treb. & l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. quibus iuribus habetur, f. quod transeunt tam actiue quam passiuæ factæ restōne in fideicommissariū, vel in fiscum. Pro concordia dicendū est, quod ibi in illa. l. 1. ad Treb. loquitur Iureconf. in restōne & alienatione hereditatis facta ex vltima voluntate, in casu autē nostro loquimur in dispositione facta casu contractu inter viuos, in quo casu ita facilliter non transeunt iura sine cessione expressa. arg. l. cum hæredes. ff. de acq. pos. ius. l. traditionibus. C. de pac. nec minus obstat l. 2. ad leg. Iul. quia ibi loquitur in successione ex confiscatione & in delictis, quo casu transeunt actiones pro rata, sicut in heredem.

9 Et successiue notandum, quod quilibet potest vendere actionem, quam habet contra alium, & statim ipso iure transit in emptorem actio directa nomine cedentis & actio utilis ex ipso contractu, mediante qua possit exigere debitum. l. emptori nominis, & l. nomina eorum, ff. de hered. vel actio. vend. l. nominis venditionis. C. cod. l. in nominibus. C. de actio. & obliga.

10 Tertio res aliena vendi potest. dicat quid velit in cotrariu Fab. de Monte in 4. q. prin. in 4. q. trac. de empti vbi videtur firmare, quod res aliena non possit vendi. ego teneo contrarium, quoniam quod de iure civili uili possit etiam vsucapi: & pondero tex. in l. re alienam ff. de contrah. empti. vbi Vlpia. inquit, rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est, nam emptio est & venditio, sed res emptori auferri potest illa enim verba, emptio & venditio est, important rei essentiam & perfectionem, & pro hac opinione adde tex. in l. ex empto. ff. de actio. emp. ibi, si non fuit, tamen euictionis nomine venditorem obligat, & quod res aliena possit vendi, tenuit Afflic. de cis. 40. numer. 3. glo. in l. si quis alienam, ff. de actio. emp. Alex. consi. 69. in princ. vol. 4. Ang. Aret. consi. 92. nu. 52. Carol. Ruynus consi. 1. 41. nu. 2. volu. primo, Pinus Bono. consi. 86. nu. 1. Marzari. consi. 58. nu. 8. Decianus dominus meus consi. 30. nu. 18. vol. primo, Rolan. a Valle consi. 57. numero 20. volu. 3. vbi limitat in feudo alieno scienter vendito, vt in eo casu non valeat venditio, secus in ceteris rebus. bene verum est, quod quo ad preiudicium ipsius domini rei, venditio potest dici nulla. l. nemo. C. de rebus alien. non alien. vbi Iureconsul. in hac verba respondet, nemo res ad te pertinentes non obligatas tibi, nec ex officio vendendi tibi quicquam nocere potuit, prout declarat Afflic. supradictus, & Roland. d. consi. & Decianus d. consi. limitat, nisi dominus haberet ratam ipsam venditionem. l. mater, & ibi Bald. optimè declarat, quando censetur facta venditio suo nomine, vel alieno, ff. de iure do. 12. ti. itaque quoad preiudicium venditoris perfecta est venditio, & obligatus est ex empto tanquam proprium vendidisset, & tenetur etiam de euictione. l. si fundum. C. de euictio. & tenetur ad interesse, & ratio videtur esse clara, quia iste emptor non sciuit rem esse alienam, etenim si sciuisset, non emisisset: & si emisisset, tunc lex non ita fauet illi, cum scienter deliquerit, & sit in mala fide, quapropter nimirum, si isto casu venditor illi non tenetur de euictione, d. l. si fundum, & l. cum quaeritur. C. vnde vi. nisi iste emptor non fuisset adeo callidus, vt euictionem stipulatus fuerit, tunc enim ille venditor rei aliena tenetur etiam de euictione ad totum interesse, quod probatur in d. l. si fundum, & communiter Docto. ita intelligunt tex. illum & est etiam tex. in l. emptorem. §. primo. ff. de actio. & obligatio. ibi Docto. communiter. & praedicta omnia verissima sunt, sed intelligenda de rebus immobilibus: si quidem non teneret contractus de rebus mobilibus, si emptor, seu venditor sciebat rem esse alienam, quoniam emens committit furtum, quia rem alienam contractat, vt tradit Bartol. in lege, cum vit. ff. de vsucap. l. si in emptione, §. item si emptor.

ff. de contrahen. empt. tex. est in terminis, in laticenam, ff. de fur. lege prima, C. de vsucap. pro emp. §. furtiua, Institut. de vsucap. & intellige, siue sit facta traditio, siue non, quamuis aliqui distinguant & male, Bald. Paul. & ceteri. in d. l. alienum, & facit text. in argumen. in l. falsus, §. sed & si his, ff. de fur. glof. 15 in l. si seruus. C. de fur. Iste tamen vitium furti possit purgari, & valerit venditio, & possit etiam vsucapi, prout quando res ipsa reuertetur in domini potestatem, siue verè siue interpretatiue: quia dominus executionem acceperit, facit text. in l. sequitur in §. quod autem, ff. de vsucap. §. furtiua, Institut. cod.

16 Quarto vendi potest res, quae nondum est in rerum natura, quod intellige cum hac distinctione, vt si res speratur esse, vel nasci, vt sunt fructus nascituri. item partus ancillae, foetus pecorum, & similia, tenet contractus, & possunt vendi, si nascuntur vere, si autem non nascituri sunt, non tenet, nec est emptio, quia habet tacitam conditionem, si nascantur, tex. est in l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. l. interdum. ff. de verbor. obligatio. l. & quae nondum. ff. de pigno. l. 1. ff. de conditionib. & demonstrationib. §. ea quoque, Institutio. de lega.

17 Potest etiam poni exemplum de alea, & iacturæ, ff. de actio. emp. de quo plura verba fecit Bosius in tractatu de remissi. merced. publica. in quarto casu. numero decimo septimo, & nos infra, & in hoc ultimo casu non est emptio conditionalis, sed perfecta à principio: quia emittitur spes ipsa, non sic in fructibus, in quibus partes cogitant, vt nascantur ipsi, à communiter accidentibus, d. l. emptio, subtiliter eam ponderando.

18 Quinto possunt vendi res publicae, intellige tamen cum solemnitatibus, iux. l. fina. de vend. rebus ciui. libro vndecimo, hoc est, cum expressione nominis singulorum de collegio, siue de ciuitate, & quod sit factum à maiori parte, de quibus solemnitatibus per Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos, ff. de publi. & idem Barto. in l. prohibere, in §. plane, ff. quod ui. aut clam. & l. continuus. §. cum quis, ff. de verbo. obligatio. idem Barto. in l. 1. ff. de albo. scriben. Bald. in l. ciuitas, in fine, ff. si certum petatur. Dec. & Canonistae. in capit. cum omnes, colum. sexta, de constit. Alexand. in consi. 1. col. 3. vol. 4. ibi de communi attestatur, nempe exprimenda esse nomina singulorum de collegio, seu communitatis in alienationibus, Archid. capit. sine exceptione, duodecima quaestio. secunda, Bald. in l. Imperatorum, columna fina. ff. de iuram. calumn. & capitulo, tertio loco, de probatio. per Francisc. Turzan. in recolle. commun. opinio. conclusio. 53. & 54. & 55. vide Docto. in l. nulli. ff. quod cuiusque vnuer. nomin. & in lege, quod maior. ff. ad municipal. & capitulo primo, ibi glossa, versicu. tractatus, de rebus eccles. non alienam. libro sexto.

19 Sexto possunt vendi res confiscatae propter gabellam non solutam, & possunt à quolibet emi salua conscientia. C. si ob publi. pens. ibi Azo. in summa, plenè per Ioan. And. in c. eos, de immuni. eccles. Bal. in l. iubemus nullam. C. de sacrosanc. eccle. quia quae

quae incidunt in commissum, statim applicantur fisco. l. commissi. ff. de commi. & vctiga. ibi Barto. & qui à fisco emit, nullo modo inquietari potest. l. bene à Zenone. C. de quodam. prescrip. l. sed si lex, §. item si rem. ff. de petiti. hered. Gigans tracta. de cri mi. l. se maieft. in 3. libro. quaestio. 17. & intellige, dummodo ille, qui emit, soluat integrum censum, seu gabellam, vt. C. sine censu, vel reliq. fund. compa. non. pos.

20 Septimo vendi possunt serui, vt exportentur, vt ff. de ser. export. Item vt manumittantur, vt. C. si manci. ita fuer. alien. vt manu.

22 Octauo possunt vendi filij à parentibus ob sumptus, vt. C. de patribus, qui filii. distrahe. sed oblatio pretio, vel aequè bono mancipio, tenetur emens illum restituere filium patri, l. 2. d. tit. ibi Bar. & Bald. & ceteri. scriben. tradit etiam Afsan. Clementinus in trac. de patria potesta. in 1. effectu.

Nono dicendum, quod possunt vendi ancillae, sed non vt prostituantur, vt C. si manci. ita fuer. ali. ne prostituta.

23 Decimo notandum, quod possunt vendi & emi annui & perpetui redditus, siue census, secundum magis communem opinionem Canonistarum, de qua attestatur Ripa respon. 4. nu. 6. tit. de constit. & an sit licita exactio florenorum decem pro centenarij, absolute teneo quod non, sed de hoc suo congruentiori loco plenè & diligenter dicemus.

24 Ex altera autem parte notandum, quod non possunt emi, nec vendi res sacrae & religiose, quia res sacra non recipit estimationem, & distrahens illas incidit in crimen laesae religionis. l. 1. C. de sepul. vio. l. nemo. C. de sacrosanc. eccle. l. & liberi, cum seq. ff. de 25 contrah. emp. §. si alienatur, non possunt vsucapi. 26. l. vsucapionem. ff. de vsuca. nec tenet contractus, §. & si sciebat emens quod essent res sacrae, non habet actionem ad repetendum pretium, secundum Ang. in l. cum lex. ff. de fideiuf. & quamuis Bar. dicatur ibi tenere contrarium, hoc dato, intelligit quando emptor ignorauit rem esse sacram: nam si sciuisset, non habebit pretium, nec emptor, nec venditor, sed ecclesie sita, ita intelligas Lambertinum trac. de iu. pat. 6. art. 275. q. prin. §. Amplia supradicta, vt non solum spualia, & res sacrae non possint vendi, sed spiritali annexu prout est ius patronatus, de quo est tex. in c. de iure de iu. patro. & ibi gl. quae inquit, secus esse si vendatur cum vnuerfitate bonorum, seu obligentur cum vnuerfitate, vt inquit d. Lambert. suo trac. art. 79. & 5. q. prin. 2. par. lib. 1. cum seq. articulo, & per totum illum tractatum. §. Limita supradicta nisi vendatur dictae res sacrae ob redemptionem captiuorum, vel ob vrgentia debita. l. sancimus, ibi scrib. C. de sacros. eccle. c. hoc ius, 1. 2. q. 2. eruditif. Decia. consi. 43. n. 9. vol. 1. & de hac materia vide quae diximus superiori columna proxima, n. 13. & trac. de pig. 1. 1. 2. col. vlt. ord.

29 Non licet similiter emergere, nec vendere bona, seu res ecclesiae, vt l. iubemus, ibi Bal. C. de sacros. eccle. vbi refert poenas praefixas contrahenti, auth. de no. alie. aut permu. rebus eccle. col. 1. & ti. de reb. eccle. no. alie. Decret. & Cle. Limita duplici de ea, qua potest alienari necessitatis, & vtilitatis, vt censuit Rol. consi. 15. nu. 16. vol. 1. Angusio. consi. feud. consi. 10. Hip. Rim.

consi. 348. & consi. 223 late per Rebuffum in com pen. alie. rer. eccle. diffusè per Gul. Redo. trac. de reb. eccle. non alien. & maximè in reb. mobilib. necessitate venditis, quae sine dabo poterunt vendi & alienari cum consensu superioris. d. l. iubemus, cum similib. per d. Redoanum suo trac. ti. de reb. mobilib. eccle. alie. & tit. seq. vbi quid de fructibus & de illis reb. quae seruando seruari non possunt, & quid de reb. sacris et praetiosis mobilibus, & quid de immobilibus & iuribus. & actionibus ecclesiae, & de vsufructu, & deniq; de causis omnibus, propter quas fiunt alienationes rerum eccle. & de ea necessitatis, & vtilitatis pietatis in cõmoditatis, & quae solemnitates requirantur plenius de claratur, de quo verba facere esset alios in plurimis transcribere & superfluum & superuacuum. Hoc tamen notandum quod Papa. poterit oia alienare de plenitudine potestatis. l. bene à Zenone. l. ois. ff. de quadri. praescri. l. Valerius, de iure fisci. tradit Fel. in c. quae in ecclesiis, eel. 17. de cõst. Capicius dec. 16. n. 1. quoniam hodie contractus alienationis rerum ecclesiae nullo modo valere potest, nisi Romano Pontifice consulto, vt p extrauag. ambitiosa, de reb. ecclesiae non alie. d. Redo. trac. de reb. eccle. non alie. vide c. sine exceptione, 1. 2. q. 2. de quo Marq. de Sufa. trac. de celib. c. 8. vide etiam Menoch. de Arbi. cas. 172. lib. 2.

30 Pariter non potest emi, nec vendi liberi hoies, qui natura impediuntur vendi, vt l. si in emptione, §. ois. ff. de contrah. emp. & ibi gl. & in l. liberi hoies, Straccha Ancho. trac. de Merca. 1. 4. par. n. 2. vbi et de alijs reb.

31 Furtiua quoque res, vel vi captae, non potest emi, nec vendi. l. si in emptione. §. item & si emptor. ff. de contrah. emp. Decianus dominus meus, consi. 30. nu. 17. vol. 1. nec poterunt vsucapi, vt ibi inquit, & si emanant scienter, committitur furtum, vt voluit Bar. in l. cum vi, ff. de vsucap. & l. alienum. C. de furtis, & emptor det restituere re furto subtracta, & si non potest restituere re, quia est cõsumpta, det restituere pretium. l. inciuile. C. de fur. Fra. Marcus dec. Delphi. q. 7. lib. 2. Limita supradicta, nisi quis emerit re furtiua, & protesta retur quod ea emit noie eius, cuius est. Iam cautela refert Caepol. caute. 10. & d. Fra. Marc. d. deci. 7. & fuit dictum Host. in sum. de poe. & remis. §. si. facit tex. in arg. in l. si mulier in opus. ff. de capt. vide Fra. de Placita in trac. de rest. in ti. de resti. emed. praed. sed Ale. trac. de praesumptio. reg. 3. praes. 29. ibi improbat istam cautela, & sequitur Natta in consi. 439. dicentes, quod imò per istam cautelam protestationis non tollitur ius domini, arg. l. id quod nostrum, ff. de reg. iu. & quod illa protestatio arguit dolum ex nimia diligentia, iux. no. per Bar. & Doc. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. & quod si dicta cautela iuuaret, esset aperta via euadendi euictiones, & homines inuitarentur ad emendum res furtiuas, & vi ablatas, & sic prodesset etiam ipsis furibus, & raptoribus.

Sed animaduertendum, quia mihi videtur, dictam cautelam veram esse dummodo ea intelligatur secundum dicta per Host. nepe quando quis emit rem à praedonibus, & dominus rem illam nullo modo, vel ita de facili, recuperare possit, vt censuit et Natta d. cõf. hinc est, quod et Ale. d. reg. declarat & intelligit, vt oino dñs teneatur ad pretium, quoniam emptor redemisset rem ab hostibus, vel latrunculis extræ gentis,

mulier in opus ff. de capti. secus dicendum si omnino dominus erat recuperaturus rem, tunc non procederet d. cautela & protestatio nihil operaretur. Vel secundo modo dic. quod est intelligenda d. cautela, vt procedat quando ille, qui emit rem alienam, protestatus fuit in contractu coram testibus, quod intendit emere pro vero domino, dummodo restitua tur sibi pretium & interesset tunc enim non potest argui dolus, cum iste emptor notificet coram testibus, quinimo arguitur, se velle omnino peruenire ad aures domini, & sic bona fides arguitur, sed bene argueretur dolus, quando simpliciter protestatus fuisset, & nulli notificauisset, & absque testibus, vel quando alio modo coniectura posset sumi se commisse rem illam malitiosè & mala fide in secreto, vel viliori pretio à vili persona rem pretiosam emendo in loco, in quo verisimiliter coniecturatur posset fuisse surreptam rem illam, & similia.

32 Adde etiam supradictis, quod quando pretium rei venditæ esset conuersum in utilitatem domini, nempe quia emptor ille, qui emit rem cum protestatione quod emit nomine veri domini, minori pretio quam valisset, emisisset rem furtiuam, & sic vtiliter gessit negotium domini, tunc dominus non poterit rem ab emptore habere, nisi pretium, vbi gl. & Doct. C. de proca. declarat Gramma. consi. 20. in ciu. vide Couar. in regu. peccatum, relectio. par. 2. §. 12. in si. num. 5. Et idem erit dicendum, quando ipse dominus restituisset pretium emptori bonæ fidei, tunc enim non poterit amplius illud condicere, per tex. in l. feras cuiusdam, ibi Paul. fa. ff. de cond. in de. declarat Alcia. ibi nu. 5. & idem si statutum, vel consuetudo aliter diceret, exemplum in Indis, qui habent priuilegia à communitatibus, vt non possint conueniri rei venditione, nisi dominus offerat pretium, vt per Abba. in c. quod clericus, col. 8. de foro competen. & Alcia. d. loco.

33 Item non possunt emi, nec vendi iurisdictiones, & merum & mixtum imperium, quia non recipiunt estimationem, cum difficile sit estimare personas, quæ exercent dictas iurisdictiones. l. liber homo, ff. ad l. A. qui. tamen aliter seruatur in vsu & de consuetudine, quoniam consuetudo acceptauit, vt vendantur ciuitates, oppida, & castra cum iurisdictione me ro & mixto imperio, quæ consuetudo est altera lex: quinimo vincit legem. c. Obertus. de feud. cog.

34 Item non possunt vendi dignitates, & magistratus, de quo exclamat Gomez. in reg. cancella. regu. de trienna. possessore, qua. ff. 12. nume. 14. & dicemus de hoc infra, columna simonia, in 3. par. Ampli.

35 Similiter non possunt vendi bona dotalia & res donatæ propter nuptias, & si vendantur, non valet alienatio constante matrimonio facta à marito. l. 1. §. cum lex. C. de rei vxo. actione. §. 1. Inlti. quib. ali. licet vel non. l. infulam, de fun. dota. l. lex Iulia. ff. eo. de fun. dota. & emens bona illa aduersus interdictum legis mercatur, contractus que est nullus, l. quemadmodum. C. de agr. & celi. lib. 1. 1. §. & emens perdit pretium, si scienter maxime, vt not. gl. in l. imperialem, in princ. ff. prohi. seu. alie. & est communis opinio, de qua attestatur Fran. Turz. q. 1. 15. nu. 5. libro recoll. c. 10. commu. opini. limitatur, si vendantur cum so-

lemnitate, auth. siue à me. C. ad Velle. & ibi Bar. & l. cum vir. ff. de vsu. l. 1. ff. sol. mati. Item limita, si vendantur res, quæ seruando seruari non possunt. Doc. in d. auth. siue à me. Item limita certo casu, vt in lita constante & l. si. ff. de iu. dot. scilicet si in utilitatem mulieris fiat permutatio de fundo in nummos, & è contra. Item limita, si fundus datus in dotem, fuerit datus estimatus, nam tunc maritus poterit vendere & alienare d. fundum, quia tenetur ad assimilationem. l. si fundus, ff. de fundo dota. & melior text. est in l. plerunque, in fine, ff. de iure doti. l. quoties, l. cum dotem, C. de iure doti. & declarat Fab. de Monte in 4. qua. ff. prin. nu. 14.

37 Item non possunt vendi bona feudalia, vel emphiteutica sine domini voluntate. l. si. C. de iu. emph. c. 1. de prohi. seu. alie. latè per Rolan. consi. 57. in 3. vol. de quo nos dicemus infra suo loco.

38 Item non possunt emi, nec vendi res litigiosæ. l. si. auth. si hæres, C. de litig. gl. in c. sape, de rest. spol. alienationis, ff. fam. ercisc. l. item veniunt, §. petita. ff. de peti. hæred. l. diuis, ibi Bar. eod. de peti. hæred. fallit, nisi esset alienatio necessaria quæ non impeditur ex vitio litigiosi l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. l. 1. ff. de fundo dota. l. 2. C. de litigio gl. & Bar. in l. inter quos, §. si domus, ff. de dam. in fec. exemplum, si alienentur ex causa diuisionis, transactionis, dotis causa, donationis propter nuptias, legati vt l. fin. ver. ex ceptis C. de litigio. Bar. in l. hanc diuisionem. C. de iure dot. aliàs alienans incidit in edictum. l. 1. ff. de alien. iud. & contractus est ipso iure nullus, & perdit rem & pretium emens scienter, & applicatur: si autè ignoranter repetit pretium cum tertia parte lucri, d. l. si. C. de litig. l. 1. C. de prescript. 30. annorum.

Cautelam tamen ponit Barthe. Cæpo, nu. 34. pro illo qui securè vult emere rem litigiosam lite pendente, nempe vt si inter te & me contendatur de dominio alicuius rei, duo tertij non litigantes poterit super illa contrahere, nec eis obfaret vitium litigiosi, & ideo debet esse cautus qui vult emere rem litigiosam, vt nõ emat eam à litigante de dicta re, sed à quodam tertio secundum Ang. qui notat in auth. de litigio. in princ.

39 Ius etiam vsusfructus & ius alimentorum nõ potest vendi. l. cum Titio. ff. ad leg. Falcid. l. si vsusfructus ff. de iu. dot. & redditur ratio quia à persona non potest illud ius separari: alia enim essent alimenta præstanda vni personæ, alia alteri personæ, §. fin. Inltit. de vsufru. l. stipulatio ista, §. si quis autem, ff. de ver. obliga. limita nisi vendatur commoditas illa perficiendi fructus, l. necessario, §. fin. ff. de per. & comm. rei vend. & idem dicendum de annuis redditibus, qui bene possunt vendi & emi, sed non vsusfructus ipse, d. l. necessario, §. fin. l. in arboribus, §. vsusfructuarius, ff. de vsufru. Bar. in l. 1. C. de peti. bono. sub. lib. 10. vide Neguf. trac. de pig. in 3. memb. 2. par. nu. 9.

40 Item non possunt nec vendi nec alienari bona subiecta restitutioni, l. h. §. sed quia nostra maiestas. C. commu. de leg. siue pure siue sub certa die bona subiacent restitutioni. Limita quatuor casib. primo fauore dotis, vel donationis pp nuptias & alimētōrū quib. casib. poterit supradicta bona alienari, auth. res quas, C. commu. de leg. auth. contra cū rogatus, C. ad Treb.

Trebell. l. mulier. §. cum proponeretur ff. cod. titu. & intellige habere locum. limitationem hanc in vltima voluntate, non autem in prohibitione inter vivos, scilicet contractibus, Bal. in l. nulla. C. de iu. doti. & per gl. ibi tradit.

Secundo fallit fauore piæ causæ, nam tunc hæres poterit alienare, facit tex. in l. quidam. ita in §. fin. ff. ad Treb.

Tertio fallit si alienetur d. res prohibita per iudicem ad instantiam creditorum iuris ordine seruato. Bar. in l. si. §. & si præfatam. C. de iure delib. quod extendit, vt etiam per creditorem possit vendi, quando in eius præiudicium est vendita res, nota in l. si fundum per fideicommissum. ff. de leg. 1. l. 1. col. 2. C. de bitorem pigno. vendi impetr. non pos.

Quarto fallit in casu necessitatis, probatur d. auth. contra cū rogatus, C. ad Treb. sed quid si aliquis emit ignoranter rem fideicommissio subiectam à venditore scienter, & ad pretium agente, & excipere possit de re liberè non tradita, & petere sibi cautionem præstari in casum purificati fideicommissi, & euictionis subsequatur, dic quod sic, prout est Dec. Pedemont. decit. 24. vbi videas distinctionem, & vide Laurent. de Pinu consi. 86. nu. 5.

42 Item non possunt emi nec vendi bona minorum & furiosorum & prodigorum regulariter, quia est alienatio in eis prohibita. l. 1. ff. de reb. eorum. l. 1. & per tot. C. de præd. mino. l. Marcellus, ff. de fideiuf. l. si infanti. C. de iure delibera. l. 4. §. 1. cum sequen. ff. de priuile. cred. l. Iulianus, ff. adeo, ff. ex quib. caus. in pos. ca. gl. in l. 2. C. de cur. furio. vbi fit æqui paratio prodigorum, pupillorum furiosorum & similia. Fallit primo si bona minorum, & istorum vendantur ex causa legitima, & interuenientibus solenitatibus & formis in iure requisiti: hoc est decretum iudicis cum examine.

Item cum tutoris autoritate & causæ cognitione, & cetera, de quibus l. ob æs. C. de præd. mino. & l. magis puto, §. ne passim, ff. de reb. eorum. latè per Dec. consil. 43. sub nu. 11. & 12. per Rolan. consil. 33. in primo, volam vbi decem requisita adnumerat quæ concurrere debent ad hoc, vt bona minorum immobilia alienari possint, & idem Roland. consi. 99. in 1. vol. & melius de istis solemnitatibus in alienatione bonorum minorum tradit Menoch. de arbit. cas. 171. lib. 2. vbi quibus casibus sine decreto prætoris bona illa alienari non possint, & quibus possint, plenè declaratur.

Item limita quia possunt vendi propter tributa non soluta, & intellige cum dictis solemnitatibus. l. edicto & ibi Bal. C. si aduersus fiscum resti. postu. facit l. creditor. ff. de act. emp.

Item possunt vendi propter magnum æs alienum & debitum vsurarium soluendum cum expediet, l. si minor, ff. de bonis, auth. iud. poss. ibi glo. & l. Iulianus §. adeo, ex quib. caus. in pos. catur. l. magis puto §. non passim, ff. de reb. eorum.

Item fallit, si vendantur res, quæ corrumpuntur, & seruari non possunt, vt vinum frumentū animalia superflua, vestes attritæ, molendina, quæ sunt in periculo impetus aquarum. l. lex quæ tutores, in fine, C. quanti. decre. opus non est. l. si sine, §. quæsi-

tum. ff. de mi. latè & optimè per Decannum Senens. in suis quaest. cas. 9. quaestio. 6. Stracch. trac. de Mercatu. in 3. par. nu. 25.

Item fallit, si vendantur pro alimentis pupilli, si redditus non sufficiant, l. non solum ff. de petitio. hæreditatis. l. sed si is, in §. an autem, ff. de Carb. edi. & not. in l. si ob æs. C. de præd. mino. de quibus vide Menoch. d. cas. 171. vbi plenè, & distusc.

43 Item non potest vendi purpura, qua vitur Imperator, cum in maiestate sedet. l. 1. C. quæ res vendi non poss.

44 Item non potest emi frumentum missum exercitui, nec licet vendere illud hostibus. l. 1. ac toto tit. C. quæ res vendi non poss.

45 Item non potest quis vendere annonam corruptam, vel aliam similem rem corruptam, de quo loquitur Menoch. de arbi. iud. cas. 382. lib. 2. Cent. 4. vbi decidit illum, qui talia vendit, puniendum pœna arbitraria.

46 Item non potest emi vinum, nec oleum, nec vllum liquamen, vt exponatur barbaris.

47 Item nec arma, scuta, lorica, arcus, & similia, vt. C. quæ res expor. non pos. & habetur plenè apud Nic. Boeri. dec. 178. nu. 1. r.

48 Item non possunt emi, nec vendi res publicæ, vt in negotiationis emolumentum conuertantur. l. 2. C. de nau. lib. 1. ibi Lucas de Penna.

49 Item non possunt emi arbores ex lucro Daphnes vel Perseidos. l. 1. & 2. C. de cupref.

50 Item non possunt vendi venena mala. l. quod sæpe, §. veneni mali, ff. de contrah. emptio. l. 7. ff. de lica. limitatur, si cum auctoritate princip. & contrafaciens punitur pœna arbitraria, prout censuit Menoch. de arbi. iud. cas. 359. lib. 2. & quando aromatarij vendentes toxicum teneantur, tradit Bonacost. tra. de fernis & famul. quaestio. 205.

51 Item non possunt vendi filij à patre. C. de patr. qui fili. diltra.

Fallit, nisi vendantur ob famem. l. 2. d. titu. Azo not. in summa, ibi nu. 1. Tiraquel. de retrac. ligna. §. 26. nu. 14. Didacus libro 3. var. reso. iur. capi. 14. nu. 14. Menoch. de recuper. poss. dicimo remedio. num. 92. Rimin. Iuni. in le. pri. numero 161. ff. de offic. eius, qui limitat non procedere in filio presbytero, quem pater ob necessitatem famis vendere non potest, allegat Hostien. præter alios, in c. Iudeorum, de ætate & quali. & Ioan. de Ana. in c. si quis, de fur. vide Mantu. apoth. 77. vbi pater non potest vendi à filio ob famem, Hippoli. de Marf. ling. 1. Per. Gerard. ling. 100. & Afea. Clemen. trac. de patria potesta. in 1. effectu, nu. 24.

52 Item non possunt emi Christiani à Iudæis, vt habeantur in seruis. l. 1. C. ne Christiani man. man. l. Deo nobis. C. de episcop. & cleri. c. 1. & 2. c. consiluit. e. fi. de Lud.

Fallit, si ematur seruus adscriptitius, & sic, vt inserviat ruri, prout habetur in c. multorum, de iudi. not. Marqua. de Susan. trac. de Iudæ. capitulo quinto, in secunda parte, numero vigesimoprimo; & sequitur eum Lamberti. tra. de iure patrona. articulo sexto, quaestio. principa. prima parte, libro primo, numero 8.

53 Item non possunt emi illa res, quæ à testatore prohibita sunt, iux. l. si C. de reb. alie. & de pacto potest exemplificari de re hypotheca supposita, si in contractu sit pacto expresse dicta rei alienatio prohibita: nam si pacto expresse non esset prohibita si alienetur valet alienatio, habebit tamen ille, cui res hypothecata fuit retentionem, & ea uti poterit pro pena & interesse, seu ipsam poenam loco dicti interesse quousque de illo satisfiat sibi consequetur, ut tradit Bart. & alij in l. si non fortem. §. si centum. ff. de cond. inde. Negus. trac. de pigno. par. 2. col. 2. & de communi asserit Fran. Turz. nu. 144. conclusione.

54 Item non possunt vendi serui alieni & liberi homines. ut diximus, & qui vendit incidit in edictum legis Favianæ de plagia. ut ff. & C. ad leg. Flavi. de plagia. & qua poena sit puniendus vendens, tradit tex. in l. quoniam. C. eo. ubi videtur capite plectendum. vide Bolium in sua pratica, qui fecit titulum de plagiaris, & ibi refert tempore Gallorum quandam obstetricem, quæ vendiderat infantem, fustigatam ad catenamque fuisse positam, nos dicemus in tertia parte Amphitheatri, in decimo col. 3. ordi. supra columnam delictorum publicorum.

55 Item non possunt emi res propriae. l. cum res. C. de contrah. empt. l. rei suæ. l. in emptione. §. rei suæ. ff. cod. ad eod. decisio Rotæ Bononiensis conclusio quinta, per Petrum de Beninardis, tradit Tiraq. trac. de retrac. conuentio. §. 2. glo. 1. nu. 12. Cardin. Albanus. conf. 15. nu. 1. nãque illud, quod est meum, amplius meum fieri non potest. Limitatur, nisi quis emeret ratione partium sociorum, l. si fundum, qui ex parte, ff. mand. not. Bal. in l. 2. §. quod si vno. ff. de in diem addictio. Secundo limitatur, nisi quis emeret ratione possessionis, vel alicuius iuris, quod noceret & esset impedimento emptori, d. §. suæ rei, Ang. in l. si ponas. §. 1. ff. de inof. test. Tiraq. in §. 2. glo. 1. nu. 12. de retrac. conuentio. & idem in locatione, &

56 aduerte, quod si emens seu conducens rem propriam ab alio tamquam re illius perdit possessionem sed si quasi non propriam, non perdit dominium, Alex. & Ripa in l. si aliqua. ff. de acqui. pos. Cagnol. in l. nec pignus, nu. 8. ff. de re iudi. Villalobos de communi, in verbo, conducens, nu. 127. ex quo inferitur ut non possit emi pecunia cum pecunia, quia esset emere rem suam, sed bene potest emi pecunia exigenda, id est creditum, prout consuluit Alex. de Neuo conf. 95. numero 4. & 12. cum ematur ius ipsum, prout in centibus solitis fieri & officijs, sed bene poterit locari pecunia, ut censuit Bursa. cõf. 244.

57 Est etiam notandum, quod non potest emi, nec vendi res alicuius inuito domino. l. inuitus. C. de contrah. emptio. l. nec emere. C. de iure delib. Fallit si res publica grauetur annonæ inopia, tunc enim & si quis merces venales non exposuisset, nec eas publicæ venditioni obtulisset: nihilominus ad eorum venditionem cogi possent iusto pretio à Principe, vel magistratu definito, Bar. & ceteri scriben. in l. 1. C. de episc. audien. Abbas, & Canonista in c. 1. de emptio. & vend. idem Bar. in l. annonam, de extraord. crimi. Luc. de Penna in l. 1. C. quibus mune. lice. se excusa. vers. tempore. Afflictus in 3. quæ. in procc. consil. Neap. Bal. & Ang. in l. si pendentes. §. si quid

cloacarij. ff. de usufructu.

Fallit recundò, ut quis cogatur etiam inuitus vendere, quando quis exponeret res proprias venditioni, & illa res pertineat ad victum & vestitum hominum, d. l. 1. C. de episc. audi. ubi Docto. & in l. nõ enim. ff. de rer. amotio. Fallit similiter prædicta regula fauore ecclesiæ, vel fauore publico, & multis alijs casibus, quos longum esset recensere, quibus casibus cogitur quis vendere iusto pretio, prout tradit & recenset Soci. in trac. fallentiarum, in regu. 435. ubi adnumerat 58. casus. vide Tiraq. in trac. de retrac. lib. 1. in præfatio. nu. 15. & in §. 3. gl. 3. num. 1. Rub. consil. 92. & Franc. Viui. in Recol. de commun. opin. in verbo, vendere.

59 Item non possunt vendi res, quæ sunt in communi. Fallit, nisi vendantur quo ad tuam portionem, tunc venditio contrahitur solum in parte. l. 1. C. de communi. rer. aliena. limitatur in fisco, qui potest vendere in totum, cum habeat specialia priuilegia. d. l. 2. & l. 1. C. de vend. re. si fca. lib. 10. ubi videtur habere locum. d. priuilegium, etiam si habent minimam partem in re, ut illam vendere possit retento tantum pretio partis tuæ, sex. in l. nemo ex socijs, in princ. ff. pro soc. nota tamen, quod in rebus duorum fratrum si vnus vendit rem communem & alter sit presens & taceat nec contradicat, præiudicat sibi in parte, de quo dic, ut per Bar. in l. quidam ex parte. ff. de cuius. & nos dicemus infra in trac. locatio. & condu. in 2. col. vlt. ordi.

60 Hoc demum est notand. pro complemento huius columnæ quod non possunt vendi animalia morbofa, vel libri vitiosi, vel familia, quæ vitium in se habere possunt, & hæc vitia quando venduntur res, sunt manifestanda, quia id eod. factum est edictum curulium, quo cauetur hæc vitia manifestanda esse, alias quanto minoris intra annu, vel redhibitoria intra sex menses vitiles agi posse decidit tex. in l. sciendum. ff. de ædil. edic. & per tot. tit. ff. & Cod. Menochi. tradit trac. de arbitra. cas. 33. lib. 2. Centu. 4. & nos infra.

DE SUBSTANTIALIBVS emptionis, & venditionis.

SUMMARIUM.

- 1 In-emptione & venditione tria sunt de substantia, res pretium, & consensus.
- 2 Quare primo debeat adesse res.
- 3 Si res quæ venditur non subest, non valet venditio, si subest pro parte valet, sed per officium iudicis pretium minuitur.
- 4 Aliquando lex voluit ut emptio teneat & valeat etiam si res non sit in odium illius qui sciebat rem esse consumptam.
- 5 Si erratur in corpore vel materia, non est emptio.
- 6 Venditor tenetur præcisè tradere rem illam venditam emptori & tradere mensuram, si venditio ad mensuram fuit facta.
- 7 Ex traditione venditoris in emptorem dominium rei vendit.

vendite transfertur, si est dominus, vel usucapicandi conditio.

8 Venditor tenetur solum tradere rem, sed emptor cogitur dare pretium & facere emptoris.

9 Quare emptor cogitur dare, & venditor vendere tantum.

10 An venditor possit pro re tradenda interesse prestare, & liberetor & sufficiat interesse prestare.

11 Non sufficit interesse prestare, si habet facultatem rei tradenda, quia tenetur præcisè tradere.

12 Pretium debet necessario adesse in venditione, & debet consistere in pecunia numerata, & in quantitate.

13 Aliquando in venditione potest dari aliqua res in specie loco pecuniæ.

14 Quo ad numerationem & solutionem potest solui aliqua res in specie, sed quo ad venditionem debet intervenire pretium in quantitate.

15 In dubio quotiescumque fuit facta mentio pretij, debet solui in pecunia numerata.

16 Facta mentione de pretio, proprie, & strictè intelligitur venditio, & emptio.

17 Emptio à locatione discernitur, & mercedis quantitate si annua vel semel.

18 Quando iudicetur venditio, vel permutatio.

19 Pretium debet esse congruum.

20 Ex quantitate pretij arguitur, an venditio fuerit facta ad corpus, vel ad quantitatem, vel per vnam vicem, vel per binas.

21 Licet ementibus se pretio circumuenire circa dimidiam usque partem.

22 Venditio facta pro nummo non valet, nisi non digna maiori pretio.

23 Si pretium sit remissum, vel tacite, non valet ut emptio, sed præsumitur donatio.

24 Pretium in venditione debet esse specificum declaratum in sua qualitate, & quantitate.

25 Venditio facta pro quanto pretio erimus in concordiam ter nos, non valet statim.

26 Facta venditione pro iusto pretio valet, quia intelligitur arbitrio boni viri certificandum.

27 Valet venditio, vando pro quanto reperiam apud alium emptorem, & si non reperitur qui offerat, redigitur ad arbitrium boni viri.

28 Vbi incertum est pretium, per iudicem declaratur.

29 Pretium si non est iustum, officio iudicis minuitur.

30 Quando intelligatur iustum pretium.

31 Ratione emergentis & improvisi oneris moderatur pretium & minuitur ratione deficientis qualitatis & minoris mensuræ.

32 Pretium debet esse solutum ad hoc, ut dominium rei emptæ transferatur, vel alias sit satisfactum.

33 Si tempore debito pretium non solvatur poterit alteri res nondum tradita impune vendi.

34 Non dicitur solutum si remanet aliqua pars pretij soluendi.

35 Possunt peti usque & interesse pro pretio tardius soluto si fructus emptor perceperit.

36 Emptor non potest retinere rem & pretium.

37 Emptor debet percipere fructus pro varietate temporis & pretij soluti.

38 Interesse in venditione toleratur de iure civili & canonico.

39 An resuras duntaxat venditor possit petere pro pretio tardius soluto vel possit consequi lucrum quod quasiuisset ex d. pretio si sibi fuisset solutum.

40 Pretium debet esse numeratum & tenetur illud facere venditoris.

41 Differt an pecunia que interuenit in emptione veniat ut species, vel ut quantitas.

42 Nihil refert an venditio facta fuerit pro vnico pretio, vel pluribus pretijs distributis pro quolibet fundi iugere, cautela ad hoc, ut possit emi res si pecunia.

43 Consensus in emptio, & vendi, debet simul esse & eodem tempore & presentialiter.

44 Consentire est simul sentire.

45 Si ego existens in domo dico tibi, vando talem librum pro decem & tu transiens per viam dixeris, & ego emo, non erit contractus emp.

46 An sit perfecta venditio si sit dictum, uolo tibi vendere & ille respondeat volo emere.

47 Non sequitur, uolo tibi donare, ergo dono.

48 Aliud est profiteri religionem aliud nouere.

49 In ultimis voluntatibus verbum uolo, importat plenam dispositionem.

50 Si dicatur, vando pro decem si vis, & ille respondeat, emo si vis, valet venditio.

51 Si fuit dictum, vando pro tanto pretio, & uolo facere instrumentum ad tui petitionem, non est venditio sed ratio civium de uicendo, intellige in venditione in scriptis, seculis si sine scriptis.

52 Vbi consensus deficit, deficit substantia contractus.

53 Consensus dicitur deficere si per errorem impediatur.

54 Si quis errauerit in mensura impeditur dominij translatio & emptio.

55 Si interuenit lesio aliqua per errorem impeditur consensus siue erretur in corpore rei siue in materia, uel essentia, sensu & similia.

56 Error circa accessoria, uel rei qualitatem, non nitit venditionem, licet error circa corpora nitit.

57 Si constat de corpore fandi venditio non nititur propter accessoria, & sic confines.

58 Que forma seu solemnitas requiratur in solemnitatibus extrinsecis, id est in conceptione instrumentorum.

Venio ad aliam columnam tertio loco positam, quæ est inscripta substantia emptionis, & venditionis, quæ autem sunt ista substantia ex infra dicendis apparebit. Accurf. in l. pacta conuenta, in ver. ex pretio. ff. de contrah. emptio. dicebat tria esse de substantia in hoc contractu quem Accurf. sequutus est, tuba veritatis, Bar. in l. singularia, si si cer. pet. Bal. sapientis. in l. in ementis. C. de contrah. emp. Fab. de Mon. in suo tracta. in quinta quæstio. princip. à quibus nec volumus, nec possumus recedere. Tria ergo sunt de substantia, Res ex parte venditoris, pretium ex parte emptoris & consensus ex parte vtriusque. Circa rem debet primo adesse res, sub qua cadat venditio, quia frustra celebraretur hic contractus, si res non sit in rerum natura. hinc est, quod si res, quæ venditur non subest non valet venditio, sed si subest pro parte, valet, & per officium iudicis pretium minuitur & interesse præstabitur, & intellige pro parte, ut domus exusta sit, vel ceciderit minor quam dimidia, nam si excedit



dit dimidiam, emptio annullatur, & si solum est pretium condici potest, de quo est tex. solennis & pulcherr. in l. domum, ff. de contrah. empt. ibi Bar. & scriben. ¶ Aliquando tamen lex voluit, vt emptio teneat & valeat, etiam si res non sit, in odium illius, qui sciebat rem esse consumptam, nec adesse, & voluit vendere, tunc enim ille, qui est in dolo, & mala fide, tenetur ad interesse, de qua materia habetur in d. l. domum. Hinc est etiam quod si erratur in corpore, vel materia non est emptio. In venditionibus ff. de contrah. emptio. ratio est supradicta, quia oportet quod adit res, super qua cadat consensus, & sit res illa proprie, supra quam partes intendunt contrahere, nec sufficit, vt alia res adit, p. alia, & parum distet ab illa, prout Vlpian. videtur tradere in d. l. in venditionibus, ¶ & venditor tenetur precise tradere rem illam venditam emptori, & tradere mensuram, si venditio ad mensuram fuit facta, ad hoc vt dicatur perfecta venditio & periculum in emptorem transferatur, prout voluit Bar. conf. 108. & in l. si in venditione, §. 1. ff. de peri. & commo. rei vend. Sal. in l. 1. C. co. tradit late Couarzuinas, c. 3. practica. questio. ver. octauo. Aduerte tamen, quia non erit locus penitentia, si fuerit tradita res vendita, etiam absque mensura, prout declara Didacus d. loco, namque ¶ ex traditione domini transferitur, si est dominus, qui tradit, alias vsucapienti condicio, vel saltem tenetur ad interesse, ex empto. §. 1. ff. de actio. empti. l. clauibus, ff. de contrah. emptio. §. venditæ, Inst. de rer. diuis. cum manu facta. §. 1. ff. de contrah. emptio. & ibi scriben. Pileus q. 116. & dicemus infra, ¶ sic solum venditor tenetur tradere, non dare, & rem facere emptoris. Hinc est quod res aliena vendi potest l. rem alienam, ff. de contrah. emptio. diximus superiori columna, sed emptor tenetur facere pretium venditoris, tex. est in l. ex empto, ff. de actio. empti. ¶ glo. ibi assignat rationem, quia emptor obligatur ad quantitatem, id est ad genus, venditor autem ad speciem, & largius est obligari ad genus, quam ad speciem, & si tu oppugnando dices quod emptoris & venditoris etiam in penalibus eadem est decisio, vt inquit Bar. in l. si. C. de in dic. vidu. tollen. & dixi supra in columna. emptio. & vend. in scripta. at sicut emptor cogitur nummos accipientis facere. l. ex empto, in si. princ. ff. de actio. emp. ergo sic pariter & venditor compelli debet rem dare, respondetur, illud procedere, cum eadem viget ratio, quod in proposito non est: deo enim cogitur emptor dare, quia in genere tenetur vt diximus, & sic laxiorem soluendi habentiam habet ad soluendum, merito igitur in hoc grauatur, vt dare tenetur, arg. tex. in l. eum qui, in princ. ff. de iureiurando. sed venditor in specie tenetur, merito si eam praestando eo modo quo potest, & eo modo quo est apud se liberatur, atque adeo si venditor in genere obligatus esset veluti decem corbes frumenti dare, vel cados vini ex natura generalis obligationis ipse quoque dare tenetur, & sic in hoc casu res aliena vendi non potest, de quo glo. & Bar. in d. l. ex empto. ff. de actio. empti. in princip. & vide Petr. à Daen. regu. 176. an autem venditor possit pro re vendenda interesse praestare, & liberetur, & sic suff-

ficiat interesse praestare absque rei traditione, superius diximus, quod sic, modo dic ¶ quod non sufficit, si habet facultatem rem tradendi, quia tenetur precise, prout firmavit Pileus supracit. quest. 116. est text. in l. ex empto. ff. de actio. empti. glo. notab. in l. Iulianus, §. ex vendito. in ver. precaria. ff. de act. empti. adest decisio Pedemont. ibi attestatur de magis communi decis. 36. nu. 5. & 6. Viui. etiam in recollect. communium opinionum in verbo venditor non tenetur. Villalobos pariter recollector communium opinionum in verbo venditor, nu. 12. & copiosissimi. Tiraq. de constit. posse par. 1. nu. 10. & Ruyras conf. 9. vol. 10. nu. 1. & intellige si pretium sit solum vere, non autem si esse, puta si facta fuisset oblatio & venditor non recepisset prout in facti contingentia respondit egregius Rol. conf. 57. nu. 37. vol. 1. Vide Bal. in l. qui restituere, ff. de rei vdi. vbi inquit quod si venditor sit condemnatus per sententiam precise tenetur ad traditionem, Cor. & Angel. distinguebant, vt refert Burf. conf. 139. nu. 9. vol. 2. vbi vide.

¶ Pretium debet necessario adesse in venditione. §. pretium, Inst. de empt. Decian. conf. 25. nu. 37. vol. 1. & debet consistere in pecunia numerata, & in quantitate l. naturalis, & ibi glo. not. §. at cum do. ff. de prec. ver. not. per glo. in l. 2. ff. de contrah. emptio. & intellige de pecunia vsitata & currenti in loco celebrati contractus. Imperatores, ff. de contrah. emptio. l. si seruus plurium, ff. de leg. 1. & istud de pecunia numerata est regulariter. ¶ limitatur aliquando, quia potest assignari loco pretij nomen debitoris, prout attestatur fieri Venetijs Alex. de Neuo conf. 95. nu. 2. & dari loco pecunie aliqua res in specie, & tunc videtur emptio impropria, vt dicemus infra sequenti trac. in 4. ordi. diuis. & de hoc est tex. in l. si olei, ibi Bar. C. loca Cephalus col. 10. vol. 1. Bolog. conf. 25. & 21. Dec. conf. 160. Tiraq. de retrac. proxi. §. 1. glo. 14. quem refert Aposti. ad Dec. d. conf. Burf. conf. 149. nu. 31. lib. 2. & intellige, vt possit dari res in specie loco pecunie de consensu partium, l. pretij. C. de rescin. vend. & not. glo. in d. l. 2. in 3. glo. ff. de contrah. emptio. & ego intelligo & de 14. claro, ¶ vt quoad numerationem possit solui aliqua res in specie, sed quoad venditionem debet interuenire pretium in quantitate, alias venditio nulla esset sine pretio. l. 2. §. sine pretio. ff. de contrah. emp. & est etiam declaratio glo. in l. si pretij causa. C. de resc. vend. Paris. conf. 34. nu. 4. vol. 1. Cephal. d. conf. 10. de communi Emanu. Soarez thesa. recept. in verbo emptio, nu. 132. Dec. d. conf. & Burf. supra cit.

¶ 15 loco. ¶ & in dubio quotiescunque fuit facta mentio pretij, debet solui in pecunia numerata, & quamuis pretium seruiat etiam locationi, tamen ¶ proprie & stricte quotiescunque fuit facta mentio pretij in statuis vel alijs actibus, intelligitur esse contractum emptiois & venditionis, vt inquit glo. in l. cum dotem, C. de prad. decurio. lib. 10. & glo. & Bal. & moder. in l. 1. C. de iure emphi. declarat Iaco. Emili. Ferrari. conf. 4. nu. 8. Fabian. in quin. quest. 17 nu. 9. & Franci. Bec. conf. 41. ¶ & discernitur emptio à locatione ex mercedis quantitate, si annua, vel semel, prout glo. in l. 1. §. 1. ff. de superfici. in ver. agendo

agendo, l. 1. C. de iur. emphiteuti. Barto. in q. incipi. te, publicanus, & nos infra trac. locatio. col. 4. vlt.

¶ 18 ordi. ¶ & quando discernatur contractus emptiois à pmutatione in re dubia, ponit Bar. in l. Aristo. ff. de dona. num. 2. quem refert Stracca in trac. de Mercatu. in 1. par. nu. 57. scilicet, vt si maioris valoris sit res, quæ datur pro re quam pecunia, permuto iudicatur potius quam emptio & venditio, si autem sit e contra, magis pecunia iudicatur emptio, ¶ hinc est quod ¶ pretium debet esse congruum, & competens, secundum valorem & æstimationem rei, l. & si equo, l. si fundum per fideicommissum, in princ. ff. de leg. 1. de communi Bec. conf. 42. nu. 12. Decianus, conf. 44. nu. 14. vol. 1. vbi inquit etiam,

¶ 20 quod ¶ ex quantitate pretij arguitur an venditio fuerit facta ad corpus, vel ad quantitatem, Couarruu. in 3. questio. practica. q. & Boc. q. 48. decidit quod ex quantitate & qualitate pretij arguitur, quæ petita fuerit vendita, & quæ comprehendantur in fundo vendito, & Decian. etiam conf. 41. nu. 60. inquit, quod ex quantitate pretij apparet, scilicet an venditio fructuum fuerit facta per vnâ vicem, vel ¶ per binas. Est tamen aduertendum, quod ¶ licet clementibus & vendentibus se circumuenire inuicem in pretio, citra tamen dimidiam iusti pretij, in causa §. pen. ff. de mino. l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. loca. Capra regul. 87. nu. 26. Pedemont. de cilio 95. nu. 1. nos inf. ¶ hinc est etiam, quod si venditio esset facta vno nummo, non valeret, quia præsumeretur potius donatio, nisi res non esset digna maiori pretio. l. si quis ante, vbi Bar. ff. de acq. possess. l. si quis conduxerit, ff. loca. vel nisi fieret ex causa necessitatis pro remedio à iure inducto, cū aliter actus explicari non posset, tex. in l. si vsufructus, ff. de iure dot. ¶ & idem esset, si ipsum pretium esset remissum expresse vel tacite, expresse, ¶ si dicerem, vendo pro centum, & renuntio petitioni ipsius pretij, nam videtur facta donatio, & non valeret, vt venditio. l. si quis donationis, ff. de contrah. emptio. tacite, si esset dictum quod emptor solueret pretium quodcumque vellet, & cogi non posset ad soluendum, l. in vendentis. C. de contrah. emptio. vel si esset dictum à venditore se recepisse pretium, & non esset verum, & ¶ sic aduertendum, quod ¶ pretium debet esse certum & specificum declaratum in sua qualitate, & quantitate. l. empti fides, iuncta glo. C. de contrah. emptio. §. pretium, Inst. de emptio. hinc est, quod ¶ non valet statim venditio facta sub conditione quanti Titius æstimauerit, quia si Titius decedat antequam æstimet, venditio euanescit, nec potest alius in sui locum æstimare, quia non receditur à persona, tex. est egregius in l. si. C. de contrah. empt. quem tex. celebrauit in hac materia Nicola. Moro. trac. de tregua & pace, in 1. par. quest. 73. in 27. limitatio. ad regu. quod per me possum, & per alium, vide Cephal. d. conf. 10. Simon. de Pretis, conf. 6. numero 16. Idem esset, si fieret venditio pro quanto pretio inter nos erimus in concordia. l. qui balneum, ff. qui potio. in pign. habean. nam si non fuerimus in concordia, non valet vt venditio, quia deficit pactum conuentum, sed facta traditione ex parte venditoris agi poterit actione in factum sub-

fidiana in quantum æquum iudici visum fuerit. l. si sibi polienda, ff. de præferi. ver. vide Ruy. conf. 141.

¶ 26 vol. 1. ¶ bene verum est, quod si fuisset facta venditio pro iusto pretio, intelligeretur valere venditio nem, quamuis enim non sit certa, saltem certa dicitur, ex quo arbitrio boni viri venit certificanda, facit. l. officio, ff. de contrah. emptio. l. si. ff. de leg. 3. & ita firmat Azo in summa, Inst. locati. & sequitur Bal. in l. contractus. C. de fide instru. refert Fab. in quin. quest. princ. nu. 26. Pancirola, conf. 177. arti. 1. dicit quid velit Rom. in l. sciendum, ff. de ver. oblig. & Arius Pinel. in l. 2. C. de rescin. vend. in rub. & Soarez, recollect. commu. opi. in verbo, emptio. ¶ & etiam valeret venditio facta hac conditione, vendo pro quanti reperiam apud alium emptorem, nam quod repertum fuerit, debet præstare, probatur. l. si. C. de iure emph. Io. And. tit. de emptio. §. nunc videndum, in addi. ad Specula. in addi. magna, Ang. in l. qui Romæ. §. cohæredes, ff. de ver. oblig. & moder.

¶ 28 nores in l. si fideiusor, §. si. ff. de leg. 1. ¶ & si non reperitur aliquis, qui offerat, redigitur ad arbitrium boni viri per iudicem, vt superius l. 1. ibi scriben. C. de commu. seruo manu. facit, l. domum, ff. de contrah. emptio. c. placuit, de emptio. & vend. Menoch. de arbitra. iudi. quest. 11. nu. 8. Cent. 1. & valeret et venditio, si esset pretium pro parte certum, & pro parte incertum, exemplum, si diceretur, vendo talis rem pro centum, & quanto pluri vendiderit, vel dixerit talis, tex. in l. hæc venditio, in fine, ff. de contrah. empti. ¶ quare pretium debet esse iustum, aliàs officio iudicis minuitur & moderatur, d. l. officio, ff. de contrah. emptio. ¶ & intelligitur iustum pretium ex qualitate rei venditæ, vt inquit glo. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. not. Bar. in l. & si equo, ff. de leg. 1. & l. si quis, C. de rescin. vend. sed hoc est intelligendum arbitrio boni viri, non tamen adeo rigorosum, vt comprehendantur etiam frondes in fructu & reddito, vel dic quod intelligitur iustum pretium, si res vendatur, quantum vendi potest, nam leges videntur velle, vt res tantum valeat, quantum vendi potest, id est quantum communiter reperitur, l. si quis seruus fugitiuus, ff. de cond. furt. l. 3. ff. de in diem addic. c. in ciuitate, ibi glo. de vsur. l. 1. §. si hæres, ff. ad Treb. l. pretia rerum, ff. ad leg. falci. & ibi communiter Doc. §. si quis agens, Inst. de actio. & Cano. in c. 1. de emptio. & vend. glo. in c. cum causa, de test. & ibi Fel. summa Caieta. & Angelica in verbo, emptio & emere, & de communi attestatur Cagno. in l. 2. C. de rescin. vend. num. 21. nec attenditur, quod aliquo tempore, & maxime tempore venditionis, res fuerit pluri valoris, quia debet ¶ considerari, quod vere & realiter est, etenim ¶ ratione emergentis & improuisi oneris rei venditæ, moderatur pretium, l. in venditione, ff. de actio. empti. & sic etiam ratione deficientis qualitatis rei venditæ fit diminutio pretij, habetur in l. domum, iu. 2. respon. ff. de contrah. emptio. & sic ratione minoris mensuræ. l. qui fundum, in §. qui agrum, ibi scriben. ff. de contrah. emptio. intellige, nisi venditio fuisset facta ad corpus, vt diximus supra, nu. 20. quia tunc non fieret, nec diminutio, nec augmentum, nisi ob falsam demonstrationem qualitatis, vt in terminis consul-

consuluit Plotus conf. 55.  
 32 Item nota quod precium, ad hoc ut rei venditæ dominium transferatur in emptorem, debet esse solutum & numeratum, vel alias pro eo satisfactum, nempe per pignus, vel fideiussorem, vel saltem quod fides sit habita de pretio, hoc est quod venditor sequeatur fidem emptoris pretiū sibi viderit & de eo confisus fuerit. l. quod vendidi. l. ut res. ff. de contrah. emp. §. venditæ. Inst. de rer. diu. l. ex empto ff. de actio. emp. l. procuratoris. §. plane. ff. de trib. act. per Fab. de Monte trac. de emptio. in 5. quæst. prin. Siluan. conf. nu. 77. vol. 1. alias si tempore debito  
 33 & promisso non fuerit solutum pretium, poterit re nondum tradita alteri vendi impone. Doc. in l. quotiens. C. de rei vend. Alex. & Iaf. in l. a diuo Pio. §. sed si emptor. in 4. nota. ff. de re iudi. l. si quādo. num. 177. C. vnde vi. Fab. d. trac. de emp. in 3. q.  
 34 prin. nu. 50. † nec sufficit ut sit soluta pars pretij, quia debet fieri integra totius quantitatis, aliter nō dicitur solutum, ut dicitur dominiū translatum. l. quam diu. C. de distrac. pign. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. facit. l. Iulianus. §. offerri & §. ex vendito l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrah. emp. glo. in l. res bo-  
 35 na fide. ff. de contrah. emptio. † & possunt peti vsura & interesse pro pretio tardius soluto si fructus emptor ex re percepit, quoniam debet emptor percipere fructus pro rata pretij soluti per l. curabit. C. de act. emp. l. si in fi. ff. de fun. dota. Bart. in d. l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrah. emp. & d. l. Iulianus §. offerri. ff. de act. emp. Bal. l. si traditio. in 11. quæst. C. de act. emp. Abb. conf. 66. vol. 1. in 2. dubio, Alex. conf. 173. vol. 1. Are. conf. 160. col. 6. ff. conf. 117. vol. 1. in fi. col. Ruy. conf. 144. vol. 1. Cor. conf. 150. vol. 4. Tiraq. de retrac. conue. in fi. nu. 70. est communis opinio, de qua attestatur Gab. lib. 3. tit. de emp. & vend. concl. 3. & adest decisio Rotæ Bono.  
 36 concl. 29. & ratio est, † quia non potest quis retinere rem & pretium, esset enim contra equitatem nec valeret tale pactum ideo possunt peti vsura, &  
 37 interesse à die non soluti pretij, quod etiam de iure canonico & in foro conscientie toleratur, cum videatur quedam recompensatio, non autem vsura, ut in simili, c. salubriter, de usur. Bal. in d. l. Iulianus. §. ex vendito ff. de actio. emp. Doct. omnes in l. curabit. C. de actio. emp. Plot. in l. si quando, num. 457. & 189. C. unde vi. Baptista Lupus trac. de usuris, nu. 138. adest consilium Panciro. conf. 40. & est communis opinio de qua attestatur Viuius in verbo venditor, & attestatur Kichouius in re collectio. commu. opi. concl. 28. Cen. 2.  
 39 An autem usuras duntaxat venditor possit petere pro pretio tardius soluto, uel possit consequi lucrum quod quæsiuisset ex d. pretio si sibi fuisset solutum, ad rationem lucri quod ipse fecit ex suis pecuniis mercando & negotiando, cum d. venditor esset mercator, dic quod non poterit consequi lucrum quod quæsiuisset mercando, & negotiando, prout concludit optime Laure. Silua. conf. 10. uol. 1. per tex. in l. si. ff. de peri. & commo. rei uend. & ibi in illo conf. sub num. 24. tuetur & defendit ex mente Doc. Bartolum, nempe ut opinio contraria Bar. procedat quando aliud interesse vsurarum non veniebat, nē-

pe, ut tunc veniat lucrum cessans, puta in mutuo, in quo interesse non venit, secus ergo in emptione & venditione, in qua venit interesse, & credo hanc distinctionem esse veram, quamuis in contrarium videatur consilium Panciro. d. conf. 40.

Sed iuxta prædicta quæro an valeat pactum siue conuentio quod donec solvatur precium rei emptæ solvatur tot pro centenario seu detur venditori certū quid loco interesse, videtur quod non, & quod dictum pactum seu conuentio tamquam sapientum curam non valeat consilium Dec. conf. 116. col. 2. circa medium & conf. 119. col. pen. Ruy. conf. 53. num. 26. lib. 2. Cra. conf. 189. nu. 8. vers. aut, Cephal. conf. 290. nu. 9. lib. 2. ibi de communi, Cagno. qui multa cumulat in l. curabit, nu. 55. & seq. C. de actio. emp. & de communi Joseph Ludoui. comm. opi. conclus. 57. amplia ut dicta vsura non solum non possit peti virtute conuentionis, sed nec virtute statuti, ut late per Cagno. d. l. curabit, num. 55. & seq. C. de actio. emp. & Cephal. d. conf. 290. nu. 9. & seq. ob id tamen contractus non erit illicitus sed taxatio, quæ habetur pro non facta, & illa non observatur in excessu Dec. d. conf. Cra. d. conf. 189. nu. 9. vers. si autē sumus.

Contrarium tamen videtur voluisse Decius sibi contrarius in multis locis, de quibus per Crau. d. conf. 189. nu. 8. & hanc contrarium opinionem, quod per pactum aut conuentionem, vel statutum possit fieri taxatio tennit Ruy. conf. 7. nu. 7. lib. 1. Gratus, conf. 78. lib. 1. Natta conf. 494. & conf. 304. Gozad. conf. 55. nu. 5. Gab. recolle. commu. opi. tit. de emptio & vend. concl. 4. nu. 25. & 26. Paris. c. 6. 41. nu. 8. & 9. lib. 1. Soc. iun. conf. 66. lib. 2. Berous conf. 157. nu. 7. & 22. lib. 1. Burs. conf. 11. nu. 14. & seq. lib. 1. & Alfani collect. in verbo interest, num. 281. & hæc videtur magis communis opinio.

Ampliat hæc secunda opinio procedere licet ex fundo nihil percipiatur, adsit tamen facultas percipiendi vel vendi re ipsa, & sic non percipiatur ob culpam cultiuantis Soc. sen. conf. 103. in prin. & 109. nu. 3. lib. 1. Gratus, Paris. Natta Gab. de quibus per Burs. d. conf. 11. nu. 15. lib. 1. Cagno. d. l. curabit, nu. 6. & ista opinio in pratica videtur tenenda, cum in dubio præsumatur pro taxatione facta conuentione pacto vel statuto, cum illæ pecunie soluantur in casu licito & permisso, & in recompensatione pretij, non soluti principaliter, secundario pro fructibus ex equitate d. l. curabit. C. de actio. emp. vt per Bero. d. conf. 157. nu. 7. & 22. lib. 1. Burs. d. conf. 11. nu. 16. & Alfani d. collect. 281. in verbo interest.

Itaque possent pro parte forsitan tali modo concordari opiniones dicendo quod opinio prima est vera, sed non absolute prout aliqui Doctores dicunt quod conuentio ista tamquam vsuraria non valeat, quia immo valet, & pro ea in dubio est præsumendum, & ille qui conuenit de pensione ipsi soluenda, vel ille, qui petit tales fructus ei debitos ex taxa facta ex conuentione, vel statuto habet intentionem suam fundatam in d. conuentione, vel statuto quod præsumatur iusta & condecens, contra quam tamen taxam admittitur probatio in contrarium quod nō sit conueniens. neque correspondens fructibus, & ita erit intelligenda prima opinio, d. l. curabit. l. Iulianus,

Iulianus, §. ex vendito. ff. de actio. empri. Craue. conf. 105. nu. 11. Cephal. d. conf. 290. nu. 12. & Natta, conf. 494. nu. 3. & seq. quia tex. in d. l. curabit, disponens quod vsuras pretij non soluti soluat emptor, fundat se in fructuum perceptione quam emptor assequutus est, ad quod etiam facit tex. in l. libertatibus. §. si ff. de vsur. bene verum est quod ego crediderim in fructuum taxatione posse inspicere futurum euentum quanti res fructauerit & interesse non esse taxandū & liquidandū secundum fructus perceptos, sed probandum quod à communiter accidentibus fructus dicti fundi ascendunt ad interesse taxatum (saltem quando aliqua culpa & negligentia potest ascribi cultiuanti) ita Cagno. d. l. curabit, num. 57. C. de act. emp. de mente Decij, conf. 3. col. si & Bal. nouel. trac. de dote, fol. 31. in 3. specie ille igitur qui petit ad rationem tot pro quolibet centenario habet intentionem suam fundatam, nec tenetur vterius aliquid probare, sed excipienti incumbit onus probandi, & in hoc debet audiri, taxationem videlicet fuisse excessiuam, non autem debet audiri, in alio capite taxationem factam ex conuentione, ex pacto, vel statuto fuisse illicitam, & si conuentio esset iurata, vel statutum daret executionem pro huiusmodi fructibus sic taxatis ob talem exceptionem non retardaretur solutio, sed teneretur solvere, & postea probare, & si taxa foret excessiua solutum repeteret iuxta doctrinam Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam.

Cautela tamen est secundum Doctores quod venditor locet rem emptori pro tali affictu singulo anno persoluen do donec solvatur precium. licet emptio, §. si vbi Cast. ff. loca. Cagno. d. l. curabit, num. 62. Alex. conf. 121. lib. 1. Dec. conf. 110. col. 2. & si dicunt etiam aliqui Doctores quod illa prima opinio Doctorum non procedit in foro poli, quia potest quis licite capere cōuentum interesse si in veritate tale interesse subit, Fel. c. 1. in 6. limita. extra de constitutu. Cagno. d. l. curabit, nu. 61.

Demum aduertendum est quod emptor tenetur precium facere venditoris, ut alias diximus, licet venditor è contra non teneatur rem facere emptoris, sed solum tradere, ex quo dominium transfertur, si est dominus, alias vsucapiendi conditio. l. ex empto. ff. de actio. emp. & si est dominus & facultatem habet tradendi, potest cogi præcise ad tradendum, nec liberatur soluendo interesse, vel diximus supra, de quo est glo. celeberrima in §. pretium, Inst. de actio. Pile. quæst. 116. & est communis opinio, de qua attestatur Viuius in verbo, venditor. Kirchouius conclusio. 1. Cen. 1. Plotus in l. si quando, num. 171. 40 & 133. & 180. & aduerte quod pretium debet esse numeratum, quia non sufficeret, ut traderetur venditori, nisi numeraretur, quoniam debet consistere in quantitate, nec sufficeret, ut daretur in crumena seu bursa clausa, videlicet dicendo, ego emo talem fundum pro eo, quod est in bursa, nam esset contractus innominatus do. vt. des. non autem venditio, glo. singularis in l. hæc venditio. §. huiusmodi, ff. de contrah. emptio. sed bene valeret emptio, si diceretur, emo illum fundum pro quanto pretio habeo in arca, quia satis fuit expressum pretium per relatio-

nem. d. l. hæc venditio, quam commendat Alex. ibi in additio. ad Bar. & Imola in l. si stipuler. ff. de ver. oblig. facit l. plane. §. 1. ff. de leg. 1. Fab. de Monte, tractatu de emptio. quinta quæst. prin. nu. 35. quæ intellectu ego sequor, quia est valde amicus litteræ, & aduerte, quod Doc. in hoc faciunt differentiam  
 41 & vim, † an veniat illa pecunia, quæ est in arca, ut species, vel ut quantitas, exemplum si dicatur, emo pro illo quod est in arca, vel pro quanto est in arca, primo casu non valeat venditio, secundo sic, quia  
 42 consistit in quantitate. † insuper est sciendum, quod nihil refert an venditio facta fuerit pro vnico pretio, an distributo pretio pro quolibet fundi iuge re aut mensura, ut inquit tex. in l. quod sæpe, §. sed si ex doliaro. ff. de contrah. emptio. quem tex. notabat Dec. conf. 560. nu. 14. Soc. conf. 32. ad fi. lib. 4. quos refert Did. Cou. c. 3. pratica. q. nu. 5.

Quando autem pretium restitui debeat, & quando cum melioramentis, dicemus infra seq. columna, tradit Did. Cou. c. 17. lib. 3. Var. res. iur.

Sed pro complemento huius articuli volo te docere cautelam ad emendam rem sine pretio, & pecunia, & ad acquirendam eam rem, debes enim constituitur procuratorem amicū ad rem tibi emendam, & roga eum, ut tibi pecuniam mutuet, si is emerit tuo nomine, sis cautus, ut rem ab eo non reptas quousque tot iam fructus perceperit, qui fortem extenuent, & ita fiet ut rem sine pretio consequaris, ita docet Bal. in rub. de contrah. emptio. q. 15. Iaf. l. 1. §. mutui datio. ff. si cer. pet. Ripa. l. senatus consulto. nu. 12. ff. in quib. cau. pig. taci. contrah. & Ferrati. caute. 54.

Circa substantiale tertium huius contractus emptio. & vend. est aduertendum quod † consensus debet adhiberi à partibus simul & eodem tempore, & præfentialiter; † namque consentire est simul sentire, l. consensus. iun. glo. in ver. consentire. ff. de actio. & obliga. & probatur in l. 1. in prin. ff. de pac. ibi, in idem placitū & consensus, diximus colum  
 45 na consensus inscripta, & sic potest inferri quod † si existens in domo dico vendo sibi talem librum pro decem, & Titius transiens per viam audiens dixit, & ego emo, non erit contracta emptio, quia cum non essemus in præsentia requirebatur nuncius, vel epistola ad hoc destinata, pro hoc facit glo. & ibi Bar. & Bal. Salic. & Doc. in l. illud, C. de sacrosan. eccles. Bar. not. in l. absenti, in prin. de dona. Aret. in §. actionū Inst. de actio. nam tunc scilicet quando adhibetur consensus per nuncium, vel epistolam, quamuis nō eodem tempore & præfentialiter adhibeatur, tamē præsumitur adhibitus & fingitur eodem tempore, quia nuncius, vel epistola iungit cōsensum, gl. in d. l. consensu & ibi Bar. Bal. in l. 1. ff. de contrah. emp. & l. 1. ff. mand. Bar. in conf. quæritur vtrum qui est, num. 73. sed quæro an præsumatur consensus, &  
 46 per consequens venditio sit perfecta si aliquis dixit alicui, volo tibi vendere pro centum, & alter respondeat, volo emere, Accur. in l. in vendentis. C. de contrah. emptio. videtur fateri tacite quod præsumatur consensus, & quod sit contracta & perfecta venditio, veritas tamen est in contrarium, quod immo nō sit contracta venditio, nisi aliter esset de consuetudi-  
 ne lo-

ne loquendi per I. Labeo. ff. de supelle. leg. ratio est quia & si contractus emptionis solum consensum requirit ut diximus colum. cōsensu inscripta, non tamen sequitur ut per illa uerba, uolo tibi vendere, in ducatur uenditio, † sicut non sequitur, uolo tibi donare, ergo dono, arg. l. licet. §. si uoluntate ibi, non est satis ad repellendam creditorem quod uoluit, itē facit tex. in c. pen. & ibi gl. declar. de reg. transeun.

47 ad religio. lib. 6. ubi † aliud est profiteri religione aliud uouere de profitendo, vide Menoch. conf. 92.

49 † fecus in ultimis uoluntatibus, ubi uerbu uolo, importat plenam dispositionem. l. Pamphilo. §. propositio. ff. de leg. 3. † at si fuisset dictum uendo pro decem si uis, & ille respondisset emo si uis bene ualeret uenditio, quia uenditio de presentē in non suspendit. l. itaque. ff. de cer. pet. & faciunt dicta per Bal. in l. in uendentis. C. de contrah. emp. sed † quid si fuisset dictum, uendo pro tanto pretio, & uolo facere tibi instrumentum ad tui petitionem, & requiritio, secundum Cast. qui pluries in hac materia cōsuluit, non erit uenditio, sed potius ratiocinium de uendendo, arg. l. contractus. C. de si instru. facit glo. Inst. in §. in uer. cōficiuntur, de emp. facit l. in bonæ fidei, §. si tamen. ff. de eo quod cer. loco, secundum vnam lecturam. Tu dic, quod opinio Castrensi. uera est in uenditione, quæ fieret in scriptis, sed in uenditione sine scriptis non procedit eius opinio, quia immo esset perfecta uenditio, quia facere instrumentum non est de substantia emptionis, ualet enim sine eo. l. cum res. C. de probatio. & late per Fab. in quinta quæst. nu. 54. sed bene † consensus est de substantia emptionis, ut diximus superius. Hinc est quod ubi ille deficit, deficit emp. l. 2. ibi Bal. C. de contrah. emp. & dicitur deficere consensum non tñ si omnino non adhibeatur. † sed si per errorem impediatur, quia nihil tam contrarium est consensui, quam error. l. 1. ff. de iud. l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud. ut si quis errans uendiderit rem propriam, ut alienam, l. & si consensum, §. si ff. de contrah. emp. itē

54 † si quis errauerit in mensura, nam impeditur dominij translatio & emptio. l. si quis uxori. §. si maior. ff. de fur. glo. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. item

55 † si quis errauerit in corpore uel in specie, ut si vnus intelligat de vno, alius de alio. l. in uenditionibus. ff. de contrah. emp. l. si quis in fundi uocabulo, ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de of. proconsu. Celsa. item si in teruenit læsio aliqua per errorem, prout declarat fuis Strac. Anthon. in trac. de proxenet. par. 4. post nu. 13. & de ista materia erroris, scilicet quando cōsensu impediatur per errorem, uide gl. in l. in omnibus negotijs. ff. de actio. & oblig. q. ponit quatuor errores, & glo. in l. in uenditionibus. ff. de contrah. emp. quæ ponit sex errores concurrentes circa contractum emptio. & Bar. in l. c. §. 1. ff. de of. procon. Celsa. ibi glo. quæ ponit quinque errores, & Fab. qui ponit octo, trac. de emptio. in quinta quæst. prin. nu. 57. ego autem dico quod siue erratur in corpore rei, siue in materia uel substantia, siue in essentia, uel sensu, siue in pretio, impeditur consensus & per consequens uenditio. l. in uenditionibus, cum duabus sequen. ff. de contrah. emp. † non tamen error circa accessoria, uel rei qualitatem, uitiat uendi-

tionem, licet error circa corpora uitiat, l. si in emptio ne, ff. de contrah. emp. exemplum de accessorijs potest poni in confinibus, nam † si constat de corpore fundi, non uitiatur contractus propter accessoria, scilicet confinia. d. l. si quis in fundi uocabulo, ff. de leg. 1. patronus. §. primo. & secundo. ff. de leg. 3. d. l. in uenditionibus, ibi Doc. l. Iulianus. §. 1. ff. de act. emp. l. ex empto. §. si quis uirginem. l. si in qualitate, ff. eod. & hæc satis sint pro declaratione huius colum substantial. scilicet rei, pretij, & consensus.

58 Quæ autem forma seu solenitas requiritur in solenitatibus extrinsecis, hoc est qualiter concipiatur instrumentum emptio. à notario, seu qualiter sit concipiendum, & sub qua forma, & quibus uerbis, tradit Spec. in titulo de emptio. & uend. in §. sciendum, & §. tertio loco, ubi uaria. & diuersas formas recenset, quas hic describere esset superfluum.

DE NATURALIBVS emp. & uenditionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Naturalia in hoc contractu emptio. & uend. accipiuntur ea, quæ ex eius iudicij potestate descendunt.
- 2 In aliquibus casibus emptor non potest agere de euictione, si non nunciauit litem emptori, si non nunciauit tempestiue.
- 3 Venditor non tenetur de euictione, si emptor sciebat rem uenditam alteri esse obligatam.
- 4 Non tenetur de euictione uenditor, si emptor sua culpa possessionem amiserit, & multis alijs casibus.
- 5 Potest fieri conuentio, ut uenditor quocumque casu nihil euictionis nomine prestare teneatur.
- 6 Differt an euictio sit excepta in genere, uel in specie.
- 7 Naturalia in contractu emptionis sunt ea, quæ ex bono & equo promouunt.
- 8 De natura emptionis est, ut dominium transferatur in emptorem, si uendens est dominus, alias transferatur usque capendi conditio.
- 9 Dominium in emptione uidetur de substantia, non autem de natura.
- 10 Pactum retentionis utilis & directi dominij facit contractum nullum, & directi dominij facit contractum emphiteuticum.
- 11 Dicitur de substantia illud, sine quo actus esse non potest.
- 12 Absque dominio tenet uenditio.
- 13 Non dicitur de substantia illud, quod non uenit de necessitate.
- 14 Venditor transfert ius usucapiendi, quod habet, alias tenetur ad interesse de euictione.
- 15 Non est de esse uenditionis, ut dominium transferatur, nec uenditor de necessitate obligatur rem emptoris facere.
- 16 Dominium non uenit de necessitate contractus in emptione, sed consuetudine, et ex natura rei.
- 17 Venditio potest esse duplex, aut res uendita in genere, aut in specie.
- 18 In uenditione generis semper uenit dominium.
- 19 In uenditione in specie non uenit dominium de necessitate.

Pactum

- 20 Pactum ut non transferatur dominium in uenditione deest, & ratio, quia est contra bonos mores.
- 21 Qui emit uidetur emere rem ratione dominij.
- 22 Multa expressè prohibentur, quæ tacite permittuntur.
- 23 Venditor uidetur vendere us, quo habet in re.
- 24 Mediantē obligatione, qua tenetur uenditor tradere, uenit & ipsum dominium.
- 25 An ueniat possessio de natura contractus emptio. & uenditionis.
- 26 Venditor tenetur tradere precisè, si habet facultatem uel tradenda, alias tenetur ad interesse.
- 27 Qui tenetur uacuum possessionem tradere, oportet quod precisè tradat.
- 28 Vacua possessio est, quæ à nullo detinetur, nec animo, nec corpore.
- 29 Triplex est possessio, plena, semiplena, & uacua.
- 30 Si eadem res sit uendita duobus, quis preferendus.
- 31 Qui uendit rem duobus, potest puniri de falso, nisi faceret aliquam causam iustam.
- 32 Si res uendatur duobus, preferendus est ille, cui est res tradita.
- 33 Si appositum sit consuetudinem in emptione, per illud constitutum transferatur dominium in emptorem, & non poterit alteri uendi res illa.
- 34 Si apponatur hypotheca in uenditione, preferatur primus emptor, & idem si secundus emptor fuit in mala fide. ibidem numerantur casus, in quibus preferatur primus emptor.
- 35 Quando plures concurrunt in emptione, preferatur uicior.
- 36 Volens uendere melioramenta, tenetur interpellare dominum directi dominij. Emptor subintrat locum uenditoris.
- 37 Ex natura emptionis est, ut emptor teneatur stare colono.
- 38 Concedens & uendens rem, uidetur uendere cum suis pertinentijs.
- 39 Venditio castro, uidetur uendita eius curia & iurisdicctio & ius patronatus.
- 40 Si appositæ sit clausula in uenditione, cum omnibus iuribus, quæ intra se intelliguntur de his, quæ ex natura rei sunt.
- 41 Venditio castro, non ueniunt molendina, an ueniat ius patronatus.
- 42 An uenditio uel relicto territorio censeatur uenditum castrum.
- 43 An uenditio fundo ueniant fructus, distingue.
- 44 An uendita uacca, uel equa, ueniat pullus, uel uuluis, distingue.
- 45 An uendita silua, censeantur uendita ligna, ibi incisa, dic quod non.
- 46 Venditio fundo, non uenit granum secatum, sed quod est in pendentibus.
- 47 Venditio silua cædua, non intelligitur uendita glans, quæ cecidit ante.
- 48 Venditio equo, ueniet eius sella, & omnia ornamenta, quibus fuit ostensus equus, cum uendebatur.
- 49 Nunquid seruitus debeatur in re uendita.
- 50 Bartholus redarguitur de contrario, sed saluatur ibidem.
- 51 Venditio fundo, ueniet aqua ductus, & fistule uanales, &c.
- 52 Venditio fundo, ueniet mensuratio intra 60. dies ad plus, si nihil sit dictum.

- 53 An attendenda sit mensura loci contractus, uel ubi bona sunt sita, in uenditionibus, & ad cuius instantiam fieri debet.
- 54 Venditio fundo, ueniet confines, seu termini.
- 55 Quando uenditio intelligatur facta ad corpus, uel mensuram.
- 56 Venditio fundo ueniet aqua & pisces.
- 57 Appellatione uenditionis, uenit quicunq; alius contractus.

Capitulum quarto loco positam, quæ est inscripta. Naturalia emptio

nis, & uenditionis, & ut alias diximus, Naturalia accipiuntur hic pro his, quæ ex huius iudicij potestate descendunt, ueluti est cautio euictionis, quam uenditor omnino prestare tenetur. l. si ff. de condi. cau. da. ta. l. 2. ff. de euictio. c. fin. de empt. gl. in l. pacta conuent. ff. de contrah. empt. Soci. reg. 438. ubi quadrupliciter limitat, Petr. à Ducn. reg. 241. Didacus cap. 17. libro 3. varia. resolut. iur. Gomez Hispan. tit. de empt. nu. 33. var. res. iur. Fab. de Monte trac. de empt. in 6. quæst. prin. num. 56. † In aliquibus tamen casibus emptor non potest agere de euictione, ut precibus restituitur cum omnibus damnis, cum que omni eo, quod interest emptoris rem uenditam euictam non fuisse. l. non dubitatur. l. quicumq; C. de euictio. l. cui cta. C. de euictio. & l. uenditio, ff. eod. l. tenetur. §. si tibi iter, & §. ultimo. ff. de actio. emp. Did. d. c. 17. & primo non potest agi de euictione, quando sibi fuit mota aliqua lis, & non nunciauit uenditori, licet uenditor sciuisset litem fuisse motam, quia emptor debet denunciare & ostendere libellum, Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nunc. l. 2. §. uoluntatem, ff. solu. matri. col. si. Bar. in l. denunciasse, in §. quid tamen. ff. de adul. empti. C. de euic. Cano. in c. si. de empt. & uend. Goffred. in summa tit. de emptio. & uend. num. 241. Petr. à Ducn. reg. 241. post Soc. reg. 117. Did. d. c. 17. nu. 3. & de communi attestatur Mattheus Iureconsultus in recollectio, communium opinionum in uerbo, uendens. Idem esset dicendum si non nunciauisset tempestiue, sed prope sententiam. l. si re, quam §. ult. ff. de euictio. Gof. in summa tit. de emptio. † similiter non tenetur uenditor de euictione, nec de precio, quando emptor sciebat rem alteri esse obligatam, ut firmat Lud. Gozad. conf. 24. nu. 7. Baptista à Villalobos in Recollec. commu. opti. in uerbo, uenditio, ubi de communi asserit plures referendo, † item non tenetur de euictione uenditor, si culpa sua emptor possessionem amiserit, d. l. si rem, quam §. dupl. ff. de euictio. item si habuit rem pro derelicto, l. vlt. ff. de euictio. item si emptor com promisit & sententiam contrariam reportauit. l. si dictum §. si compromissio. ff. de euictio. item si seruuum emptum manu misit. l. si seruuum. ff. de euictio. item si ancillam emptam prostituit. l. si mancipiu. ff. de euictio. item si emptor vfucepit rem emptam. l. rem alienam. ff. eod. Item si uenditore absente emptor. condemnatus non appellauerit. l. Herennius. §. 1. ff. de euictio. l. si procuratorem. §. si ignorantem. ff. mand.

Plurimis et casibus emptor non potest agere de euictione, quos casus commemorat Afflictus in rub. q. b. mo. feu. a. mi. §. rursus si fidelis. n. 16. & sit casus. 40. quos quidam

O elc.

eleganti compendio explicat Greg. Nonus. c. vlt. de emptione & refert Dida. libro 3. cap. 17. varia. reso. iur. & Gaspar Gaballi. in suo pulcherrimo tractatu de euictionibus. §. 5. & notandum est, quod potest fieri conuentio inter emptorem & venditorem, vt venditor quocunque casu nihil euictionis nomine praestare teneatur, & talis euictio erit excepta in genere, & ideo re ab aliquo euicta poterit emptor agere ad pretium: † secus si euictio fuerit facta in specie, nempe si ita conuentum sit, vt venditor non teneatur de euictione, si res empta euicta fuerit à Titio, vel ex causa liberalitatis: isto enim casu nō poterit emptor agere ad pretium, vt declarat glo. Fulgo. Ang. Salic. Bal. in l. qui liberalitatis. ff. de euictio. Castren. in l. emptorem. §. vlt. ff. de euic. Roma. sing. 382. Hippol. sing. 656. Ant. Burg. in c. si. nu. 15. ff. de empt. & vendi. Didac. qui alios refert, in d. capi. decimosextimo, nume. 1.

7 Sunt etiam naturalia in hoc contractu emptio, ea quae ex bono & aequo proueniunt: si quidem cum iste contractus sit bonae fidei, ex solo consensu contrahitur per nuncium, vel per epistolam, & bonum & aequum admittit. l. consensu. ff. de actio. & oblig. §. 1. In sti. de obliga. quae ex consen. Hinc est, quod inquit Hippolitus Rimi. consi. 326. quod venditor tenetur ad defensionem rei venditae ex natura contractus, etiam si nihil sit dictum, & potest repetere expensas in lite & iudicio factas, vt per Gaspar. Caballi. d. tractatu de euictio §. 3. nu. 143.

8 Potest dici etiam, vt de natura huius contractus emptionis sit, vt dominium transferatur in emptorem, si vendens est dominus, alias transferatur usufructuendi conditio, d. l. ex empto. ff. de act. emp.

9 Sed si tu oppugnando diceres, quod immo † dominium est de substantia in isto contractu, non autem de natura, quandoquidem † pactum retentionis vtilis & directi dominij facit contractum nullum, & directi dominij tantum facit contractum emphiteuticarium, vt declarat glo. & Bart. in d. l. cum manu facta, in §. si. ff. de contrah. emptio. ergo cum

11 de substantia dicatur illud, sine quo actus esse non potest, dominium dicitur esse de substantia, cum sine illo, hoc est eius priuatione contractus iste esse non possit. Cui obiecto respondemus negando minorem, nempe verum esse quod de substantia dicitur illud, quod de necessitate uenit, † sed absque dominio tenet venditio, vt est tex. expressus in l. si ita. §. 1. & l. cum uenderes. ff. de contrah. emp. ergo

13 † non dicitur de substantia, cum non ueniat de necessitate, propterea quod † venditor transfert ius usufructuendi, quod habet, alias tenetur ad interesse de euictione. l. rem alienam. l. clauibus. ff. de contrah. emp. & not. per glo. in l. ex empto. §. 1. ff. de r. factio. emp. & l. alienatum. ff. de ver. signi. vbi † non est de esse venditionis, vt dominium rei transferatur ibi in uer. uenditum, nec uenditor de necessitate obligatur rem emptoris facere, vt per Franci. Marzari. consi. 57. nume. 8. sed si iterum instares, non uenit dominium in uenditione & emptione?

16 fateor quod uenit, † sed non de necessitate contractus, sed consecutiue, hoc est ex natura rei, quia non liberaretur venditor, nisi transferret dominium. l. Iu-

lianus. §. ex empto. ff. de act. emp. Nec obstat, quod superius diximus de pacto utilis, & directi dominij, 17 quia uenditio potest esse duplex, aut quod vendatur res in genere, aut in specie, puta equus, vestis, 18 liber, fundus, & similia, † & in uenditione generis semper uenit dominium, & uenditor tenetur ad illud transferendum in emptorem, sicut e contra emptor tenetur transferre dominium nummorum seu precij in uenditorem. d. l. Iulianus. §. ex empto. ff. de actio. emp. † sed in uenditione rei consistentis in specie non uenit dominium. In superiori ergo casu potest dici, ut dictum pactum habeat locum, & sic uidetur casus singularis. Vel potest dici alio modo, quod supradictum pactum, vt non transferatur dominium, ideo destruit uenditionem, quia est contra bonos mores, & contra aequitatem. l. pacta. C. pac. diximus supra. trac. mutui. col. 4. vlt. ord. namque aequitas suadet, vt si ego do tibi pecuniam, tu e contra des mihi rem emptam, vt uideatur declarare Cagnol. in l. curabit, in ratione decidendi a contrario sensu, 21 nu. 22. C. de actio. emp. Accedat, quod ille, qui emit, uideatur emere ratione dominij. l. si aliquam. ff. de acqui. poss.

Vel dic, quod non ualet tale pactum, vt dominium non transferatur, quia expresse fuit dictum: † si quidem multa expresse prohibentur fieri, quae tacite permittuntur, prout in iuramento calumniae, auth. principales. §. sed quia ueremar. glo. in ver. remitti, optimo ibi declarat, C. de iureiur. propter calum. † etenim uenditor uideatur uendere ius, quod habet in re. l. qui tabernam. ff. de contrah. emptio. ergo si non habet dominium, non potest ipsum transferre, & tunc tenet uenditio absque translatione dominij. si autem expresse esset dictum, ne transferatur, tunc non ualere uenditio, quia praesumitur fraus, & nimis euidenter esset emptor deceptus, & per haec credo fuisse ostensum, dominium non esse de substantialibus in uenditione, cum non ueniat de necessitate, sed consecutiue: nam uenditor ex illo contractu uenditionis nūquam liberaretur, nisi dominium transferatur, ad hoc ergo vt liberetur, expedit sibi vt transferatur dominium, & sic mediante obligatione contractus, quae obligatione tenetur uenditor tradere rem, uenit & ipsum dominium, non praesens, sed consecutiue, ad hoc, vt liberetur ab illa traditione, alias semper teneretur tradere, vel saltem teneretur ad interesse, vt dicemus infra sequen. tract. location. uide l. si ita. §. 1. ff. de contrah. emp. & d. §. ex empto. Fab. de Monte tract. de emptio. in quinta quaestio. princ. numero 1. & 2. uide Zaf. capitu. 12. suorum intellect. vbi uocat dominium de natura intrinseca, ideo non potest fieri pactum contrarium, vt ibi per eum, & sic uocat dominium de substantia, quod non placet.

25 Sed quid dicemus de possessione, erit ne possessio de natura huius contractus emptionis & uenditionis, hoc est, vt uenditor teneatur tradere possessionem rei venditae? & quamuis de hoc superius aliquid dixerimus, hic tamen repetitiue dicendum uenit.

26 † quod uenditor tenetur tradere praesens, si habet facultatem rei tradendae: alias teneretur ad interesse, pro quo interesse potest emptor iurare in lite, vt firmat Bartol. in l. 1. ff. de actio. emp. & diffusè per Plot.

Plot. in repetitio. l. si quando. C. unde vi. & est communis opinio, de qua attestatur glo. Instit. de donatio. §. alig. in uerbo, uenditionis, Fabianus in d. 27 quaest. quinta princ. nume. 3. limita, & intellige, nisi uacua sit possessio: † nam qui tenetur dare uacuum possessionem, oportet semper quod praesens tradat, nec sufficit, nec liberatur soluendo interesse, prout declarat Plot. d. l. si quando. quinimo uoluit ibi vt possit cogi uenditor manu militari, vt tradat, ratio est, quia uacua possessio est illa, quae a nullo detinetur, neque animo, neque corpore, & nullus est simplex detentator, tex. est in l. 2. §. uacua. ff. de actio. emp. ita intelligit glo. ordina. in l. fina. C. unde ui. in uer. uacua, & est glo. Instit. titu. de usufructu. in 29 §. quod autem, vbi de triplici possessione loquitur, plena, semiplena, & uacua, ut de his dicemus suo loco.

30 Sed quare circa supradicta, si eadem res fuit uendita duobus, quis erit praefertendus in ipsa uenditione, & animaduertendum, quia hoc casu uenditor posset puniri de falso, cum sit in dolo, est tex. in terminis in l. qui duobus. ff. de falsis. ibi glo. & Doctores communiter. Ripa in l. si debitor, nu. 2. ff. de pigno. Clarus in §. falsum, col. 12. uer. uendens, suae prax. cri. mi. Plot. in l. si quando, nu. 177. C. unde vi. nisi res fuisset uendita secundo ob precium non solum de bito tempore, Fab. de Monte in trac. emptio. in 3. q. princ. nu. 50. uel nisi contractus primus esset nullus uel nisi uendat iudex pro executione sententiae, prout declarat Iaf. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor, in 4. not. ibi Alex. & ceteri Doc. ff. de re iudi. & Bal. Sal. in l. quoties. C. de rei uend. & l. uenditor. ff. de haere. uel act. uend. & l. 3. §. condemnatum, vbi Bar. Alex. Iaf.

32 Ripa, ff. de re iud. † sed respectu emptorum dicendum est, quod ille emptor erit praefertendus, cui res prius est tradita, est tex. qui decidit hanc quaestionem in puncto in l. quoties, ibi Doc. C. de rei uend. glo. magistra in l. siue autem. §. duobus. ff. de publi. in re actio. ibi Bar. Ferrati. Cautela. 48. Natta conf. 261. nu. 9. qui ibi reddit rationem, quia contractus cum primo habitus non fuit consummatus & perfectus non dum translato dominio uel quasi, quod per traditionem, uel quasi sit, d. l. siue autem. §. si duobus, & d. l. quoties. Rim. iuni. conf. 285. nu. 13. post Abb. conf. 91. col. pen. uol. 1. Gab. lib. 3. tit. de emptio. & uend. concl. 2. ubi posuit regul. in uenditione illum esse praefertendum, cui primo res tradita fuit, & ampliatur, etiam si iuratum sit in prima uenditione alteri facta, Imola c. cum contingat, col. 57. de iureiur. Iaf. in d. l. quoties, col. 9. Goz. conf. 14. col. 1. Bal. in conf. 397. uol. 4. Ferrati. d. cautela 48. nu. 2. quinimo, si cui facta fuisset promissio de uendendo etiam iurata, & alteri sit facta uenditio effectualis sine iuramento, ille obtineret, cui res est uendita, Oldra. conf. 127. Imola d. c. cum contingat, col. 87. & ampliatur, idem esse in locatione, vt ille praegualeat, cui res primo est tradita, Rota tit. de locat. decis. 1. alias decis. 879. Alex. conf. 122. uol. 5. Soc. conf. 9. uol. 4. sed contractum tenuit Iaf. in d. l. quoties, in 13. limitatione, Natta conf. 261. de quo uide infra trac. locatio. in 4. col. vlt. ordi. nu. 11. ubi concordantur Doc. inter se contrarij.

Ampliatur etiam idem esse in donatione, nempe

vt res donata pluribus praegualeat, cui primo est tradita, Hyppo. sing. 82. Alex. consi. 14. uol. 1. col. fina. Soc. iun. consi. 93. uol. 2. Rui. consi. 121. uol. 1. & de hoc dicemus infra suo trac. donatio. Quid in feudo, Doct. uidentur esse inter se contrarij, uide infra tra. de feud. ubi concordabuntur.

Ampliatur quoque, si res sit data in solutum. Soc. iun. consi. 93. uol. 3. col. 2. Et etiam uendum in rebus singularibus, sed etiam uniuersalibus, Tiraquel. de primogeni. quaestio. 17. opi. 12. nu. 1.

Quinimo etiam si ueni sit res per subhaestationem deliberata, & de ea ille sit inuestitus per calamum a notario: quia licet alteri uendatur & tradatur postquam primus praegualeat, Guid. Papae quaestio. 81. & etiam si primo fuerit facta abusuina inuestitura absque traditione possessionis, adhuc praefertur secundus, cui actualiter est res tradita, Calcan. consilio 126. colum. fina.

Ampliatur, etiam si dominus hypothecauerit rem suo creditori cum facultate, quod possit illam uendere, & creditor illam uendat uni, & dominus illam uendat alteri & tradat, potior adhuc est ille, cui rem dominus tradidit, Bal. in l. si debitor, C. de distra. pign. Iaf. in l. quoties, col. 10. & Alex. in apost. ad Bar. in d. l. siue autem. §. si duobus.

Ampliatur, etiam si tempore uenditionis primo, & secundo facte, uenditor nullum ius habebat, nam si superueniat ius in illum censetur translatum, cui facta fuerit traditio Roma. consi. 270. Iaf. d. l. quoties Hip. sing. 82. Thomas autem Ferrat. d. cautela 48. uideatur docere remedia tria, siue cautelas, ad hoc ut primus emptor praefertur secundo, quando secundo res prius fuit tradita. Et primum remedium est, quod quando natarij consueuerunt instrumentum uenditionis apponant constitutum, hoc est quod, d. uendens constituit se nomine ipsius emptoris possidere, de stylo semper ferè notarijs mandatur, tunc enim uigore iustitiae constituti primus emptor praefertur secundo, & fuit originalis decisio Gui. de Suza. in l. fina. C. de rei uend. refert & sequitur Ioan. And. ad Specu. titu. de emptio. §. sciendum, Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 17. quaestio. Alex. consi. 14. uol. 1. in fine, & in 3. uol. consi. 25. Anton. de Butr. in capitu. cum uenissent, de restit. spoli. Abb. in capitu. secundo, de confue. col. 5. Iaf. d. l. si. C. de sacrosan. eccle. num. 27. Paris. consi. 69. uol. 3. col. 17. Decius consi. 226. Ruy. conf. 53. uol. 1. & consi. 121. & 177. & 180. & 184. & consi. 7. uol. 3. Guido Papae q. 112. & 512. Iaf. consi. 92. uol. 1. col. 2. & consi. 6. uol. 3. Vital. in tract. clausu. folio. 9. in uer. constituit. Tiraquel. de const. in 1. par. nu. 21. & gl. seq. Gabri. tit. de empt. conclu. 2. nu. 18. Cacheran. dec. Pedemon. decis. 36. Petrus Ioa. Anch. quaestio. 2. lib. 2. & est communis opinio, vt attestatur Iaf. l. quoties, nu. 14. & d. Cache. d. deci.

Quae cois conclusio procedit, etiam si constitutum fiat a procuratore habente ad hoc mandatam, vt per Soci. consi. 239. nam quantumcunque uenditio fieret a dño, & a procuratore constitutum fiat in uenditione praefertur uenditio facta a procuratore uigore constituti, Soc. consi. 131. nu. 16. lib. 4. Nec refert, an constitutum fuerit factum simpliciter, uel precario nomine, vt inquit Iaf. d. l. fina. quamuis Bart. in repetitio.

l. creditores, C. de pigno. & Ferrati. d. caut. 48. videtur velle, vt vtilius sit non adijcere illud verbum precario, ad hoc vt transferatur ciuili & naturalis possessio, de quo dicemus plenè suo loco, tracta. consl.

Limitatur tamen ista communis conclusio, vt per Gabri. d. loco. num. 20. dummodò constitutum sit purum, non sub conditione, & dummodò pretium sit solum constituenti, & ipse possideat, & dummodò constitutum referatur ad certam rem, & alijs modis, de quibus ibi per Gabr.

33 Secundum remedium est, vt in instrumento venditionis dicatur quod pro obseruatione prædictorū d. vendens obligat sibi emptori omnia bona sua, & præsertim illam rem, quia vigore istius hypothecæ primus emptor præfertur omnibus alijs, quia hypotheca habet tantam vim, quod impedit translatione dominij, text. est secundum veram litteram in l. si venditor, ff. de distrac. pigno. & idem Bar. in l. si qui absentis. §. 1. in fine, ff. de acqui. posses. idem Bar. & feri ben. in l. si ita quis. ea lege. ff. de verb. oblig. Sozi. in reg. 118. in 3. fallen. Iaf. in l. quoties, in 1. limitatio. Tiraquel. de retrac. conuen. §. 3. gl. nu. 4. Oldra. consl. 114. Pari. consl. 69. vol. 3. & est text. qui loquitur de hypotheca in l. qui balneum & l. potior, ff. qui potio. in pig. Gomef. varia. reso. iur. tit. de empt. nu. 20.

Tertium erit remedium, vt tu emptor coneris probare, quod ipse secundus emptor sciebat primam venditionem esse factam, & sic emptorem secundū fuisse in mala fide, & in fraude, & tunc tu primus emptor poteris ipsam rem ab eo reuocare per actionem prætoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem, Bal. in rub. C. de reuoc. his, quæ in frau. cred. circa prin. Sali. d. l. quoties, ff. de rei vendi. Soci. d. reg. 118. in 4. fallen. Albe. & Iaf. in d. l. quoties, idem Iaf. §. item si quis, Inst. de actio. Paris. consl. 11. vol. 1. & consl. 69. vol. 3. Alex. in apposti. ad Barto. in l. siue autem. §. si duobus, ff. de publi. in rem act. Iaf. l. si. C. de sacrosar. ecclie. nu. 29. Gome. tit. de emptio. nu. 20. & est communis opinio, de qua attestatur ibi Gomef. var. resol. iur.

Istud tamen declara, vt per Soci. iun. consl. 94. volum. 2. nisi haberet istam rem secundus emptor à Principe motu proprio, quia isto casu non potest argui mala fides.

Et sic videtur posse addi quarta cautela, siue remedium supradictis, quod quando de gratia, seu priuilegio Principis aliquid alicui conceditur, seu venditur, tunc præualet primus, non secundus, vt est res actualiter tradita, ratio est, quia ex contractu Principis transfertur dominium sine traditione, vt not. Ioann. Andr. in cap. olim, de verbo. signific. Roma. consl. 298. Iaf. in consl. 27. volum. 1. & ind. l. quoties, col. 3. Bald. in c. 1. §. 1. de no. form. fidelij. Iacob. à S. Georg. in ver. princeps. tracta. feudorum, col. penu. Gab. commu. opi. lib. 3. tit. de empti. nu. 42. & dic, ut ibi per eum.

34 Ultra prædicta remedia, seu cautelas sunt & alij casus, in quibus primus emptor præfertur, quamuis alteri res sit tradita: exemplū, si persona sit priuilegiata cui est facta prima venditio, ita vt ex solo titulo in eum transfertur dominium, gl. in l. siue autem. §. si duobus, ff. de publi. Bar. Bal. in l. quoties, in 2. oppof.

Sali. in 3. Gl. in l. siue autem. §. si duobus, col. 1. ff. de publi.

Hinc est, quod in beneficialibus, seu spiritualibus, in quibus ius transfertur ex solo titulo, & in personis ecclesiasticis alienantibus inter se, semper primus emptor præfertur: quia ecclesia nõ debet aliquẽ fraudare, Dinus in reg. qui prior, de reg. iu. in 6. Hof. & Io. Andr. in c. continetur, de his quæ fiunt à præla. Soc. in reg. 118. in 6. falle. Iaf. in d. l. quoties, Paris. consl. 77. vol. 1. Iaf. in l. si. C. de sacros. ecclie. nu. 29. Ate. consl. 122. col. 2. vol. 5. Gozad. consl. 14. Bertach. in ver. emptor primus, Lamb. tracta. de iure patro. in 2. par. 2. lib. 7. q. prin. nu. 9.

Similiter præfertur primus emptor, dato quod res nõ fuerit sibi tradita, sed tantummodò illa signauit, quia per talem signaturam transfertur dominij, sicut per traditionem, l. quod si neq. §. si. ff. de peric. & commo. rei vend. Iaso. in l. traditionibus, C. de pac. Bal. in rub. C. de peri. & comm. rei vend. Iaf. in l. quoties, in 6. limitatione, Bertach. in ver. emptor.

In dubio pariter, si vterque probat de traditione, semper præfertur primus emptor, quia præsumitur res primo emptori tradita, Cyn. & Iaco. de Arena, in l. quoties, in vlt. quest. Bal. in c. 1. §. si facta, si de feudo fuer. contro. ibi Card. Alex. & Bal. in l. siue autem. §. si duobus, in 2. lect. & ibi Alex. in addi. ad Bar. Ruy. consl. 31. vol. 4. Alex. consl. 92. col. 3. vol. 5. & consl. 81. vol. 7. Soci. reg. 118. in 7. fall. c. Roma. singu. 387. Gabr. com. opi. lib. 3. tit. de empt. concl. 2. vbi latè prosequitur hanc materiam prælationis, Gomef. d. titu. de empt. sub nu. 20.

35 Sed quæro, quando plures prætendunt emere re, puta domum, fundum, & similia, & concurrunt, quis erit præferendus. dic quod debet præferri ille, qui est vicinior, dummodò res nõ sit alteri tradita, & intelligo offerendo pretium, quod alij offerunt idoneū & illud quod requiritur, vt per Iaf. in l. 1. C. qui test. face. pos. & ita fuisse decisiū in facti contingenti at testatur Fra. Marcus dec. 3. vol. 2. de quo plenè tradit Afflic. de iur. prothomise. illum videas in hac materia iuris congrui.

Ex quo inferitur ad dicta per Doctores in l. si. ibi gl. C. de iure emph. quod volens vendere melioramẽta, tenetur interpellare dominum directi dominij, & si vendat non facta interpellatione, reuocatur venditio, prout consuluit Iaco. Emi. Ferr. consl. 85. nu. 8. & ibi refert. & cumulat plures Doctores pro hac opi.

36 Potest etiã dici, vt de natura huius contractus sit vt emptor subintrat locum venditoris, & teneatur emens ad oia onera, ad quæ venditor tenebatur rone dictorū bonorū venditorū, vt declarat Bal. in l. si negotiū. C. de neg. gest. Decia. cõsi. 55. nu. 21. vol. 1. & e conuerso hẽt oia emolumenta, quæ haberet venditor quare si reperitur thesaurus in fundo, vel domo emptæ, emptoris efficitur absolutè, non autem venditoris, vt p Bar. in l. à tutore, p illi tex. ff. de rei vcd. Hier. Gab. consl. 167. nu. 26. & Barf. consl. 209. nu. 6. vol. 2. Alua. l. sc. c. vnico, quæ sint regalia.

37 Similiter ex natura emptionis esse vti, vt emptor nõ teneatur stare colono, hoc est locationi factæ per venditorẽ, text. est in l. emptorem, C. loca. l. qui fundum

dum. ff. eo. nisi aliter esset conuentum, hoc est apposta esset hypotheca, vt est communis opinio, de qua attestatur Negufan. tracta. de pigno. in 2. par. col. 3. & etiam de ea attestatur Francif. Turza. in recolle. cõmu. opin. quæst. 48. Dida. capi. 15. lib. 2. var. reso. iu. Cacher. Pedemon. decisi. 82. & intellige cum distinctioe Cagnoli in l. 2. nu. 221. C. de pact. inter empto. & vendit. & Alex. in l. filiusfam. §. si vir, ff. solu. matrimo. nempe emptorem stare debere colono pro eo anno, quo inceptus est fundus cultuari, & supus sunt iam facti, ita Cachera. d. decisi. dicat quid velit Ruyn. & Bal. de qua materia dicemus sequen. tract. locatio. in 4. colum. vlti. ordi. vide Rolan. consl. 6. volum. 1. qui consulit in hoc puncto & vide etiam Cephal. consilio 254. numero septimo, vol. 2.

Sunt in super quædam naturalia in hoc contractu emptionis & venditionis, quæ videntur esse de natura rei venditæ, & possunt dici adiacentia, cohærentia pertinentia, siue accessoria rei venditæ, quemadmodum sunt omnia ea, quæ ad instrumentum possessionis, vel domus pertinent, de quibus loquitur text. & ibi Bart. declarat in l. si quando. C. de bon. vacan. & l. vxorem. §. legauerat, ff. de leg. 3. & vendens simpliciter, & concedens rem, videtur vendere & concedere cum cohærentijs suis. iura constitui, §. penu. & si. ff. de serui. rusti. prædi. l. 2. & 3. ff. si serui. vendi. & l. & in prouinciali. C. de serui. & aqua. l. æde sacra.

38 & l. vxorem. §. legauerat, ff. de leg. 3. & vendens simpliciter, & concedens rem, videtur vendere & concedere cum cohærentijs suis. iura constitui, §. penu. & si. ff. de serui. rusti. prædi. l. 2. & 3. ff. si serui. vendi. & l. & in prouinciali. C. de serui. & aqua. l. æde sacra.

39 §. 1. ff. de contrah. empt. Ideo vendito castro, videtur vendita eius curia, & iurisdicchio cum omnibus pertinentijs suis tantum. l. 1. §. venditor, in princ. & §. fin. ff. de actio. empti. Pileus quæsti. 16. Parisi. consl. 20: numero vigesimo nono, volum. 1. & quamuis contrarium ibi teneat fuit ex eo, quod non fuit venditum castrum illud, vt quid vniuersale, sed vt quid particulare, & alijs etiam diuersis rationibus, vt ibi. † & dato quod opponatur illa clausula in venditione, nempe cum omnibus iuribus, quæ intra se habet, intelliguntur venire, quæ ex natura rei sunt, non autem quæ extra naturam rei & alterius iuris sunt, Innocen. in c. ex litteris, de iure patro. Bal. in l. procurator. C. mand. vt sunt molendina, nam † vendito castro, non veniunt molendina, quæ sunt communitatis, quia solum censeatur venditum castrum cum iurisdicchioe ipsi castro, vel villæ cohærenti, prout censuit Roma. consl. 444: quem refert & sequitur Crotus consl. 55. numero 15. Laurenti. de Pinu consl. 3. nu. 12. qui refert & Bal. in titulo de cap. qui cur. vend. at molendina non sunt Imperatoris, sed Celsus, ff. de contrah. emp. l. inter publica, ff. de verb. signifi. credo tamen, quod venient, si castrum fuisset venditum cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, dummodo molendina non essent priuatorum, arg. tex. cum glo. in l. si adoptauro, ff. de preca. vbi possessio & dominium omnium bonorum illius, qui arrogatur, transeunt in arrogantem sine vlla apprehensione.

Sed quæro, an vendito castro, vel villa, censeatur venditum & concessum ius patronatus, quod est in illo castro vel villa? dicendum quod sic, quia ita communiter videntur tenere Canonistæ in c. ex litteris, de iure patro. n. Lamber. post Roch. in trac. de

iure patron. lib. 1. r. 5. articu. quinta quæstio principa. nu. 3.

Quinimo vedita hereditate, in qua inest aliquod ius patronatus, tranfit illud ius patronatus ad emptorem, tamquam cum vniuersitate emptum, Ioan. And. & Cano. in d. c. ex litteris, de iure patro. ibi Abbas, nu. 17. & clemen. 2. eod. ritu. de iure patt. Lamber. qui allegat etiam alios in contrarium, in d. tractatu, arti. 15.

Quid dicendum, si vendo tibi fundum, in quo est edificata capella, & per consequens habeo ius patronatus, tranfitne in venditione capella & ius patronatus? Hæc fuit ardua & difficilis quæstio, & secundum glo. in l. modicis, ff. de contrah. emp. & in l. quædam, ff. de acq. rer. dom. videtur dicendū quod sic, & hanc opinionem videtur tueri August. Bero in d. c. ex litteris, in vltima quæst. sed Canonistæ ibi videntur communiter tenere contrarium, quod non tranfit, quia ius patronatus debet tranfire cum vniuersitate, vt est villa & castrum, quæ habent in se iurisdictionem honorem & districtum, nec sufficit quod inhæreat cuique rei particulari, vt per Innoc. & Abb. d. c. ex litteris. ideo nonnulli distinguebant quod vendito fundo, in quo est capella, censeatur venditum ius patronatus capellæ, nisi aditum & viâ habeat ex publico, & sic distinctio videtur fieri, an capella dependeat à fundo, hoc est nõ possit haberi viâ, nisi per fundum, vel iter de per se, cum habeat viam publicam, primo casu veniat in venditione, sc̄ cundo non. & hinc inferunt quod uendito palatio, censeatur uendita capella, quæ non habet aditum, nisi per palatium. Hęc distinctio fuit originarie Cardina. & tenuit etiam Bar. in l. si mercedem, §. si cum fundum, ff. de actio. emp. sequitur Rom. sing. 57. & hanc opinionem dicit esse veriorẽ Nicola. Boer. decif. 322. vbi allegat alios, facit glo. in l. si fundus mihi ff. fami. erci. & hanc distinctionem approbauit semel Lamber. in sua compilatio. trac. de iure patro. vt inquit ipse, arti. 17. 5. quæst. prin. secunda par. 1. libro, nu. 3. à qua opinione in iudicando non recederem. tamen ne discendamus à communi opinione Canonistarum, potest cõcordando dici vt d. distinctio habeat locum, quando ille, qui vendit fundum, in quo erat edificata capella, non habebat nisi illum fundum, & sic respiciebat totum eius patrimonium, & quoad vendentem erat ius quoddam vniuersale, cum vniuersa sua bona respiceret, & eo maxime, si fuisset dictum, vendo bona mea, hoc est fundum Tusculanum & c. arg. l. si bonorum, la. ij. ff. de ver. signi. vide quod diximus supra, num. 39. pro consl. Parisij consl. 20. vol. 1.

Vel dic, quod d. doctrina debet intelligi, quando ille fundus venditus, fuisset magnus, & sic contineret magnam tenutam, & plures paruos fundos, & sic quodammodo villa videretur, secus si paruus esset fundus, quia pretium videretur etiam datum causa iuris patronatus, & sic censeatur simonia, iux. c. de iure, de iure patro.

Vel dic tertio pro Bartoli defensione & saluatione, quod dictū Bartoli debet intelligi de iure ciuili, iux. leg. quam allegat, vt inquit in l. nõ solum, §. 2. ff. de lib. leg. non autem de iure canonico, quia allegat.

gavisset, canones, & non in modicis, ff. de cōrah. empt. Possent & alias defensiones adducere, sed iste mihi videntur magis reales.

42 Sed quæro, quid sit dicendum, quando aliquis vendet, seu relinqueret territorium, censentur ne vendita & relicta castra, & oppida illius territorij. De hoc casu sui Romæ interrogatus, & dicebam, non censeri venditum esse castrum, quia plurimum inter se differunt castrum & territorium, & vnum non venit appellatione alterius, Bal. in c. 1. de cap. qui cur. vendi. col. 4. nu. 7. & 3. Præpos. libi. col. 4. & seq. Alex. in l. 3. in prin. nu. 27. & ibi Aret. in fine. ff. de acqui. posses. conferunt dicta per Bar. & alios in l. 1. circa fin. ff. de iurisdi. omni iud. Paris. consi. 20. nume. 58. lib. 1. Cozad. consi. 5. col. 1. & si appellatione territorij veniret castrum, esset quasi dicere quod accessorium trahat principale, & secundum meam opinionem auditui fuisse postea decisum.

Ex quibus poterat decidi quaestio, quæ vertebatur Romæ cum communitate Anthonæ, dum fuit per summum Pontificem, seu Generalem ecclesiæ rescriptum, ut communitas Anthonæ armaret & pararet militias totius territorij, dubitatum fuit, an parari deberet tantum militia territorij castruum, & distinctus absque civitate, vel includi etiam deberet ipsa civitas Anthonæ? & clarum est, secundum supradicta, civitatem Anthonæ fuisse exclusam & exemptam, & ita etiam fuisse decisum auditui.

43 Quid dicendum in venditione fundi, venient ne fructus ex natura emptionis? Ex in hac quaestione reperio Doctores fecisse distincta capita, & primò dicendum est, quod si fructus sunt pendentes, omnes in re vendita & empti tempore contractus veniant & cedunt emptori tanquam pars ipsius rei principalis venditæ, adeo ut nihil remaneat venditori pro tempore præterito, sicut nihil remanet de fundo, tex. est clarus in l. fina. §. pen. ff. quæ in fraud. cred. & l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. emp. l. qui concubina. §. si fundus. ff. de leg. 3. coniu. l. fructus pendentes. ff. de rei vcd. si aut. l. fructus sint separati, nullo modo venient. l. 2. C. de act. emp. Bal. in l. fructus. ff. eo. Si aut fructus nec erant pendentes, nec separati, quia post contractum fuerunt à venditore sati, vel postea nati, tunc sicut naturales fructus sint, siue industriales (de quibus per Dida. Couar. cap. 3. varia. resol. iu.) non venient in venditione, nisi post moram: etenim cum venditor sit dominus, ergo bona fide possidet. l. si pater. C. de actio. empti. & intellige moram, siue regularem siue irregularem, vt l. curabit. C. de actio. emp. ibi Cagnol. sed si erant fructus civiles, vt pensio, tunc solus venditor agat ex locato contra conductorem, sed tenetur pro rata anni restituere illam emptori per actionem ex empto, nisi totam iam recepisset, & hanc opinionem tenuit Bal. in sup. consi. incipiente, in primis est videndum, quod pro rata temporis distribuatur inter emptorem & venditorem, quem citat Fabia. de Monte, suo tracta. de emptio. in 6. quaestio. princip. nu. 27. vide Barto. in l. fin. ff. de iure fisci, ubi ponit & alia distinctionem, vide quæ diximus superius in 3. col. huius ordi. circa substantiale secundum, vide Ruys. consil. 65. nume. 6. volum. 1. ubi inquit, quod

venditis fructibus pendentes venient femina, & quod fructus debentur sine vlla diminutione, & etiam cum femine ibi ratio.

Videamus modò in venditione animalium, quid veniat, hoc est in venditione vacca, vel equa, veniat phillus, vel vitulus. ex natura huius contractus emptio. & vendit. Et in quaestione proposita ita distinguendum est ex mente Doctorum communiter, quòd si partus non potest separari absque periculo interitus, & considerata utilitate pretij, talis partus venit in venditione: si quidem, cum talis partus lactetur ab ipsa matre, videtur etiam venditus cum ea, & iudicatur vna & eadem res, & accessorie adhæret matri: si autem ipse partus non lactetur à matre, sed iam pascit herbam, & alitur per se, tunc non censetur venditus cum matre, sed remanet penes venditorē: quia iudicatur res distincta, & separata, argu. l. sed adeft. §. si quis mulieres. ff. loca. qui tex. videtur singularis in hac materia, facit tex. in l. vxorem §. concubina. ff. de leg. 3. & l. si vt certo. §. vsque adeo. ff. de mod. l. quamuis. ff. de preca. l. possessio. ff. de commu. vtri. iudi. & hæc distinctio videtur esse de mente Bal. in c. translatio. de consi. nume. 3. Doctor communiter in l. si vt certo, §. vsque adeo. ff. de mod. Angel. in l. cum qui. §. non solum. ff. de fur. Gomef. Hispan. tit. de emptio. varia. r. c. iur. nu. 1. 4.

45 Quæro, an vendita silua, intelligatur vendita ibi ligna incisa? dicendum est, quòd nõ: quia in venditione simpliciter facta, ex natura venditionis non veniunt separata à solo tempore venditionis. l. in vendendo. §. lina. ibi Bal. ff. de contrah. empti. Quamobrem, & vedito fundo, non veniret granum secatum ibi existens sed quod est in pendenti, prout habetur in l. fina. §. 47 pen. ff. quæ in fraud. cred. & Et vendita silua cedua, non intelligitur vendita glans, quæ ante incisionem silvæ ceciderat, sed tantum illa, quæ in arboribus erat tempore incisionis. l. cum manu facta. §. si silua cedua. ff. de contrah. empti. secus si fuisset venditus omnis fructus silvæ.

48 Quid dicendum de equo vendito, veniet ne sella, dic quod sic, imò omnia ornamenta, quibus ornatus erat tunc, cum vendebatur. l. ediles. l. 2. in princ. ff. de ædil. edic. l. limes & labra. ff. de actio. emp. & sic veniunt omnia ea, cum quibus ostensus fuit equus. d. l. ediles.

Sed quæro, quid si quis vendidit domum, vel fundum, an videatur vendere fundum, vel domum sibi accessorium, vel cõgruètem, dic, quod si tota domus, vel fundus tam principalis quam accessorius vno & eodem nomine nuncupetur à domino venditore, & in actibus eius habitandò, locando, vel alias semper eo accessorie utebatur, tota domus, vel fundus tam principalis, quam accessorius venit in venditione, licet vnus ab alio distinctus sit, alius vero non. tex. ita probat in l. Seia. §. Tirannæ. ff. de fundo inst. in st. quoque lega. ubi si testator legat fundum, videtur etiam legare pratium, vel alium fundum coniunctum si vna & eadem nuncupatione nuncupabatur. l. prædij. §. fina. ff. de legat. 3. & sic vendita domo, veniet etiam hortus, iuxta supradicti. distinctionem, si accessorie ad domum utebatur dominus orto.

Dif-

49 Difficilis & ardua est quaestio, nunquid seruitus debeatur in re vendita ex natura huius contractus emptionis, & ex mente Doctorum, quos omnes refert Nicol. Boe. in decis. 322. Pe. Io. Anch. quæ. 65. distinguendum esse videtur, quod aut ille, à quo petitur seruitus, non contraxit, nec quasi, tunc petens non est admissibilis ad ius seruitutis petendum, & sic non debetur, l. cum debere. ff. de ser. vrb. præd. quia regulariter res. quælibet est libera, nisi seruitus imponatur, vel probetur constituta. l. qui luminibus. cod. tit. l. ædibus. l. altius. C. de serui. & aqua. Secundo casu, quando verè contraxit, & tunc aut super vsufructu, aut super proprietate, si super vsufructu, & isto casu debetur iter seu aditus, etiã quod nihil sit dictum, ex sic ex natura contractus. l. 1. ff. si vsufr. peta. ratio est, quia sine aditu vsufructus esset inutilis, l. binas ædes. alias incipit Maurus. ff. de serui. vrb. præ. & iste aditus non poterit vocari seruitus proprie, quia seruitus seruitutis esse non potest. l. 1. ff. de vsufr. leg. sed vocabitur commoditas iure debita. Si vero super proprietate rei contractum est, nempe quando aliquis vendit proprietatem rei, tunc non venit seruitus viæ itineris, vel aditus, neque alia seruitus regulariter nisi expresse fuerit constituta. l. in vendendo. ff. de contrah. emp. l. qui liberatis. §. 1. ff. de cui. est communis opinio etiam si sine seruitute & aditu res vendita omnino inutilis efficeretur, Alb. in d. l. binas. Bal. in l. cum talis & l. per agrum. C. de serui. & aqua. Spec. tit. de emptio. §. 1. vers. ad eundem, Capol. trac. vrb. præd. c. 38. tit. de serui. itine. Boer. d. decis. 322. ubi posuit istud pro regula, vt seruitus non debeatur in re vendita, sed sex vt septem modis limitatur, nempe in seruitute ligni iniuncti, vel oneris ferendi, quæ debetur in venditione etiam si nihil sit dictum, d. l. binas ædes, l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Sequendo quando vendidit fundum cum clausula cum omnibus accessibus & introitibus & egressibus suis vsque in viam publicam. Tertio fauore religionis. Quarto fauore vltimæ voluntatis. Quinto fallit in via publica destructa. Sexto in seruitute aquæ constituta, ut late ibi per eum, quem videas, quia frustra eum describerem.

50 Sed animaduertendum, quia Bar. in l. 1. ff. de ser. lega. tenuit vt seruitus debeatur, & in l. quod conclaue. ff. de dam. infec. tenuit, vt non debeatur, & sic à Doctoribus redarguitur de contrario, & multi, in concordando eum, laborarunt, assignando quod in l. 1. ff. de ser. leg. loquatur de vltima voluntate, in qualarga fit interpretatio, nimirum si voluit, vt seruitus debeatur, & sic concordat cum limitatione 4. de qua supra, sed in l. quod conclaue, loquitur in cõtractibus, in quibus non ita lata fit interpretatio, & de hoc Boe. fecit regulam, sed Doc. alij faciebant hanc distinctionem, vt non debeatur seruitus in re vendita in seruitute discontinua, sicut est seruitus itineris seu aditus, sed in seruitute continua, & permanente, vt in domo, quæ continet tigna & onera, debeatur, prout declarat Capici. deci. 187. Rom. in l. quod conclaue. nu. 187. ff. de dam. infec. Petrus Io. Anch. quæst. 65. vol. 1. & Bar. in d. l. 1. ff. de ser. leg. Cast. l. via. §. quæcumque. ff. de serui. rust. præd.

Ego autem crederem vltra supradicta, Bar. posse soluari & alio modo, nempe dicendo, quod in d. l. loquitur, quando sciebat impositam esse seruitutem illam, & propter scientiam debeatur, alleg. l. 1. ff. de act. emp. & tunc credo quod habebit actionem aduersus venditorem pro interesse illius, cui debetur seruitus, in l. verò, quod conclaue, loquitur Bar. quãdo ignorabat, quia tunc merito non debetur seruitus, & poterit parietem euellere.

Et successiue notandum est in hac materia, quod iura realia accedunt rei venditæ ex natura contractus emptionis sine aliqua expressione. Bal. in l. si aquæ ductus, cum sequen. ff. de contrah. emp. ubi inquit Vlpia. quod si aquæ ductus debeatur prædio, ius aquæ transit ad emptorem, etiam si nihil sit dictum, licet etiam & ipse fistula, per quas aqua ducitur, licet extra ædes sint, & sic ex natura emptionis est vt veniant canales seu fistulae, quæ extra prædiũ protruduntur ad aquam recipiendam, licet ius aquæ fuerit amissum. l. & quamquam. ff. de contrahen. emp. cum antecod.

52 Similiter vendito fundo, veniunt mensurationes & si nullum fuit adiectum tempus, fiet mensuratio infra 60. dies à die conuentionis, & vltimus peti nõ potest, nisi aliter esset conuentum, vt videtur uelle iureconf. in l. quod si noluit. §. si quid ita. ff. de ædili. edic. Soc. cons. vlt. circa si. libro 3. ubi inquit ad plus mensurationem peti posse infra annum, arg. l. qui grauatos. C. de cens. & censito, lib. 11. & Abbas Io. And. Io. de Imo & Canon. in c. per tuas, de donatio. & intellige, prout declarat Didacus, c. 3. prati. q. sci licet quoties venditio fuit facta ad mensuram, non autem ad corpus, & limita etiam ut per Bero. suis q. famili. 5. quæst. nu. 1. nempe quando ille, qui debet facere mensurationem, fuit in mala fide, & sciuit, vel scire debuit, esse faciendam mensurationem, ita Hoff. & alij Cano. d. c. per tuas. Aduerte tamen, quod si fuit factum pactum, vt fundus mensurari debeat, venditio videtur conditionalis, ut cõsult in termi. Card. Alban. consi. 15. Neuz. 38. consi. nu. 24. Did. prati. quæst. c. 3. nu. 6. Menoch. consi. 26. num. 29.

53 lib. 1. ¶ an autem attendenda sit mensura loci contractus, an verò illius loci, ubi sita sunt bona vendita, videtur dicendum attendendam esse mensuram loci, ubi sita sunt bona, secundum æquitatem, & ita fuisse decisum in contigentiã facti attestatur Cachera. Pedemo. decis. 114. quamquam de iure contraria opinio videtur uerior, sed ad cuius instantiã fieri debeat mensuratio, dicendum est ad instantiam uenditoris, prout cõsultat Lauren. de Pinu consi. 131. & optime.

54 Sed quæro, uendito fundo uenient ne confines, siue termini? dicendum quod sic, quia ex natura contractus, etiam si nihil sit dictum, venditor tenetur ostendere eos. l. forma, ubi glo. ff. de censibus, & adeft decis. Franci. Marci, decis. 337. in 2. tomo. vide consi. Decia. consi. 44. uol. 1. ubi quid si fuisset facta venditio in specie corporis designati per confines, non autem per numerum, & uide Did. Cou. d. c. 3. practica quæst. ubi late de ista materia confinium, & quando yppiat in venditione, quidquid intra fines præscriptos continetur & quando non, ¶ & quãdo

do intelligatur venditio facta ad corpus vel ad men- suram, ubi exemplificat quod si fuit dictum, vendo fundum cum dolij octuaginta ibi existentibus, ex quo venditio doliorum incipit a numero, censetur venditio facta ad numerum expressum, l. pen. §. ult. ff. de actio. emp. at si fuit dictum, vendo fundum cu dolijs ibi existentibus, quae sunt octuaginta, venditio est censenda ad corpus, non autem ad numerum, ideo si sunt plura dola quam octuaginta, ueniunt in venditione, sicut in specie, vt declarat Did. d. c. 3. sub num. 4. ibi refert Ruy. Cast. D. cium, Sec. & alios secus si non sint octuaginta dola, ut declarat Plot. conf. 55, qui videtur limitare d. doctrinam, nisi ille fundus seu illa dola uendita, reperiantur pauciora, quia tunc tenetur.

56 Demum dicendum est, quod uendito fundo ex natura emptionis ueniant aquae & pisces in ea existentes, tamquam fructus & pars fundi, nisi fuissent positi illi pisces studiose in illis aquis, vt pulcre not. Bar. in l. limes, & labia. ff. de act. emp. Guid. Pap. decif. 91. & in hac materia adest cons. Dec. conf. 58. uol. 1. nihilominus ad euitandas omnes controuersias, & lites, semper apponi debent in instrumentis emptio num clausulae clariores, & specificae & efficaciores, quas refert Spec. tit. de emptio & vend. §. 1. in 2. forma instrum. in ver. quae intra praedicta scilicet uendidit cum omnibus, & singulis, quae intra praedicta continentur confinij, accessibus quoque & egressibus suis usque in uiam publicam, cum omnibus & singulis, quae habet supra se, vel infra, seu intra se in integrum omni iure, actione, usu, seu requisitione, sibi seu dictae, uel pro ea quomodolibet competenti quae uerba quid ualeant, declarat Spec. d. loco.

57 Effet hic pro complemento dicendum, quod ex natura emptionis est & uenditionis, ut appellatione uenditionis ueniat quicumque alius contractus, per quem transfertur dominium. l. statuliberi, §. Quintus, ff. de statulibe. uerum quia de hoc diximus late supra, in principi. trac. nu. 26. ad praesens nil dicam uideas ibi, & dicemus etiam late suo trac. de alienatione in vltima parte Amphitheatri.

DE ACCIDENTALIB. emptio. & vend.

S V M M A R I V M.

- 1 Accidentalia dicuntur, quae esse et abesse possunt.
2 Pactum additionis in diem accidentale appellari potest, et quomodo concipiatur.
3 Pactum legis commissoriae, est accidentale, et quomodo fiat.
4 An pactum legis commissoriae faciat uenditionem conditionalem.
5 Quomodo fiat pactum de retrouendendo, quod est accidentale in uenditione.
6 Pactum de retrouendendo etiam sine temporis praescriptione ualet.
7 Si fiat pactum duobus de retrouendendo, an altero tantum possit redimere.

- 8 Concordatio opinionum contraria.
9 Arra est de accidentalibus emptionis.
10 Arra est argumentum uenditionis contractus.
11 Quando interuenit arra, possitne a uenditione recedi.
12 Accidentale est in emptione, solutio seu impositio gabellarum.
13 Quando res perit, uel deterioratur, est accidentale.
14 Periculum rei uendita spectat ad emptorem.
15 Si res non sit tradita uere, nec ficte, periculum est uenditoris.
16 Si contractus est perfectus, & habet omnia requisita, periculum est emptoris.
17 Contractus quando dicatur perfectus.
18 Mortua uel perempta re uel deteriorata, emptor tenetur ad pretium.
19 Venditor in re uendita debet adhibere diligentiam illam, quam bonus paterfamilias rebus proprijs adhiberet.
20 Perempta re, uenditor tenetur ad pretium.
21 In contractu corresponsiuo facta resolutione ex una parte resoluitur ex altera.
22 Resolutio & concordatio contrarietatum.
23 Si sola uoluntate partium fiat resolutio contractus ex altera parte, an fiat etiam ab alia.
24 Si uenditio fuerit facta in genere, puta uini, uel olei, non determinato loco, periculum erit uenditoris.
25 Genus perire non potest.
26 Debitor quantitatis, perempta etiam quantitate casu fortuito non liberatur.
27 Si uinum uenditum sit, & ab emptore degustatum, post degustationem periculum erit emptoris.
28 Degustatio uel mensuratio habet uim traditionis.
29 Si res uendatur tanquam species uel certum corpus, pro frumentum in tali forea, periculum est emptoris.
30 In uenditione & contractibus sub conditione, si res perit, uenditori perit.
31 Periculum publicationis pertinet ad uenditorem.
32 Si quis accepit rem uendendam, ut pretio re uendita uteretur, periculo eius habebit ipsam rem, dummodo non pereat casu fortuito.

1 Accidentalia in hoc contractu dicuntur illa, quae esse, & abesse possunt ueluti pacta addita contractui, dando, uel faciendo aliquid, non attingentia uenditionem, vt inquit glo. magistralis in l. pacta conuen- ta. ff. de contrah. emp. declarat Zas. c. 12. singu. responf. nos diximus supra, trac. mutui, in prin. quin. col. ult. ord. & licet exemplum non ponatur, potest exemplificari in pacto additionis in diem, quod pactum appositum in ipso contractu emptio. & uenditionis accidentale appellari potest, & concipitur, si uendidero pro centum tibi fundum pacto adiecto, vt si intra diem talem, melior conditio non offeratur, sit tibi dicto pretio emptus, alias uenditio resoluatur. l. 1. ac toto tit. ff. de in diem addit. & an sit d. conditio pura, in diem, uel sub conditione resoluenda, uel simpliciter conditionalis, ponit tex. in l. 2. ff. de in diem addit.
3 Similiter potest poni exemplum de pacto legis commissoriae, de quo supra diximus, trac. pigno. col. 5. ult. ord. quod concipitur, & fit hoc modo, uendo tibi talem rem tali pretio, eamque trado pacto adiecto, quod

esto, quod si infra mensem pecuniam non solueris, res sit inempta, quo tempore elapso si pecunia non est soluta, inemptam rem dicere possum, uel ad pretium te adstringere, cum enim fauore meo haec lex sit adiecta, ea uolens non inuitus uti debeo. l. 1. & 3. per tot. ff. de lege commif. & an hoc pactum uenditionem conditionalem faciat, uel uerius sub conditione resoluatur, ponit tex. in l. 4. ibi Bal. & ceteri. ff. de le. commif. & de natura talis pacti, tradit late Baptista Lupus trac. de usufr.

Pariter potest exemplificari in eo pacto, quod fieri solet vt venditor teneatur illam rem uenditam re- trouendere ad liuellum, uel quod uenditori teneatur emptor rem ipsam tradere, de quo loquutus fuit Alex. de Neuo, conf. 95. num. 1. ubi disputat, an tale pactum sit licitum, & tenet quod sic, nos dicemus suo loco.

Potest etiam poni exemplum in pacto de retro- uendendo, quod fit hoc modo, uendo hoc pacto, vt si intra decem annos uelim redimere possum, nam si ne temporis praescriptione usque in infinitum aliqui uolebant, vt non ualeret tale pactum, at secundum magis commune opinionem ualet tale pactum, pro qua opinione est tex. admodum uergens in l. qd si nolit, §. si quis ita, ff. de xdil. edic. & est etiam tex. in l. item illa, §. quod adijcitur. ff. de constitu. pecunia, & nos infra in vltima columna huius ordinis la- tius dicemus, dic ergo quod tale pactum etiam si ne temporis praescriptione ualet & debet seruari, sed

7 quid si fuit factum huiusmodi pactum duobus, an uolente altero illorum redimere partem vnā possit, & emptor teneatur illi soli reddere dimidiam. dic quod non, quia nisi totum pretium solutum sit, non potest cogi ad reuendendum. l. quod autem, l. sequenti, l. quod si uno, ff. de in diem additio. non est enim uerisimile, vt emptor emisset unam partem sine alia, cum sibi non afferat tantam utilitatem respectu partis, quantam respectu totius, iux. not. in l. si fundus ille, ff. de contrah. emp. & l. si quis aliam, eod. contrarium tamen tenuit Nicola. Boe. decif. 251. quod scilicet vnus tantum possit, intellige tamē nisi materia esset totaliter & omnino indiuidua, ut

8 est stipulatio seruitutum, & sic potest concordari vtraque opinio, ut scilicet opinio superius dicta procedat in materia omnino indiuidua, opinio autē Boerij in re diuidua, prout est in obligatione rem tradi, uide d. decisionem Boe. & uide quae diximus trac. stipula. col. diuid. & indiuid.

9 Item potest dici, vt arra sit de accidentalibus huius contractus emption. & uendit. namque arra pro forma & substantia contractus non requiritur, cum recte quidam sine ea possit celebrari contractus. l. quod sepe, ff. eod. quem tex. not. Gos. in sum- ma, titulo de emptio. nu. 2. arra enim est argumentum emptionis & uenditionis contractus, nempe, inquit tex. in d. l. quod sepe, arrae nomine pro emptione datur, non eo pertinet quasi sine arra conuentio nihil proficiat, sed ut euidentius probari

10 possit conuenisse de pretio. Sed quaro, quod quando interuenit arra, potestne a uenditione recedi, & dicendum quod sic, si contractus nondum est perfectus & absolutus, sed tantum fuerunt uerba praepa-

ratoria ad contractum, puta quod sit dictum de faci- enda scriptura, & emptor perdit arram, quam de dit emptori, si uult recedere, si autem est uenditor, qui uult recedere, debet restituere arram duplicatā. l. contractus. §. illud. C. de fide instr. §. in his autem. Inst. de emptio. sed si contractus est perfectus, potest similiter recedi, sed pars, quae recedit, tenetur vltra arram ad interesse, secundum aliquos antiquiores, & etiam moderniores, d. §. illud & Ang. d. §. in his autem, & haec est commu. opinio, de qua attestatur Iaf. in addi. ad Por. in §. 1. Inst. de emptio.

12 Potest etiam forsan dici, vt accidentalalia sint solutiones seu impositiones gabellarum, nam stante statuto quod pro quolibet contractu uenditionis soluatur gabella, secundum Bal. in l. si praedium, C. de xdili. actio. quem refert Silua. conf. 8. nu. 79. vol. 1. emptor debet soluere gabellam seu uectigalia seu transitus, tex. in l. debet, ff. de xdil. edicto. & C. de uectig. & commif. praecipue ex praestratione, quae decedit quantum uectigalis nomine sit soluendum, & si non soluatur, res ipsa capitur & uenditur, vt C. si propter public. pens. & potest dici, ut ista uectigalia sint accidentalalia, quia aliquando soluuntur, aliquando non, etenim aliqua ciuitates sunt, quae possunt imponere d. gabellas, aliqua aliae non possunt, vt tit. C. uectiga. insti. non poss. sed circa hoc attenduntur statuta & consuetudines, quae hodie semper seruantur omisso iure communi.

13 Potest dici, ut accidentalalia in hoc contractu sint, quando uendita res perit, uel deterioratur in totum uel pro parte, tunc autem cui spectare debeat periculum, ex infra dicendis apparebit, & ex mente Bal. post antiquos relatos in l. 1. ff. de peric. & commo. rei vend. & l. 2. C. eo. dicendum, quod si res uen-

14 dita pereat, uel deterioretur absque culpa uel negligencia uenditoris, uel accidentaliter, seu naturaliter, tunc dicendum est, quod si erat res tradita uere uel ficte, clarum est, quod periculum, & damnum spectat ad emptorem, non autem ad uenditorem, cum in cum sit translatum dominium, & uenditor ex parte sua soluit & totaliter adimpleuit contractum est tex. in term. in l. lectos, & tex. in l. quod si neq; ff. de peri. & commo. rei vend. similiter, si res non sit tradita uere nec ficte, erit periculum & damnum uenditoris, quare si trabes sint signatae ab emptore, uidentur traditae, & periculum spectat ad emptorem. d. l. quod saepe, §. fin. ff. de peric. & commo. rei uendi. si t ergo regula, & doctrina ista generalis, quod si

15 contractus est perfectus, quoad obligationem, & habet omnia substantialia, de quibus supra, periculum & damnum est emptoris, & uenditor tanquam uenditor in specie, perempta ipsa specie ante mortem, liberatur, arg. tex. in l. quod te mihi, ff. si cert. petatur, l. si ex legati causa, ff. de uerbo. obliga. tradit Soci. reg. 32. ubi ampliat dupliciter, limitat tripliciter, & Diaz. reg. 169. Petr. a Duen. qui alios refert, regn. 179. adest consilium Lauren. de Pinu. consil. 88. & quando dicatur contractus perfectus, not. Docto. in l. necessario, ff. de per. & commo. rei vend. & sic inferitur, quod si mortua, uel perempta, uel deteriorata, emptor tenetur ad pretium, licet res sibi non tradatur, tex. & glo. in l. fina. C. de per. &

&

& commo. rei vend. ibique communiter Doctor. & tex. in l. si in emptione. §. si emptio. ff. de contrah. emptio. l. Lucius. ff. de cuius. l. cum emptor. tex. pulcherrimus in hac materia. concor. tex. in §. cum autem. In situ. de emptio. & vend. & ita tenuit Corne. in consi. 23. in uol. in princip. ita firmavit plenif. Rolandus consi. 45. in 3. volu. & ratio pro hac decisione potest assignari, quia lex considerauit quod venditione perfecta, est in potestate emptoris agere ad rem, & eam consequi, & post traditionem periculum rei ad eum pertineret, ita eodem modo ante, cum nulla culpa, vel negligentia imputari posset, nam teneretur ad damnum & aestimationem, quia si venditor in re conseruanda debet adhibere diligentiam illam, quā bonus paterfamilias proprijs rebus adhiberet, cum venditor antequam tradet rem, censetur tanquam procurator, qui à lege habet mandatum. l. & sarp. §. res. ff. de contrahen. emptio. l. venditor domus. ff. de actio. emp. l. 3. ff. de commo. & per. rei vend. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actio. empti.

20 Sed contra prædicta, scilicet quod perempta re venditor teneatur ad pretium, videtur facere regula illa, quæ probatur in l. bona fides. ff. de actio. empti. nempe quod in contractu emptionis & venditionis & quolibet alio contractu oneroso correspondit, facta resolutione ex altera parte resoluitur ipso iure ex altera: inquit enim ibi tex. bona fides non patitur, ut cum emptor alicuius legis beneficio pecuniam rei vendite debere desisset antequam ei tradatur res venditor tradere compellatur, & re sua careat. cum ergo ex vna parte contractus sit solutus, cū res perierit: ergo debet etiam ex alia, hoc est ex parte emptoris. pro solutione respondendum, quod tex. in d. l. bona fides, loquitur quando re extante, re soluitur contractus ex vna parte per dispositionem legis, vel iudicis. prædicta autem iura prima debent intelligi, quando contractus resoluitur per mortem vel interitum rei, & casum fortuitum, quia tunc non resoluitur ex alia, sed emptor tenetur soluere pretium, ut diximus, & hæc vera est resolutio, prout voluit Bal. in d. l. si. C. de per. & commo. Corneus consi. 23. vol. 3. in princ.

23 Sed quid si sola voluntate partium fiat resolutio contractus ex vna parte tantum, an resoluitur ex alia? dico quod si res vendita nondum erat tradita à venditore, nec pretium ab emptore, tunc facta resolutione ex vna parte, erit ex alia, quia si emptor est liberatus a pretio, & venditor à re, sed si res erat iam tradita, & vnus eorum liberauit alium, videtur ei donare, & resoluitur contractus ex vna parte, est tex. qui in puncto decidit quæstionem hanc in l. cum emptor. ff. de rescin. vend. & melior in l. si conuenienter ff. de pac. l. 5. ff. loca. l. si. ff. de acceptu. & utrobique commu. Doctor.

Aduertendum tamen est, quod prædicta vera sunt in rebus immobilibus, vel in rebus mobilibus consistentibus in specie, secus in rebus consistentibus potest, vel mensura, ut vino, oleo, frumento & similibus, quia ante traditionem periculum non pertinet ad emptorem, sed ad venditorem, in quibus rebus alia est tradenda distinctio, quamuis inter Azo. ab Accur. & Bal. & alios nonnullos fuerit de hoc con-

trouersia, quos omnes conatus est concordare Franc. Marc. quæst. 58. in 2. tomo. dic ergo, secundum commu. doctorum sententiam, quod si quis vendat certas amphoras vini, vel olei in genere, & simpliciter, non destinato vel determinato loco, ex quo debeat extrahi & fieri solutio, periculum, & commodum erit venditoris, licet totum illud quod habet in suo patrimonio pereat, quia si genus perire non potest, arg. tex. in l. in ratione, la. ij. §. incertæ. ff. ad leg. falcid. l. incendium, C. si cer. pet. & in hoc casu intelligitur habere locum regu. Petr. à Duena num. 176.

26 quod si quantitatis debitor perempta quantitate etiam casu fortuito, non liberatur, quia non tenebatur venditor magis soluere ex vno, quam ex alio, quare si illud, quod alibi esset perierit, non esset liberatus iuribus supracitat. quod limita, prout voluit supraci. Petrus à Duca. d. reg. & Ias. ante cum in l. quod te mihi, nu. 14. ff. si cer. pet. vbi sex modis limitat. si vero quis vendat certas amphoras vini, vel certos modios frumeti. ex aliquo loco determinato, & nulla interuenit traditio, vel degustatio, vel menfuratio, periculum pariter pertinet ad venditorem, non autem ad emptorem ratio, quia non ut species videtur facta venditio, sed in genere magis. si autem fuit mensuratum vel degustatum vinum illud, vel oleum, tunc post degustationem vel mensurationem periculum pertinet ad emptorem. l. 1. & per totum, ff. de peri. & commo. rei vend. l. 2. C. eodem. l.

28 quod sæpe. §. his. ff. de contrah. emptio. si illa enim degustatio vel mensuratio, seu ponderatio, videtur habere vim traditionis, fac. d. l. quod sæpe. §. in his. quod limita & intellige, nisi per emptorem steterit quominus mensuratur vel ponderatur. l. si per emptor. ff. de p. & commo. rei ven. & l. C. cod. l. te limita, nisi venditio fieret pacto & conventionione, ut emptor periculum subeat, l. si quis vina. §. in accessione. ff. de per. & commo. rei vend. si autem talis res vendatur tanquam species, vel certum corpus, ut si quis vendat frumentum in tali fouea, vel vinum in tali dolio, vase, vel loco, tunc periculum pertinet ad emptorem, quia venditio videtur facta in specie. l. 1. ver. sed si non sunt. ff. de per. & commo. rei vend. l. 2. ver. cum autem. C. cod. fallit hoc, nisi venditor suscipiat in se periculum l. 1. ver. i. ff. de per. & commo. rei vend. Item fallit, nisi per venditorem steterit quo minus ponderetur aut mensuratur. l. si quis vina, ff. de per. & commo. rei vend. Item limita, nisi venditor asseruisset & affirmasset bonitatem rei vendite duraturam, vel licet non asseruerit, tamen sciebat bonitatem non esse duraturam, & non certiorauit emptorem, l. si vina, quæ in dolijs. ff. de per. & commo. rei vend. & idem esset dicendum in casu, quando scilicet licet venditor sciebat ordinationem factam, vel de proximo faciendam in illa ciuitate, vel oppido, de non vendendo vino, grano, vel oleo, & viliori pretio esse valituram rem, & non certiorauit emptorem, quia tunc teneretur venditor arguendo de mutatione qualitatis intrinsecæ, hoc est bonitatis, ad qualitatem extrinsecam, quæ est pretium rei, quod est notandum, & aduertas quod si omnia prædicta sunt intelligenda in contractu celebrato pure, secus si sub conditione, nam tunc si pereat res, periculum

culum est venditoris. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de per. & commo. rei vend. Item pro complemento huius columnæ notandum, quod supradicta regula & doctrina vera est, ut perfecta venditione periculum sit emptoris, sed si fallit & limitatur in periculo publicationis, quod pertinet ad venditorem, eadem si tibi fundum vendam, & antequam tibi tradam vacuum possessionem dictus fundus publicetur, periculum spectat ad me, quia ego venditor teneor vacuum possessionem tradere, hoc est vt emptor potior sit, ita quod ab eo auocari non possit, nam si quis auocauerit eam, erit ac si tradita non fuisset, de hoc est pulcherrimus tex. in l. si fundum, ibi Doc. ff. loca. & cond. vbi loquitur de locatione & venditione in terminis.

32 Sed si quid in casu, quando dedi rem vendendam alicui, vt re vendita pretio vteretur, & antequam res vendatur periret, hæc dubitatio fuit Vlpiani, in l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. vbi decidit, quod ille qui accepit rem vendendam, vt vteretur pretio, periculo suo rem habeat sed dubitarunt Doctor. de quo periculo intelligatur ibi in illa lege Vlpiani, & secundum Vtramonta. & nonnullos alios intelligi debet de casu fortuito, at secundum Azonem praticum & iudicis. §. & nonnullos moderniores intelligi debet de omni culpa leui & leuisima, non autem de casu fortuito, & intellectus iste communiter à Doctoribus est receptus, prout attestatur Ias. in d. l. nu. 25. si igitur illa res pereat casu fortuito, non tenebitur: si culpa autem sua qualicumque tenebitur. Demum pro complemento huius columnæ esset videndum an pactum & promissio de vendendo, sit venditio? & dicendum quod non, de quo vide infra trac. donatio. col. 5. vlt. ord. Sed quid si promissio non vendere nisi tibi, an ego possim compelli ad vendendum, vide Franci. Zanet. post Cagno. & alios in rep. l. 2. C. de pac. int. empto. & vend. nu. 87.

DE ACTIONIBVS emptionis & venditionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex contractu emptionis, & venditionis duplex oritur actio.
- 2 Emptor potest agere de euictione in hoc contractu emptionis, & habet locum euictio.
- 3 Si venditur res vitiosa vendens ignoranter, tenetur redhibitoria, aut quanti minoris, & si scienter tenetur ad interesse.

**Venio** ad sextam columnam eiusdem ordinis, quæ est inscripta, quæ actio oritur & datur in hoc contractu emptio. & vend. pro cuius declaratione sciendum, quod duplex oritur actio, vna ex vendito, quæ creditori datur ad consequendam pecuniam ab emptore & vsuras pretij. Altera, quæ emptori datur, quæ vocatur actio ex empto, & datur quotiescumque pretium est solutum contra venditorem ad rem consequendam cui-

his, quæ ex bono & æquo proueniunt, veluti cum fructibus post moram. l. Iulianus. §. offerri, & §. ex vendito, vbi glo. & l. ex empto, ff. de actio. emp. & l. curabit. C. cod. tit. Præterea notandum, quod si emptor potest agere de euictione in hoc contractu, & habet locum euictio saltem ad pretium, & aestimationem rei, etiam si esset dictum, quod non teneatur de euictione venditores, tex. est & per totum, tit. in l. 1. ff. de euic. & C. eod. per totum tit. de qua materia esset hic dicendum, verum quia infra in quinta & vltima parte Amphitheatri suo loco proprio dicemus, ne bis idem repetamus, erit silentio nunc prætereundum. Accedat supradictis, quod si venditur res vitiosa vendens ignoranter tenetur redhibitoria, id est rem recipere, & pretium restituere, aut quanto minoris res valet, & si scienter tenetur ad interesse emptori, scilicet nedum ad pretium, sed ad omnia damna emptoris rescarcienda, nisi esset vitium furis, de quo per Fab. in 6. quæst. prin. nu. 55. in decimo quinto quæstio.

QVIBVS CASIBVS annullatur emptio & venditio.

S V M M A R I V M.

- 1 Pluribus modis annullatur, & rescindatur emptio, & venditio.
- 2 Rescinditur contratio consensu partis, vt propter dolum vel metum adhibitum.
- 3 Solo pacto nudo siue incontinenti siue ex intervallo facto rescinditur contractus.
- 4 Pactum nudum non sufficit ad tollendam obligationem in contractibus verbis, secus in contractibus, qui celebrantur consensu, nisi interuenit traditio.
- 5 Quando interuenit traditio in contractu, an pactum nudum aliquid operetur.
- 6 Rescinditur contractus etiam per dolum.
- 7 Si dolus dedit causam contractui, est ipso iure nullus contractus.
- 8 Si ille, qui passus est dolum, velit stare contractui, valet contractus.
- 9 Rescinditur contractus per lesionem ultra dimidiam iusti pretij.
- 10 Quando intelligatur minus pretium, secundum Doctores.
- 11 De iure civili procedet libellus purus, de iure autem canonico debet agi alternativè, vt vel pretium suppleatur, vel rescindatur contractus.
- 12 Non sufficit, ut reddatur unus nummus, per quem excludatur lesio in emptione.
- 13 Valor rei debet considerari tempore contractus, non autem postea.
- 14 Si res ab emptore alienata sit, poterit deceptus venditor agere contra emptorem, cum sit personaliter obligatus non contra nouum possessorem.
- 15 Actio personalis non sequitur possessorem fundi.
- 16 Si res empta pereat casu fortuito, non potest agi remedio l. 2. C. de resc. uend.
- 17 An remedium l. 2. C. de rescind. uend. possit intentari, si res sit vendita in publica sub habitatione in puncto iuris sic, se-



- 18 *sec. secus de consuetudine.*
- 18 *An remedium. d.l. 2. c. de rescin. uend. habeat locum in alijs contractibus, quando adest lesio ultra dimidiam, dic quod sic in bonisfidei contractibus, secus in stricti iuris contractibus.*
- 19 *In contractibus stricti iuris habet locum remedium. l. si quis cum aliter, ff. de uer. oblig.*
- 20 *Remedium. l. 2. c. de rescin. dabet locum etiam si sit illi expresse renunciatum, distinguitur ibi, & concordatur contrarietas etiam in laudo & ecclesia.*
- 21 *Remedium l. 2. c. de rescin. non habet locum in transactione, secundum antiquos Doc. & magis commu. opinio.*
- 21 *Remedium l. 2. habet locum in transactione, secundum magis commu. opin.*
- 23 *Concordatio opinion. contrar. an excessus sit in modico, uel magno.*
- 24 *Remedium. l. 2. c. de rescin. non habet locum in contractibus, quibus interuenit iuramentum de non contraveniendo, & ex certa scientia.*
- 25 *Iuramentum an ualidet contractum minoris, mulieris, & infirmi.*
- 26 *Quando rescinditur contractus ob remedium l. 2. c. de rescin. uendi. an debeat restitui res ipsa etiam cum fructibus.*
- 27 *Qualiter formetur libellus pro consequendo beneficio l. 2. c. de rescin. uend.*
- 28 *Rescinditur contractus emptiois & uend. ob pactum de retrouendendo, & quando.*
- 29 *An pactum de retrouendendo licitum sit.*
- 30 *An transacto tempore prefixo possit uenditor rem uenditam redimere oblato pretio.*
- 31 *Interdum contractus emptiois cum pacto de retrouendendo, presumitur usurarius & simulatus.*
- 32 *Rescinditur contractus emptiois per pactum leg. commissoriae, uel additionis in diem, uel ex inobseruantia promissorum.*
- 33 *Rescinditur contractus emptiois per restit. in integ.*
- 34 *Rescinditur contrac. emptiois. uolente altero ex contractibus si initium infra sex menses in re empti deprehendat emptor.*
- 35 *Rescinditur contrac. emptiois. multis modis.*
- 36 *Contractus emptiois redditur nullus, si conferatur pars aliqua substantialis in uoluntate contrahentis.*
- 37 *Quo iure, seu quo remedio petatur rescissio uenditionis.*

**De uenio** ad septimam, & ultimam columnam huius vlti. ordinis, pro cuius expeditione animaduertendum est, quod **1** pluribus modis rescinditur & annullatur contractus emptiois & uenditionis, nempe contrario consensu partium, item si dolus dedit causam contractui, uel incidit in contractum. Item per laesionem ultra dimidiam, per pactum de retrouendendo, per pactum legis commissoriae, uel additionis in diem, per restitutionem in integrum, & alijs quibusdam modis, de quibus singulis uideandum, sigilla timque declarandi illi sunt.

**2** Et primo rescinditur contrario consensu partis, ut propter dolum, uel metum adhibitum, item per laesionem ultra dimidiam, de qua dicemus infra diffusè, & de rescissione contractus unius partis loquitur titulus, C. de rescin. uend. & ibi Azo in sum.

& exemplificat, si rescindatur ratione minoris aetatis, uel ratione erroris, & alijs quibusdam modis, uel rescinditur contrario consensu partium ante traditionem, de quo. C. quando liceat ab emptione disce. & ibi Azo. nam sicut contractus fuit perfectus & consumatus solo consensu & uoluntate partium, ita etiam eius distractus. l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. disced. & ibi glo. & Bar. & Bal. Sal. Cast. & caeteri scriben. communiter in l. iurifigentium. §. adeo, ff. de pac. qua propter + solo pacto nudo siue incontinenti facto post contractum, siue ex interuallo contractus iste emptiois. & uend. rescinditur, ut probatur dictis iuribus. Et si tu oppugnando dice res, quod + pactum nudum non sufficit ad tollendam utramque obligationem. l. si unus. §. pactus ne peteret, ff. de pac. ibi communiter Doct. responde tur quod bene uerum est, & procedit in contractu uerborum, Bolo. consi. 7. nu. 30. secus est in contractibus, qui celebrantur consensu, namque cum celebrantur consensu, solo etiam consensu contrario dissoluntur. d. §. pactus ne peteret, nisi fuerit sequuta traditio rei, tunc enim oportet etiam ut fieret restitutio rei traditae, est tex. in l. ab emptione, ff. de pac. & ibi communiter Doctores, tex. in l. cum emptor. ff. de rescin. uend. ibi scriben. in quo casu, scilicet + quando interuenit traditio, an pactum resolutorium aliquid operetur, secundum Doc. in d. l. ab emptione, ff. de pac. dicendum est, quod si fiat pactum nudum de reuocando ex interuallo, & sic non ueluti tum coherencia contractus, oritur tantum naturalis obligatio ad reuocandum & operabitur exceptio nem, uel retentionem ex parte eius: si autem pactum fiat obligatorium, ut si dicatur, nos discedimus a contractu, & uenditor promittit restituere rem, tunc si talis conuentio facta sit iuxta contractum, uel sit coherencia contractus, & oritur obligatio efficax reciproca inter eos ad resoluendum, & similiter esset, si tale pactum reuocatorium fieret per stipulationem, siue incontinenti, siue ex interuallo, sed si pactum simpliciter interuenit, tunc non ualet, nec inducit obligationem, nec naturalem ad reuocandum, siue incontinenti fiat, siue ex interuallo, quia intentio partium fuit reuocare non contra here, nec inducere obligationem, ita probat tex. & est suus intellectus uerus in d. l. ab emptione, §. si. ff. de pac. ibi Bar. Paul. & caeteri.

**6** Secundo modo + rescinditur contractus propter dolum, de quo in l. & eleganter, ff. de dolo, & ibi Doc. post gl. in l. si dolo. C. de rescin. uen. & §. actionum, & ibi glo. Inst. de actio. & tradunt Doc. in l. si quod aurum, ff. de uer. obligatio. ibi signanter per Rom. & Ias. post Bar. & per Cano. in c. cum dilecti, de emptio. & uend. Io. de Ana. & Abb. in c. in ciuitate, de usur. Calder. in c. nauiganti, eod. tit. per Strac. Ancho. trac. de mercatura, in 2. par. in 2. col. & de proxenetis, in 4. par. quaest. r. ubi an aduertit, d. contractum emptiois & uend. posse solum rescindi ob dolum contrahentium, non autem ob dolum proxenetarum, id est mediatoris, de quo per Cor. consi. 263. numero sexto. volumine tertio. quamuis postea possit agi de dolo contra proxenetam, de quo etiam Doctor. in d. l. & eleganter; si dolus

**7** + si dolus igit dedit causam contractui, & est ipso iure nullus, si uero incidit in contractum, rescinditur dictis iuribus. & late p. Doc. p. p. Cag. in l. 2. in 1. concl. post nu. 15. C. de rescin. uen. per Ias. in l. si quod aurum. ff. de uer. obl. diximus coluina solo in herere, q. est scriptura contractus, i. quarto considerabili, & dolus det esse talis, qui cadat in considerationem uirtus, & quilibet callidissimus falleret, sicut dicit de metu, Inn. in c. cu dilecti, x. q. met. ca. Ias. in l. interpositas. C. de tras. & l. si q. cu aliter, n. 9. ff. de uer. ob. ad uerte tu q. + si ille q. passus est dolum, uelit stare contractui, ualet & tenet, cu hoc beneficium rescissiois sui fauore sit inducitur, tex. & ibi gl. in d. l. & eleganter, ff. de dolo, & sic poterit approbare uenditionem, si uult & id de pacto additionis in diem est dicendum, de quo infra.

**9** Tertio modo + rescinditur contractus emptiois & uend. per laesionem ultra dimidiam iusti precij, de quo in l. 2. C. de resc. u. ibi q. oes Doc. quoru ingenia plurimu infudarit in lucubratiomb. ad illa lege sed maxime celebrè reddiderunt ea Bar. Bal. Ang. Caf. Ful. Sal. Pet. Pich. Pat. Cre. Cag. Arrius Pinelus & alij pleriq., & de hac eadē materia tradit p. Canonistas i. c. cu dilecti, & c. cu ca. ibi signater An. de Burg. de emp. & u. & de hac ea materia tradit p. Fab. de Motte, suo trac. de emp. & u. in 8. q. prin. & p. Gul. Caliad i suis conclusionib. ti. de emp. & u. p. An. Ga. in recoll. com. opi. li. 3. coc. 1. ti. de emp. p. Meno. cof. 1. n. 348. & per quap. plurimos Doc. co. quos oes recē sere cer su pluu. satis erit q. ex Doc. oium recollectioe scire debetis q. rescindit hmodi contractus emp. & u. q. q. s. uedit alteri re, & emp. uel ued. fuit deceptus ultra dimidia iusti precij, tunc n. p. deceptus petere ut rescidat contractus, uel suppleatur iustu preciu, put. p. ba. d. l. 2. cuius, te. uerba sut. Re maioris precij, si tu, uel p. faus minoris precij distracterit, humanu est, ut uel preciu te restituente emptorib. fundu uenu datu recipias, uel si elegerit q. iodecē iusto precio recipias, terminus at preciu ex Doc. oium me te u. esse, si nec dimidia pars uel precij soluta sit, put. gl. ibi Bar. Bal. Alb. Caf. Sal. & caeteri coiter: exēpli gra. si ego emerē re, q. ualet decē, p. decē & sex uel ultra. uel ueditor uedat p. quatuor, uel minus, q. decē ualēt, put. gl. mag. ibi coiter recepta, & ita an oes intellexit Azo i su. ti. de ph. emp. q. uis p. iu teneat Sp. & male, ti. d. ref. u. i. 3. col. & Ca. i. c. cu dilecti, de emp. & u. ut ad hoc ut det rescissio ultra dimidia ex parte emptoris, det preciu duplicari puta q. ualet decē pro viginti & uno fuerit emptu, q. nullo modo potest esse, etenim eēt deterioris conditionis emptor in q. n. q. ueditor, si recte & subtiliter p. p. edes iudicii trutinata, q. adco nō recedēdu a prima opi. coiter recepta, & memoria

**1** tenēdu, q. d. de iure ciuili, p. cedet libellus purus, q. n. agi de rescissione contractus ultra dimidia, d. l. 2. C. de resc. u. & no. Bene. Canop. in trac. de foro fori & foro poli, in 2. li. ti. de emp. & u. n. 181. sed de iure canonico deceptus aēt agere alternatiue, ut uel rescindat uenditio, uel suppleatur iustu preciu, nec sufficit ut aduersarius restituat tū preciu laesionis, u. e. si ueditor re ualē. **12** re decē p. sexdecim uedat, q. nō sufficit ut reddat unū, nūmū, p. que excludatur laesio ultra dimidia, sed requiritur q. totū preciu, in quo ē deceptus restituat, & sic tex. nūmos, ita p. bat iura p. dicta, & maxime i. d. l. 2. ibi Bal. **13** in 1. 2. q. Cal. n. 2. & magis coiter Doc. + talis valor rei det considerari t. p. contractus, nō aut postea. l. si uoluntate. C. de resc. u. & nota q. + si res sit ab emptore alienata poterit ueditor deceptus agere p. emptore, cu sit

15 psonaliter obligatus & nō p. nouu possessore, q. a. actio psonalis nō sequit possessore fundi. l. si §. si. ff. de ph. emp. ibi Doc. coiter. gl. in d. l. 2. ff. de resc. uen. tra. Soc. re. 176. Pet. a. Duē. re. 8. si at ipse emptor esset deceptus, & re alienauit, nō pōt agere p. ueditorē, cu nō possit tradere, et sit sua culpa priuatus facultate tradēdi, d. l. 2. Doc. late ibi. sed q. d. si p. dicta res emptra pe reat casu fortuito? dic q. neq. emptor, neq. ueditor p. t. agere remedio d. l. 2. et si ueditor ē deceptus, emptor liberaē cu nō possit illā re tradere, ita q. ea repe rēpta liberaē, arg. l. si ex legati ca. ff. de uer. ob. & arg. l. Titia textores. §. si. ff. de le. 1. & l. in nauē Saupheli. ff. loc. ubi actio, uel obligatio emanata respectu rei, exiuguit respectu rei, declarat Pet. a. Duē. re. 179. post Soc. reg. 3. 2. Berar. de Luco re. 169. Ias. in l. q. te mihi. n. 12. ff. si cer. p. Rip. co. ego intelligo, q. res perit casu fortuito, ut dixi, nō sua culpa, aliā teneatē suppleere p. iu p. ut tenet Io. And. i. c. cu dilecti, in rub. in add. ad Sp. de emp. & u. & Abb. in d. c. 1. n. 10. uel dic hoc p. ce de re de iure canonico, aliter de iure ciuili, & si emptor eēt deceptus, nō poterit agere, q. nō pōt re dare, neq. restituere ipsi ueditori, & hoc u. e. de me te gl. in d. l. 2. in gl. magna, in uer. u. ea perēpta, & ibi Bar. n. 13. & Bal. in q. n. & Sal. i. u. 12. Caf. n. 16. & com. cat. Doc.

Nec ignorādū est, q. emptiois contractus rescissio soluitur morte emptoris, uel uenditoris, & sic hōdes uti nō pōt remedio. l. 2. C. de rescin. & hoc q. a. principio sciebant rem esse illius valoris. Item si testator appofuerit pretiu illud q. taxauerit, tūc heres nō pōt remedio. d. l. 2. secus si testator simpliciter re uedi iubeat, not. l. imperator. §. si ceteru. ff. de le. 2. l. si fideiusfor. §. memini. ff. de le. 1. Pant. Crem. in repe. rub. C. de rescin. n. 28. ubi ēt Pinel. par. 2. n. 19. Tiraq. de utroq. retrac. de retrac. lingua. in fi. nu. 9. Seb. Med. trac. mors oia soluit, par. 2. cof. 39. n. 105. ratio primi dicti est, quia ex quo ueditor, uel emptor sciuerit uerū ualorē rei, decepti dici nō pōt, nā sciētia de cōscietati nō fit fraus neq. iniuria. c. sciēt, de re. iu. 6. l. 2. §. u. q. ff. de iniu. huius at opi. sūt Doc. oes, d. l. 2. i. prin. C. de resc. u. Bar. n. 14. Bal. q. 4. n. 7. Sal. q. 7. n. 7. Ful. nu. 11. Cag. n. 124. Cre. n. 86. Pin. par. 1. nu. 10. Caf. l. maiorib. C. co. u. iud. Did. Co. li. 2. var. ref. iu. c. 4. n. 2. Affl. trac. feu. li. 3. n. 37. Tiraq. trac. de utroq. retrac. ti. de retrac. lingua. §. 1. gl. 18. nu. 14. Azo in sum. C. de resc. u. n. 1. Boe. dec. 142. n. 3. Ro. conf. 475. n. 4. Aug. Bero. c. cu dilecti, n. 23. de emp. & uen. Ale. cof. 42. nu. 5. vol. 1. & cof. 127. vol. 4. Soc. iu. cof. 73. vol. 2. Dec. cof. 583. col. 3. Par. cof. 128. n. 36. vo. 1. Bar. ba. conf. 21. vol. 4. Gof. conf. feu. 23. Hiero. conf. 127. Sed dato q. d. remediū. l. 2. possit intētari, poterit ne intētari si res sit uedita in publica subhaftatione, & de creto iudicis facta, & in pacto iuris ut q. sic, tex. est i. l. si quos, C. de resc. u. & ibi gl. Ro. in l. si q. cu aliter, n. 8. ff. de uer. ob. Ale. n. 16. Pat. Crem. in d. l. 2. co. 24. in 8. limi. Io. de Im. in l. p. ria reru. n. 3. ff. ad l. Fal. & ibi Frā. Her. in §. corpora, col. 9. Abb. in c. cu cam, ut ibi Ant. de Burg. n. 16. Ay. cof. 79. q. d. q. uelit in p. iu Fab. in 8. q. n. 2. & Spe. tit. de emp. & u. §. n. u. u. u. u. u. u. & Bar. in l. 1. C. de p. d. decur. p. illū tex. ibi, q. optime saluatur distinguēdo & cōcordādo, put. Io. de Im. in d. l. p. ria reru, & Pet. a. Duē. q. alios cumulat, in re. 187. in 10. casu, ut opi. Bar. p. cedat i debito & ueditioe facta ob debitū publicū, ut ibi nō i alio casu: tū in practica

ſeruanda, opinio cōtraria, vt non poſſit reſcindi, cōtraſtus in re vedita in publica ſubſtaſtatione ita vi di ſeruari. vel cōcorda opinioes de mēte Aug. & Sal. ſi d. l. ſi quos. vt op. negatiua pcedat videri duo rē ipſā p ſubſtaſtationē, tūc eſet remediū. l. 2. ſed vēd' ētē of- ſiciali pcedat affirmatiua, Gab. cō. op. ti. de em. p. n. 27.

18 Sed quid erit dicendum in alijs contraſtibus, ha- bebūt ne locum remediū d. l. 2. C. de reſcin. vendit. quando adeſt leſio vltra dimidiā? dic quod ſic, ita poſt alios voluit Ant. de Burg. in d. c. cum cauſa, ſub nume. 1. 2. ſcilicet, vt procedat in omnibus alijs con- traſtibus bonafidei, vt in permutatione, loca- tione, diuiſione, & ſimilibus, qui enumerantur. ſ. actionum, Inſtit. de actio. pro qua opinioe eſt tex. in l. in cont. actibus. C. ex qui. cauſ. maio. l. maioribus. C. commu. vtriuſque iudi. & gl. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. Bar. in d. l. 2. in 3. quaſt. Aret. Inſtit. loca. in 1. col. Cagno. in d. l. 2. nu. 56. vbi plures refert, & hæc eſt communis opinio ſerē omnium Doctōrum.

19 In contraſtibus autem ſtricti iuris non habet lo- cum remediū d. l. 2. ſecundum communem ſenten- tiam Doctōrum, de qua atteſtatur Cagno. in d. l. 2. nu. 61. habet tamen locum remediū. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig. quod in effectu in minimo di- fert à remedio. d. l. 2. poſtquam ante traditionem de- ceptus vltra dimidiā habet exceptionem doli con- tra agentem, & ſi rem tradiderit habet condictionem in debiti ad rem traditam recuperandam, & eam retinebit, donec ſibi ſuppletur iuſtum pretium, pro- ut declarat Bar. in d. l. ſi quis non aliter, & Cagno. d. l. 2. nu. 67. quod eſt memoriæ tenendum.

20 Quinetiam extendit Ant. de Burg. d. remediū l. 2. vt etiam habeat locum, ſi deceptus renunciauiſ- ſet expreſſe omnibus beneficijs, vt non videatur ren- nunciatum d. beneficio. l. 2. etiam ſi dixiſſet, quod donabat quod pluris valebat, quia intelligitur de mo- dico pretio, non autem de magno, argu. l. hæc adie- ctio. ff. de verb. ſign. Fabia. in 8. quaſtio. ſub nu. 17. tract. de emp. & vendi. Decianus eruditiff. conſi. 25. nu. 1. 19. vol. 1. vbi inquit, quod nulla renunciatio po- teſt eſſe tam generalis, & tot cautelis expreſſa, quæ excludat reſtitutionem propter enormem leſionem, & multo magis propter enormiſſimā. Tamen in hac quaſtione ita reperio à Doct. eſſe diſtinctum, quod aut venditor ignorauit valorē illius rei alienatæ, aut ſciuit: ſi ignorauit poterit, non obſtante quod dona- uerit, quod pluris valerit: ſi autem ſciuit valore ip- ſius rei perdit remediū d. l. 2. ita cenſuit diſtingue- dum iudicioſiſſimus Bar. in l. ſi quis cum aliter, in 2. quaſt. ff. de verb. oblig. cum quo concordant com- muniter omnes Doctores in d. l. 2. C. de reſcin. vend. Gul. de Cuneo in l. ſi tibi decem, in principi. ff. de pac. Azo in ſumma. C. de reſcin. vend. Iaſ. in l. & ſi poſt tres, colu. 4. ff. ſi quis cau. Boeri. deciſ. 142. Alexand. conſi. 125. ſub nu. 10. vol. 1. Corn. conſi. 127. vol. 2. col. 1. in fine, Dec. conſi. 583. Rolan. conſi. 59. nu. 10. vol. 1. quamuis alij tenuerint contrarium, & male, q̄ imò non obſtantibus quibuſcunque verbis poterit ob enormem læſionem reſcindi contraſtus, nō recedas igitur à dicta diſtinctione, quam etiam plu- rimum commendat Viuius, de communi aſſerens, in recoll. commu. opin. in ver. venditor, & Kirchouius in diſtinctē voluit non dari remediū. l. 2. ſcienti va-

lorem rei, prout firmat in ſuis recollec. commu. opi. conclu. 15. Cent. 3. littera L. Menoc. de arb. cauſ. 1. 44. lib. 2. & conſi. 1. num. 350. vol. 1. Gabri. in recollec. commu. opi. libro 3. titulo de emptio. nu. 98.

Item extendant Doc. d. remediū l. 2. vt pcedat de ſtando, Bar. d. l. 2. ver. quero vtrū hæc lex. C. eo. de reſ. vend. & in l. ſi quis cum aliter, ibi Imo. Ale. Iaſ. ff. de ver. oblig. Bar. in l. ſi ſocietate. ſ. arbitrorū, ibi et Flo. car. pe. ff. pro ſocio. & idē Bar. in l. Lucius, ſ. ff. ad Treb. Imo. in c. cū cā. col. 3. de emp. & vend. & Ant. de But. in c. Quintauallis, de iurciu. quos recenſet et Gab. li. 3. de emp. & vend. nu. 15. & declara, vt ibi per eum.

Itē extendūt Doc. vt procedat d. l. 2. C. de reſ. vēd' et ſi ab eccleſia facta fuerit venditio, vt inquit Bal. d. l. 2. col. 8. ver. 14. q̄ 10. & tūto magis ſi à priuato, eccleſia fiat veditio, vt ibi per Sal. & Caſ. & et extendūt Doc. d. l. 2. vt habeat locū in venditione facta per procurato- rē vt p. Aret. cōſi. 125. col. 1. ſigno. de Homod. in cōſi. 137. col. 1. quiniſimo Bar. uoluit in l. ſi ſocietate. ſ. arbi- trorū. ff. pro ſoc. vt in veditioe à procuratore facta ſuffi- ciat illū deceptū eſſe in 3. par. pretij. Bar. ſequit Caſt. in d. l. 2. Ant. de But. in c. Quintauallis, de iurciu. quos de iſta opi. Bar. dubitet Abb. in c. cū cā. de emp. & vē. & ſequitur Soc. in reg. 225. n. 5. ſed 5. Bar. tenuit Ro. in l. ſi quis arbitratu col. ſi. ff. de ver. ob. Cor. cōſi. 240. col. pe. vo. 4. qui vtrū velle, vt ſaltē ſi dimidia debeat a- deſſe læſio ad hoc, vt venditio à procuratore poſſit re- ſcindi. Poſſet tñ concordari op. Bar. cū Doc. ex mēte Aret. d. conſi. 133. circa ſi. vt opi. Bar. debeat intelligi in eo, qui cōſtituitur procurator ab hoīe, qui hēt p̄tatem limitatā ſcđm voluntatem ipſius ſecus in eo, q̄ hēt p̄tatem cōceſſam à lege, & ita vtrū concordare Ant. Gab. in ti. de emp. & vend. li. 3. com. opi. nu. 25. Vbi extēdit d. l. 2. vt habeat locū in deceptione facta in falſo rationū, & in re aſtimata data in dotem, in permutatione, vt per Cald. conſi. 4. tit. de rer. per. ſed iſta opi. Cald. cōiter reprobat, vt atteſtaſt Dec. cōſi. 210. co. pe. Itē extēdit. D. Gab. plurib. alijs modis quos deſcribere eſet ſuperfluū, & plurib. et limitat Ant. de Burg. d. cū cā. & duo decim modis limitat. d. l. 2. C. de reſ. vē. Bar. Soc. in re. 226. & 29. modis limitat D. Gab. nepe vt non habeat locū in donatione p. Aym. conſi. 160. & 192. idē in feudo & emphiteuſi, q̄ de- clara, vt p. cū, noſdicemus ſuis locis p̄prijs. Idē in a- di. hēditatis, in pacto liberatorio, in re pignori data, & in creditore miſo in poſſeſſionē rerū debitoris. Item non procedat. d. l. 2. contra ſcđm emptorē, quia primus venditor non poterit agere contra ſcđm em- ptorē, ſed dēt agere cōtra primū Alex. conſi. 92. vol. 1. Item nō procedet qñ eſt et deurſi 30. anni, vt per Cor. conſi. 17. vol. 4. Item non procedet in hēdit. vē- ditōris. Item ſi teſtator appoſuerit & iuſerit vendi, & appoſuerit & taxauerit pretiū, tex. in l. ſi ſiduoſor. ſi meminiſſe ibi Doc. ff. de leg. 1. Pine. l. 2. de reſ. ven. par. 2. n. 19. Seb. Med. trac. Mors oīa ſol. cōc. 39. par. 2.

21 Sed ego quero, an d. remediū. l. 2. habeat locū tranſa- ctione. & dicendū q̄ non, ſcđm magis cōem opi. de qua atteſtatur Imo. in l. ſi quis cum aliter, n. 3. ff. de ver. obl. & iſtā opi. firmavit gl. in c. cū cā. de emp. & ven. ibi Vinc. Taner. Inn. Io. And. Anch. & Imo. tenet, D. Iac. de Are. Ricar. Malum. Ray. Forli. Cyn. refert Bal. & ſequitur in d. l. 2. in 8. oppo. idem Bal. in l. ſi. C. de cōtra. emp. & pleriq̄ alij, & tenet Sal. in d. l. 2. n. 7. Spe- tit.

tit. de emp. & ven. ſ. nunc videndum, verſ. quid in tranſactione, Gulie. de Cune. in l. ſi ex cauſa. C. de vſuca. pro emp. & Aret. in l. ſi quis cum aliter, ſub nu. 4. ff. de ver. obl. ibi de magis cōi atteſtatur, & pro ea refert Florianū & de cōi atteſtatur Canoniſtarū ibi Ro. ſub n. 2. licet cū Imola ab ea recedat, ibi ſequit Ale. qui hanc putat veriorē, ſub nu. 8. & refert Lanfrā cum de Oriano in trac. de Arbitr. par. 1. & tenet eā Iaſ. in d. l. ſi quis, nu. 13. qui eam iuſtiorē vocat, Cu manum allegat Aug. in l. in ſumma. in princ. per il- lum tex. ff. de cond. ind. & hanc opinio nem firmavit Abbas ſibi contradicens. conſi. 12. in 2. par. Io. de A- nanra, conſi. 33. circa primum dubium, dum vult re- ſcindi ſolum propter dolum, Alex. cōſi. 42. ſuper prae- miſſo. col. 3. & 9. lib. 1. de magis communi ibi, & Ab- bas ſibi contrarius, in cap. 1. de tranſac. Iaſ. in l. 1. de er- ro. calcu. Bar. conſi. 41. col. ante pe. lib. 1. Cur. Sen. cō- ſi. 66. Afflic. deciſ. 200. Ruyn. conſi. 132. nu. 8. lib. 1. Ioan. Maur. in tracta. de reſtitu. c. 2. 10. Connanus li. 7. cap. 9. var. reſo. Cur. iun. in l. ſub p̄tēxtu, num. 2. C. de tranſa. Gratus conſi. 118. nu. 9. lib. 2. Dec. conſi. 116. & 479. & 551. Pariſ. conſi. 99. nu. 60. lib. 1. & hæc videtur magis communis & practicabilis opinio, de qua magis communi atteſtatur Aymo. conſi. 151. nu. 26. Dec. 216. & Iodochoſ Damhauderius in ſuo En- chiridion parium, in verbo, tranſactio, & de ea atte- ſtatur Berardinus Bombinus, conſi. 3. vol. 1.

22 Contrarius tenuit Bar. quod imo habeat locum remediū. l. 2. in tranſactione, in l. ſi quis cum ali- ter. nu. 5. de verb. oblig. & in d. l. 2. C. de reſci. num. 7. & ante eum tenuit Accurſius in l. Lucius. ſ. ſina. ff. ad Treb. & tenet cum Bar. Pet. de Soc. Ang. num. 5. Alb. nu. 8. qui refert Iaco. de Are. & Bald. ſibi contra. Cre- mens. d. l. 2. nu. 48. Cagn. nu. 78. Caſt. nu. 13. Petrus Pichus. d. l. 2. de magis communi, nu. 37. cum Bar. te- nuit Butr. Card. Imo. Abbas ſibi contra. Barbat. ſibi contra. c. cum cauſam, de empti. Fab. de Monte. trac. de empt. 8. q̄. princ. nu. 8. & 13. & appellat ſententiā æquiorē Caccialup. trac. de tranſac. in 10. quaſtio. princip. Soc. conſi. 285. col. 2. lib. 1. Anch. conſi. 221. Anto. Rubi. conſi. 71. nu. 8. Rebuſ. tit. de reſci. con- tra. tomo. 1. arti. 1. gl. 15. nu. 18. Soc. Sen. conſi. 85. nu. 3. lib. 2. qui de magis communi, Soc. iun. conſi. 129. nu. 48. lib. 1. & conſi. 98. lib. 2. Cagn. de magis cōmu- ni. l. 1. nu. 29. C. de pac. Dec. ſibi contra. conſi. 60. nu. 4. & conſi. 579. nu. 10. Cald. conſi. 3. tit. de tranſ. Cor. conſi. 116. & 189. vol. 1. & conſi. 161. col. ſi. vol. 3. Alex. conſi. 222. col. 4. vol. 2. & conſi. 89. col. pe. vol. 2. Ber- tran. conſi. 81. col. ſi. vol. 1. & conſi. 199. col. 3. vol. 1. & conſi. 72. col. ſi. vol. 2. & conſi. 12. col. pe. vol. 2. Deci. Neapo. 220. in antiquis, & in nouis 159. Zaſi. conſi. 18. vol. 1. vbi refert etiam alios tenentes contrariū.

23 Sed ad hoc, vt illud quod in procemio polliciti ſu- mus ſeruetur, ſic ſedere diſtinctionis vtraq; opinio concordari poteſt. ſi enim exceſſus vltra dimidiā iuſtæ aſtimationis ſit in modico, tunc procedat pri- ma opinio negatiua, ſi autem eſſet magnus exceſſus, tunc opinio ſecunda, quæ ſuit Bar. procedat, & ſic cir- ca tranſactionem communis erit reſolutio ex mente Cornei, quod vbi quiſpiam reperitur læſus vltra dimi- diam iuſtæ aſtimationis future litis, magno & ſoço exceſſu, & ſic dubio litis euentu inſpecto enormiſi-

ma inter ueniſſet leſio, tunc d. tranſactioni contraue- nire poſſit, prout diſtinguit Corn. conſi. 106. col. pe. & conſi. 189. vol. 1. ſuperius etiam citatis, & conſi. 27. col. 5. lib. 4. Alex. conſi. 224. nu. 10. vol. 1. ample- ctitur Decius conſi. 203. nume. 4. in ſi. & conſi. 479. col. vlt. Pariſ. conſi. 12. nu. 102. vol. 2. Grāna. dec. 66. nu. 44. & 48. Crau. d. conſi. 151. nu. 26. Soc. iun. d. cōſi. 229. nu. 48. & conſi. 144. vol. 1. col. 1. vol. 1. & conſi. 98. ſupracitato, nu. 18. & conſi. 24. nu. 22. Pinell. in l. 2. C. de reſci. vend. nu. 22. Rolan. à Valle conſi. 28. nu. me. 26. vol. 4. Pariſ. conſi. 12. nu. 120. vol. 1. & ita vi- detur concordare Anto. Gabri. libro 3. commun. opi. de emptio. & vend. nu. 69. ita etiam ſuperioribus diebus interrogatus eruditiff. & doctiffiſ. Dominus Baptiſta de Hieronymis Maceraten. ex factō reſpon- dit, & vidi eius conſilium in hac materia pulcherri- mum, ſed nondum impreſſum volumē illorum con- ſiliorum. & ſic videmus clare, quod ſecundum iſtam diſtinctionem ſecunda opinio Bar. vera eſt & æqua, quæ diſtinctio videtur etiam eſſe de mente Dec- cij, & ſic non erit ſibi contrarius, ita poſtquam fir- maui reperi eſſe etiam diſtinctum à Lauren. Kir- chouio in recollec. commun. opin. concluſi. 87. & etiam à Gabr. lib. 3. commu. opi. tit. de emptio. vt dixi conſul. nu. 69. & à Fran. Turzano concl. 159. & à Ioan. Mauritio in ſolemni trac. de reſtitu. in in- tegr. c. 123. dum loquitur de iuramento in contra- ctu adhibito.

24 Item d. remediū l. 2. non procedit in contraſti- bus, in quibus iuramentum interceſſit de non con- traueniendo, & ex certa ſcientia, ſecundum glo. Bar. Bal. 4. quaſtio. Sal. 7. quaſt. Caſtrenſ. & ceteri, in d. l. 2. & moderniores dicunt hanc eſſe communem opinionem, de qua per Caffadorum deci. vnica, tit. de emptio. & vend. Did. Couarr. c. 4. variarum reſ. iur. lib. 2. Menoch. conſi. 2. vol. 1. nu. 358. Boe. deciſ. 142. Rolan. à Valle conſi. 59. nu. 18. vol. 1. Fran. Tur. commu. opi. 132. bonus Kirchouius trac. communi. concluſi. 16. Cen. 3. littera. l. Cacheran. deciſ. Pede- mon. deciſi. 41.

Limita, niſi eſſet datum iuramentum in die feſto prout declarat Plotus in ſolemni repetitione, ſi quā do, num. 759. C. vnde vi, & Bar. ante omnes pluries hanc tenuiſſe opinionem videtur in conſi. 55. nu. 20. vol. 2. verum Romana Rota in contingentia facti non ſeruauit hanc communem opinionem, immo quod non obſtan te d. iuramento poſſit reſcindi cō- tractus, prout refert Viuius in recollec. commu. opi. in verbo, venditio, Baptiſta à Villalobos pariter re- collec. comm. opi. in ver. iuramentum, & opinio Do- minorum de Rota aridet nobis plurimum, quando agitur de enormiſſima læſione, vt diximus trac. mu- tui, col. 7. vlt. ordi. & intellige & declara, ſecundum perſonæ qualitatem, arg. tex. in d. l. ſi qñ. C. vnde vi.

25 Sed quid in minore muliere & ruſtico, habebit ne locum remediū, non obſtante iuramento? Doctō. in d. 2. l. dicunt quod in his perſonis iuramentum non validat omnino contraſtum, vt declarat Mauri- ti. d. trac. de reſti. in integr. cap. 119. vbi refert diſtinctionem Bal. quod minor debet reſtitui, ſi creditoris inſidijs ad id inductus fuiſſet, ſecus ſi ſui ſola facultate læſus exiſtat: at in caſu noſtro, quando aliquis eſt

enormissime læsus, præsumitur dolo esse inductus, vt per Riminal. iunio. consi. 5. numero 122. vol. 1. & Iosephi Ludou. decisio. Perulin. 18. numero 55. & 57. Ema. Soa. de comm. opi. in verbo, dolo, nume. 190. & Hip. Bonac. in recolle. com. opi. in verbo, dolo, in prima par. ergo non debet auferri beneficium d. l. 2. quemadmodum non auferitur beneficium restitutionis in integrum, prout videtur tenere Alexand. consi. 42. volum. primo, refert Decius consil. 399. numero sexto, Roland. autem à Valle in consi. 59. nu. 22. vol. 1. asserbat verum esse, quã minor simpliciter iuravit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis, quia tunc poterit vti alio remedio, hoc est beneficium. l. 2. secus autem esset, si fuisset iuratum non contrauenire ratione minoris ætatis, aut aliqua quacunque causa, quia tunc excluditur omnino, sed mihi placet opinio ista, quando non fuisset enormissima læsio, vt diximus superius, tunc enim iuramento non obstante rescinditur, quod videtur etiã ita intelligere Roland. d. consi. numero 26. & quamuis aliqui velint, vt alia opinio procedat de iure ciuili, alia de iure canonico, & aliud in minore, aliud in pupillo, mihi tamen videtur non esse recedendum à distinctione de enormissima læsione, vt non teneat iuramentum, ex quo lex præsumit per vim & dolum, vt declarat Simon de Præst. consi. 3. numer. 19. secus si non sit enormissima, vide Francisc. Marcum decisio. 122. in fine, Ias. consilio 133. volumi. ter. Ioann. Fichard. inter commu. opinio. numero 90. in verbo enormissima, Francisc. Turzan. inter commu. conclus. 159. ibi plures refert, & ratio assignari potest, quia iuramentum non extenditur vltra consensum & intentionem iurantis: at ille, qui iurat & renunciat, non præsumitur velle verè consentire in tam euidentis sui damnum. vel dic ita decisum in odium machinantium, seu decipientis, cum præsumendum sit, venditorem per dolum emptori fuisse inductum, vel dic ita fuisse decisum, quia videtur contra æquitatem & amorem proximi, prout est etiam statutum in fœneratoribus, & vsuarijs, qui non possunt vltra æquitatem excedere vsuram etiam consentientibus, & iurantibus debitoribus. Prima magis placet. Minor autem habet tempus quadriennium à die scientiæ ad petendum d. beneficium. l. 2. Clementi. 1. de restitu. in integr. l. fina. C. de tempo. in integ. restitu. per quæ iura ita decidit Muriti. tracta. de restit. ino. cap. 42. & 43. tam de iure ciuili quam canonico, & adest consilium Ploti, consilio nonagesimo octauo, vbi videas.

36 Sed circa supradicta quæro, quando rescinditur contractus, resq; restituitur, & redditur, det ne reddi cū fructibus? & resolutiue dicendum quod non, quia iste, qui possidet rem, cum titulo possidet, bona que fide, & si vnus habet rem, habet alter pretium, & nõ potest dici possessor in mora, ita firmat Anto. Gom. Hi span. per plures rationes lib. varia. resolu. iur. titu. de emptio. nu. 22. quæ omnia recensere longum & superfluum esset, ibique citat Rosfred. & Alber. contrarium tenentes in libello de actio. ciuil. & in d. l. 2. C. de resc. vend. & hæc opinio recepta in pratica videtur, vt attestatur Sebast. Medices tracta. de compensa. par. 1. quæstio. 10. nu. 23. quamuis sibi magis pla-

ceat opinio, vt debeat fieri compensatio ratione fructuum & pretij, quod videtur sapere æquitatem, vide t. Cæpo. de simul. contra. columna 5. Qualiter autem formetur libellus pro consequendo beneficio. d. l. 2. Doctores communiter videntur affirmare concipiendum esse alternatiue, nempe vt rem restituat, vel pretium supplicat, de quo diximus superius, & ponit Fabian. de Monte tracta. de empti. in 8. quæst. princ. nu. 24. declarat optimè Roland. à Valle consi. 59. nu. 8. vol. 1. dum de inceptitudine libelli sui aduersarij edisserit. Quæ autem dicatur enormis læsio, quæ enormior, & quæ enormissima, declarat Gabriel. lib. 3. commun. opi. de emptio. enormis, quæ ascendit ad sextam partem veri pretij, enormior, quæ vltra dimidiam: enormissima duobus tertijs, vel vltra, Cæp. consi. 29.

28 Quarto modo rescinditur & annullatur contractus per pactum de retrouendendo, quod hoc modo concipitur, si ego dicam, vendo tibi fundum hoc pacto, vt ego possim rem retrahere soluto pretio, nam tunc poterit venditor, seu hæres eius soluere & offerre pretium, & ppetuò retrahere virtute prædicti pacti secundum Fabian. de Monte in tracta. de emp. & vend. quæst. 3. septi. quæst. princ. quod etiam tenuit Gome. libro Commenta. variarum resolu. tit. de emptio. & vendi. nu. 28. per tex. in l. quod si nolit. §. si quid ita, ff. de ædil. edic. tamen magis communis est Doctorum sententia, quod possit offerri tantum infra 30. vel 40. annos, quia ex hoc pacto resultat actio personalis ex vendito, vel actio præscriptis verbis, quæ tollitur 30. annorū spatio. l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. & hanc opinionem tenet Angel. de Perusio. consi. 55. nu. 3. vol. 2. Ias. in l. petens. C. de pac. nu. 10. Franci. Balbus in trac. præscrip. 4. par. 5. par. princ. 3. quæst. Bal. in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edic. idem in consi. 303. vol. 2. Io. Faber in l. cum notissimis, num. 14. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, Anchara. consi. 331. Signorol. consi. 139. Castren. consi. 430. Roma. l. i. nu. 3. ff. de vsu capio. & hanc opinionem tenuit & de magis communi attestatur docti. l. Decianus, præceptor meus, consi. 10. sub nu. 50. vol. 1. vbi plures refert Doctores tum antiquos more suo, tum moderniores, & respondent ad contraria & signanter ad consilium Cassanci, consi. 11. & ad Portium libro communium opinionum. concl. 28. lib. 3. vide Decia. consi. 21. lib. 2. potest etiã huiusmodi pactum retrouenditionis hoc modo concipi & formari, vt si infra decem vel viginti annos tibi emptori reddam pecuniam, tenearis fundum mihi restituere, & tunc si infra tempus reddam pretium, reddenda est mihi res vendita & transit ad hæredes, & sic rescinditur emptio. & venditio. l. 2. C. de pac. inter empto. & vend. vbi Doctor. late & præcipue Cagnol. Goza. Zoannettus, Lupus trac. de vsu. in 2. par.

Sed quid in casu quæstionis Petri Ioan. Anchara. quæst. 45. lib. 2. nempe quando fuisset pactum de retrouendendo per verbum, si volet, & facta fuisset demonstratio personæ, verbi gratia si fuit dictum, quod Titius posset redimere, vel cogere ad redimendum, si volet illum fundum, in hoc casu transitne ad hæredes? dic quod non, & rationem reddit præcitat Io. Petr. Anch. d. quæstio.

Sed

29 Sed quæro, an huiusmodi pactum de retrouendendo, sit licitum? dic quod sic, & de iure ciuili, & iure canonico. c. ad nostram, de emptio. & vendi. ibique Canonistæ, & emptor medio tempore lucratur fructus perceptos, idest vsque ad tempus pretij soluti, vt l. 2. C. de pac. inter empto. & vendito.

30 Soluti, vt l. 2. C. de pac. inter empto. & vendito. ¶ sed maxima est inter Doctores controuersia, vtrum transactio illo tempore præfixo, possit venditor rem venditam redimere oblato pretio? & magis communis est Doctorum sententia, non posse redimere transactio tempore, prout tenet Cagnol. in d. l. 2. Gozad. numero sexagesimo quarto, & Francisc. Zoannet. C. de pac. inter empto. & vendito. Tiraquell. de retrac. conuentio §. 1. glo. 2. numero quadragelimo tertio, qui alios refert, & inquit adesse text. pro hac opinione in l. si creditor, §. illud. ff. de distrac. pigno. tradit Menochi. de Arbitra. iud. casu 217. libro secundo, Centu. 3. Couarruii. cap. 9. varia. resolutio. iur.

31 Animaduertendum tamen ¶ quia interdum præsumitur contractus iste cum pacto de retrouendendo vsurarius & simulatus, prout esset quando modicum constitueretur pretium, est tex. in cap. ad nostram, de emptio. & vend. & dicunt Doctores, ibi quod si apponatur pactum de recuperanda re post certum tempus modico constituto pretio, præsumitur pignus non venditio, & per consequens simulatus, & vsurarius contractus, & sic poterit semper redimi res ob modicitatem pretij, quam modicitatem pretij iudex debet arbitrari, & declarare, secundum Menochi. de Arbitra. iud. supracita. loco. de qua materia, quia latius diximus inferius in colum. magna, contractus inscripta in 4. articulo, numero 55. ad præsens nihil dicam, & materia ista retractus diffusissimè per Tiraque. suo exactissimi. tracta. de vtroque retract. & per Cagnol. & Francisc. Zoannet. in repeti. d. l. 2. C. de pac. inter empto. & vend. per Baptistam Lupum, d. tracta. de vsur. in secundo Commentar. per Hieroni. Gabriel. consilio 66. vbi tenet posse solui interesse, sed non rescindi contractum, & non teneri reuendere ibi, sub nume. 19. rem promissam.

32 Quinto modo videtur rescindi contractus iste emptionis per pactum legis commissoriæ, vel additionis in diem, quod in modico differt à superiori, & hoc modo concipitur, vendo talem rem, & si tu emptor non solueris pretium infra mensem, vel alium terminum, res sit inempta. l. 1. & per totum, ff. de lege commissor. & nota quod in superiori pacto de retrouendendo diximus, tenearis rem tradere & redere pretio oblato in hoc autem pacto legis commissoriæ diximus, res sit inempta, quod differt & plus est cum transferatur dominium rei ipso iure absque alia traditione, & poterit vendicare rem ipsam immediate, quia est factum pactum per verba directa, sed in alio casu per verba obliqua, quæ differunt vt diximus superius in tracta. pigno. in 2. colum. vlti. ordi. in quo secundo casu debet agi actione ex vendito, vel præscrip. verbis ad obseruantiam contractus. l. 1. & l. qui ea lege, & l. commissoriæ. C. de pactis inter emptor. & vend. per Fabian. suo tracta. in 7.

q. prin. sub nu. 12.

32 Sexto videtur rescindi contractus emptionis quando ex inobseruantia promissorum à contractu volumus descendere, puta si pactum accidentale appositum sit contractui nominato gratia venditoris tantum, quod pactum non obseruatur, & sit conuentum de rescindendo contractu, nisi obseruetur pactum conuentum, vel quamuis non sit expressè dictum, sit tamen tacitè, puta quia non fuisset alias venditurus venditor, puta quando illud, quod est deductum in pacto, esset maius pretio, de quo vide Fran. Bursattum consi. 191. lib. 2. vbi plene & nos tracta. sequenti col. fi.

33 Septimo rescinditur & annullatur contractus per restitutionem in integrum, nam si minor sit læsus, potest petere restitutionem in integrum aduersus venditionem, vt rescindatur venditio, habetque duplex remedium, nempe beneficium. l. 2. & restitutionem in integrum, de qua diximus columna, contractus inscripta, in 5. art.

34 Octauo potest dici, quamuis sub primo videatur comprehendi, vt dissoluatur & rescindatur contractus emptionis & venditionis nolente altero ex contrahentibus, vtique si infra sex menses emptor tale aliquod vitium in re empta deprehendat, vt nullo modo empturus fuisset, si sciuisset, isto casu datur emptori aduersus venditorem redhibitoria actio, qua cogitur rem venditam recipere, si quid pretij ab emptore eius rei est solutum. l. 1. ff. de ædil. edic. dixi colum. superiori.

35 Item rescinditur venditio alijs modis tollendarum obligationum, vt acceptilatione. l. vltima. C. de acceptila. l. cum emptor, de rescind. vendi.

36 Item contractus iste redditur nullus, si confertur aliqua pars substantialis ipsius contractus in voluntate alicuius contrahentis. text. est in l. in vendentis, C. de contrahen. emptio. cuius verba sunt, in vendentis, vel ementis voluntate collata venditione comparandi, quia non adstringit necessitate contrahentis, obligatio nulla est, adde tex. in lege, quod sæpe, §. 1. ff. de contrahen. emptio. & potest poni exemplum, si venditor sic vendat emptori, quãti velis, quanti æquū putaueris, quanti æstimaueris, habebis emptum, & hoc procedit nedum in emptione & venditione, & sed in omnibus contractibus onerosis ab vtraque parte obligatorijs, vt locatio ne venditione & similibus contractibus, secus in lucratijs puta in donatione, quia si quis donaret alicui rem, si voluerit, valet talis donatio, lege, si ita legatum, §. illi si volet. ff. de lega. primo. sed si confertur contractus in voluntate promittentis, non valet siue sit onerosus, siue lucratijs contractus, puta si ego dicam, dono tibi, si velim: nam lex interpretatur, ut non velim obligari, lege, si sub hac. ff. de acti. & obligatio. lege, stipulatio non valet, ff. de verbo. obliga.

Supradicta intelligenda sunt, quando contractus ponitur in voluntate vnus, secus si in voluntate vtriusque, vt si quis dicat, vendo tibi rem pro decem, si placet, vel si vis, ille respondeat, emo pro decem si uis, tunc valet, glof. in dicta lege, in uen-

P 3 dentis,

dentis. C. de contrah. empt. & intellige suprad. si substantia contractus committatur in voluntate unius, non autem si qualitas rei, ut bonitas, color, & sic placentia & displicentia rei, ut si quis dicat, vendo rem pro mille, si infra mensem vel decem dies tibi placuerit, nam tunc valet, tex & ibi glo. optima, qui sic intelligitur communiter in §. emptio, Inst. de emptio. 37 vide Gab. conf. 73. sed dubitant Doc. ¶ quo iure seu quo remedio petatur rescissio venditionis. Cagno. in d. l. 2. nu. 3. refert, quod quidam dicunt dari officium iudicis, quidam actionem ex contractu, alij conditionem ex l. sed communis veraque est opi-

nio ut competat actio ex contractu, & poterit laesus istam actionem proponere vsque ad 30. annos tantum, ut diximus, cum actio sit personalis, quae non durat amplius, in l. si quis in rem, & l. omnes, C. de praescrip. 30. vel 40. anno. tradit glo. ord. in l. 2. in 2. q. ibi Doc. C. de rescin. ven. Bal. eod. in 2. col. & Ang. nu. 4. Cagno. nu. 5. & ibi caeteri Doc. Bal. trac. de praescrip. Maur. trac. de rest. in integrum, & diximus superius, & per haec sint expedita ea, quae veniebant dicenda circa materiam emptionis, & venditionis.



TRACTATUS  
DE LOCATIONE  
ET CONDUCTIONE  
PETRI NICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS

I. V. D.

De personis	Res Substantialibus	Naturalibus	Accidentalibus	Quae actio	Quomodo annulletur.
	Tacita			Expressa	
	Ad tempus			Perpetua	
	Propria			Impropria	
	In specie			In genere	
	In scriptis			Sine scriptis	

LOCATIO

S V M M A R I V M.

- |  |  |
|--|--|
| 1 Locatio ponitur immediate post venditionem, quia ad eius similitudinem contrahitur.  | 10 Quis dicatur locator & quis conductor.  |
| 2 Quemadmodum solo consensu contrahitur venditio, item locatio & eisdem regulis.   | 11 Qui conducit domum in civitate, dicitur inquilinus, ruri dicitur colonus.                                 |
| 3 Differunt in aliquibus inter se emptio & venditio.   | 12 Contractus locationis quomodo a doctoribus communiter definitur.  |
| 4 Venditor non liberatur ab interesse tradendo rem aequè idoneam si vendit rem alienam, sed locator liberatur.               | 13 In locazione usus transfertur, non dominium.  |
| 5 In emptione re semel tradita, de caetero non potest alius emptor agere ut frui liceat, at in locatione potest adhuc agere. | 14 Non dicitur locatio proprie in his qui locant operas in exercitio excellenti, sed in villi.               |
| 6 Locatio interdum sine pretio fit, sed venditio non fit.  | 15 Inter Doctorem & clientulum, inter medicum & egrotum non competit actio ex conducto sed in factum.        |
| 7 In contractu emptionis non fit remissio mercedis sicut in contractu locationis.  | 16 Persona aduocati est dignior persona mediciratione subiecti.  |
| 8 Contractus locationis unicus est, quamvis duplici nomine columna sit inscripta.  | 17 Beneficium concessum Doctori l. censetur competere Doctori medicinae, secus poetis & calculatoribus.      |
| 9 Locatio & conductio sunt correlatiua & ad positionem unius sequitur alterius.  | 18 Concordatio opinionum contraria.  |
|  | 19 Verbum res in definitione locationis intelligitur late & poterunt omnes res locari & mobiles & immobiles. |

Merces

- 20 *Merces seu pensio requiritur in locatione sicut precium in venditione.*
- 21 *Contractus locationis assimilatur in tribus contractui emptiois.*
- 22 *Si fulloni curanda vestimenta aut facienda dentur non est locatio sed contractus innominatus.*
- 23 *Interdum quamuis non sit conuentum de mercede censetur tacite conuentum.*
- 24 *In locatione oportet quod merces interueniat in numerata pecunia.*
- 25 *Si datur pensio in alio genere & datur ad numerum non est proprie locatio, secus esset si datur pensio in quota erit societas.*
- 26 *Inter dominum, & colonum partiarium, qui ad partem fructuum colit, non est locatio nec contractus innominatus sed societas.*
- 27 *Societas non transit ad heredes.*
- 28 *Socius non potest conueniri nisi in quantum facere potest.*
- 29 *Partiarus colonus si debita cum domino contrahat non potest conueniri nisi in quantum facere potest.*

**V**enit igitur ad aliam columnam secundo loco positam in tertio ordine Amphitheatri, sub qua continetur locatio & conductio quæ posita fuit immediate post contractum emptiois & vend. ea ratione, quia ad similitudinem emptiois uenditionisque contrahitur & celebratur. l. 1. & 2. ff. loca. ¶ quemadmodum enim solo consensu contrahitur venditio, ita solo consensu locatio & conductio. d. l. 1. & 2. ubi iureconf. inquit quod eisdem regulis utitur locatio, quibus venditio. concord. tex. in §. 1. eod. atque adeo apud veteres iureconsultos dubitatum fuit quibusdam casibus utrum esset emptio & venditio, vel locatio & conductio, non im merito igitur si tuatus contractus iste locationis sub hac columna, exemplo Imperatoris, qui in compilatione. ff. immediate post titulum de actio. emp. subsequitur de loca. & conduc. ¶ differunt tamen aliquibus ista contractus inter se, hoc est quod ¶ venditor, qui vendit rem aliquam, quæ ab aliquo euincitur, non liberatur præstando rem aliam eque idoneam, sed tenetur ad interesse prout declarat Cast. in l. si quis fundum ff. eod. loca. & in locatione liberatur præstando rem idoneam. tex. est in l. si quis domum. ff. eod. & tenet glo. quam sequitur Bar. & cete. in d. l. si quis domum. Item differunt quia ¶ in emptione semel re tradita de cætero nõ potest amplius emptor agere, vt res tradatur, quamuis possit agere alijs actionibus ad interesse, at in locatione potest adhuc agere conductor ut frui liceat, prout not. Bar. in d. l. si quis domum. & intellige secundum distinctionem Bar. in l. si vno. §. item. num. 2. eod. ibi aut vltus impeditur factio locatoris, aut factio conductoris, aut factio tertij, aut casu fortuito, de quo nos infra vltimo ordine Item differunt, quia ¶ locatio conductioque interdum sine pretio fit, quia censetur tacite conuentum & valet contractus quando fundus consuevit locari ad certam mercedem. l. domini prædiorum. C. de agri. & cens. venditio autem non fit nec valet sine pretio saltem incerto, ut diximus superius in trac. emptio. in 3. col. ult. ordin. & not. Castren. in l. 1. ff. eod. q. ui in illa quæstione, quando re-

peritur instrumentum de venditione, nec adest pro quanto precio inquit non valere, intellige quia ibi nulla fuit mentio precij nec certi nec incerti, non valet si fuisset expressum precium arbitrio alicuius certæ personæ quæ arbitraretur ut communiter tenent Doctores in l. si merces. ff. eod. §. 1. Inst. eod. locati. diximus superius in d. 3. col. ult. ord. trac. emp. & vend. Item differunt, quia ¶ in contractu emptiois non fit remissio mercedis sicut in contractu locationis prout not. Doc. in c. propter sterilitatem ext. loca. Cast. in l. 1. §. adeo. nu. 2. ff. eod. & dicemus infra in ult. ordine in quarta columna, & differunt in multis alijs prout apparebit in prosecutione.

Deueniendõ igitur ad declarationem iuxta ordinem præmissum erit examinanda columna ista locatio & conductio inscripta, postea declarandus alius ordo, qui suboritur, in quo diuisiones resident, deum ad articulos siue considerabilia deueniemus. Primo igitur aduertendum est ¶ contractum locationis unum esse, quamuis depluri nomine columna illa sit inscripta, namque ista duo uerba ¶ locatio & conductio sunt correlatiua, quorum natura & regula est, vt ad positionem vnius sequatur necessario positio alterius, & ad remotionem vnus & remotio alterius, quæ admodum de emptioe & uenditione diximus & declarat Fran. Bec. conf. 45. nu. 22. etenim ¶ locatoris dicitur qui accipit precium & utendam tradit rem. l. si tibi. l. cum fundus. ff. eod. conductor autem is est, qui tradit precium & retinet rem d. l. si tibi & l. cum fundus & l. 1. §. si quis. ff. de po. l. 3. l. nemo. C. eod. ita declarat Azo in summa. C. loca. nu. 2. & Hoff. Goffred. & cæte. summ. interdum tamen confunditur alter pro altero prout in leg. 2. & ibi glo. in uerb. locauerint. C. loca. & l. si quis fundum. §. 1. vers. locator ibi glo. locatoris, id est conductoris. & inquit Bar. in l. si vno. §. item cum in princ. quod interdum appellatur conductor ille, qui dat operas vel præbet vsum rei. l. 1. §. si quis ff. de po. conductor appellatur ille, qui dat precium seu pensionem. Considerandum tamen quod diuersimode vocatur ille, qui conducit precium iuri ab illo qui in ciuitate conducit, nam ¶ ille qui conducit domum in ciuitate dicitur inquilinus tex. est in l. re pignor. ff. de acq. pos. quem tex. notauit Accur. in §. item Seruiana in uer. coloni. Inst. de act. & idẽ crederem quod esset dicendum in illo, qui conducit prædium suburbanum per tex. & ibi glo. in l. item quaritur. §. si. in ff. loca. & cond. ille autem qui conducit prædium ruri dicitur, colonus. d. l. re pignore & glof. d. §. item Seruiana.

Contractus iste locationis, & conductionis sic à Docto. communiter diffinitur, vt sit personæ reive ad vsum facta concessio mercede in pecunia numerata conuenta, ita Azo ante omnes in summa. C. loca. quem cæteri omnes sequuti fuesunt, & dicitur concessio loco generis, cum hoc verbum concessio ad cæteras quoque dispositiones applicetur & euidenter patet. dicitur ad vsum vt differat à venditione, quæ ad dominium transferendum si dominus est tradens celebratur, alias ad simplicem traditionem faciendam, & vscapionem concedendam. §. venditio. Institu. de rer. diui. & diximus late tractatu emptio.

13 ption. col. 3. in vlti. ordi. ¶ in locatione autẽ vltus transfertur non dominium, & sic conductor habet tantum detentionem usumque rei, non possessionem naturalem, vel ciuilem neque dominium, l. non solet. vbi glo. ff. cod. iunc. l. 1. vbi glo. C. commun. de vltuc. excepto casu. l. in nauē Saupheli. ff. eo. vbi locatę rei dominium transfertur, de quo dicemus inferius; dicitur alicuius personæ exemplificando in his, qui operas sitas alteri locant, namque is qui operatur locator dicitur, cui operatur conductor. l. qui operas. 14 ff. loca. l. 1. ff. de var. cogni. Bar. in d. §. item. ¶ sed intelligendum de his personis, quæ locant operas suas in actione & exercitio vili, secus in his, qui sunt in exercitio excellenti; non enim proprie dicitur locatio nec conductio, sed dicitur præberi opera benefici Doctorem & scholarẽ, inter aduocatum & clietulum, inter medicum & infirmum nõ competit actio ex conducto, sed in factum, prout declarat Bolo. l. diem functo, nu. 13. ff. de of. affes. tenet Bar. in l. 1. ff. si men. fall. mod. dix. & ibi glo. in ver. honorarium, licet videatur postea sibi contradicere in l. Martius. ff. loca. sed fõdere distinctionis concordari potest vtraque opinio glo. quod ibi in illa. l. Martius, loquitur de medico & ægroto, qui ex eo quod reuincit in eadem infirmitate proposuit actionem ex conducto ut liberet eum, de qua materia per Pileum late, q. 12. sed in illa. l. 1. loquitur de aduocato & clietulo, quæ sunt diuersæ personæ equidem ¶ persona aduocati est dignior persona medici ratione subiecti, prout inquit Laurẽ. Silua. conf. 20. nu. 6. vol. 1. cum scientia medicinæ tendat præcise ad curationem animi, vt inquit Abbas in c. clerici, de iudi. Natta conf. primo, col. 1. nu. 2. arclarum est animam digniorem esse corpore, l. sancimus. C. de sacros. c. præcipimus, 12. q. 2. Calcã. conf. 102. col. 3. & silua nuptia. lib. 4. nu. 4. & ita intelligendo Accur. recte loquutus fuit, nec erit sibi contrarius, & sic modo digniores isti, qui dicebant Accursium sibi esse contrarium, non recte ponderauerant nec intellexerant eius mentem. Bar. autem in d. l. 1. voluit quod procedat etiam in medico, cum medicina sit ars liberalis, & idem voluit veracif. Alex. in apost. ad Bar. in l. 2. §. adeo. ff. loca. & ordinatus Ripa in trac. de priui. contrac. causa pest. nu. 116. & idem firmavit doctif. & praticus Bal. in l. 1. C. de suffrag. quamuis ibi Cin. teneat contrarium, & ista opinio uidetur equior. pro qua opinione facit l. medicos, C. de profes. & med. vbi equiparatur Doctores & medici, & inquit Mattheus Bru. in trac. de ces. bono. quæst. 10. quar. 17 quæst. prin. quod ¶ beneficium legum Doctorem vt pro ciuili debito realiter nec citari nec carcerari possint, de quo in l. medicos, ibi Bar. & alij. C. de profes. & med. lib. 10. procedet absque dubio in medicina Doctore, secus in poetis & calculatoribus. 18 ¶ sed ad hoc vt nulla sit contrarietas, dic quod poterit proponi duplex actio in factum sine præscriptis verbis, & ex conducto, ita postquam firmari reperi Pileum hoc tenentem in d. quæst. 12. & melius nos dicemus inf. Sequitur alia verba definitio 19 nis, vel rei, ¶ quod verbum intelligitur large de

omnibus rebus prout diximus in colli. re inscripta; namque & res mobiles & immobiles locari possunt puta fundus, seruus, iumenta, vestes, vt Inst. eod. §. qui pro vtu & l. æden. C. loca. & Inst. de acti. §. item Seruiana, nos infra, dicitur pro certa mercede, ad differenciam emptiois, in qua precium non merces dicitur, prout declarat Fab. de Monte in trac. de emptio. quæst. 1. num. 3. ¶ namque sicut in emptioe & venditione precium certum est de substantia, sic in isto contractu locationis & conductionis merces seu pensio, §. 1. Inst. loca. & l. 2. in prin. ff. eod. 21 loca. vbi refert ¶ tria in quibus contractus locationis assimilatur contractui emptiois & venditionis scilicet quod ambo sunt de iure gentium, d. l. 1. ibi cum naturalis. Quinto quod ambo contrahuntur solo consensu, d. l. 1. ibi non verbis. Tertio quod in ambobus debet conuenire de precio seu mercede proprie loquendo; alioquin si de re alia danda, vel facienda inter nos conuenit, non erit locatio, sed contractus innominatus, & agendum erit præscriptis verbis, vt l. si conuenerit. ff. commu. diui. & l. 1. §. si quis. ff. de pos. & optimus tex. in §. 1. in uer. qua de 22 causa. Inst. loca. vbi ¶ si fulloni polianda curanda. ve aut sarcinatori facienda vestimenta quis dederit nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus quantum inter eos conuenerit, non proprie locatio & conductio contrahitur, sed contractus innominatus, & erit agendum præscriptis verbis, cũ fuerit incerta pecunia constituta, si nulla autem fuisset constituta merces neque incerta agendum esset mandari actione, prout declarat ibi glo. dum opponit de, §. si. Inst. mand. tamen aduertendum ad ea que diximus superius ex mente Cast. & aliorum Doctorem in l. 1. ff. eod. quod scilicet ¶ interdum quamuis non sit conuentum de mercede censetur tacite conuentum & valet contractus quando fundus consuevit locari ad certam mercedem. l. domini prædiorum, cum alijs citatis per d. Cast. C. de agr. & cens. & est text. singularis & egregius in l. excepto. C. loca. ibi not. glo. ordina. Iaco. Butri. Alb. Sal. Cast. & Bal. in l. 2. & cæte. Doct. commu. & adest consiliu Alex. 107. vol. 1. num. 2. & 3. de quo melius infra. sequuntur alia verba diffinitionis in numerata pecunia, namque ¶ oportet quod merces interueniat in numerata pecunia, quia vt diximus, si promittatur alia res esset contractus innominatus; etiam si pecunia non accedat locatio non contrahitur, l. 1. §. si quis seruum. ff. de pos. in hoc tamen aduertunt Doctores & faciunt differentiam an ¶ quando datur pensio in alio genere datur ad numerum & mensuram, puta vini, olei, frumenti, & tunc volunt quod nõ sit proprie contractus locationis & conductionis, quia non adest pecunia, sed sit contractus innominatus, bene verum est quod assimilatur contractui locationis; & quod est dispositum in locatione habet locum in isto contractu innominato, ita probat ibi tex. in d. l. 1. & Bar. in l. merces. §. vis maior, num. 10. allegat l. si olei. C. eod. tenet Abbas in c. propter sterilitatem, ibi Can. ext. loca. & Doctor. communiter. d. §. vis maior, secus esset si datur pensio in quota, nam dicunt Doctor. quod est societas, & sic inferunt vt ¶ inter dominum & colonum partiarium, qui ad

qui ad pactum fructum colit, non fit locatio nec contractus in nominatus, sed societas quadam, ita videtur decidi in d. §. vis maior. ver. quasi iure societatis ibi Fulg. post Bar. nu. 9. per quem tex. ita tenuit etiam Azo. in summa. C. loca. atque adeo Bar. dicebat pro tali contractu agendum esse actione pro socio. & in 27 fort etiam quod talis contractus non transit ad heredem coloni sicut nec societas transit, quod Pand. de Castro ibi non admittit, quinimo inquit contra Bar. communiter teneri prout tenet etiam Bal. in l. 1. C. de fruc. & lit. expens. & in l. certi. in 3. quest. C. loca. sed parcat mihi dominus Castrenf. non bene ponderavit verba Bartoli qui hoc non firmavit, sed dicit quod facit in argumentum, quasi dicat, qui vult arguere pro hac parte, posset vii hoc argumento, non propterea expresse istud firmavit. sed dato quod Bar. expresse tenuerit, eius opinio in puncto iuris videtur verissima & sequitur eam Abbas in c. propter sterilitatem, ext. loca. nu. 14. & ibi Henricus Boich. & Ludou. Roma. conf. 309. & Iaco. Vngarel. in addit. ad summam Angel. in ver. locatio, in 3. glo. post alios. oportet igitur, vt dicamus Paulum de Castro ibi non loqui de communi opinione Doctorum contra Bar. sed communiter credere contrarium hoc esse secundum consuetudinem locorum, quasi velit non seruari de consuetudine. quod hæc fit mens Cast. pondera verba eius, quæ sine lege & ratione loquuntur. non recedas igitur ad opinionem Bar. vt in ter colonum partiarium & dominum dicatur societas & per consequens vt non trāseat ad heredes sicut non transit societas, & intellige & declara prout voluit promptis Rom. d. conf. 309. limita tamen nisi tacite videatur facta reconductio per tacitum consensum arg. l. idem quæritur, §. si. ff. cod. dicemus infra 3. col. vlt. ord.

Itē pōt inferri quod colonus partiarus debet gaudere beneficijs quibus gaudet socius, nam ¶ cum socius non possit conueniri nisi in quantum facere potest. l. verum, in prin. ff. pro soc. l. sunt qui in id. ff. de re iud. ita ¶ partiarus colonus si debita contraxit cum domino, & tempore solutionis non habeat vnde soluat, non poterit conueniri nisi in quantum facere potest. ita Fulgo. in d. §. vis maior Ang. de Perus. in trac. de paleis & oliuis, col. 3. ver. ad tertium autē, quos refert Matthæus Brunus trac. de ces. bon. quæst. 33. quar. quæst. princ. limita tamē nisi iuramentum intercessisset, hoc est colonus ipse in instrumento obligationis iurauerit satisfacere, quia ratione iuramenti non gaudebit beneficio illo, iuxta ea, quæ notat curia Tholosana quæst. 250. & diximus superius trac. mutui in 3. col. vlt. ordinis.

DE DIVISIONE LOCATIONIS & CONDUCTIONIS.

S Y M M A R I U M.

- 1 Duplex est locatio sicut emptio, in scriptis & sine scriptis.
- 2 Locatio altera in specie altera in genere.
- 3 Quando locatur vt reddatur idem, est proprie locatio, si res

- reddatur eiusdem generis est improprie.
- 4 Locatio proprie est quando soluitur merces, locatio improprie non soluitur merces sed oleum vinum & simile loco mercedis.
- 5 Alia est locatio temporalis alia perpetua.
- 6 Locatio altera fit ad tempus modicum altera ad tempus magnum.
- 7 An per locationem ad longum tempus transferatur dominium.
- 8 Per locationem constituitur ius in re & dicitur alienatio.
- 9 Perpetua locatio dicitur illa que fit donec pensio solvatur. An locatio facta ad vitam habeat naturam perpetue locationis.
- 10 Si per 30. annos vel ultra conductores soluerunt singulis annis pensionem certam & uniformiter, dicitur perpetua locatio.
- 11 Alia videtur locatio expressa alia tacita.
- 12 Potest dici, vt alia fit locatio conditionalis alia pura.
- 13 Alia locatio circa rem est, alia circa operam, alia circa rem & operam.

**VENIO** ad alium ordinem, in quo diuisio residet locationis & conductionis, quæ videtur esse tradenda eisdem regulis, quibus videtur emptio & venditio, atque adeo dicendum est quod ¶ duplex est locatio sicut emptio, nempe altera in scriptis, altera sine scriptis. In scriptis dicitur illa, quæ ad sui essentiam, & substantiam requirit scripturam, quod est quoties contrahentes de facienda scriptura aliquo modo dixerunt, licet quidam dixerint quoties non valere aliter contrahentes dixerunt, quàm si postea scriptura fiat, l. contractus, vbi glo. & scribentes. C. de fi. instr. locatio sine scriptis illa est, quæ solo consensu celebratur simulatque de precio inter partes conueniunt, vt diximus superius in diuisione emptionis & venditionis.

Pōt dari alia diuisio, quæ fuit iure consulti in l. in nauē Saupheli. ff. loca. ibi in illis verbis respondit rerum locatarum duo genera esse, quam diuisionem inquit Bar. esse notandam. ¶ est igitur altera in specie, altera in genere, in specie prout quando ego locarem, vt idem reddatur in specie, exemplum si fulloni curanda vestimenta tradantur, tunc enim redduntur eadem vestimenta. In genere veluti cum argentum postulatam fabro daretur, vt vasa fierent, aut aurum vt anuli fierent, primo casu, nempe ¶ quædo locatur vt reddatur idem, erit proprie locatio vt inquit glo. in d. l. in verbo locarentur, & concord. nō solet. ff. cod. loca. Secundo autem casu scilicet quando locatio fit vt reddatur id eiusdem generis prout in locatione frumēti, quod Sauphelus ille exercitor vehendum conduxerat, in quo casu fuit dominium translatum, ex eo quod frumenta fuerunt transfusa & mixta in vnum aceruum, de quo tradit Cast. optime in d. l. nu. 6. & 7. tunc dicitur locatio improprie, d. l. non solet, & ibi glo. cod.

Alij alio modo vocabant locationem propriam, & alio modo impropriam, ¶ nam propriam dicunt illam, pro qua soluitur merces, quotiescunque igitur pro re locata soluitur merces, dicitur proprie locatio. Impropriam dicunt, pro qua merces non soluitur, quotiescunque igitur pro re locata non soluitur

uitur merces, sed alia res, hoc est oleum vinum, & simile, dicitur impropria locatio, de qua, l. si olei, ibi Bar. C. loca. qui tenet quod ibi fit locatio improprie etiam soluitur oleum pro re locata, quamuis non nulli velint ut ibi fit contractus innominatus, de quo infra videbimus.

Alia est locatio temporalis hoc est ad tempus, alia perpetua, hoc est in perpetuum, de quibus loquitur Anto. Gab. recollector commu. opinionum, concl. 2. lib. 3. tit. de locatio. & prima illa locatio ad tempus dupliciter potest subdividui, scilicet vt ¶ altera locatio fiat ad tempus modicum, pro quinque, vel sex annis, vel vsque ad decem annos ad plus, altera fiat ad tempus magnum post nouem annos, vel vltra arg. l. si C. de præscrip. lon. tempo. Abbas in ca. fi. ne prala. vic. suas. Ruy. conf. 6. r. vol. 1. Angusiola conf. 10. tit. de feud. nu. 3. Philip. Porti. conf. 5. 1. Hip. Rimi. conf. 292. Did. Couar. resolu. c. 15.

Et cum ista diuersa genera sint locationum, diuerse etiam Doc. statuisse videntur, si quidem locatio rerum ecclesiarum ad longum tempus expressim prohibetur in clem. 1. de reb. eccles. non alie. & c. nulli de reb. eccles. non alien. nisi fiat seruatis seruandis, & cum solemnitatibus, quæ requiruntur ad alienationem. glo. clem. 1. verbo locationes, ibi Card. Imo. & alij, Abbas in c. uestra, de loca. Dec. conf. 204. Soc. conf. 3. 2. lib. 1. Did. qui alios citat in c. 15. col. 1. var. reso.

Locatio autem ecclesiarum ad modicum tempus fieri potest & valet absque illis solemnitatibus. d. clem. 1. & c. vlt. ne prala. vic. suas, vbi de locatione ad septennium fit mentio.

Verum hodie ex noua constitutione Pauli II. in extrauag. ambitiosa, tit. de reb. eccle. non alie. omni no prohibetur locatio rerum ecclesiarum vltra triennium sub pena ex communicationis, & aliarum penarum & sic hodie dicitur locatio ad tempus vsque ad tres annos, & si glo. voluerit quod modicum tempus sit arbitrium iudicis in d. clem. 1. ver. modicum, de reb. eccles. Alex. in l. filiofam. §. vltimo, col. pen. ff. sol. matri. vbi de communi attestatur, quod verum esse possit quod ad monachos & filios regulares in quibus non est tempus diffinitum, vt censuit Meno. de arb. indi. lib. 2. cent. 2. ca. 5. in fi. sed hodie non posset dubitatio nasci super hoc, quia fere in omnibus instrumentis locationum rerum ecclesiarum, quæ fiunt ad sex vel nouem annos, semper apponuntur clausulæ illæ, quod tot sint locationes quot triennia, & finito primo triennio tunc intelligatur facta, seu debeat fieri, & reuocari alia locatio, & sic non valet locatio nisi de triennio ad triennium, & finito triennio debet reuocari etiam mandatum factum ad locandum per nouennium, vt declarat Couar. d. c. 15. sub nu. 6. & quid in emphiteusi facta in tertiam generationem, vt censetur reuocatio facta de generatione in generationem, dicitur sub tractatu emphite. infra.

Sed aduertendum quod d. extrauag. ambitiosa de reb. eccles. intelligenda est in rebus ecclesiarum, quæ quotannis voluntur, & quolibet anno fructus percipiuntur, secus si vnus tantum fructus percipiatur in triennio, & postea alius fructus in alio triennio, Alia

prout declarat Andre. Barb. in rub. de reb. eccles. nu. 52. & intellige etiam d. extrauagan. vt loquatur de rebus ecclesiarum, non autem de fructibus, namque ibi ipsæ tantum res prohibentur locari, non autem fructus & redditus, qui poterunt locari vltra triennium, de quo dicemus alibi.

An autem per locationem ad longum tempus transferatur dominium vtile in conductorem, dicendum est quod sic prout declarat profundus Ruynus, conf. 57. vol. 1. & conf. 6. r. col. 1. ¶ & per locationem ad longum tempus constituitur ius in re, & dicitur alienatio, & bona prohibita alienari non poterunt locari ad longum tempus, sed bene ad modicum tempus, Abbas post antiquos in c. nulli & c. potuit, de reb. eccles. non alie. nu. 13. & in l. non solet. ff. loca. ibi Alber. & Bar. Imo. Alex. in d. l. filiofam. §. si vir in quinquennium. ff. sol. mat. Philip. Port. conf. 61. in terminis consuluit quod prohibita alienatione intelligitur etiam de locatione ad longum tempus, nō autem de locatione ad modicum, pro quo adde glo. in l. si ibi Bal. & alij. C. de pac. pigno. & gl. cle. 1. ver. locationes, ibi Card. vers. vlt. de reb. eccles. non alie. Plotus in conf. 19. nu. 61. qui limitat in casu l. si. C. de præd. lib. 10. vide Angusiola, d. conf. 10. Tiraq. de retrac. ligna glo. 14. §. 1. num. 81. & est communis opinio, quamuis Couar. d. c. 15. sub nu. 2. intelligat late sumpto vocabulo, & improprie. l. si fundum. ff. de fun. dota. l. alienatum non proprie. ff. de ver. signi. l. non alienat. ff. de reg. iur. cum similibus, vide Meno. d. ca. 5. nu. 3.

Locatio autem perpetua seu in perpetuum, dicitur illa, quæ fit donec pensio seu vectigal solvatur vt ff. si ager vectig. vel emp. pet. l. 1. & nos infra.

An autem locatio facta ad vitam habeat naturam perpetuam vel temporalem locationis, vide Dec. conf. 204. Alex. conf. 219. lib. 3. & conf. 165. lib. 2. Did. Couar. d. c. 15. nu. 3. vbi tenet quod sapit naturam perpetuam seu ad longum tempus locationis, per tex. ibi glo. in ver. eius, in clem. 1. de reb. eccles. non alie. vbi Ancha. Card. & Imo. & per auth. de non aliena. §. in emphiteusi, ca. ex litteris, de constit. & auth. perpetua. C. de sacrosan. eccles. & rex. in l. 1. ff. pro soc. glo. in c. ca. enim. §. perpetua, glo. 1. 10. quæst. 2. gl. in c. fi. in ver. perpetuis, de rescrip. in 6. ibi Arch. & ita tenet Imo. in c. tua in 2. col. de his quæ fiunt a prala. sine conf. ca. & in c. possessiones, circa finem de reb. eccles. non alie. Feder. de Sen. conf. 143. Cal. conf. 17. de ver. sig. & credo quod sit communis opinio, quamuis Gabriel. in tit. de loca. concl. 2. plures alleget contrarium tenentes, nec attestetur de communi. & nota quod si locatio facta sit ad vitam erit nulla nec substinebitur etiam ratione trium annorum, declarauit Did. d. c. 15.

Aduertendum tamen circa supradicta quod, si per 30. annos & vltra conductores soluerunt singulis annis pensionem certam & uniformiter, dicuntur coloni perpetui, nec poterunt expelli, cum videatur locatio perpetua, vt voluit Bal. Ange. in l. male agitur. C. de præf. 30. vel 40. anno. Ruy. conf. 75. col. 1. volumine primo, qui in puncto consuluit, & intel. lige secundum eius distinctionem, an appareat quod tituli necne.

- 11 Alia videtur esse locatio expressa, alia tacita, de expressa potest poni exemplum quando loco tibi fundum, vel domum expresse, nempe per scripturam, vel verbis expressis, de tacita erit exemplum si quis inhabitaret sciente & patiente domino, & annuatim per plures annos pensionem seu mercedem solueret, tunc enim clarum est quod dicitur tacite locatio, quae tacito consensu contrahitur sicut expresso, l. ff. loca. l. consensu. ff. de actio. & oblig. declarat Ruy. conf. 61. vol. 1.
- 12 Possit etiam dici ut alia sit locatio conditionalis, de qua, l. sicut emptio. ff. eod. alia pura, quae regulariter fit, verum de his diximus trac. stipulatio. col. 2. pen. ord.
- 13 Demum potest dici ut triplex genus locationis sit secundum Azo, quem refert glo. in l. si vno. §. item in glo. mag. nempe locatio circa rem, locatio circa operas, & locatio circa re & operas, de quibus infra,

DE HIS QUI POSSUNT locare & conducere.

S V M M A R I V M.

- 1 Regulariter omnes locare & conducere possunt, & omnibus locari, qui & quibus vendere vel vendi possunt.
- 2 Milites res alienas conducere non possunt.
- 3 Milites possunt conducere praedia causa sui usus, & pro stabulo.
- 4 Curialis non potest conducere nec fideiussores conductoris esse potest, curialis potest succedere in locazione alteri. et n. 5.
- 6 Clericus non potest conducere praedia ab alijs, nec procuratores esse nec fideiussores.
- 7 Clerici possunt conducere causa necessitatis, non causa lucri.
- 8 Non possunt conducere prohibiti a lege vel testatore.

**Venio** ad vltimum ordinem, in quo articulo resident & capio primam columnam, quae est inscripta de his qui possunt locare & conducere, pro cuius declaratione illa, quae diximus in trac. emptio. in 1. & 2. col. vlt. ordi. censeantur repetita hic, cum contractus locationis & conductio nis vtatur eisdem regulis, quibus emptio, vt diximus: nihilominus ad hoc vt distinctius suo loco quaelibet materia reperiri possit, nos non pigebit aliquando aliqua illarum, quae diximus repetere, & noua super addere. † omnes igitur regulariter locare & conducere possunt, & omnibus locari, qui vel quibus vendere vel vendi potest. † fallit in militibus, qui alienas res conducere non possunt, l. milites & l. si. C. loca. quinimo, d. l. milites. ampliatur, vt nec mandatores, nec procuratores, nec fideiussores conductorum esse possunt, & ratio redditur ibi in illa lege, ne amisso armorum vsu ad opus rustre se conferat. † restringendum tamen nisi milites conducerent gratia sui vsus, vt declarat Sal. ibi in summa: etenim possent stabulum pro equis conducere, vel pro omnibus ad militiam pertinentibus, gl. in d. l. milites. in ver. conductores & in l. si. & facit l. si ignorans. ff. eod. vbi parititur illi, qui in sciens locauit militi. Fallit

- 4 & secundo in curiali, qui pariter nec conducere nec fideiussores nec procuratores aliterius conductoris esse potest. l. curialis. C. eodem. restringendum tamen
- 5 † non procedere, quando curialis successisset alicui in locazione: tunc enim iure remaneret, l. 4. ff. de decurio. † Tertio fallit in clerico, qui nec conducere potest, auth. de sanctiss. epif. colla. 9 §. alium, & c. primo, & c. sacerdotibus, ne cleri. vel mona. neg. secul. & adest decis. Fran. Mar. decis. Delph. 195. in se eunda parte. neque procuratores, neque fideiussores esse possunt, l. repetita. C. de epif. & cleri. Host. in summa tit. loca. post numerum sextum. † restringendum tamen secundum Host. & Goffred. & alios summistas, nisi illi clerici, vel monachi conducerent causa necessitatis, per tex. in c. primo, & c. secundo, ne cleri. vel mona. & c. dilecti, de decim. ibi glo. ideo aliqui dicebant quod supra d. c. t. non prohibet, ne clerici possint conducere bona secularia, sed solum quando faciunt causa lucri, hoc est vt ditiores fiant. & optimè, ita est intelligenda d. decis. Francif. Marc.
- 8 † Quarto & vltimo potest limitari in omnibus illis, qui vel a lege, vel a statuto, vel pactioe contrahere prohibentur, arg. l. si. C. de reb. non alienan. diximus latè tract. emptio. columna prima, vltimo ord.

DE REBUS QVAE locari possunt, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes res locari, & conducì possunt, quae vendi regulariter.
- 2 Seruitutes reales seu praediales non possunt conducì, quamuis possint vendi.
- 3 Seruitutes personales locari possunt vt vsusfructus.
- 4 Rem suam nemo potest conducere.
- 5 Bona minorum, & dotalia non possunt vendi nisi ob causam.
- 6 Maritus bona dotalia potest locare ad magnum tempus sed non alienare.
- 7 Bona ecclesiae non possunt vendi nisi ob causam, sed possunt locari ad modicum tempus.
- 8 Feudum poterit locari ad modicum tempus.
- 9 An ius patronatus possit locari.
- 10 Operas potest quis locare certa mercede & quādo liceat.
- 11 Sacerdos an possit locare operas suas.
- 12 An pecunia possit locari.

**Venio** ad secundam columnam vltimi ordinis, & pro eius declaratione dicendum est quod † omnes res locari & conducì possunt, sine mobiles, siue immobiles, vel se mouentes, corporales, & incorporales, & fundus, & serui, & iumenta, & vestes, & seruitutes, intellige de personilibus, vt vsusfructus, & tandem dicendum, quod possunt locari omnes res, quae vendi & emi possunt, de quibus superiori trac. in 2. col. vlt. ord. † fallit tantum in seruitutibus realibus seu praedialibus, vt sunt iter, actus, via, quae locari non possunt, tamen vendi possunt tex. est. cum glo. in l. locare. ff. loca. sed aduertent-

- aduertendum est † quod seruitutes personales, vt vsusfructus possunt locari, vt diximus, tex. est in l. arboribus. §. ff. de vsufr. seruitutes autem reales minime possunt. §. minus. Insti. de vsu. & habi. & si fiat ab vsufructuario extinguatur locatio per mortem ipsius vsufructuarij. l. si focus. C. de iure dot. & nota, quod rem suam nemo potest conducere. l. si suae rei. & l. si in emptio. §. suae rei. ff. de contrah. emp. nisi casu quando aliquis donat alicui rem, & postea con ducit, de quo in l. quaedam mulier. ff. de rei ven. dice mus in tra hoc eodem ordine, col. 3. in fi.
- 5 Sunt tamen nonnullae res, quae non possunt vendi nisi ob causam, tamen possunt locari, vt sunt bona dotalia, quamuis enim maritus non possit rem do talera vendere, & alienare, nihilominus poterit eam locare ad magnum tempus, vt censuit Bal. Nouel. in tract. de dot. 7 par. priui. 1. col. pen. Couar. cap. 1. §. par. 1. sub nu. 2. var. ref.
- 7 Item bona minorum & bona ecclesiae non possunt vendi nisi ob causam, de quibus diximus sup. trac. emp. col. 2. vlt. ord. tamen possunt locari, quod intelligendum est si ad modicum tempus praelatus locaret & quidem tunc superfluum esset adhibere solennitates quae requiruntur in rerum ecclesiae alienatione, de quibus in c. nulli, & c. 1. de reb. ecclesi. non aliena. c. sine exceptione l. 2. quaest. 1. r. authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. Couar. d. cap. 1. §. varia. resol. iur. Rimi. iuni. consil. 292. & in Clemen. prima, de reb. eccles. non alien. secus si ad longum tempus ideo post nouem annos nisi necessitas, vel vtilitas expostularet non potest, & si fiat debet interuenire consensus superioris, vel consensus conuentus, de qua materia habetur in Clemen. monasteriorum, de reb. eccle. non alien. per Abba. & Cano. in c. fin. ne praela. vic. d. auth. hoc ius perrectum. C. de sacrosan. ecclesi. Guliel. Radoan. tracta. de reb. ecclesi. non alien. quaestio. 6. de loca. rer. ecclesi. Kirchovi. in recolle. comun. opinio. conclu. 33. Centur. 2. Philip. Portius consil. 61. nu. 1. & 17. Simon de Prejis consil. 42. cum alijs infinitis.
- 8 Idem dicendum de feudo, quod poterit locari ad modicum tempus, ad magnum, tempus minime sine consensu domini, nisi sint pascua & terrae incultae pro ut declarat Iulius Clarus in §. feudum, quaest. 3. sent. receptorum.
- 9 Sed quid de iure patronatus: poterit ne locari dicendum quod non vt diximus tracta. emptio. col. 2. vlt. ord. intellige si de per se locaretur, sed bene poterit locari simul cum vniuersitate bonorum. c. cum Bertoldus, de re iudica cap. ex litteris, de iure patro. Lamber. post Rocchum, & Citadin. suo diffuso tra cta. de iure patron. quaestio. 2. par. quaest. princip. lib. 1. cum sequenti articulo. vbi intelligit dummodo locatio sit ad modicum tempus contra Abb. Card. & gl. qui voluerit, etiam in locazione ad modicum tempus de quo dicemus infra suo loco.
- 10 Potest etiam quis locare operas certa mercede, & an liceat locare operas perpetuo, dicendum quod sic vt concludit Burfat. consil. 204. volum. secun. Ripa l. obligatione, numero 10. ff. de pigno. de communi opinione, sed aduertendum, quia aliqua opera non solent locari, vel ob grauitatem, vel ob praedi-

cium, prout in opera aduocati, si quidem illud quod datur aduocato non appellatur merces, sed salarium vel honorarium, vel suffragium, vt diximus, quod pe titur conditione certi si certum promissum est, vel ex stipulatu si in facto consistit quod est promissum vel conditione ex lege, vbi nudo pacto tantum non per stipulationem est promissum, vel officio iudicis Azo in summa. C. loca. latè per Ripam in tracta. de priui. contrac. cau. pest. nu. 116. Pariter menforis ope ra dedignantur locari, & id quod datur ei vocatur ho norarium non merces vt ff. si fall. mod. mens. dixit. l. 1. §. ideo autem. & petitur actione in factum. Item in opere proxenetæ ideo est mediatoris. Idem si dederit tibi pecuniam vt seruum manumittas vt ff. de praef. ver. l. naturalis. §. at cum do.

- 11 Sed quid in sacerdote, poterit ne locare sacerdos operas suas, dicas quod pro diuinis officijs dicendis nunquam licet. c. cum ecclesia de Simon. & c. multis. alias esset simonia, sed pro temporalibus poterit loca re: nihilominus summistae dicunt, quod poterit loca re laborem suum pro custodienda ecclesia, & ad ma sionem, & vt celebret ibi officia, ita tamen, vt non ha beat intentionem ad diuina, sed ad mansionem, quod nota, & c.
- 12 Quid dicendum de pecunia, poterit ne locari. di cendum, quod sic, nempe si aliquis locet alteri pec unias retinendas ad pompam super banco, vel me sa numularia non vt illas expendat, & in isto ca su licite poterit aliquod lucrum, seu mercedem recipere puta obolum pro scuto, cum vsus rei sit à dominio separatus, nota. in capitu. conquestus, de vsur. Roma. consil. 500. Alfonso. Aluarez. Specu. Ro ma. Pontif. Impe. cap. 67. quem refert & citat Bur fatius consil. 204. col. fi.

DE SVBSTANTIALIBVS locationis, & conductionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Principaliter de substantia locationis est consen sus.
- 2 Ad hoc, vt valeat contractus totius rei, requiri tur consensus omnium, nec sufficit maioris par tis.
- 3 Non requiritur consensus socij, quando alter socio rum, locat pro indiviso, & vtiliter facit negotium socij.
- 4 Triarequiruntur ad hoc ut socius possit se ingerere in re bus socij.
- 5 Quando aliquis absque periculo potest suam rem tantum tueri si promittat pro parte socij non habet actionem de communi diuidendo.
- 6 Principaliter est querendum an imminet aliquod pe riculum quando socius facit locationem de rebus socij.
- 7 Bar. recte loquutus fuit & saluator.
- 8 Si fundus communis non potest commode diuidi deuenitur ad licitationem & vni ad iudicatur totus & alteri pre tium

- lum reficit.
- 9 In locacione de substantia est res.
- 10 Locator tenetur ad tradendum rem & ad patientiam v- sus & fructibus & praeiſe alias ad interesse tenetur & e contra conductor ad pensionem.
- 11 Non tenetur locator ad interesse nec conductor ad pensio- nem si res locata ab aliquo sit euicta sine dolo & culpa locatoris.
- 12 De substantia locacionis est merces.
- 13 Si loco mercedis interueniat alia res non erit locatio.
- 14 Intellectus. l. si olei. C. locati.
- 15 Merces debet constitui iusta & honesta & competens in locacione, alias non valet.
- 16 Si locatio fuerit facta & constituta vno nummo, pre- sumitur donatio.
- 17 Quomodo cognoscitur an iusta, vel iniusta constituta sit merces seu pensio.
- 18 Pensio iusta est si 20. annis collecta ascendit ad pretium, seu capitale.
- 19 Distinctio an & quando soluenda sit pensio.
- 20 Si commissum sit pretium arbitrio incertę persona non va- let locatio.
- 21 Quando debeat solui huiusmodi merces, seu quantum in locacione.
- 22 Ea que ex locacione debentur sine mora solui debent.
- 23 Distinctio quando solui debeat merces in locacione.
- 24 Si conductor inuasset soluere pensionem tali tempore, nec soluat, potest expelli statim.
- 25 In locacione ad longum tempus debet per biennium, vel triennium defecisse conductorem ad hoc, vt expelli possit.
- 26 Merces in locacione indistincte debet solui in fine anni, & de quamoneta.
- 27 De substantia locacionis videtur vt adijciatur tempus.

**Venio** ad aliam columnam tertio loco po- sitam, quę est inscripta de substantia bus locacionis & conductionis: pro cuius declara- tione animaduertendum, ¶ quod cum iste contra- ctus contrahatur principaliter consensu, dicitur pri- mo de substantia eius esse consensum. l. i. ff. eod. & absque eo contractus erit nullus, hinc est quod si duo pluresue habent domum, fundum, vel rem eodem cũ alio, & vnus eorũ, vel maior pars vult locare, alius nõ, locatio non tenet nec valet, quia ad hoc vt valeat cõtra- ctus totius rei, omnium requiritur consensus, nec sufficit consensus maioris partis, vel eius socij, qui habet maius ius, vel partem in re: requiritur enim cõ- sensus omnium iunctim, vel separatim. l. per fundũ vbi Doct. ff. de ser. rust. l. si. ff. com. pradio. facit tex in l. quoties, ibi in versi. nisi consenserint. ff. de usufr. fallit ex mente Bar. nisi socius, qui est dominus pro- creta parte pro indiuiso locaret totum fundum & v- tiliter faceret, cũ talis sit negotium quod pro parte ex- pediri non potest Bar. in l. & hæc distinctio. §. cũ fun- dum. ff. loca. vbi alle. tex. in l. hæres. §. si vnus. ff. fa. ere. vide Rui. consi. 65. nu. 7. vol. 5. Sed impetrata venia a iudicio sissimo Bar. mihi vñ cum non recte perpendis- se, leg. illam: ¶ tria enim præsupponuntur in illa. l. ad hoc vt socius possit se immiscere in rebus socij. Pri- mũ, quod in utilitatem sit socij, hæc est expedit. Se- cundũ quod vigeat necessitas. Tertio quod omnino res ipsa suus negotium non possit pro parte expedi-

ri. si igitur ista tria non stant non poterit socius se- ingerere & immiscere in parte socij absque consen- su socij, at in locacione fundi potest negotium pro parte expediri, cum possit locari dimidia pars fun- di & dimidia relinqui socio. igitur in medietate nõ poterit se immiscere, & per consequens non poterit locare. Præterea, cũ non adit, nec immincat aliquod periculum, locatio nõ valet, quod Bar. in dicto suo non supponit, sed tantum requirit quod vtiliter ge- rat negotium, & quod possit expediri pro parte, ¶ (vt diximus) in locacione fundi non procedit, igitur quã potuit socius suam tantum partem locare, prout in casu, non debet tenere pro parte altera socij, arg. tex. in l. si communes ædes. ff. de neg. gest. vbi ¶ quan- do aliquis absque periculo potest suam rem tantum tueri, si promittat pro parte socij, non habet actio- nem de commu. diui. pro illo quod præstitit. nõ est illa supradicta, habet tamen actionem negotiorum gestorum, quam habet in qualibet re aliena, pro qua promitteret & vtiliter faceret negotium.

¶ Principaliter ergo est quærendum an immi- neat aliquod periculum, quando socius facit locatio- nem, quia si periculum non adit, non tenet locatio absque consensu socij: ¶ artamen subtiliter conside- rando, Bar. videtur recte loquutus, cum videatur cõsi- derare ipsum locacionis isus, quippe quod tale est ne- gotium, quod pro parte expediri non potest, prout in simili declarat Alex. de Neuo, consi. 95. sub nu. 2. 2. dum respondet ad contraria, l. verum esse non licere emere pecuniam altera pecunia, sed non habere locũ, quã emitur ipsum ius exigendi pecuniam, quod ius exi- gendi est incorporale & separatum à pecunia, quæ exigitur. & quod hæc fuerit eius mens, consi. dero le- gem, quam Bar. allegauit, cum mens Doctorum per- cipiat ex textu allegato, Bar. & Doct. l. nõ solũ. §. 2. de lib. leg. Ceph. consi. 255. vol. 2. nu. 30. lex. n. hære- des. §. si vnus, loquitur de cautione præstita pro ser- uo communi, quæ cautio est quoddam ius & in ser- uo non poterat pro parte expediri, cum homo sit in diuisibilis, vt diximus trac. stipul. col. diui. & indiu. ibi pro parte homo ire non potest. ideo Bal. ibi in il- lo. §. si vnus, dicebat quod ea, quæ non pnt pro parte expediri, veniunt in iudicio diuisorio, secus si possent expediri. Potest & alio mō & magis realiter defendi Bar. vt intelligi debeat eius dictũ, quã aliter non pos- set locari dimidium fundi, vt à cõiter accidentib. ex eo quod non reperiebatur, qui accepisset, vel forsã non patiebatur diuisionem, & in hoc imminet pe- riculum, quia si non fuisset locatus fundus in totũ, forsã in nihilum, & sic oĩa requisita, verificata fue- runt, quod nota, quia potest contingere sæpe in pra- ctica, quibus adde ea, quæ inquit Decianus dominus meus, consi. 15. nu. 38. vol. 1. ¶ quã quã fundus eõis non potest commodẽ diuidi, tunc deuenitur ad licitatio- nem & vni adiudicatur totus, & alter pretium refun- det, per tex. in l. i. ibi Bar. Bal. & l. ad officium versicu- lorum. C. commu. diui. & tunc non dicitur commo- dẽ diuidi quã si diuideretur, satis minus valeret, vt vo- luit Bal. in l. sancimus. C. de donat. in vlt. colu. sic in casu nostro, si fundus locatus fuisset pro dimidia tan- tum, satis minus valuisset.

¶ Secundo de substantia huius contractus locatio- nis

nis & conductionis est Res: equidem frustra con- sentirent inter se partes, & frustra constituerent pre- tium, de quo infra, nisi adit res, sub qua cadat con- sensus & pretium, de quo infra: necessario igitur adesse dēt res locata ex parte domini locatoris q̄ te- netur ad tradendam & ad patientiam vsus & fructi- onis præstandam, secundum tempus conuentum. l. si quis domum, vbi Bar. lex conductionis, in princ. ff. loca. Aret. in §. item quæritur. §. si. Insti. de actio. Bar. in l. i. in prima oppos. C. de iure emphi. l. af. eod. nu. 93. & ad eadẽ decisio Senatus Pedemont. decisi. 51. nu. 8. & consi. Franci. Beci. consi. 45. nu. 19 & e contra, vt dicemus infra conductor tenetur ad solutionem pensionis, vt dicemus infra. sed quid si dominus lo- cans tempore conuentionis habebat facultatem tra- dendı rem, modo autem non habet. dic. quod tene- tur præcisẽ ad factum traditionis, quemadmodum diximus in tract. emptionis, in 3. col. vlt. ordi. aliã tenetur ad interesse: tamen specialiter in hoc con- tractu locacionis potest locator si non habet faculta- tem tradendi rem ipsam locatam, tradere aliam rem æque idoneam, d. l. si quis domum, ff. loca. diximus superius in prin. colum. locatio & conductionis inscri- ptã, nu. 4. ¶ notandum tamen, quod si illa res ab aliquo sit euicta sine dolo & culpa locatoris, vel ali- quo iusto impedimento facto tertij, vel natura, non tenetur locator ad interesse, nec e conuerso condu- ctor ad pretium, & sic sit remissio mercedis. l. si fun- dus. ff. eod. l. si vno. §. item cum quidam. ff. eod. de quo infra in 4. col.

¶ Tertio de substantia huius contractus locacionis est merces, ideo diximus in definitione, mercede in pecunia numerata conuenta, alioquin ¶ si de re alia danda faciendæ conuenerit non erit locatio, sed contractus in nomen, ex quo agitur actione præscriptis verbis, vt diximus in diffinitione loca- tionis, & in trac. de emptio. & vend. in 3. col. vlt. ord. in 2. substan. nu. 12. sed supradictis videtur ob- stare tex. in l. si olei. C. loca. vbi nominatur & dicitur ibi locatio, & tamen ibi non interuenit pretium, siue pecunia numerata, namque ibi pro fructibus lo- catis fuit datum oleum loco precij, Doc. conari fue- runt l. illam tueri, tamen videtur necessario fateri ibi esse contractum in nomen, quare igitur fuit situata lex illa sub titulo locacionis, de hoc non est mirandum, quia passim & vbique reperuntur leges incongruentes titulis, ¶ posset forsã dici quod ibi in illa lege promissa fuerit pecunia certa & mer- ces à principio initi contractus, sed loco illius pecu- niæ & mercedis seu pensionis postea datum fuit il- lud oleum, per quod ex post facto non vitatur con- tractus locacionis & conductionis, vt probatur in l. precij causa. C. de ref. vend. & ibi Doc. gl. ord. in l. 2. ff. de contrah. empt. in ver. conuentio. Fab. de Mon- te in trac. de contra. §. q. prin. & Paris. consi. 34. vol. 1. nu. 4. & ita credo quod etiã debeat intelligi dictũ Alex. de Neuo in cons. 95. sub nu. 15. in si. vbi inqt, quod non est differentia. an pensio constituatur in pe- cunia, an in grano, vel alijs reb. & allegat Fra. de Pla- tea ord. minorum de obseruantia, in trac. de vsuris, in verbo, vsura, el 3. in 15. q. qui refert Io. de Lign. & Lau. de Pinu in c. si. de vsu. sed aduerte, quia credo quod

Frã. de Platea & Alex. de Neuo & alij loquantur cir- ca intentionem vsuræ, & circa articulum, an cõtra- ctus reputetur licitus, vel illicitus, at in casu nostro loquimur, quo ad substantiam & perfectionem con- tractus locacionis, & conductionis, qui contractus absque pecunia numerata credo quod minimẽ per- fici possit, intellectus autem d. l. si olei, posset in se esse verus: sed nimis destrueret & violaret illum tex. Iõ mihi placet, vt dicamus ex mēte Bar. nõstri, quã ibi in illa. l. si olei, est locatio, & dicitur locatio, sed im- proprię, nam vt diximus superius in diuisione, alia est locatio, ppria, alia impropria, quæ locatio impro- pria assimilatur locacioni pprie, & omnia, quæ sũt disposita in locacione ppria, habent locum in im- propria. l. i. §. si quis seruus, ibi in illis verbis, quasi genus locati & conducti interuenit. ff. de pos. pō- dera verbum, quasi, quod impropriatatem denotat, Doct. in l. in suis. ff. de lib. & posth. ita declarare vide- tur etiam Bar. in l. si merces. §. vis maior, sub nu. 3. ff. loca. quæ vtilitas autem refertur, an sit contractus in nominatus, vel locatio impropria, videtur maxima esse differentia, quia si fuisset conceptus libellus in casu d. l. si olei, per verbum locati, posset substineri put Bar. attestatur in practica substinuisse, aliã rei j- ceretur. Itẽ vtilitas est, quia disposita in locacione erunt seruanda in hoc gũtu locacionis impropria.

¶ Merces autẽ dēt constitui iusta & honesta & cõpe- tes, alias nõ valeret, quia ¶ si fuisset facta vno num- mo, præsumeretur donatio, & sic non valeret. ita de- cistum fuit per Vlp. Iurecõ in l. si quis, ff. loca. ¶ Quo- autem cognoscatur, an iusta, vel iniusta cõstituta sit merces siue pensio, Alex. de Neuo in d. consi. 95. n. 11. ¶ retulit illam esse iustam pensionem, quæ 20. an- nis collecta ascendit ad pretium, seu capitale; vt in- auth. de nõ alie. §. si vero alicuius ecclesiastici, & idẽ tenuit gl. in auth. perpetua. C. de sacros. ecc. idem cõ- suluit Ruinus, consi. 423. in prin. declarat & intelli- git tamen Alex. de Neuo d. consi. hanc opinionẽ pro- cedere, secundũ Bar. quã ex consuetudine loci appa- ret, quæ reputetur iusta pensio, quia consuetudini est standum, Abb. in c. cum cã, & c. dilecti, de emp. & ven. sed diligentius rem attingendo, mihi vñ ita esse distinguendum, quod si partes inter se conuenerũt, sit seruẽda cõuẽtio, dummodo nõ sit vno numo, vt di- ximus: sed si nihil sit dictum, vel conuentum sit pro iusto pretio, tunc si illa res solebat alias locari & de proximo, illud pretium solitum censetur inter par- tes conuentum, arg. l. excepto. C. locati. si vero non erat solita locari illa res, tunc deuenitur ad consue- tudinem loci, & ager actione præscriptis verbis, vel in factum ex æquitate, arg. tex. in l. quoties. ff. de præ- sc. ver. vel dic. quod tunc erit taxandum officio iud. quia officium iudicis versatur circa quantitatem, Bal. in l. voluntatis, nu. 7. C. de fideic. Men. de Arb. iud. l. i. q. i. n. 8. vbi refert dictũ Bal. & plures alios.

¶ Sed quid si fuit facta locatio & cõpromissũ pũũ arbi- trio incertę psonæ, valebit ne locatio? dic qu nõ, quia dēt cõmitti arbitrio, certe & idẽ esset si fuisset com- missũ certæ psonę, quæ tñ non potuit, vel voluit ar- bitrari, secus esset si illa certa psona arbitraretur & declararet pretiũ, tunc. n. valeret, tex. est qui omnia puncta decidit, in l. si merces, in princip. ibi glof. Bar.



Bar. Castron. & ceteri. ff. loca. & idem tenuit gl. in l. in vindentis. ibi Bal. in 3. opposi. Sali idem in 3. op. pos. C. de contrah. emptio. Bal. in l. contractus, in 3. col. vers. modò quæro. C. de fide instr. & in puncto consuluit Guido Pancirolo, conf. 177. nu. 1. in 1. art. 21 Sed pro complemento huius columnæ quæro, quando debeat solui huiusmodi merces siue pensio rei locatæ & conductæ. Imperator in l. pteses, C. eo. 22 inquit, quod ÷ ea, quæ ex locatione debentur, siue mora solui debent, & post moram vsuræ debentur. Azo autem in summa tit. eodem, distinctus, sub nu. 2. loquutus fuit referendo, quod quidam dicebant, soluendam esse in principio locationis, arg. l. 2. ff. loca. alij in medio, arg. l. si per hanc. §. centum autem aurei, C. de aduo. diue. iud. Alj diebant, quod in fine anni. l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig. l. 1. §. si pretia, ff. de magistrat. tamen ipse Azo non recedit à generali distinctione Vlpia. Iureconsult. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. scilicet quod in primis seruandum est illud, quod actum est, & si id nõ apparet seruabitur mos regionis, & si is non appareat quia varius ad id quod minimum est redigendum, idest in fine anni, & si eo tempore merces non soluatur poterit conductor expelli. l. ædè. C. loca. Doct. ibi & in l. 2. C. de iure emphi. & l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. ibi Bar. auth. qui rem, vbi Iacob. Butr. 24 & Bal. C. de sacrosan. ecclesi. ÷ & si iurasset conductor soluere, & non soluit, poterit statim expelli ob periculum, prout in terminis consuluit Alexan. con. 25 sil. 87. vol. 1. In locatione autem ad longum tempus debet per biennium defecisse à solutione, vt expelli possit, vel per triennium in priuato. Abb. autem in c. propter sterilitatem, in 3. nota. nu. 4. tenuit indi. 26 fincè, quod ÷ quod merces & pretium locationis debeat solui in fine anni, per illum text. ibi multum caute colligit, dum ibi dicit, quod remissio debet fieri ob sterilitatem, & clarum est quod sterilitas patet in fine anni, & tex. loquitur de remissione, nõ autem de restitutione, at si pensio fuisset soluta in principio, tex. dixisset, vt esset facienda restitutio pro rata, non autem remissio, sed posset responderi domino Abbati, quod remissio, sibi intelligitur fienda respectu aliorum annorum futurorum, hoc est, vt remittatur pro rata merces secundi, vel tertij anni venturi: tamen quia dominus Abbas solet semper inniti veritati, non auderem contradicere eius opinioni: credo tamen, quod eius opinio forsitan procedat tantum in prædijs rusticis, non autem in domibus vrbanis, quæ locantur, in quibus non cadit illa sterilitas, nec opus est compensatione, cum semper soluatur idem, nec lucrum, nec damnum consequitur. Ista ratio licet non ita declarata videtur reperiri apud euenatum Ripam in tracta. de priu. contrac. cau. pest. sub nu. 26. ibi in illis verbis, quia loquitur in colono, nos in inquilino, ratio diuersitatis ibi assignatur. verum circa hæc nunquam oriretur controuersia, quia ad sunt statuta, quæ decidunt, vel saltem attenduntur consuetudines. Præterea semper in locationibus fiunt saltem scripturæ priuata, quæ conuentiones attenduntur: sed si casus eueniret, crederem non esse recedendum ab opinione Abbat. quæ videtur etiam Azo. per d. l. semper, non obstat. l. si præses,

C. loca. quam citauimus superius: quia Imperator vult quod exoluantur sine mora ea, quæ debentur ex locatione. hoc est postquam debentur, vel inceperint deberi, sed non ante, ergo cum debeantur in fine anni, non poterit conductor dici esse in mora ante annum, sed post annum immediate. De qua autem moneta solui debeat merces, si cursus mutatur, vide Christ. de Castell. conf. 35. 27 Vltimo posset dici, vt de substantia locationis sit, vt tempus adijciatur in locatione: namque locatio debet fieri, vel ad tempus, vel in perpetuum, vt l. 1. ff. si ager vecti. vel emphit. peta. diximus superius in ordine diuisio. in 4. col. & dicuntur agri vectigales, qui in perpetuum, scilicet quandiu vectigal soluatur locantur, tamen tempus non videtur de substantia, quia aliquando etiam sine tempore reconductio fit tacite in rusticis pro anno, in vrbanis pro eo tempore, quo quis ibi inhabitauerit, vt l. item quæritur. §. finali, ff. eodem, & infra melius dicemus sequenti columna.

DE NATURALIBVS locationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Naturalia in hoc contractu locationis sunt ea, quæ ex quo & bono proueniunt.
2 Ex natura locationis est, ut locatio transeat ad heredes regulariter, fallit nonnullis casibus.
3 Emptor non tenetur stare colono.
4 Res locata et conducta potest alteri sublocari ex eius natura.
5 Si conductio remanserit post annum in prædio videtur renouari conductio per annum.
6 Quare diuersum sit statutum inter prædia vrbana, & inter rustica.
7 Qui locat vasa vitiosa scienter, tenetur ad interesse.
8 Item ex natura locationis est veniat in ea dolus, lata culpa, & imperitia.
9 Expense factæ in rebus conductis, si necessariae, repetuntur & quis debeat soluere onera.
10 Conductor tenetur conservare fundum, & rem locatam in essentia, qua reperitur.
11 Si res sit duobus diuersis locata, ille præualeat, cui res primo tradita est.
12 Si duo pretendunt conducere domum, & est solita locari vni illorum, debet illi locari.
13 Per vnicam locationem solennem dicitur res solita locari.
14 Concordatio opinionum contrariarum.
15 Per locationem ex natura est, vt acquiratur possessio.
16 Per locationem cum admiculo probatur possessio, sed non in præiudicium tertij, & quomodo.
17 Si per 30. vel 40. annos conductores soluerunt singulis annis pensionem certam & vniuersimur censetur locatio esse perpetua.
18 Locato territorio & castro, an veniat locus sterilis.

Venio ad aliam columnam tertio loco positam, quæ est inscripta, naturalia locationis

tionis, pro cuius declaratione quæro, quæ sint ea, quæ veniunt ex natura locationis? & videtur dicens, quod ÷ naturalia huius contractus sint ea, quæ ex huius iudicij potestate descendunt, puta ea, quæ ex bono & æquo proueniunt, nam cum iste contractus sit bonæ fidei, æquum & bonum admittit, l. con sensu, ff. de actio. & oblig. §. 1. Insti. de oblig. quæ ex con. diximus tract. empt. & vend. in 4. colum. vlti. ordi. nu. 7. & trac. pign. & hipo. in 4. columna, vlt. or. 2 Item ex natura locationis est, vt locatio transeat ad hæredes regulariter tam actiue quam passiuè, l. viam. C. loca. limitatur in conductione vsusfructus, qui morte finitur & limitatur, quando aliquis locauit fundum, quoad vellet: nam morte eius, qui locauit finitur & tollitur l. 4. ff. loca. limitatur etiam in locatione clericis, quæ non fuit facta nomine ecclesiæ, nec in vtilitatem, nec rationabili causa, & sine consensu superioris, nam mortuo clerico antequam tempus locationis sit finitum, extinguitur locatio, quia clericus comparatur vsufructuario. c. vlti. ibi glo. in ver. obitus, de peccul. cler. l. domos. ff. loca. Item extinguitur, sicut ius vsufructuarij, Conar. de communi, in sine resolutionibus cap. 15. libro 2. Villalobos in recollec. commun. opin. num. 739. in ver. locatio. vbi idem de locatione facta per maritum de bonis dotalibus: quinimo plus si conductor soluit pensionem fundi non repetet, nec rehabetur à successore in eodem beneficio nisi sit conuersum in vtilitatem ecclesiæ, vel sit solum tantquam ecclesiæ, hoc est eius nomine cum solemnitate, de quibus 10. quæstio. 2. & Clemen. 1. de reb. eccle. non alien. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. ecclesi. not. Hoff. & melius Abbas in c. si. sub num. 7. ne prælati vices suas sub ann. cen. conce. ibi gl. in ver. terminum, tradit Gul. Redoan. suo trac. de reb. eccl. non alie. Potest deniq; limitari in successore singulari, qui habet plenum ius in re, & non habuit administrationem respectu successoris scilicet in emptore, qui non tenetur stare colono, est tex. in l. emptorem, C. loca. de quo tex. op. ponit dñs Abb. d. regulè. in c. si. nu. 8. ne pla. vic. suas sub ann. cen. qui soluit vt diximus, cum sit successor singularis, nec videatur habuisse administratorem respectu successoris, regula in contrarium videtur loqui in generali successore, tu adde tex. qui subtiliter ponderando, videtur hanc quæstionem decidere in l. qui fundum. ff. eod. vbi videtur decidi, quod successor vniuersalis tenetur stare colono & colonus successorij, contra successor singularis non tenetur stare: sed si colonus vellet colere fundum, & ille successor singularis non vellet, habebit colonus actio-nè pro interesse contra heredem, idest successorem vniuersalem, & ratio differentie potest esse, quia successor vniuersalis, hoc est hæres, repræsentat personam defuncti, atque adeo inter eos durat contractus, & si quis eorum discedat à contractu agitur ad interesse, quemadmodum igitur defunctus tenebatur, vt si legasset, vel donasset fundum, vel vèdidisset ad interesse posset conueniri, ita eius hæres debet teneri cū non possit agi contra mortuum, & hæc videtur rō mentalis illius tex. licet Doc. non ita declarent, & adest cōsiliū Ro. cōsi. 309. vide sub nu. 3. & vide cōs. Anguissolæ, cōs. 19. li. 2. in mater. cōtrac. vide Cur. se.

confi. 10. vide Plot. in repetit. l. si quando, C. vnde vi, nu. 191. Ceph. conf. 255. vol. 2. vide Abb. suprac. loco cui me remitto, cum eius doctrina videatur optima, sed fere eadem dixit, quæ nos diximus, licet diuerso themate, ac per alias distinctiones, quæ videntur cōfundere animum legentis triplicatis & quadruplicatis vicibus reassumptis, vide Rol. conf. 6. 1. vel. Tra. trac. lignag. §. 1. gl. 7. nu. 37. Sebas. Med. trac. mors omnia fol. par. 3. nu. 5. 4 Itē ex natura locationis videtur, vt res locata possit alteri sublocari. l. nemo prohibetur. C. eo. ego in telligo, dummodo æque sit idoneus ille, cui sublocatur: nam si fuisset locata vni, non poterit pluribus sublocari. Doc. d. l. nemo. iō scholaris recedēs à camera conducta, nõ potest in sui locum aliū dissimilem subrogare quia fuit electa industria personæ, & licet possit suam cameram locare non poterit tñ inuitis socijs, sed ad aertas, quia hoc procedit ratione societatis, non aut ratione locationis, quia locatio per mittit, societas prohibet, ita tenuit gl. Insti. tit. loca. in fi. Spec. de iudic. §. 2. num. 7. & etiam tenuit Azo per l. perceptione, ff. de his, qui deiece. vel effud. 5 Pariter ex natura locationis esse videtur, quod si conductor post tempus completum remanserit in prædio rustico videatur in annum renouata conductio & pignora eiusdem conductoris repetita, secus si alterius erāt pignora, sed in prædio vrbano, quatenus habitauerit, conductio renouata vñ nisi in scriptis prima conductio celebrata fuerit, vel nisi dominus posse conuenire deserit, Bal. in l. legē. C. loca. & tex. est in l. item quæritur. §. si. ibi Alb. Bar. ff. loca. vbi de Philippum Port. conf. 65. nu. 3. vbi inquit, quod locationes ipsæ sub eisdem pactioibus renouate intelliguntur, quæ ab initio contractus fuerunt apposite, limitandum tñ, secundum Bal. in l. item quæritur, §. impleto, quem refert, & sequitur Anguissola conf. 7. nu. 9. in casu penali, quā locatio tacite prorogatur, non intelligitur tamen pena repetita. 6 Sed quæro de ratione, quare est statutum diuersum inter prædia vrbana, & inter rustica, nam (vt diximus) in rusticis videtur ex tacito consensu per annum, in vrbanis vero pro eo tempore, quo habitauit, & pro eo tempore debetur merces, Bar. in d. §. si. reddidit rationem, sub nu. 10. hoc factum esse ex eo, quod in prædio rustico fructus non percipiuntur qualibet parte anni, sed in fine, puta in oliueti, in vinea, in frumento: at in prædijs vrbanis qualibet anni parte vniuersimur percipiuntur, & intellige, & de clara, vt ibi per Bar. qui vult, vt idem etiam in vrbanis quando ratio suadet, nempe quia fructus percipiuntur plus vno tpe quàm alio, exemplū, si apotheca locaretur tantummodo tempore nundinarum, vt est in ciuitate Recanateni, in qua fiunt nundine, vide ibi d. Bar. 7 Similiter ex natura locationis esse videtur, vt ille qui locat vasa vitiosa, scienter, siue ignoranter, teneatur ad interesse: sed si quis locat pacua mala, ex quibus pecora mortua sint, si scienter, tenetur ad interesse, si ignoranter, pensionem non petet, vel restituet, non autem tenetur ad interesse, & idem erit dicendum in similibus locationibus, tex. est in term. in l. sed adde §. 1. ibi Bar. ff. loca.

8 Etiam ex natura locationis est, ut in ea veniat dolus & lata culpa, & quod plus est imperitia. l. si quis fundum. §. Celsus. ff. loca. l. videamus. ff. co. nam cum iste contractus sit celebratus causa vtriusque; locator teneatur de dolo lata & leui culpa, non autem leuissimi ma. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. creditor. l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio. l. 1. & l. in iudicio. C. loca. vbi glo. nisi culpa esset ad casum ordinata, & ipsum casum præcederet, prout declarat Decian. consi. 29. nu. 13. vol. 1. & an casus incendij in domo conducta contingens afferat damnum locatori, & quando conductori, vide Lauren. de Pinu consi. 144. & 143. Roma. singu. 29. vbi ille, qui noluit tene-ri de incendio, tenebitur super suam familiam, vel perse, & casus fortuitus contingens in locata, cuius periculo sit vide Sebastia. Medices tracta. de casibus fortuitis. quæst. 10. par. 2. nu. 17. & 18. & 20. ibi per plures columnas.

9 Et ex natura locationis est, quod expensæ factæ in rebus conductis, repetantur, si expensæ fuerunt necessarias, non respiciant, seu fiant pro fructibus colligendis & ex illis impensis locator aliquam utilitatem & finita locatione percepturus sit. l. 1. ff. de impen. in reb. dota. Paul. de Castro solemniter in l. domos, in fine, ff. de leg. 1. ibique communiter Doctores, sequitur cum Boeri. decisio. 44. nu. 13. Alex. & ceteri in l. diuortio. §. impendia, ff. solu. matri. Menoch. dominus meus, qui plurimos cumulat, de Arbitr. iud. cas. 215. libro 2. Centu. 3. vbi omnia puncta separatim prosequitur. & in consi. 64. nu. 17. libro 1. & nos dicemus infra, in fine vlt. col.

Sed quid si conductor fecit expensam in soluendo onera & tributa, repetet ne à locatore, vel tenebitur ipse conductor? hæc non leuis est quæstio, & varie Doctores loquuti esse videntur: nam Bar. in l. priuata. C. de excus. muue. libro 10. ibi per illum tex. videtur firmare, quod conductor non tenebitur, & explicat in emphiteuta ecclesiæ, ut non teneatur soluere collectas communi pro bonis emphiteuticis, & eum, equiparentur conductoribus ad longum tempus emphiteuticarij, ut declarat Imola in capitu. nulli & cap. audientiam. de rebus eccl. non alien. merito eadem debet esse iuris determinatio. At Alber. Brunus in tracta. de statu. excluden. §. 8. articu. principa. quæstio. 12. ita distinguebat, quod si emphiteuta soluit quid modicum pro recognitione dominij, & tunc teneatur ad collectas, sin autem soluat magnus canon correspondens fructibus, tunc non teneatur: quia non debet quis duplici onere grauari. Sed istam distinctionem improbat Petrus de Vbald. in tracta. collecta. car. penulti. & improbat eam etiam Siluan. consi. 47. quia neque lege neque ratione loquatur: sed defendit. d. Brunum Arius Pinell. in decla. l. 1. par. 2. nume. 72. vers. decimo. C. de bon. mater. Alij distinguunt inter collectam & tributa, seu onera mere realia, ut tradit Iaf. consi. 109. citans Plate. l. 1. ad fin. C. de anno. lib. 10. & vide ibidem Bal. nu. 5. Alij putabant esse distinguendum, an onera & tributa realia sint notiora & tunc teneatur forsitan conductor & non locator, quasi ita videatur tacite conuentum ex consuetudine & natura contractus, per l. in stipulationibus, ff.

de reg. iur. quasi tunc non possit conqueri conductor, cum onus sit notorium, & natura oneris realis rem sequitur, non personam, ut per Pinell. d. l. pri. numero septuagesimo secundo, versiculo, tertio in eodem aduertendum. Alij distinguendum esse inter non dominum rei colligentem fructus ex causa onerosa & percipientem eos ex causa lucrativa, in primo distinguendum, ut supra, in secundo excusabitur regulariter dominus sine proprietarius. hoc est locator ut per d. Pinell. d. loco, versicu. quinto, & sequenti, vbi plures refert. Nos autem breuiter & realiter & resolutiue ad hæc omnia communi opinioni Doctorum sed declarando eam ut primi illi fundatores intellexerunt, & cum distinctione, ut infra dicemus, namque communis opinio Doctorum videtur esse, quod dominus locans prædium pro pensione pecuniaria non teneatur ad tributa, sed teneatur conductor, qui fructus rei percipit, & sic si conductor soluit tributa, non repetet à domino, cum ipse teneatur non autem dominus, & fuit fundata ista communis opinio per tex. & gl. in l. 1. C. de anno. & tribu. libro 10. ibi Bar. Ioann. de Platea, numero secundo Corset. in notab. verb. locatio. Roma. in l. Imperatores, ff. de publica. Iaf. consilio 119. in fine, libro primo, Castren. consilio 442. Afflic. libro primo, constituto. rubr. 97. §. vlti. numero primo, Pinell. d. l. 1. vbi de communi attestatur & allegat text. concord. in l. si sine. §. Lucius. ff. de administrat. tutor. inducdo, ut per eum. Hæc opinio communis debet intelligi, quando conductio esset ad longum tempus, ut tunc siue parua siue magna soluat pensio conductor siue emphiteuta teneatur ad collectas, nisi aliter sit conuentum, vel consuetudo sit in contrarium, gl. in d. l. 2. C. de anno. & tribu. vide Parpa. in l. placet, numero quadragesimo octauo. ibi Iaf. C. de sacro san. eccl. vide Silua. consilio quadragesimo septimo, Dec. consi. 204. & aduertere vbi apostilla ad Alex. in consilio primo, libro quarto, hinc est, quod l. hæcenus, ff. de usufru. & similia loquuntur in fructuario, vel emphiteuta & altem in conductore ad longum tempus, ut animaduertere etiam videtur Pinellus, d. l. 1. C. de bonis mater. nu. 72. in 10. ampliatio, suprad. apostilla d. consi. ad Alex.

Si autem locatio esset facta ad modicum tempus, tunc onera & tributa pertinent ad dominum locatorem: non autem ad conductorem, qui si fecit impensas repetet à domino, & in hoc casu communis opinio Doctorum credo quod non se voluerit extendere, nec in hoc casu loquitur d. l. 1. C. de tribu. & ratio diuersitatis est, quia ista onera & tributa soluenda nullo modo & iure possunt respicere conductores ad modicum tempus, nisi forsitan aliter expresse, vel tacite esset conuentum, non respectu dominij, vel quasi, quia clarum est, quod conductor ad modicum tempus nullum habet dominium, vel quasi, sed bene conductor ad longum tempus habet dominij vtile, ut declarat Rui. consi. 57. vol. 1. & consi. 61. & diximus in ordine diuisi, numero septimo, non respectu possessionis, quia conductor ad modicum tempus non possidet, sed detinet, & est quædam detentatio, ut declarat Natta consi. 261. nu. 10. Ripa resp. 1. nu. 3. vti possit, sed bene conductor ad longum tps possidet saltem ciui.

ciuilitate, hinc est quod per locationem ad magnum tempus inducitur alienatio, & bona prohibita alienari non poterunt locari ad longum tempus, secus de locatione ad paruum tempus, ut per Abba, & Canon. in c. nulli & c. potuit. de reb. eccl. non alie. diximus in ordi. diuisio. nu. 8. ibi vide. Nec potest dici, ut saltem respectu illius detentationis, & recollectionum fructuum conductor debeat teneri ad tributa & collecta, cum tributa videantur imponi rebus, non personis, l. 2. C. anno. & tribu. lib. 10. quia responderetur quod illa detentatio non venit confideranda, & quod conductor ille potius representat personam domini, & est loco domini, qui habet dominium & possessionem, l. quamuis. §. si conductor. ff. de acq. possel. & per hoc debet attendi dominus locator, qui debet soluere tributa & onera, non autem conductor, & quoad fructus, dicendum quod magis dominus videtur colligere & percipere fructus, quia conductor seu colonus, quia illa pecunia, quæ soluitur à conductore æstimat fructus, & est loco fructuum, arg. l. si æstimatis. ff. sol. mat. l. si. C. de const. pecunia.

Præterea l. 1. & 2. C. de anno. & tribu. li. 10. loqui videtur de possessionib. cū ministerio, nam ibi inquit Imperator, quod is qui possessiones tenet, & fructus percipit, annonas soluere debet: intelligo ego possessiones tenet, ibi, pro possidet, iuncta lege sequenti, dum ibi inquit, non vltra modum earumdem possessionum, quas possides conueniaris præses prouinciarum percipit. Põdera ibi verba, quas possides, & sic cum loquatur ibi l. 1. & 2. de possessione, non poterit intelligi, nisi de locatione ad longum tempus, per quam locationem possidetur, & non per locationem ad modicum tempus, quod nota, quia est noua declaratio.

Restat modo, ut respondeamus Bar. tantum quia de alijs non adeo curandum est, verum quia polliciti sumus pro viribus semper eum saluare, & tueri, cum sine ratione vel lege nunquam loquutus esse videtur, videamus quomodo saluari possit, cum in d. l. priuata, tenere videtur, ut emphiteuta non teneatur soluere collectas & tamen clarum est quod æquiparatur emphiteuta conductori ad longum tempus, & sic contra superius dicta & contra communis opinionis declarationem, quare realiter & resolutiue dicas, quod Bar. non est contrarius, sed imo facit pro communi opinione, nam vult Bar. quod si cut emphiteuta fisci habet hoc priuilegium precipuum & speciale qui non est grauandus duplici onere, nempe pensionis & collectarum, idem sit simili in emphiteuta ecclesiæ, cum fisco, & ecclesia videantur ambulare æquis & paribus, passibus. l. 1. C. de sacrosan. eccl. ergo præter emphiteutam fisci & ecclesiæ, qui habent illud speciale, vult Bar. quod reliqui emphiteutæ grauentur duplici onere pensionis & collectæ secundum communem. & ista videtur vera intentio Bar. bene eum ponderando, & ita inteligeret & declarare videtur etiam Lauren. Siluan. d. consi. 47. sub nu. 9.

10 Ex sic potest inferri etiam ex supradictis, quod ex natura locationis est, ut conductor teneatur conseruare fundum & rem locatam in essentia & statu, in quo recepit, quare tenetur conductor vites vete-

res conseruare, & alias in locum mortuarum subrogare, ut in l. si agri, ibi gl. ff. de usufru. nec licet ibi conductor incidere arbores virides, & deteriorare fundum, prout consuluit Rui. consi. 58. vol. 1. & maxime conductori ad modicum tempus, prout consuluit idem Rui. consi. 89. vol. 1. Hinc est etiam, quod si suboriantur rubi, vel sping, tenetur disboscare & reducere illum agrum ad culturam pristinam. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arcea. Rolan. consi. 28. vol. 1. vbi plures refert, & Cast. quem citat Rolan. consi. 326. nu. 2.

11 Præterea ex natura locationis esse videtur, ut si eadem res duobus diuersis locata sit, ille præualeat, cui res primo est tradita, ita per Rotam Roma. in contingentia facti fuit decisum, ut rit. de locato, decisio prima, alias decisio. 879. ita consuluit Alexan. consi. 122. vol. 5. Soci. consi. 29. vol. 4. Card. Alex. capi. 1. §. si facta, col. si. si de feud. fuer. contro. & de communi opinione attestatur Gabr. concl. 2. titu. de emptio. & vend. lib. 3. nu. 5. Quamuis contrarium teneat Iaf. in l. quoties. C. de rei vend. nu. 24. quem sequitur & defendit Natta consi. 261. & quia isti fuerunt duo magna autoritatis viri, nec sine ratione loquantur, erunt concordandi & subtiliter declarandi atque ponderandi, & pro concordia dicas, quod opinio communis potest, & debet intelligi in locatione ad magnum tempus, in qua transfertur vtile dominium, & sic ista locatio ad magnum tempus retinet & habet magis simbulum cum venditione, de qua Docto. loquuntur in l. quoties. C. de rei vendi. ideo possumus dicere, quod cum contractus iste locationis ad magnum tempus, non videatur perfectus ante traditionem, merito si alteri locatur secundo loco, teneat secunda locatio, cum assimiletur emptioni. d. l. quoties. opinio autem Iaf. & Natta procedet in locatione ad paruum tempus, in qua locatione non agitur de transferendo aliquod ius, sed agitur de simplici detentatione, & sic contractus est perfectus & alteri locari & tradi non potest, cum res locata primo sit obligata ad patientiam vsus & functionis. Hinc est quod in casu, pro quo consuluit Natta semper loquitur de detentatione ut ibi sub nu. 10. non autem de dominio, vel quasi, vel possessione, quod nota.

12 Est tamen notandum, quod si duo præterdunt conducere aliquam domum, si domus illa est solita locari, & locata fuit alteri illorum vno anno, finito eo anno si vult iterum locare, tenetur potius locare primo conductori illam petenti, quam alteri volenti illam de nouo conducere, prout notat Ant. de Burg. in cap. 1. in 2. col. quem refert & sequitur Laure. Calcane. consi. 8. nu. 36. Sed ego intelligo, dummodo offerat eandem mercedem & sit eiusdem conditionis, vel non militet diuersa ratio. & sic nota quod ex natura contractus locationis est, ut reconductio quæ facere dicitur conductor eum in possessione rei conductæ permanet, intelligitur facta secundum qualitates & conditiones antecedentes, ut per Bar. in l. si mihi & Titio, in fine, de verbo. obli. & sic etiam Doct. in aliqua Academia ad publicæ legendum reconductus censetur sub priori stipendio euocatus, ut per Bal. etiam C. de iu. dot. de quo latè per Menoch. de arb. cas. 159. lib. 2.

13 Et successiue ex natura locationis esse videtur, vt per vnicam locationem legitimam, & solemnem inducatur dici res solita locari, vt per Pau. de Cast. conf. 139. vol. 2. col. 1. & in l. 1. C. quomo. & quantum. vbi de communi attestatur, & de communi etiam attestatur Gab. tit. de locatio. lib. 3. concl. 1. quamuis referat plures tenentes contrarium, & signanter Iaco. de Belui. in c. 1. de his, qui feud. dare possunt. vbi spero. ibi Aluar. & Marti. de Laudo, col. pen. Imo. in c. ex parte, col. pen. de feud. Cuma. conf. 99. Alex. in conf. 5. vol. 5. Dec. conf. 341. col. 5. & conf. 142. Iaf. conf. 155. & 156. vol. 2. vbi de communi. & alios concordantes, vt ibi. Non recedendum tamen a prima opinione, vt solitum veritatem etiam vnica vice, l. Mela. §. 1. de alim. & ciba. leg. & l. C. quom. & quā. iud. vbi Ang. Cast. & alij, & Are. in §. ex non scripto, Inst. de iure natur. gen. & ciui. Dec. in l. certi condi. cō. §. si numeros, nu. 5. ff. si cer. pet. & in l. vt liberis, nu. 1. C. de colla. Ruy. conf. 35. num. 30. lib. 1. Goz. conf. 23. nu. 5. de communi, & dictus Pau. de Cast. conf. 189. Curti. in trac. feudo. in 2. par. in 4. quæst. prin. And. de Iser. in c. 1. col. 2. ver. vnde si bis, & in c. 1. de cleri. qui inuoc. fecc. Imola in l. quod dicitur, col. si. ff. de ver. obl. & hanc sententiam putat veriorē Ceph. dominus meus, in conf. 155. nu. 3. r. & Simon de Prætis, conf. 43. nu. 12. & hæc videtur magis communis opinio.

14 Sed ad hoc, vt pro viribus seruetur illud, quod in procemio polliciti sumus, dic quod ita poterunt concordari huiusmodi opiniones contrarias, nempe, vt opinio magis communis procedat in vnica locatione legitima, & solemnī, opinio contraria, quæ videtur requirere saltem duas locationes, procedat in locationibus nō solemnibus & legitimis, vt per Pau. de Cast. d. conf. 189. & alij omnes citati pro hac parte, qui possunt intelligi, vt loquantur semper in hoc casu legitimæ, & solemnī locationis. Vel dic secundum modo, quod altera opinio procedat in solito, quæ per vnicum actum inducitur, altera opinio procedat in consueto, quod per duos saltem actus inducitur, vt videtur etiam declarare Ioan. de Amicis in conf. 42. num. 9. nos alibi. Vel dic tertio, quod poterit intelligi altera opinio magis communis, vt loquatur in locatione ad magnum tempus, per quam locationē etiam vnicam inducitur solitum, opinio contraria intelligi debet de locationibus ad modicum tempus, ratio diuersitatis esse videtur, quia locatio ad longum tempus videtur continere plures locationes, hoc est plura tempora, cum in pluri insit minus, & sic quāuis sit vnica locatio, tamen quia habet tempus, & tractum successiuum & longum, & continuatum, inducitur consuetudo, saltem eo quia illud tempus longum considerari potest disiunctim, & tanquam plura tempora, & per consequens tanquam plures locationes, vt per Abb. in c. si. in fi. de consue. Fel. in c. cum accessissent, col. 17. de consue. Ripa de consue. 1. respon. nu. 6. tex. c. cū de beneficio, de præbend. libro 6. & meo iudicio videtur vera hæc declaratio. Quot vero actibus consuetudo inducta censetur, declarat Menoch. de Arbi. iud. caf. 81. lib. 2.

15 Item ex natura locationis est, vt per locationem acquiratur possessio, nam si donem tibi domum, &

eam locaueris mihi, transfertur possessio in te locatorem, tex. est in l. quadam mulier, ff. de rei vend. l. qui bona, in prin. & l. quamuis. §. 1. ibi Doc. ff. de acqui. pos. l. certe, in fi. & l. in rebus, & l. si. de precar. ratio est ea, quia conductor non potest suo nomine possidere, nec potest rem suam conducere. l. non solum, in fi. de vsucap. l. suæ rei, & l. si in emptione. §. rei suæ, ff. de contrah. emp. ergo videtur transferre possessionem, & dominum in locatorem, cum taci te videatur se constituere nomine illius possidere ab eo conducendo, quod sæpe solent facere vsurarij, prout declarat Ange. in l. quod meo, ff. de acqui. pos. & facit l. si quis, & facit tex. in l. si quis conductio. C. loca. Pet. Rebus. in commen. ad constit. regi. trac. de materia possession. in præfa. nu. 97. lib. 3. & intellige, prout ibi declarat veram esse, si locator, cui res data, sciat, alioquin in ignorantem non transferatur possessio, cum non habeat animum possidendi Soc. conf. 91. casu super quo, vol. 3. col. 5.

Et consequenter videtur notandum, quod ex natura locationis est, vt locatio iuncta cum quolibet alio adminiculo, probet possessionem, & dominium, l. ad probationem, ibi Bar. & alii. C. loca. Soc. conf. 187. col. 2. Dec. conf. 146. num. 14. Ruy. conf. 46. col. 8. ver. ex his dici debet, vol. 4. Alba. conf. 9. nu. 12. & conf. 63. nu. 16. Gratus, conf. 50. col. 5. ver. comprobatur, vol. 1. Rimi. conf. 238. nu. 45.

Et sic si appareat effectualiter factam esse locationem & solutionem interuenisse pensionis conueniæ, iux. c. cum venissent, de resti. spolia. & glo. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum, in ver. colonum, ff. de acq. pos. ver. idem si forte colonus, ibi Bar. Are. tunc præsumitur, & probari videtur possessio, & maxime, si finis in antiquis iunctis aliis adminiculis, Soc. conf. 106. vol. 3. col. 1. & aduerte, quod effectuatior resultat ex solutione pensionis, quia non est verisimile, quod colonus soluisset pensionem, si non detenuisset rem & fructus collegisset, Arcu. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acq. pos. Cor. conf. 6. vol. 3.

Quinimo inter locantem & conductorem probatur possessio ex solo instrumento locationis Rota in dec. 87. in antiquis Soc. conf. 89. & conf. 11. vol. 3. & conf. 106. Goza. conf. 94. col. fi. Alex. conf. 11. vol. 4. Paris. conf. 111. nu. 44. vol. 1. Ruy. conf. 46. col. 7. vol. 4. Bal. in l. quadam mulier, ff. de rei vend. Ange. in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acq. pos. ibi Alex. Fel. d. c. inter dilectos, col. 12. de fide instrum. namque probata possessione conductoris ex locatione probatur possessio, Bal. in d. l. ad probationem. C. loca. Soc. in conf. 11. col. 1. vol. 3. Grat. d. conf. 50. Ruy. conf. 116. vol. 1. vide Rebus. sup. citata: loco.

16 Intellige, & declara supradicta, nisi sit in præiudicium tertii possidentis, quia tunc supradicta non haberent locum in præiudicium tertii possidentis, Bar. Are. in d. l. qui vniuersas. §. quod per colonum, ff. de acq. pos. c. bona, in ver. vnam, de appella. Ang. d. l. quadam mulier, ff. de rei vend. Bar. in l. quamuis, §. si conductor, ver. item oppono, ff. de acq. pos. Abbas d. c. cum venissent, Calca. conf. 36. Cor. conf. 316. vol. 4. Goza. conf. 99. Ruy. conf. 44. vol. 4. Imo. Abb. & alii d. c. cum venissent, Felinus in c. inter dilectos, col. 6.

col. 6. ibi Bal. de fide instru. Et intellige, nisi locatio esset simplex absque alio adminiculo, nam per simplicem locationem non probatur possessio, c. inter dilectos, in fine. suprad. Bal. d. l. quadam mulier, col. 1. Goz. conf. 94. col. fi. Rota, d. dec. 10. Ruy. conf. 47. vol. 4. Arc. c. cum causam, de proba. col. 9. Gab. commu. opi. lib. 3. tit. de loca. concl. 4. vbi ponit istam vltimam declarationem pro regula, & diffuse declarat ista, que superius diximus, sed diuerso ordine ab isto.

17 Demum ex natura locationis esse videtur, quod si per 30. vel 40. annos conductores soluerunt singulis annis pensionem certam & vniformiter, censetur locatio esse perpetua, nec poterit colonus expelli, Bal. Ang. in l. male agitur, C. de præscrip. 30. vel 40. anno, de quo vide Ruy. conf. 75. vol. 1. & intellige, secundum eius distinctionem, & nos diximus supra.

18 Item ex natura locationis videtur, quod si locaueris tibi Castrum cum toto territorio, non veniat in locatione locus sterilis, & vsus fluminum, de quo Roman. singu. 64.

DE ACCIDENTALIB. locatio. & conductionis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Accidentale in hoc contractu locationis est, quando res perit in totum, vel pro parte.
- 2 Si non possimus vt re condita, fit remissio mercedis.
- 3 Si fundus sterilis adeo fiat, vt fructus non possint colligi, accidentale fit.
- 4 Accidentale est in locatione, quando conductor patitur damnum ab inimicis locatoris.
- 5 Fit remissio mercedis, si colonus habuit in istam causam migrandi.
- 6 Si morbus pestis accidisset, conductor habet causam migrandi, & fit remissio.
- 7 Si inquilinus ob refectionem necessariam non potuit habitare, fit remissio.
- 8 Si res locata seu conducta perit in totum, vel pro parte, si ne culpa conductoris, damnum est locatoris.
- 9 Si ex vicio rei, vel debilitate fundi, vel consueto casu accidat sterilitas, non fit remissio.
- 10 Quando dicatur sterilitas.
- 11 Sterilitas dicitur, quando semen proiectum, non est perceptum.
- 12 Sterilitas est, quando semen duplicatum non est recollectum.
- 13 Sterilitas dicitur, secundum vulgi opinionem, vel quando non est perceptum dimidium pensionis, deductis impensis, vel quando non est perceptum dimidium, quod percipi solet.
- 14 Materia sterilitatis est relicta arbitrio iudicis.
- 15 Approbatur secunda opinio Bossii, que fuit Bar. l. licet. C. loca.
- 16 Sterilitas dicitur, quando deductis impensis nihil colonus percipit.
- 17 Bar. redarguitur de contrarietate, & ibi saluatur concordando.

- 18 Casus fortuitus si contingat penitus parte rei, fit remissio pro rata.
- 19 Abbas & Couar. reijciunt opinionem Bar.
- 20 Saluatur Abbas & Couarruias distinguendo.
- 21 Saluatur Abbas & Couarruias distinguendo de iure ciuili & canonico.
- 22 In conductione publicanorum habebit locū remissio mercedis, et quomodo intelligatur distinguendo, quibus verbis vsi fuerint.
- 23 Quomodo cognoscatur, an fuerit locatio, & conductio, vel emptio.
- 24 Non fit remissio indistincte, si fit emptio alea, hoc est spes.
- 25 Non fit remissio pluribus de causis.
- 26 Non fit remissio, si locatio fuit facta per plures annos.
- 27 Non fit remissio, si culpa conductoris fit sterilitas.
- 28 Si culpa conductoris accedat casus, non fit remissio mercedis.
- 29 Si inquilinus est vir sceleratus, illi deneganda est remissio.
- 30 Si incendium accidat culpa conductoris, fit remissio, & tenetur ad interesse.
- 31 Non fit remissio, si sepe contigit illa sterilitas.
- 32 Qui conducit tempore belli, non fit remissio propter bellum.
- 33 Si quis conducit agrum prope flumen, & est solitum inundari, non fit remissio.
- 34 Non fit remissio, si fructus sunt separati a solo.
- 35 Si damnum est datum causa locatoris, fit remissio.
- 36 Qui conducit omnes prouentus & fructus & passus, est damnum in condemnationibus iam factis, fit illi remissio.
- 37 Non fit remissio in casu. l. sicut emptio. §. si. ff. loca.
- 38 In casu. l. sicut emptio. §. si. si contingit damnum, pertinet ad emptorem.
- 39 Quæ sunt species linelli, altera a iure, altera a consuetudine.
- 40 In censibus secundum consuetudinem, & linellis, non fit remissio mercedis.
- 41 Quando damnum datum est in rebus coloni, non fit remissio mercedis.
- 42 Si damnum datum est infeno, non fit remissio, quia est coloni.
- 43 Item Doctori, qui propter pestem non potest legere, non fit remissio.
- 44 Si Doctōr mortuus est in principio anni, eius heredibus debetur salarium.
- 45 Id, quod datur Doctōri, datur ad remunerandum.
- 46 Probitas & animi intellectus non potest locari.
- 47 Doctōri conducto non solum debetur salarium, sed expensæ in eundo redeundoque.
- 48 Non fit remissio, quando sterilitas contingit ex debilitate rei.
- 49 Non fit remissio, si non est denuntiatum, & claves non diti & consignatae.
- 50 Non fit remissio in emphiteusi, nisi in totum, vel pro maiori parte pereat.
- 51 Non fit remissio mercedis, quando a partibus aliter fuit dispositum.
- 52 Qui suscepit in se periculum & casum fortuitum, non intelligit de insolito.
- 53 Qui suscepit vnum casum fortuitum in specie, & postea in genere, cuiuslibet casus aduersi similis, non potest petere remissionem mercedis.

Cautela

- 54 *Cautela Francisci Marci, ut facias renunciari à conducto Elore iuri deceptionis ultra dimidiam insti precij, ad hoc ne habeat locum remissio.*
- 55 *Pañum de sortuito casu valet, quando in totum non perit res, nam si perit, esset durum nimis, ut non possit fieri remissio, item si periret pro maiori parte.*
- 56 *Quando perit res in totum, pactum operabitur, ut locator non teneatur ad interesse.*
- 57 *An teneat pactum factum à locatore, se non velle tenere de casu sortuito, sine res pereat pro parte, siue in totum.*
- 58 *Suscipiens casum sortuitum non potest petere remissionem, nisi damnum datum sit culpa & facto locatoris, vel potuit obuiare.*
- 59 *Item esset si damnum datum esset ab inimicis locatoris.*
- 60 *Item limitandum, ut non possit conductor suscipere in se casum insolentissimum.*
- 61 *Quando quis conductus dicitur, si perit opus, non tenetur magister.*

**Accidentalibus** in hoc contractu locationis sunt ea, quae esse & abesse possunt praeter subiecti corruptionem. exemplum in pactis diuersis, quae apponi possunt, vel non, puta pactum de non expellendo colonum, seu habitantes in re conducta, quousque finiat tempus de quo per Rom. 2. 7. sing. item aestimatio apposta, de qua trac. commod. 2. col. ult. or. numero 7.

Item accidentale est in locatione & conductione, quando accidit casus fortuitus, qui damnum in re locata affert, exemplum in tempestate, vi fluminis, locustis, incurfu hostium, ruina, incendio, intemperie aeris, gradine, niue: immo declara, & alijs, quibus resisti non potest, vt not. in l. licet. C. loca. & l. ex conducto. §. 1. ff. locati.

Item impetu ventorum, terrae motu, casmate, omni que vi simili, vt not. Gulie. Redoa. trac. de reb. eccles. non alie. quæst. 18. de remis. merced. §. multi, nu. 1. Viuius trac. de comm. opi. in verb. conductor. istis enim casibus ob damnum illatum conductori fit remissio pensionis, siue mercedis, vt tradit Seba. Medices, vt doctif. & eruditif. in trac. de casu fortuitis, quæst. 10. secunda par. nu. 39. vbi plures refert. Sed animaduertendum, quia si perit res locata pro parte, fit remissio mercedis, si autem perit in totum, contractus annullatur, & de hoc secundo capite dicemus sub vltima columna, modo videamus de accidentalibus, propter quæ fit remissio mercedis.

- 4 Item accidentale erit, quando conductor damnū pateretur ab inimicis locatoris culpa & intuitu domini locatoris, tunc enim pariter deberet fieri remissio mercedis colono. l. si merces. ff. loca. quod pro cedit, etiam si colonus separauisset fructus à solo, in quibus fructibus post separationem fuisset damnū datum culpa & facto locatoris, prout declarat Doc. in l. damnum. C. loca. Bos. suo trac. de remis. merce. not. in l. si merces. §. culpa. ff. loca. Bar. in l. cotem fer ro. §. qui maximos, num. 7. ff. de publica. adest consi. Ruini, num. 65. vol. 1. Fran. Bec. consi. 94. nu. 26. & consi. 45. nu. 21. & 22. nos infra vlt. col.
- 5 Item esset, si colonus habuisset iustam causam mi grandi, videlicet ob bellum, vel ob bannitos, ob la trones, ob malos spiritus, & similia, l. habitatores. ff. eod. Cotf. sing. suis, quem refert & commendat Plo rus in l. si quando, nu. 128. C. vnde vi.
- 6 Item esset, si morbus pestis accidisset, tunc enim habet iustam causam in specie conductor migradi, sed debet denuntiare domino, si potest, vt per Cano nist. in c. propter sterilitatem, & ibi Abbas signan ter, extra, loca. Ripa d. trac. de priuile. cotrac. cau. pest nu. 22. & Bos. qui de communi asserit, in trac. de re misis. merced. numero 52. Bero. quæstio. 54. num. 3. Alex. consi. 107. vol. 3. vbi in terminis idem videtur esse in conductore datorum damnum passo occasio ne pestis.
- 7 Item esset, si inquilinus ob refectionem domus non potuisset illam habitare, nãque si resectio fuit necessaria, fit remissio; si autem non fuit necessaria, non fit, l. qui in sulam, ibi Bar. ff. eodem. prædictaque intelligenda sunt ad hoc, vt fiat remissio, si denun ciauit domino, si potuit, & clauis obtulit, dixitque se non posse habitare domum, secundum Io. Baptist. à S. Seuerino in l. diem functo, quæst. 40. ff. de offi. assel. aliàs non tenetur dominus remittere mercedem; est tex. in l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. ratio, se cundum supra citata. Ripam est, quia exceptio interes se passi ob non factam denuntiationem, retardaret remissionem mercedis, quasi vellet quod dato, vt re missio debeat fieri ob illud, quod conductor non ha bitauit domum, adest tamen exceptio opponenda à locatore interesse passi ob non factam denuntiatio nem, quæ opinio nobis placet, & sequimur eam.
- Et pro clariori intelligentia altius exordiamur, exemplo iureconsulti. in l. si vt certo. §. nunc videndū. ff. commod. & anima duertendum, quod si res locata, siue conducta, pereat omnino, siue in parte absque culpa conductoris, tunc damnum erit loca toris. l. martius. ff. loca. l. si quis fundum. §. Impera tor. ff. loca. quando autem non perit res in totum, nec in parte, tamen aliqua vi diuina, vel humana con tingit aliquis casus fortuitus in re locata, per quem causatur maxima sterilitas fructuum & intolerabi le damnum, tunc fit remissio mercedis ipsi condu ctori, vt non teneatur eam soluere. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. ibi Doc. l. licet. C. eod. l. ex conducto. §. 1. eod. c. propter sterilitatem, eod. & ibi Can. Ad uertendum tamen, quod si ex vitio rei, vel debi litate fundi, vel consueto casu accidat aliquid, non fit tunc remissio, ita magistraliter declarat Azo in summa.

- summa. C. loca. nu. 34. & in hoc communiter Do- ctor. concordant. Sed dubium modo suboritur, 10 quando dicatur ista sterilitas, & istud maximum damnū, propter quod fit remissio, & in hoc Docto res sunt aliquantulum inter se discordantes.
- Quidam antiquiores dicebant, tunc maximum esse damnū & sterilitatem dici posse, quando se men proiecctum, non est perceptum. Alij summistē, signanter Nauarra, c. 17. de septimo præcepto deca logi, nu. 188. tribuunt hanc opinionem Bar. & Io. Andrez, quam opinionem refutauit Did. c. 30. nu. 1. var. quæst. dicebat, sterilitatem dici posse, quando ex tribus partibus solitis duæ tantum colliguntur, quod possit progredere in conscientia, alias esset ni mis rigorosum pro locatore. Alii vocabant steri litatem, quando semen duplicatum non est recolle ctum, quæ opinio videtur æquior superiori. Moder niores Mediolan. Bosius scilicet, sua prati. de re missionem mercedis. varia varios Doctores sensisse di xerunt, tres tantum opiniones inter alias videntur recensere, quæ communiter videntur esse receptæ.
- 1 Prima est opinio, vt dicatur sterilitas, siue enor me damnum, secundum vulgi opinionem, hæc vi detur magis communis opinio, secundum Card. & Imo. in c. propter sterilitatem, ex loca. & Fran. Tur. refert inter communes opiniones, quæst. 107. & Na uar. c. 17. nu. 188. de sep. præcep. Decalogi. Secunda est opinio, vt dicatur sterilitas, quando non est per ceptum dimidium pensionis, deductis impensis, de qua infra dicemus. Tertio est opinio, vt dicatur steri litas, quando non est perceptum dimidium eius, quod percipi solet, & in hac tertia opinione nõ de ducuntur impensæ postea ijdem Mediolanenses vi dentur recensere quartam opinionem, vt ferè tota hæc materia sterilitatis & grauis damni sit reli cta arbitrio iudicis, intellige ex hâc testium, & con sulto quod ex prædij percepti sunt fructus, vt inde arbitrari possit, quam opinionem retulit studiosus Menochius, Doct. pariter & magister meus, suo trac. de arb. iud. lib. 2. Cen. 1. casu 76. vbi refert hanc opinionem tenuisse Barba. in c. propter sterilitatē, & eminentif. Couar. libro practica. quæst. c. 30. nu. 1. ibidemque retulit ante sex Doctorem opiniones, quæ videntur ferè cum his nostris superius relatis conuenire, excepta vnica, de qua dicemus infra. vide Seba. Medic. trac. de casu fortu. 3. quæst. 2. par. vbi quatuor refert opiniones.
- 2 Mihi autem placet tantum secunda opinio, quam retulit Bos. & fuit iudiciosissimi Bartol. in l. licet. C. loca. ibi sequuntur eum ceteri Doctores. scilicet vt di catur sterilitas & graue damnum, quando deductis impensis non superest dimidium pensionis, & tunc fiat remissio. ratio quia hoc bona fides non patitur, vt ibi in illa. l. licet Imperator inquit, & ibi declarat Bar. namque læsio ultra dimidiam est damnum in tolerabile, & quemadmodum rescindit contractū emptionis & venditio l. 2. C. de res. ven. ita etiã ope rari debet in hoc contractu locationis, vt fiat remis sio, Rom. consi. 423. Pinel. in d. l. 2. r. par. c. 3. nu. 17. Burf. de comm. consi. 104. nu. 11. Hip. Rim. cõf. 282. cum sit contractus similis emptioni & eisdem regu lis vtatur, & ambo sint contractus bonæ fidei. l. 2. ff.

loca. hinc est secundum Doctorem, quod si in vendi tione non adit læsio saltem in vno nummo, non fit rescisio con tractus, quia non est verè læsio, nisi ul tra dimidiam iusti precij ita etiam in hoc contractu locationis, si superest integra dimidia pensionis, nõ fiet remissio, quia non verificantur requisita in d. l. 2. & l. si voluntate. C. de rescind. vend. & hæc est vera opinio in puncto iuris, & eam videtur tenere, & sequi integerrimus & veracissimus Alex. consi. 3. & consi. 112. vol. 1. & consi. 307. lib. 3. num. 18. & hanc opinionem inter ceteras videtur approbare Fran. Marcus decif. 208. sub nu. 17. vbi autem plures re fert opiniones. hanc opinionem tenet Cast. in l. ex conducto. §. vis. ff. loca. Capic. dec. 80. Ripa trac. de priuile. contrac. cau. pest. nu. 25. Couarru. qui alios re fert libro practicarum quæst. 30. nu. 1. Menoch. de arbitra. d. cas. 76. in fi. & de commu. attestatur Are. consi. 52. Paris. consi. 34. lib. 1. nu. 22. Goza. consi. 74. col. 1. Neuiza. consi. 90. num. 10. Ruy. consi. 81. vol. 1. & hanc opinionem refert tenuisse Alex. pluries, & vocat eam communem, hanc opinionem tenet Iaco. Emilian. Ferrar. & de communi attestatur, consi. 4. nu. 15. hanc opinionem videntur sequi Canoni stæ in d. c. propter sterilitatem, & ibi Abbas signan ter, num. 12. qui inquit, meliorem esse hanc opinio nem illa, quam idem Bar. tenuit in l. merces, §. vis maior, nu. 4. ff. loca. nempe si sterilitatem dici, quã do deductis impensis nihil colonus percipit de sua do, atque adeo si Bar. redarguitur de contrarieta te à Doctore. sed animaduerte, quia Bar. non est sibi contrarius, quippe qui per vltimam opinionem cor rigit priorem, nempe illam, quam tenuit in d. §. vis maior, & propterea inquit in illa. l. licet. ita credo quod debeat intelligi ista materia, nec vnquam dixi nisi modo quasi velit corrigere illud, quod antea di xit. Accedat, quod quemadmodum leges Codicis præ feruntur legibus forum, ita opinio quam tenuit Bar. in Cod. debet præferri illi opinioni, quam te nuit, ff. cum ratione ordinis sit credendum prius vi disse, ff. postea. C. vel ad hoc ne doctrina illa, quam te nuit in d. §. vis maior. pereat. Dicas quæ opinio legi licet in puncto iuris videtur verior, tamen opinio. l. si merces. §. vis maior. potest seruari in practica, hinc est quod perit. ille Iacob. Emilian. Ferrar. in d. cõf. 4. quod reddidit pro communitate Rauennæ vtrã que opinionem approbavit, alteram communem vo cando, & alteram simpliciter admittendo, sub nu. 15. in puncto igitur iuris hæc est vera opinio, quod si conductor patitur intolerabile damnum, hoc est ultra dimidiam, fiet remissio mercedis, nisi ca sus fortuitus extingueret prorsus rem conductam, vel partem, etiam minimam, quia tunc pro illa par te, qua frui non potest, puta quia est extinta res, vel quia re conducta non potest vti, propter casum, quod est idem, cum quoad ipsum quando non po test vti re locata, videatur quodammodo res extincta arg. l. is qui rem. §. is, qui, ff. de fur. & l. si constante, ff. sol. matri. fit remissio pro rata rei extinctæ, vel pro rata temporis, & hoc est illud, quod aiunt Doc. fieri remissionem pro rata, & propterea Abbas in c. propter sterilitatem, & Couar. d. c. 30. reiiciunt opinionem Bar. in d. l. si merces, §. vis maior, quia dicunt

dicunt ipsi, si vera esset opinio Bar. semper ratione sterilitatis fieret totius pensionis remissio, non autem alicuius partis pro rata damni contingens, quod falsum est, quia etiam pensionis remissio pro rata fieri debet. ¶ sed pacant mihi Dominaciones eorum videtur non intelligere mentem Bar. qui etiam voluit, ut fieret pro rata, sed eo modo quo supra declaravimus, quando pars rei locata penitus est extincta, vel non potest vti ea ob accidentalibus, prout in casu in quo consuluit Anto. Angasola, conf. 8. lib. 2. in mater. contrac. vbi vult, ut fiat remissio tantum in loco, in quo ortum est bellum, hoc est pro rata

11 loci & temporis. Vel dic, ne videamur tantae auctoritatis viris contrariari, quod eorum opinio procedit de iure canonico tanquam benigniori, & sic de iure canonico pro rata remissio esset semper facienda, quamvis non sit intolerabile damnum, hoc est ultra dimidiam, sed deficeret parum, & sic de hoc in re non precedet opinio Bar.

22 qui conducunt publicas res, ¶ an habeat locum remissio mercedis. Bar. in l. cote in ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in quaest. sua incipiente, publicanus, Ripa trac. de peste, tit. de priui. contrac. numero 46. & Bos. suo trac. de remis. merced. publica. conveniunt inter se, & etiam alij Doctores communiter tenent, ut habeat locum remissio mercedis, sicut superioribus casibus, quod procedit absque dubio, quando contrahentes vti sunt verbo locationis, & conductionis, & vere esset locatio, secus si fuisset facta venditio, & esset venditio apparenter facta, & effectu tractatio, Cor. conf. 128. nu. 13. vol. 2. Iul. Ferret. trac. de gabel. nu. 299. Sebast. Med. trac. de for. cal. q. 10. 2. par. ¶ Dubium est ergo cognoscere, quando sit locatio & conductio, quando autem emptio & venditio, pro quo casu adest consilium in termin. Iaco. Emilia. Ferr. conf. 4. & adest doctrina Fabiani de monte, in secunda quaest. prin. sui trac. de emptione & vendi. nu. 26. omnes tamen inhærent dictis Bartoli in d. disputatione incipiente, publicanus, & in l. cote in ferro, supracitata. Dicendum igitur ex mente Bar. quod primus erit casus, quando contrahentes, scilicet communitas, & publicanus, vti non sunt verbo locationis, & conductionis, nec verbo emptionis & venditionis, sed dictum fuit, communitas concessit gabellas, molenarum & similia, & hoc casu iudicanda erit locatio, & in hoc omnes concordant, ut fiat remissio mercedis, si pretium pro fructibus percipiendis in singulos annos diuisum fuit, gl. in l. 2. C. de in. emph.

Secundus casus erit, quando vti sunt verbo locationis & conductionis, & in hoc casu non cadit dubium, ut fiat remissio, siue pretium sit constitutum pro singulis annis, siue vnum tantum pretium pro omnibus annis, quia contrahentes sic voluerunt, & est seruanda eorum mens, dicat quid velit Bal. in l. ea lege C. de vsur. & in l. licet, C. loca.

Tertius casus est quando vti sunt verbo emptionis & venditionis, & tunc fit remissio, si pretium sit constitutum singulo mense vel anno, quia in effectu iudicatur locatio, quamuis nomine sonet emptione

hæc est opinio Bar. in d. disputatione, quæ communiter est recepta, prout attestatur Ripa supracitato loco, num. 55. Quando autem fuisset constitutum vnicum pretium, & semel soluendum, tunc erit iudicanda emptio & venditio, & non fiet remissio, quia periculum emptionis spectat ad emptorem. l. id quod ff. de per. & com. rei vend. & sub hoc capite sunt intelligenda dicta per Alex. in conf. 3. nu. 2. vol. 1.

Quartus casus est, quando contrahentes vti sunt promiscue verbo locationis & conductionis, & tunc si præstatio mercedis est vniformiter & diuisa in singulos annos, erit iudicanda locatio, si vero constitutum sit vnicum pretium pro toto tempore, Imola, & Alex. nihil dicunt, Ripa vult, ut censetur locatio, ego credo totum contrarium, quia aduersaretur supradictæ doctrinæ, ergo necesse est dicere, ut censetur emptio ad hoc ne aduersetur supradictis, & sic

24 non fiet remissio mercedis ¶ Limitantur supradicta, nisi sit empta alia, id est spes alicuius gabellæ, & prouentus, & in hoc casu de spe loquebatur Bal. superius citatus, in quo casu alex. siue per verbum locationis, siue per verbum emptionis, credo vt numquam fiat remissio, de quo vide Ripam supracitato loco, nu. 44. per tres columnas, & d. Iaco. Emilian. d. conf. 4. quod consilium reddidit in fauorem communitatis Rauennæ, & ratio fundamentalis illius consilij videtur esse, quia fuit contractus venditionis alex. datij ipsius conductæ olei, propterea non fit remissio, prout ibi Emil. sub nu. 11. & in fi.

Et nota, quia limitantur, & saluunt supradicta omnia tam publicanorum quam aliorum, ¶ vt non fiat remissio pluribus de causis, secundum Doc. v. r. in locis, & in specie secundum Ripam, d. trac. de peste tit. de priui. contr. nu. 35. Bos. tit. de remis. merced. & omnes casus declarando.

26 Primus est, quando locatio fuisset facta per plures annos & compensatio vnus anni posset fieri cum antecedentibus, vel subsequetibus annis, in quibus fuerit vberas. l. si vno, in prin. ff. loca. & l. licet, C. eo. & c. propter sterilitatem, extra eod.

27 Secundus casus est, quando culpa conductoris contingeret sterilitas, tunc enim nec debet fieri remissio. l. si merces, §. conductor. ff. eod. ideo Meno. dicebat in casu 76. de arbitr. iud. lib. 1. Cen. 1. quod iudicis officium circa materiam hanc erit, vt diligenter animaduertat, an is fundus eo anno recte cultus fuerit & acta fuerint, quæ necessaria sunt, ita declarat etiam Sal. quem refert d. Menoch. in l. si vno, col. 1. ff. loca. Neuz. conf. 90. nu. 16. quia si non cultus fuerit fundus censetur sterilitas contingere culpa & negligentia conductoris, nec fiet remissio mercedis, ita decisum fuit per Marcu, quaest. 208. vol. 2.

28 Item esset dicendum de casu fortuito, si culpa eius præsumeretur accidere, tunc enim nec faciendâ erit remissio, vnde dicebat Ripa d. tit. num. 34.

29 quod si inquilinus, qui petit remissionem propter pestem, esset vir sceleratus, puta blasphemator, vsurarius, sodomita, illi esset deneganda remissio, quippe cum præsumatur propter eius scelera morbo illo correptus, & allegat dictum Hostien. & Ioan. And. in c. propter sterilitatem, qui dicebat non esse remissionem faciendam conductori non soluenti decimas, quia

quia præsumitur eius culpa prouenisse sterilitatem, cum Deo non obtulerit. c. reuertimini, 16. quaest. 1. quod in practica minimè seruarem, cum boni interdum experiantur à Deo aduersitatibus, exemplum de Iob patientissimo. Præterea non debemus sumere iudicium in malam partem, quamuis potest dici, vt ipsi Doctores loquantur in claris.

30 Item esset dicendum, si contingeret fieri incendium in domo, vel hospitio conducto, vel aliter re- tento, & accideret illud incendium culpa leui ipsius conductoris, tunc enim non solum non fit remissio, sed tenetur conductor ad emendam & dampnâ ex tali incendio datum etiam vicino. l. si vt certo, §. nunc videndum, il. ff. commod. iunc. glo. & rex. in l. dominus horeorum, cum gl. in ver. recepit, & l. q. mercedem ff. loca. tradit optimè & diffusè & de communi attestatur ibi Turanus in recollec. commu. opin. nu. 185.

31 Alius casus est, in quo non fit remissio mercedis, si sæpe contingit illa sterilitas, & fore solita est, Albe. ita tenet in l. licet, C. loca. Ripa tracta. de peste. titu. de priui. contrac. cau. pest. nu. 89. & 97. & in l. 2. in prin. nu. 5. ff. sol. matri. Iacob. Philippus Port. in cõ sil. 143. & 144. nu. 22. & 23. & sic ex supradictis inferri potest quod si quis cõduceret prædia in consilio alicuius mali territorij, in quo solum sit fieri prædas & rubbarias, colonus non potest allegare, vt fiat sibi remissio, cum sciret illud esse solum contingere.

32 Hinc est etiam, quod conductor, qui tempore belli conduxit prædia, non fit illi remissio propter guerram, cum sciat & videatur consentire tacite, & renuntiare beneficio, quod propter bellum competeret, arg. l. qui bona, §. de illo, ff. de dam. infec. & ita consuluit etiam Alex. conf. 6. quem citauit etiam Ripa d. tractatu, nu. 44. & adhuc eund. Alex. conf. 112. num. 3. vol. 1. & Iacob. Emilia. d. conf. 4. nu. 18. Rim. d. conf. 283. & per dicta tẽ potest inferri ad casu quem habui in facto cum quodam de terra Murri Vallium, vt scilicet quando aliquis conducit agrum

33 prope flumen, & flumen solet singulis annis inundare agrum, non debet fieri remissio: propterea, quod colonus siue conductor sibi debet imputare, si vitio sam rem ab initio conduxit, secus si vitium incidere postea, & istud videtur esse sensus illius, §. de illo, superius citati.

34 Alius casus est, quando fructus sunt separati à solo, l. damnum, C. loca. & ratio videtur, quia quando fructus sunt separati à solo, sunt conductoris, & idè amittuntur damno eius. l. si apes, §. 1. ff. de fur. & l. seruus, §. locatori, ff. eo. de fur. l. antepenu. ff. de rei vend.

35 Bar. in l. si merces, §. vis maior. & Bal. in l. licet, ff. eo. & C. loca. Siluan. consil. 1. in 1. volu. & consil. 12. & limita ex mente Doctorum, nisi damnum esset datum locatori, vt in casu, in quo consuluit supradict. Siluan. quando fructus autem sunt pendentes, non sunt coloni. l. fructus. ff. de rei vend. hæc est ratio, quam videntur reddere Doct. in d. l. damnum, & C. no in c. propter sterilitatem, ibi Imola, colu. 3. extra loca. & intellige, secundum Bosium d. tit. de remissio, nu. 90. quando fructus sunt mundi, separati & recollecti, non autem dummodò sint excisi, l. si à domino, §. fructus, ff. loca. ita intelligit, in l. ex conductor, §. si

subtilis. Fulg. namque non videretur æquum, si stamta & segetes sunt in palea ita, vt non sint excisa grana nec excisum frumentum, vt propter hoc nõ debeat fieri remissio, quia hoc bonafides non patitur, cum fructus sint imperfecti & nondum redacti ad finem, nec contractus dicatur impletus ex parte locatoris, qui tenetur ad patientiam, donec fruatur & fructus possit colligere, & ad finem redigere, & ista opinio videtur æquior, & tenet in practica Bos. ante eum tenuit Castren. in l. ex conducto §. 1. ff. lo. vbi inquit etiam fieri remissionem in fructibus separatis nondum transportatis, & Fulgo. extendit, quod plus est, donec non fuerint reconditi in horreo, quãuis Doctores communiter videantur tenere contrarium, non discedas tamen ab opinione Fulgo. & infertur ad casum pro quo consuluit Soci. conf. 100. in causa Baptista, qui conduxerat omnes fructus & prouentus cuiusdam iurisdictionis, & passus est multa damna in condemnationibus iam factis, licet nõ exactis, vt habeat locum remissio, quia nondum dicuntur fructus plenè collecti, licet factæ essent condemnationes & parata nomina debitorum, & ita seruari in practica pluries vidisse attestatur Bos. & vide consil. Lauren. Silua. supraci. quem subscripsit etiam Alciatus, vbi quamuis fructus essent recollecti & repositi in horreo, fit tamen remissio, ex eo, quia non habebat potestatem conductor fructus illos alienandi, sed imò dominium illorum fructuum amisit ob causam locatoris & ob bellum.

37 Alius casus est, in quo non fiet remissio mercedis, in l. sicut emptio, §. si cum sequen. ff. loca. ibi gl. & Docto. scilicet, quando venderem tibi fundum habita fide de pretio, & conuenirem, vt penes me dominium remaneret, donec pecunia persolueretur, & interim certam mercedem quotannis mihi numerares, qui contractus potest vocari mixtus, cum in parte respiciat locationem, in parte venditionem, & in hoc casu damnum contingens in fructibus est emptoris conductorisque simul non venditoris, ita tenuit Alex. conf. 121. in 3. vol. Dec. conf. 312. volu. 2.

38 quoniam secundum glo. communiter per Doctores approbatam in d. l. sicut emptio, non solum damnum in fructibus, sed etiam damnum & interitus totus rei pertinebit ad d. emptorem, & conductorem, quia venditio dicitur perfecta, quamuis dñum non esset translatum, cum venditio solo consensu perficiatur. leg. consensu, ff. de actio. & obligatio. diximus latè in columna consensu inserta. in 2. art. vel dic quod illa gl. loquitur in casu, quo non requiritur translatio dñij ad hoc, vt transeat periculum, vt §. cũ aut. Insti. de contrah. em. vel dic secundum Docto. d. l. sicut emptio, quod merces, & p̄ssio, quæ soluitur, nõ soluitur ratione rei & fructuum, sed rone pretij, quod adhuc est penes eum, & sic considero quod dñum pretij re sidet penes venditorè, dñum fundi residet penes conductore, & emptore: atque adeo, re percepta perit emptori, in quem traslatu est dominium, licet n. reseruatum fuerit dñum, intelligitur de dominio pretij rei venditæ, equidem emptor potest hoc casu retinere duplex dñum, & rei & pretij, sed dominium vnicu tantum, ergo in dubio intelligi debet de dominio rei emptæ, & venditor retinendo dominium, intelligit de

dominio pretij, quod debet percipere ex re vendita & in hoc sibi prouidet venditor, quod cum tradat rem emptori, retinet dominium alterum duorum, prout in simili dici posset in censibus, qui secundum consuetudinem status ecclesie fiunt, & etiam in L.6. bar dia fieri solet quaedam species liuelli similis istis censibus, vt refert Decia. consil. 48. nu. 18. vol. 1. du

39 inquit, † quod duæ sunt species liuelli, altera cognita à iure, quæ assimilatur emphiteusi, in quo ille, qui est dominus rei dat illam alteri pro aliquo censu, altera est species, quæ proprie est de consuetudine, quando scilicet aliquis habens rem illam non tradit alteri, sed eam retinet, & tamen constituit super eam liuellum tantum census soluendi singulis annis super ipsa re, & inductum est priuilegijs summi Pontificis, vt inquit præcisa. Decia. dominus meus. d. c. 6. fil. & Guilielmus Redoan. tracta. de rebus ecclies. non alien. titu. 1. pag. libro meo. 31. In quibus censibus, siue liuellis, non fit remissio mercedis, & tamen censuarius habet rem, in qua constitutus est census, & sic retinet duo dominia, quod plus est, scilicet rei & pretij, nec tamen fit in eis remissio, prout adest in terminis Decii. Marci. q. 208. in 2. vol. ubi reddit rationem, & alios citat, quamuis possit dici, vt ibi de

41 proprijs censibus loquitur. Alius casus est, in quo non fit remissio mercedis, qui casus videtur colligi ex dictis per Docto. in l. ex conducto. & l. si merces. §. uis & licet. C. loca. & c. propter sterilitatem, ext. eod. nempe quando damnum datum esset in rebus coloni, quæ res sunt in fundo & deseruiant fundo, puta si ablatis essent boues & plaustrum, quia & si illa deseruiant fundo, tamen sunt coloni & eius periculo sunt, ita decidit in terminis tex. in l. damnum. C. loca. & Bar. in l. ex conducto. §. vis. ff. cod. declarat

42 Boli. d. tit. de remis. merce. nu. 91. Sed quid in feno recondito in fenili, quod comeditur à bestijs ex necessitate pacti, vel ex consuetudine, videtur sine dubio quod non debeat fieri remissio, quia fenum est coloni, iuris omnibus supracitatis. Præterea fenum fuit reconditum sub fenili, vel acervo, ergo omnino locator impleuit contractum ex parte sua. Nec obstat, si diceretur, quod immo debet fieri remissio, quia fenum ibi vt comederetur tenebatur & fieret de eo pinguedo pro pinguefaciendo, & colendo agro, & ideo si consumptum sit de fenno à militibus & ex hoc non potuerit ager pingueferi & coli, debet fieri remissio, cum effectu dicatur damnum datum in re locata, quia respondetur quod lex vult, vt damnum sit datum in re locata, & quod non fit coloni lex conducto. §. si quis. ibi Bar. qui respondet gl. in l. damnum. C. loca. in quibus quod illa glo. loquitur de damno contingente in rebus coloni, propter quod non fit remissio ibi, in alia. loquitur in damno contingente in fructibus, in quibus antequam separentur à solo, fit remissio, si damnum est incurabile, vt ibi per eum, & per alios Doc.

43 Alius erit casus, in quo non fit remissio mercedis nempe in Doctore, qui propter pestem, vel similem casum aduersum non legeret per totum annum, sed tantum in principio: nihilominus debetur salarii, siue honorarium totius anni, nec fit remissio pro rata temporis, Nat. consil. 452.

Item esset, † si mortuus esset in principio anni, nam eius hæredibus deberetur salarii, nec fieri debet remissio pro rata, Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extra. cogni. ubi format quæstionem istam, & Canonista in c. propter sterilitatem, extra loca. Doct. in l. diem functo. ff. de offi. assel. Deci. consil. 70. Kircho. commun. opinio. conclus. 85. Centur. 5. Cepha. consil. 70. numero 4. volumine, Alb. consil. 91. Calef. in l. 1. nu. 265. ff. de offi. eius & Sebastia. Medic. trac. mors omnia soluit. in 3. par. nu. 26. Ripa tracta. de priui. contract. cau. pest. nu. 114. ubi reddit rationem

45 ob dignitatem nec fieri remissionem, quia † id quod datur Doctori, datur ad remunerandū. hinc est, quod appellatur honorarium, nec dicitur proprie locatio, vt diximus in principio, etenim probitas animique intellectus locari non potest. d. l. 1. ff. de var. & extraor. cogni. tangit Barto. in l. si vno. §. item cum quidam, qui est solentiter repetitus à Bar. sub nu. 5. ff. eod. loca. quinimo voluit d. Bar. vt non solum debeatur salarii pro vnico anno Doctori legenti, sed etiam pro toto tempore conductionis, si vnica sit obligatio, puta scuta tria milia pro tribus annis, nec fit dictum nulle pro quolibet anno, prout refert & sequitur Ripa d. tit. num. 120. & plus voluit

47 Cataldinus de Boncompagnis in trac. de fundi. in 7. quæst. nu. 10. vt non solum debeatur salarii Doctori conducto ab officiali, sed debentur ei expensæ in cundo, & stando, & redeundo, & sic debet finito tempore domum recomdaci, vel tradi pretium pro redeundo. ita D. Catald. Doct. in studijs consummatissimus, & de cæpius, ibi allegat Bar. in l. super creâ dis, de iure fisci, lib. 101. & l. excepto. C. loca. & consil. Petri de Perul. cum alijs.

48 Item alius casus est, in quo non fit remissio mercedis, ille, pro quo consuluit Rin. consil. 87. scilicet quando sterilitas non contingit ex casu fortuito, vel alio facto extrinseco, sed ex debilitate & vitio rei propter qualitatem temporis & aeris intemperiem, & fructus aliqui etiam non modici sint percepti vt declarat Rin. d. consilio.

49 Item non fit remissio, si non fit denunciatum & & claus tradita non sint, Philip. Port. consil. 143. nu. 17. est tex. in l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca.

50 Item alius casus est, in quo non fit remissio mercedis, nempe in emphiteusi, qui contractus assimilatur locationi & venditioni, & est medius inter istos contractus, Ange. de Cambilio. consil. 46. nume. 35. Port. consil. 144. num. 2. limitatur, nisi in totum, vel pro maiori parte pereat res, prout declarat Angel. de Gambilio. d. consil. verum quia hic non cadit materia ista, sed in sua col. propria, ibi videtur. Vide Seb. Medices tract. de fort. casib. q. 10. num. 38. 2. parte.

51 Vitius casus erit, in quo non fit remissio mercedis, quando à partibus aliter esset dispositum in contrarium, si quis fundum, ff. loca. ubi inquit Iure. consil. quod valet pactum factum à locatore cum conductore, vt non obstante quacunque vi & casu fortuito ei soluantur merces, prout refert Bos. suo tract. de rem. merce. nume. 56. Iaco. Philipp. Port. d. consil. 114. nu. 10. & 11.

Sed aduertendum, quia circa hunc vltimū casū variæ fuerunt Doc. opi. in methodis tradendis. nos autem videbimus

refectis superfluis, quid magis communiter teneat Doctores, & quid in pratica seruetur. memoria igitur tenendum, quod si pacto fuit conuentum, vt non obstante qualicunque casu fortuito debeat fieri solutio rei conductæ, & pretium siue merces solui absque vlla remissione mercedis, & sic ille, qui conduxit fundum, vel vctigal, conduxit suo rischio, & periculo, tamen adhuc non tenetur de casu fortuito, & illi debet fieri remissio, quia non intelligitur de casu in solito, prout voluit Bar. in l. opus quod auersione ff. loca & l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis cautio. l. Scio. §. medico. ff. de annu. leg. & de communi attestatur plures referens Portius supracita. consil. 143. & 144. nu. 8. Beccius. consil. 94. nu. 27. pe. colu. Angulfio. consil. 16. lib. 2. in mate. contrac. numero 3. nisi expresse conductor suscipiat in se vnum periculum & casum fortuitum in specie, & postea etiam in genere periculum cuiuslibet casus aduersi similis, hæc est communis opinio, de qua attestatur Ripa de priui. contrac. cau. pest. nu. 74. ubi plures citat consulentes, Doc. in l. sed & si quis. §. quæstum. ff. si quis ius dic. non obtempe. & in l. 1. ff. commo. & in c. 1. extr. cod. tit. comm. Alex. de magis commu. in consil. 3. in 2. col. lib. 1. & inter communes opiniones recitatis Franc. Turzan. opinio. 143. & Bec. dic. consil. nu. 34. & Porti. d. consil. 143. nume. 15. ubi etiam refert Soc. consil. 128. vol. 1. quamuis ipse videatur tenere cum Dec. consil. 52. & cum Ias. consilio 107. vol. 1. quod sufficit si quis dicat, suscipio omne periculum, vel sit meo rischio & periculo, seu saltem quando omnia huiusmodi verba iunguntur, quæ opinio non placet. vide Seba. Med. tract. de cas. fort. quæst. 15. 1. par. Franciscus autem Marcus in decis. 208. in 2. par. videtur tradere cautelam, sed non tutum, pro

54 locatore ad hoc, ne fiat remissio mercedis, videlicet quod facta renuntiare cum iuramento conductorem iuri deceptionis ultra dimidiam iusti pretij, tunc enim inquit forte non habebit locum exceptio sterilitatis, nec debet fieri remissio, sicut non heret remissio in contractu emptionis, qui est similis locationi. leg. secunda, ff. loca. per ea, quæ not. Docto. in l. 2. C. de rescinden. venditio. tamen ista opinio, seu cautela non ita de facili admittenda, nec in venditione, nec in locatione, nisi esset læsio enormissima, hoc est in multum excederet dimidiam iusti pretij, vt diximus etiam in tracta. emptio. colum. 7. vlti. o. di. nume. 20. & 24. bene verum est, quod efficacius sustineretur contractus nec ita de facili posset rescindi, seu remissio mercedis haberi, si iuramentum interuenisset cum clausula illa, vt videtur esse etiam de mente Franc. Becij, consil. 94. in fita. men non est recedendum à supradicta opinione, quod conductor suscipiat in se vnum periculum & casum fortuitum in specie, & postea etiam in genere

55 vt diximus, quæ opinio est magis communis: † sed intellige, vt procedat & valeat huiusmodi pactum fortuiti casus & per consequens remissionis mercedis non faciendæ, quando omnino non perit res, sed in parte, & pro parte tantum, alias si in totum, vel pro maiori res periret per casum fortuitum, esset nimis durum & contra omnem æquitatem, vt conductor teneatur soluere pretium, & non possit vt

56 re locata. bene verum est, quod tunc, scilicet quando perit res locata in totum, pactum operabitur, vt locator non teneatur ad interesse conductori, ad quod interesse alias teneretur, cum ille conductor non possit vt frui re locata. hæc videtur esse vera opinio, à qua non recedendum, quam videtur tenere Bal. in l. licet. C. loca. in 1. col. ubi inquit, si quis cõduxerit molendinum, & deficit substantia, non tenetur, ita videtur intelligere & declarare etiam Bos. quæuis diffus. d. trac. de renou. merce. n. 59. & 61. & Nat. 57a consil. 449. nu. 16. Fulg. cõsi. 195. † sed quid si fuisset dictum à locatore se non velle teneri de casu fortuito. hæc res pereat in parte, siue in totum, Bos. tenet quod pactum valeat, ego credo totum contrarium: ratio est, quia est pactum iniquum. Præterea est contra substantiam locationis, vt diximus in tractatu contractus in genere, columna magna, quæ est inscripta contractus, in quinto articulo, seu considerabili, nempe quando deficit contractus, puta si aduersetur publicæ utilitati: exemplum, quando aliquis pacificatur, ne liceat reuocare precarium, tunc enim neque tenet, quia est contra naturam precarij & contra utilitatem publicam. Item exemplum in pacto, vt pignus sit creditoris, quod pactum nec valet, cum sit contra naturam contractus, sic in isto casu est contra substantiam contractus locationis, vt re non possim vt & soluam pretium, ergo non debet valere pactum tale vide alia exempla, quæ ibi posita sunt sub d. articulo. §.

58 Intellige tamen ea, quæ diximus superius, scilicet quod suscipiens in se periculum casus fortuiti in specie & in genere, vt diximus, teneatur omnino solvere mercedem & pensionem, nec possit petere remissionem ob sterilitatem, vel ob casum fortuitum, nisi ille casus fortuitus cõtingeret culpa, vel facto locatoris, vel posset obuiare dicto casui, vel illud amouere & non obuiauit nec amouit, quia tunc non obstante dicta susceptione in specie non soluet pensionem. l. si quis fundum. §. 1. item quæritur. verfic. ita demum. ff. cod. vide Bart. in l. si vno. §. item cum. ff. eod. & sic limitanda supra dicta doctrina, & communis opinio. quando etiam datum esset damnum ab inimicis locatoris, Corn. consil. 23. nu. 1.

60 Item potest limitari, nisi casus fortuitus esset insolitissimus ita quod etiam prudentissimus vir non potuisset de eo iudicare, & sic ex quo verisimile non est partes de illo casu insolito cogitasse, fiet remissio mercedis, & sic suscipiens non teneretur, quamuis factum sit pactum, vt est communis opinio de qua attestatur Bos. dic. tract. de remis. merce. (quamuis nonnulli teneant contrarium) sub num. 67. & 97. & hanc limitationem refert Fran. Turza. in recolle. commun. opin. 143. & adest consilium Cornei in terminis cõsi. 23. vol. 2. ibi nu. 12. Doc. in l. ex conducto. §. si vis, & l. seq. & l. si merces. §. vis maior, & l. licet, cõsi. similib. ff. & C. eo. Seb. Med. trac. compē. par. 1. q. 45. in fi. & trac. de cas. fort. quæst. 15. primæ partis Menoch. de arbi. casu 80. libro 2. ubi qui vsus insolitus detur.

61 Demum potest dici, vt sit alius casus, in quo non fit remissio mercedis, nempe quado quis conduxit dietim, vt fiat opus, si perit opus, non tenetur magister

de vitio operis & sic non fiet remissio mercedis tex. est in l. ea lege. §. locari. ibi Barto. ff. loca. singula- rem fecit Roma. notabili 31. & Felin. in capitulo, vltra tertiam, colum. 2. & in c. fraternitatis colum. 6. de testi. Sebast. Vanti tract. de nullita. procel. in ru bri. quoties & intra quod tempus de nulli. agi pos- sit, nu. 39. Soc. reg. 403. fallcn. 24. Dec. c. 1. de fide in stru. Franci. Crem. ling. 81. vbi redit rationem. vide bast. Medi. tracta. de fortu. casibus. quart. 10. secun- da par. nu. 20.

DE ACTIONIBVS locationis, & conductionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex contractu locationis duplex datur actio, ex locato & conductione.
2 In locatione debet necessario adesse pecunia, intellige de locatione propria.
3 Datur hac actio locati ad omnia ea, quibus conductor tenetur.
4 Si colonus post tempus completum contra voluntatem tuam fructus perceperit poterit illos condicere condictio- ne furtiva.
5 Actio conducti datur conductori contra locatorem, vt re sui liceat.
6 Datur pariter hęc actio conducti, vt villa reficiatur, vel o- stia, & stabulum.
7 Item datur ad promissa in conductionis lege.
8 Iste actiones sunt perpetue, & bonafidei & dantur heredibus.
9 Si conductor turbetur in possessione, potest agere actione in factum, vel officium iudicis implorare.

Venio ad quintam columnam, quę est in- scripta, quę actio oriatur ex hoc cõ- tractu locationis, & conductionis, pro cuius resolu- tione ¶ dicendum quod duplex oriatur & detur a- ctio, nempe actio locati, & actio conducti. Actio loca- ti datur locatori contra conductorem ad consequē- dam mercedem promissam in numerata pecunia, & si erit in mora, debentur etiam vsurę. l. præses. C. lo- ca. & quamvis superius fuerit dictum, quod debet- necessario in locatione adesse pecunia, intelligen- dum est in locatione propria ad hoc vt euitetur tex. in l. si olei, ff. eodem, de quo superius latè diximus. 3 Datur igitur hac actio locati ad omnia ea, quibus conductor tenetur, hinc est, quod si fregit condu- ctor, vel alienauit, vel dissipauit rem, datur hac actio. l. cum conductorem. C. loca. & ex hac actione pote- rit locator omnia consequi, quę fuerunt promissa in locatione, & in ipso contractu, & tandem ad om- nia consequenda, quę ex bono & æquo proueniunt §. conductor, In lti. loca. l. legem. C. loca. l. consensu, ff. de actio. & oblig. & si colonus post tempus com- pletum contra voluntatem tuam, perceperit fructus, poteris illos condicere condictio- ne furtiva, & cer- ti conditione generali, de qua est tex. ibi Bar. l. as. & c. in l. si quis nec causam. §. res. ff. si cert. pet.

- 5 Actio verò conducti datur econuerso conducto- ri contra locatorem, primo vt re conducta frui li- ceat, & intellige secundum distinctionem Bar. in l. si vno. §. item quæratur. ff. eod. scilicet aut factio loca- ris, aut factio conductoris, aut factio tertij, aut casu fortuito. Item datur, vt villa reficiatur, vel stabulum, vel ostia reparentur, vt fenestra fiant. Item ad pro- missa in conductionis lege, & tandem ad omnia, quę ex bono & æquo procedunt, vt diximus. l. si merces. §. si vicino, ff. eod. l. ex conducto, ff. eod. cum simili- bus. & quia Azo de hac actione fusius loquitur in summa sua, C. cod. sub nume. 29. ideo, ne videamur eum describere, me remitto ad dicta per eum ibi. 8 Iste autem actiones sunt perpetue, & bonafidei, & dantur heredibus, & in heredes, vt ibi per Azo. No- tandum tantum, quod ¶ si conductor turbetur in possessione rei conductę a tertio, licet non possit intentare interdictum retinendę possessionis, quod datur vero domino, de quo tractatum fecit celebrem Menochi. Studiosiss. potest tamen agere actione in factum, vel implorare officium iudicis, gl. in l. si duo, §. si creditores, vt possid. Aret. §. retinendę, Institut. de interd. nume. 2. Abbas, c. contingit, numero 20. de dolo, & contuma. Angusiola consilio 21. in ma- teria crimina.

QUOMODO FINIATUR, siue annulletur contractus locationis, & conductionis.

S V M M A R I V M.

- 1 Locatio annullatur, & finitur contrario consensu partium.
2 Annullatur locatio, si tempus locationis sit fi- nitum.
3 Annullatur contractus locationis propter pestem.
4 Saluantur contraria opiniones sedere distinctionis.
5 Conductor poterit petere remissionem pro eo, quo non ha- bitauerit.
6 Qui conduxit hospitium, & transeuntes reciperet, si non transeunt homines, potest petere remissionem.
7 Annullatur contractus locationis a conductore, quando locator non vult obseruare pacta.
8 Si locator promissit conductori tradere prædia seminata, & conductor recipiat frumentum pro semine, sibi præ- iudicat.
9 Annullatur contractus a conductore, si conductor fuit expulsus.
10 Locator potest annullare contractum, si conductor non sol- uit sibi mercedem.
11 Locator annullare potest contractum, si doceat sibi do- num esse necessarium.
12 Item annullatur, si domum conductam locator velit reficere.
13 Item annullari potest, si conductor malè versetur in re locata.
14 Item potest annullari, si conductor sit faber, & domum conduxerit prope Dpctorem vel scholam.

Item

- 15 Item annullatur, si fundus vendatur a locatore.
16 Si colonus bona habet obligata si fundus venditur, non po- test expelli.
17 Si conductor ante tempus e domo migrauerit, contractus annullatur.
18 Conductor licet recedere a locatione, si non potest vti frui re conducta.
19 Annullatur locatio, si res conducta pereat omnino.
20 Quando plura præcia sunt constructa, dicuntur plures con- tractus, & pro parte sit remissio.
21 Si plures res sue int conductę, & sit res aliena, refinditur in totum contractus.
22 Annullatio contractus, expensa in re conducta, si necessa- rię, repetuntur.
23 Conductor tenetur tantum conseruare fundum in essen- tia & bonitate sua.
24 Si colonus præter ea, quę tenetur effecerit, repetet expen- sas & melioramenta.
25 Si conductor plantauerit arbores sponte, ex quibus sit vti- litas locatoris, repetet expensas.
26 Si locator plantauerit arbores, ex quibus non resultet vti- litas, non repetet.
27 Si colonus in melioramentis non asserat, nisi vtilitatem ad tempus, pro tempore petet.
28 Melioramenta in emphyteusi debent redire ad heredem, etiam extraneos emphyteuticarij.

Venio ad vltimam columnam, quę est in- scripta, quõ finiatu siue annul- letur contractus iste locationis & conductionis, & dic quod primo annullatur, & finitur contrario con- sensu partium, veluti si partes inter se consentiant, vt amplius huiusmodi contractus non duret. 2 Item annullatur, si tempus locationis sit finitum, & si vltra tempus conductor in locatione reman- serit, quamvis tempus sit finitum, tamen tacite vide- tur reconduxisse, & si remansit in prædio rustico, vi- detur in annum reconduxisse, & renouata conductione, & pignora eiusdem, secus si alterius sint pignora. In prædio vero urbano, quatenus habitauerit, vi- detur renouata, nisi in scriptis prima conductione cele- brata fuerit, vel nisi dominus posse cõsentire desie- rit, prout not. & declarat Bar. in l. item quæratur. §. qui impleto, ff. eod. diximus etiam eod ordine, in 3. colum. nume. 5. vide l. si quis. ff. si certum petatur vide l. as. ff. si. 3 Item annullatur contractus locationis propter pestem, secundum Abb. in c. propter sterilitatem, eod. quem refert Bos d. trac. de remis. merce. & ratio esse videtur, quia conductor non potest vti re con- ducta, ideo poterit recedere a contractu, consignan- do claues domino locatori, prout declarat Caccialu. in repetitio l. siem functo, ff. de of. asse. Aduertendũ tamen, quia hæc opinio displicuit Ripę in trac de priui. contrac. cau. pest. breuiter ¶ crederem sic fe- dere distinctionis vtramque opinionem saluari pos- se, nempe, vt si pestis sit magna & grauis, & duret p- plures annos, procedet opinio Abbatis, cum condu- ctor non possit vti frui commode, & absque pericu- lo vitæ re locata, si autem pestis non esset admodum grauis & magna, nec duraret per plures annos, pro- cedat opinio Ripę, bene verum est, quod ¶ condu-

ctor poterit petere remissionem mercedis pro eo tempore, quo non habitauerit, cum habuerit iustam causam migrandi, diximus superius in 4. ccl. eiusd. ordi. nu. 5. & est dictum Bar. & Cast. in l. cum in plu- res, in prin. ff. loca. dum loquitur de eo, ¶ qui con- duxit hospitium, vt transeuntes reciperet, & tempõ re conductionis suę propter guerram, vel pestem homines non transeunt, illi namque est faciēda re- missio, est dictum Bal. in l. ex conductione. §. si vis. ff. lo- ca. & in l. si ea lege, ibi Cy C. de vsur. & tradit Berous q. 54. nu. 4. & 5. Ripa d. loco, nu. 22. 7 Item annullari potest contractus locationis a con- ductore, quando locator non vult obseruare pacta ei, & debet denunciare, Bar. in l. secunda. C. de agr. & censu lib. 11. Ruin. consil. 63. vol. 1. Bos. suo trac. de re mi. nu. 50. adest consilium in terminis Ale. de Neuo, consil. 25. & melius Franci. Becij consil. 45. vbi in- quit, quod potest etiam agere ad interesse & lucrũ cessans, sub numero 20. & vide consil. Hieron. Gabr. consil. 76. 8 Aduerte tamen ad illud, quod Bal. inquit in con- sil. 131. vol. 1. quod si locator promiserit tradere cõ- ductori prædia seminata, & conductor recipiat fru- mentum pro semine, sibi præiudicat, vt opponere non possit, prædia seminata non fuisse, & refert di- ctum Bal. Crauetta consil. 106. nu. 2. vol. 1. & in simili casu ipse consuluit. 9 Item annullari potest a conductore, quando cõdu- ctor fuit expulsus, vel prohibitus vti re conducta ab inimicis locatoris, & sic damnum passus est ob lo- catorem, & ob indignationem erga illum locatorem, tex. est in l. si in lege. §. colonus, ff. loca. pro quo casu adest consilium Ruini, nu. 65. vol. 1. Parisius consil. 40. vol. 1. Beci. consil. 94. nume. 26. & consil. 45. nu. 21. & 22. 10 Item potest annullare contractum locator, si conductor non soluit sibi mercedem, maxime si iur- rasset soluere, prout consuluit Alex consil. 85. vol. 1. nam tunc potest expelli, quamuis fuisset factum pa- ctum de non expellendo cum. l. quæro. §. inter loca- torem. ff. loca. fallit, nisi esset paratus ei satisfacere. c. propter sterilitatē, vbi quatuor casus, propter quos potest expelli & annullari contractus, de quibus in- fra. Et nota, quod si conductor cessauerit in solu- tione per biennium, & non appareat, possunt do- mus & horrea aperiri, & quę ibi sunt, coram publi- cis personis describi, tex. est singularis, secundum Bal. ibi in l. cum domini. loca. ibi Bar. 11 Item annullatur contractus, si dominus domus lo- cata docuerit, sibi esse necessariam illam domũ: tũc enim poterit expellere conductorem. l. ædem. C. lo- ca. vbi Dõcto. limitã tamen, vt per Gabriel. Roma. li- bro 3. conclu. 3. titu. de locatio. per Corne. consil. 103. volum. 2. & alios relatõs per Gabriel. per Felin. consilio 43. Rom. consil. 413. in fine, per Bonacof. tracta. caute. pagi. 10. 12 Item erit, si domum vellet reficere, vel corrigere necessariõ, tũc etiam poterit expellere conducto- rem, & sic contractus annullatur. d. iuribus. 13 Item annullari poterit, si conductor malè versetur in re conducta: poterit namque expelli. di. l. c. æ- den. C. eod.

R 3 Item

- 14 Item, si faber conduxerit domum prope studio-  
rum lectorem, vel scholarem, hoc est prope eius do-  
mum, nam tunc poterit expelli ille faber, & annulla-  
tur contractus. ratio est, quia faber ob strepitum  
interrumpit & impedit studia eorum, quibus hoc  
privilegium inter cetera datum est ab Imperato-  
re, Docto. in authen. habita. C. ne fili. pro patre. & l.  
1. ibi Barto. prope fin. Thom. Parpa. numero 44.  
ff. sol. matr. ibi Rip. nu. 130. Alc. nu. 51. & Soc. in nu.  
172. Menoch. qui plures refert, casu 237. libro 2.  
Cen. 3. de Arbitra. qui intelligit & declarat, quando  
faber non praevenerit, nec Doctor, vel scholaris alibi  
commodè habitare potest, vel nisi sit consuetudo  
in contrarium. Marcus Mantua in suis apo-  
phthegm. nu. 22.
- 15 Item annullatur contractus locationis. si fundus  
vel domus vendatur, namque emptor non tenetur  
stare colono. l. emptorem, C. loca. ibi Bartol. idem  
Bald. in l. si merces. §. vis maior, in lectura antiqua.  
ff. eodem, & adest decif. Franci. Marci, in terminis  
quaestio. 20. in 2. tomo. regu. Socin. 387. vbi quin-  
que limitat modis, Petrus à Duen. reg. 240. & Cœ-  
phal. dominus meus, consil. 81. lib. 2. nume. 16. fallit
- 16 & limitatur, nisi ipse colonus haberet bona obliga-  
ta pro observatione locationis, tunc enim poterit  
rem retinere loco pignoris ad hoc, vt sequetur illi,  
quod promissum est, & illud quod debetur, hoc est  
factum, siue patientia, vt re vti & frui possit. Ioann.  
de Amic. consil. 113. Alex. de Nevo, consil. 25. num.  
2. Negul. de pigno, in 2. par. 1. memb. Becc. consil. 8.  
Gab. de pig. Sed qd si emptor voluerit soluere inter-  
esse colono, poterit expelli d. colonus? dic quod  
sic, prout tenet Bart. in d. l. emptorem. C. loca. idem  
Bar. in l. qui fundum, ff. loca. Castren. in l. filiosam. §.  
si vir. colum. f. na. ver. & ideo. ff. sol. matrimo. & l. si  
merces. §. qui fundum, ff. loca. Salice. d. l. emptorem,  
Rolan. à Valle, qui plures cumulat, in consil. 6. num.  
10. vol. 1. Fallit, nisi appositum esset iuramentum  
in instrumento locationis, tunc enim vigore iura-  
menti emptor tenetur præcisè ad factum, hoc est  
ad patientiam vsus, & fructus, Negu. de pigno. 1.  
memb. 2. par. num. 9. ratio, est quia iuramentum ser-  
uari semper debet, quando potest sine interitu salu-  
tis, & debet seruari in forma specifica, c. si verò, &  
c. cum contingat, de iureiur. c. licet, eod. tit. in 6. &  
sic non potest commutari de vno ad aliud, prout tra-  
didit Fel. in cad nostram, in fine, de iureiur. Corset.  
trac. de iuramen. in 5. priui. Bauer. in trac. de iureiur.  
rand. nume. 57. Rolan. d. consil. 6. vbi diffusè omnia  
examinat, & decidit plures Doctores cumulando,  
& hæc est communis opinio, de qua attestatur Fran-  
ci. Turza. quaestio. 48. vide Gabri. commun. opinio.  
titu. de pigno.
- 17 Itè an annulletur contractus locationis & condu-  
ctionis, & conductor ante tempus locationis migra-  
uerit e domo conductæ, locatori tunc permillum  
est recedere in totum à contractu, & tam alteri lo-  
care potest. l. si lege. §. si domus, l. dominus, in ff. ff.  
loc. Bec. consil. 45. nu. 21.
- 18 Item econuerso licet recedere conductori, si re-  
conducta frui non liceat, nec pensionem futuri tem-  
poris soluere tenetur, vt diximus: quinimò potest

- reptere solutas, glo. in l. 1. §. si pensio, versic. ita ta-  
men, de migra. Boer. decif. 249. num. 9. Bec. d. con-  
sil. nu. 21. & optimè per Hieron. Gabr. in consil. 75.
- 19 Item annullatur huiusmodi contractus, si res lo-  
cata omninò pereat, vt superius diximus: sed quid  
si fuerunt conductæ plures res, & fuerunt constitu-  
ta plura pretia, tamen vnico contractu, an dico re-  
scindatur contractus in omnibus rebus perempta  
vna re, vel pro illa parte tantum, quæ perit? Ad-  
est decif. Fran. Marci in terminis (ideo non est eun-  
dè per mendicata argumenta, & per rationes) q. 20.  
in 2. tomo, qui decidit, quod si quando plura pretia  
fuerunt constituta, dicantur plures contractus, &  
sit remissio pro parte, nisi aliter fuisset actum, secus  
autem, si vnico pretium fuisset constitutum pro  
pluribus rebus.
- 21 Item esset & procederet, si quando plures res  
essent conductæ, inter quas esset aliqua res aliena,  
nam tunc rescinditur pariter in totum contractus,  
quia si conductor illud à principio sciuisset, verisi-  
militer non conduxisset, & erit nullus contractus, da-  
to etiam quòd ille, qui locauit, vellet liberare illam  
rem alienam, ita in specie determinat, & bene, Flo-  
in solenni repet. l. si quando, C. vnde vi. nu. 10.
- 22 Et pro complemento huius materiae, quero an au-  
nullato contractu locationis, melioramenta & expen-  
sæ factæ in re conductæ, possint repeti à conductore  
& an teneatur locator restituere, vel compensare?  
hæc materia cadebat sub 4. col. eiusdem ordin. in qua  
aliquid dictum fuit, tamen postquam loquuti fu-  
imus de annulatione contractus, post annulationem  
solent vt plurimum repeti ista melioramenta & ex-  
pensas, ergo non immerito Breuiter ergo dicendum  
est, quod si expensas fuerunt necessariae, exemplum,  
quia fundum colere non poterat colonus commo-  
dè debent restitui, vnde si domum reficiat condu-  
ctor, vel denuò ædificauerit restituuntur expensas. l.  
1. cum sequenti, ibi notat. ff. de impen. in rebus, l. do-  
mum, in fine, C. de rei vend. ratio videtur esse, quia
- 23 hæc conductor non tenetur, sed tenetur tan-  
tum conseruare fundum in bonitate & essentia sua,  
hoc est vires veteres conseruare, & alias in locum  
demortuarum subrogare, vt in l. si agri, ibi glo. ff. de  
vsufr. tenetur etiam disboscare nemus, quod subo-  
ritur, & denique tenetur ad omnia ea, quæ ad cultu-  
ram arandi, & ferendi pertinent. l. 1. §. de eo. ope-  
re, ff. de aqua plu. arce. l. vim facit. ff. de vi & vi arma.  
Paul. de Castro, consil. 326. vol. 2. Rolan. qui plures  
cumulat, consil. 28. vol. 1. nume. 19. Pinell. 2. in  
2. par. num. 72. C. de bon. mater. nos supra. 4. colu.
- 24 Itaque si colonus præter ea, ad quæ tenetur  
effecerit, repetet expensas & melioramenta, si ex il-  
lis melioramentis dominus est percepturus vtilita-  
tem non modicam, & vtilitas illa non erat tempo-  
re locationis, hoc est ab initio, & vtilitas illa sit re-  
mansura perpetuo, hoc est, vt respiciat perpe-  
tuam rei vtilitatem, non temporalem, prout declarat  
Paul. de Castro, d. consil. & in l. domos. ff. de lega. 1.  
Alex. consil. 162. col. 1. volum. 7. & l. diuortio §. im-  
pendia. ff. solu. matrimo. Boer. quaestio. 44. qui  
citat Castren. dic. l. domos. qui distinguit quatuor  
casus, & refert etiam Menoch. lib. secundo, Cent.  
3. cas.


3. cas. 215. & 258. de arbitra. & late & diffuse in trac.  
de recuper. posse. decimoquinto remedio, nu. 50.  
per plures columnas antea. Exemplum potest poni
- 25 si locator plantauerit denuò vites sponte, ex qua  
plantatione locator sit percepturus non modicam  
vtilitatem de ipsis vitibus, & si plantauerit arbores  
quam plures, ex quibus magna vtilitas caperetur, pu-  
ta quia esset oliuetum, ex quo maxima solet vtilitas  
capi, tunc enim teneretur locator ad restitutionem  
ipsarum expensarum, Cast. d. conf. secus esset igitur,  
quando ex ipsis arboribus nulla, aut modica posset
- 26 vtilitas resultare locatori, vt in salicibus, oppijs, in  
quibus præter quod non percipitur vtilitas, in plan-  
tatione nullus est quasi labor, vel nulla expensa, tunc  
enim nihil est restituendum, prout declarat conclu-  
dendo Roland. d. consil. 28. nu. 27. vbi videas Cast.  
supraci. Menoch. Boer. & Neg. de pigno. in quin.  
parte, in 4. membro, Seba. Medicis trac. de compen-  
27 sa. q. 10. pri. par. in fi. notandum tamen, secundum

Cast. quem refert Boer. d. quaest. quod & si vtilitas  
meliorationis, siue expensarum, non sit perpetua,  
sed ad modicum tempus, repetet pro eo tempore ta-  
tum, exemplum de illis, qui recipiunt vineam ad cer-  
tum tempus, & posuit ibi palos, nam si annales sunt,  
non repetunt impensam, si autem duraturi per de-  
cennium, & locatio fuit pro quinquennio, repe-  
tet pro dimidia, quia pro dimidio temporis expen-  
sa seruiuit.

28 Sed quid in melioramentis, quæ sunt in emphi-  
teusi ecclesiæ, finita linea, res emphiteutica reuer-  
tetur ad ecclesiam vna cum omnibus melioramen-  
tis, materia ista non cadit hic, sed suo loco proprio  
hoc est sua columna de emphiteusi. modo dic bre-  
uiter, quod melioramenta debent redire ad hæredes  
etiam extraneos, non ad ecclesiam, prout est dec.  
Boer. quaest. 19. & vide Fran. Bec. consil. 3. nu. 29. vbi  
plures refert.







TRACTATUS  
DE SOCIETATE  
PETRINICOLAI MOZZII

MACERATENSIS

I. V. D.

De personis que possunt contra here societate	De rebus in quibus cadit societas	Substantia	Naturalia	Accidentalia	Quæ a cto	Quomodo finiatur		
		In perpetuum	Ad tempus	Ex tempore	Sub conditione			
		Licita	Illicita	Expressa	Tacita	Necessaria	Libera	
Boni honesti	Boni delectabilis	Boni honesti, & delectabilis	Boni utilis	Omnium bonorum expressum	Omnium bonorum simpliciter	Certæ negotiationis	Rei particularis	Vestigialis
		Temporalis	Spiritualis	Conventionalis, seu propria	Incidens, seu impropria			
		Personarum Collegiatiua		Bonorum Acquisitiua				

SOCIETAS.

S V M M A R I V M.

- 1 Societas contrahitur solo consensu.
- 2 Societas coiri potest re, verbis, & per nuncium.
- 3 Socius dicitur à consortio.
- 4 Societas definitur, ut sit duorum pluriumve honeste contracta conventio, ob commodiorem usum, et vberiolem quaestum.
- 5 Auctoritas Ciceronis approbatur in l. Cicero ff. de penis.
- 6 Interdum communitio discordias parit.
- 7 Societas collegiatiua est trium pluriumve personarum aggregatio, communi consensu, vno nomine ei deputato.
- 8 Societas est contractus iurigentium, & honeste est.

**Venio** ad alium contractum societatis, qui pariter solo consensu contrahitur sicut emptio & venditio, & locatio & conductio, tex. est in §. vnico, Inst. de oblig. ex consen. & l. qui admittitur, & l. plane, ff. pro socio, & l. consensu, ff. de actio. & oblig. Azo in summa. C. pro socio. Bar. & Doc. in l. Titium, §. altero, vers. quæro, num. 5. ff. de admini. tuto. Soc. sen. conf. 4. vol. 4. in prin. & conf. 77. vol. 1. Ang. de Vbal. conf. 8 j. in fi. Cepolla.

conf. 29. num. 8. in ciuili. Decius conf. 68. col. 3. Rol. à Valle, conf. 91. nu. 28. vol. 1. Decianus conf. 36. numero 29. vol. 1. Petrus de Vbal. trac. de duobus fratribus in 2. par. principa. Gomez. variarum ref. iur. c. 1. lib. 2. tit. de societa. Ioseph. Ludo. in commu. concl. 53. vbi diffuse materiam societatis pertractat.

Non obstat l. 4. ff. pro socio. vbi iur. conf. inquit, nos posse coire societatem & re, & verbis, & per nuncium, quia ibi non negatur, quin principaliter consen-

consensu societas contrahatur, quamuis enim dicatur & re, & verbis, & per nuncium posse contrahi societatem, tamen principaliter dicitur contrahi solo consensu, qui exprimitur & declaratur etiam verbis (vt in matrimonio) vel per nuncium, vel factis, vt declarat Ange. Areti. & Christo. Portius, Institu. de obl. ex consen. Azo in summa. C. pro socio, nu. 2. Pet. de Vbal. d. trac. de duo. fratri. in par. 2. princ.

3 Dicitur autem socius à consortio, & consors dicitur ille, ad quem pertinet pars bonorum: nam sorte pro parte veteres ponebant, & dicuntur socij propter periculi, aut corporis societatem, quasi in vnū colligati, vt declarat Lucas de Penna in rub. si libera. lita. Impera. socius sine heredita. decesserit, lib. 10. & Ripa in cap. cum Mathæus Ferrariensis de constit. nu. 9. par. 1.

4 Societas diffinitur, vt sit duorum pluriumve honeste contracta conventio ob commodiorem usum & vberiolem quaestum, vt inquit Azo in summa. C. pro socio. in princ. & hanc diffinitionem posuit etiam glo. Inst. de societa. in rub. Summa Angelica in verbo societas, in 1. parte, & Capicius decisio. 174. Naua, cap. 17. nu. 251. in summa. & hæc diffinitio non in legibus, sed apud Marcum Tullium reperitur, vt inquit Azo, & optima mihi videtur diffinitio, cum sit Ciceronis, cuius diffinitio alias litteris comprobatur per Celsum Iureconsult. in l. litus. ff. de verb. signifi.

5 & eius auctoritas alibi confirmatur in l. Cicero. ff. de penis, de quo per Ias. in l. 1. ff. si cer. peta. vbi etiam auctoritate Aristotelis, & aliorum philosophorum, & de auctoritate Sanctorum in iur. ciuili, & Poetarum late discitur, dicitur enim conventio loco generis. l. 1. §. adeo. ff. de pactis. dicitur honeste, quia rei turpis nulla est societas, sed potius sedita conventio. l. quod autem, & l. nec præmittendum, ff. pro socio, dicitur duorum, vel plurium, quia proprie societas inter plures consistit, dicitur ad vberiolem quaestum, & commodiorem usum, quia licet interdum communitio discordias pariat. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. Hiero. de Monte tracta. de finibus regendis, cap. 2. nu. 6. tamen & compendium producere solet, quoniam quod ex se homo adipisci non potest, socij contemplatione, cuius opera supplet, quærit, §. 1. Insti. de societa.

7 Sed Baldus in rubri. C. pro soc. aliam societatis diffinitionem referebat, scilicet vt societas sit plurium corporum inter se distantium vno nomine ei deputato collectio. sed hæc diffinitio est diuersa ab illa primodicta, quia respicit societatem personarum collegiatiuam, & hæc diffinitio fuit Innocentij in c. dilecti, extra de exce. prela. & etiam refert eam Salicetus in d. rubri. C. de socio. ibique reprehendit eam in illa parte, dum dicit, corporum, quia grex quium, armentum bonum, equitiam equorum, est collectio plurium corporum sub vno nomine, & tamen non est societas. l. 1. in fine, & l. sequen. ff. de rei vendi.

Ideo Salicetus alio modo diffinebat, videlicet, vt societas collegiatiua sit trium pluriumve personarum aggregatio, communi consensu, vno nomine & deputato, & ibi examinat illam diffinitionem diligenter, ad quem locum recurre pro pleniori cognitione.

Quare cum plura sint genera societatem, ascendamus ad alium ordinem, in quo diuisiones residet, ibique videbimus, quot sint genera societatum.

8 Quo autem iure introductus fuerit contractus iste societatis, diximus supra, columna contractus in scripta, in tertio articulo, & columna emptionis, & venditionis, in princip. num. 2. scilicet esse de iure gentium, per tex. & ibi Bar. Bald. & Doct. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. & superfluum esset de hoc iterum verba facere, estque contractus iste societatis honeste, vt etiam diximus in columna contractus inferipta, in 4. articulo, nn. 29.

DE DIVISIONE SOCIETATIS.

S V M M A R I V M.

- 1 Sex genera diuersarum societatum videntur reperiri, secundum Petr. de Vbal.
- 2 Aliqui moderniores tres tantum species societatis numerauerunt.
- 3 Aliqui quatuor species, alij quinque, alij duas species constituebant.
- 4 Duplex est societas, secundum Bal. & Sali.
- 5 Societas personarum collegiatiua, alia potest esse spiritalis, alia temporalis.
- 6 Nomen societatis debet esse ad bonum finem, qui tripliciter consideratur, secundum Bal. secundum nos quadrupliciter.
- 7 Societas bonorum acquisitiua alia est conuenientialis, alia incidens.
- 8 Incidens societas, est improprie societas, secundum aliquos propriè.
- 9 Concordatio opinionum contrariarum.
- 10 Conuenientialis societas alia est omnium bonorum expressum, alia omnium bonorum simpliciter, alia certa negotiationis, alia rei particularis, alia vestigialis.
- 11 Societas alia potest esse licita, alia illicita.
- 12 Socius criminis non probat contra socium, secundum communem opinionem.
- 13 Societas altera est expressa, altera tacita.
- 14 Differentia est inter tacitam & expressam societatem, secundum aliquos.
- 15 Differentia non est inter societatem tacitam, & expressam.
- 16 Societas altera est necessitatis, seu necessaria, altera voluntatis.
- 17 Societas potest oriri quatuor modis, in perpetuum, ad tempus, ex tempore, & sub conditione.

**Pro** declaratione huius quarti ordinis videndum est, quot genera societatum reperiantur. & secundum Petrum de Vbaldis in tractatu de duobus fratribus, in princ. videntur considerari sex genera diuersarum societatum, nempe, vt quædam sit societas, quæ nuncupatur societas vitæ, vt cum duo fratres, vel plures simul ad vnum panem & vnum vinum in eadem domo communiter viuunt de qua Bal. in l. fin. C. de collatio. & in c. si duo fratres vel

vel plures simul ad vnum panem, & vnum vinum in eadem domo communiter viuunt, de qua Bal. in l. si. C. de collatio. & in c. si duo fratres in communi causi post mortem patris remanserint, de duo. fra. de nouo beneficio in uel. in v. feud.

Secunda sit societas rei vnius. l. societas. ff. pro socio. ut cum vnam rem emimus contrahendæ societatis gratia, ut l. cum proponas. C. pro socio. facit l. 2. ff. commu. diu. l. ut sit pro socio actio. l. in actionibus, cum similibus. ff. pro socio. alias si non animo societatis contrahendæ in rem communem incidimus, non est societas, cum communiter etiam citra societatem res agi potest, ut cum non affectu societatis incidimus in rem communem, ut in re duobus legata, vel donata, vel si à duobus res simpliciter empta sit, vel conducta non animo contrahendæ societatis, & sic non futuri socij, ut declarat Vlpia. iure con. d. l. ut sit pro socio, cum duab. sequen. & l. cum duobus, in prin. ff. eodem.

Tertia sit societas alicuius negotiationis, ut cū ad aliquam artem exercendam argentariam mercantiā & similia, d. l. societas contrahitur. l. cum duobus, §. cum duo erant argentarij, ff. pro socio. l. 3. §. de illo, & l. duo societatem contraxerunt. ff. pro socio, & ista societas vnius negotiationis non porrigitur ad aliam negotiationem, ut Bar. & Doc. d. §. cum duo.

Quarta sit societas vectigalis, d. l. societas contrahitur, ut cum à Repub. vectigal emptum est animo societatis contrahendæ. l. adeo. ff. pro socio.

Quinta sit societas vniuersorum, quæ ex quæstu & opera descendit, ut cum simpliciter coita est societas, intelligitur vniuersorum bonorum, quæ ex quæstu & opera descendit, & cum societas simpliciter coita est, nec distinctum fuit, quod genus societatis sit, tunc intelligitur coita societas vniuersorum, §. ex quæstu & opera descendit, id est vniuersorum, quæ ex opera & industria ac diligentia acquiruntur. l. coiri, cum seq. ff. pro socio. de quo per Aym. Crau. conf. 26.

Sexta sit societas vniuersorum, seu omnium bonorum, d. l. societas contrahitur. exemplum cum contracta est societas, ut hæreditates legata donata aut alia quacunque ratione acquisita communicentur, ut l. 3. §. cum specialiter, & l. cum duobus. §. si inter fratres, & §. socium vniuersale, & l. si societatem vniuersorum. ff. pro socio.

2 Alij moderniores tres tantum species societatis numerauerunt, quarum alia dicitur incidens, alia quasi societas, alia contractiua.

3 Alij quatuor species recensere conabantur, alij quinque, alij duas tantum species constituebant. Sed ne repetentes eadem frustra paginas denigrare contingat, videamus quomodo rite, & recte omnes societatum species disponere valeamus.

4 Primo ergo dicas, quod duplex est societas, altera personarum collegiatiua, altera bonorum acquisitiua seu vnitua, ut refert Bal. & Sal. in rub. C. pro so.

Personarum collegiatiua (ut diximus supra) est trium personarum aggregatio, communi consensu, vno nomine ei deputato. Bonorum acquisitiua, seu vnitua est conuentio, duorum vel plurium contracta ob commodiorem vsu & vberiore quæstum, ut etiam diximus supra.

5 Rursus societas personarum collegiatiua alia potest esse spiritualis, alia temporalis, de quibus loquitur Bal. in d. rub. C. pro socio. exemplum de temporalis potest poni in societatibus factis ad tripudiandum & comedendum.

De societate spirituali potest poni exemplum in societate Iesuitarū, Theatinorum, seu Hieronimino rum, quæ societates tempore fere nostro fuerunt constitutæ. Vel potest poni exemplum in societatibus, seu confraternitatibus istis corporis Christi, vel diuæ Mariæ virginis, quæ dicuntur membra ecclesiæ, in qua congregantur, sed non dicuntur personæ ecclesiastica, ut declarat Natta conf. 62. vbi etiam posuit, quæ societas præcedere debeat alteri in processibus, siue rogationibus, & de his etiam per Bal. (ut diximus) in rub. C. pro socio.

6 Ex cuius dictis elicitur, ut istud nomen societatis debeat esse ad bonum finem, qui tripliciter consideratur secundum Bal. at secundum me quadrupliciter primo respectu boni honesti, ut societas iuuantium oppressos pupillos, viduas, & miserabiles personas, secundo boni delectabilis, & potest exemplificari in societatibus, quæ sunt Maceratæ & sollemnitate diui Iuliani Protectoris ciuitatis, vbi post sacra tite peracta per nobiliores iuuenes, sub titulo societatis venatorum publici ludii in gratiam populi exhibentur, eadem quæ societas genialibus diebus, qui proxime sequuntur in choris & conuiujs & nocturnis congregationibus placide trahuntur horæ, publico (ut inter nobiles deest) mulierum seruatore decoro, est que in inclyta ciuitate Venetiartū ad eundem fere finem inita societas (quæ vulgo appellatur *della calza*) & hic animi causa satis dici potest bonus finis. Tertius casus, qui à Baldo omittitur, potest considerari respectu boni honesti, & boni delectabilis si muliuncti, exemplum in societatibus ad ciuiles disciplinas perdiscendas & politicos mores, ut est nostra Académica congregatio Catenatorū Maceratæ, in qua certis constitutis diebus per principem sessiones indicuntur, in quibus & poetices, & rethorices philosophiæ equæstrisq; disciplina dogmata miro ingenij acumine pertractantur ab eisdem Catenatis, quorum studia & lucubrationes in posterum utilitate elaboratas typis partim impressas, partim principibus viris efflagitantibus transmissas, & maiori numero cudendas, non minus læto plausu, quam utilitate incredibili terrarum orbis comprobabit.

Quarta boni vtilis, ut societas vectigalium, & societas emptorum fructuum, & similitum, & in hoc quarto capite re incidit societas bonorum acquisitiua seu vnitua, de qua infra.

7 Quæ societas bonorum acquisitiua, alia est conuentionalis, alia est incidens: conuentionalis est proprie societas, & est illa, quæ ex partium conuentione inita est.

8 Incidens, quam alij improprie societatem, seu quasi societatem vocauerunt, est illa, in quam præter affectionem aliqui inciderunt, ut euenit in re duobus legata, vel si hæreditas, vel donatio nobis si mul obueniat, vel si à duobus res simul empta sit, & ista societas ita inter socios coitur, ut statim ab ea sint recessuri per instantem diuisionem, ut per Bal. in l.

in l. cum proponas. C. pro socio, Bar. in l. 2. C. commu. diu. Alex. conf. 38. nu. 1. lib. 5. Galliaula in l. stipulationes non diuiduntur, num. 25. ff. de ver. obl. Menoch. conf. 46. lib. 1. & de huiusmodi societate loquitur tex. in l. si ut sit, ff. pro socio. cum tribus sequen. & l. si vnius, in prin. ff. de pac. & in d. l. stipulationes, nu. 9. ff. de verb. oblig. Angel. in l. quidam Hiberius, ff. de serui. vrb. præd. & inquit Doctores, quod ideo vocatur ista societas improprie, quia sine contractu societatis oritur. l. ita cum, ff. pro socio. Bar. in l. 2. num. 1. C. pro socio, l. d. l. stipulationes, num. 9. licet ibi Gallia. quem refert Menoch. d. conf. 46. sub nu. 5. teneat contrarium, quod scilicet incidens societas proprie & vera sit societas, quam opinionem sequitur etiam Menoch. d. conf. 46.

9 Pro concordia saluari potest ista opinio Galliaule & Menochii, ut intelligatur quoad actionem, & sic quoad substantiam effectuatam, non quoad originalem & essentiam substantiæ, quia (ut dicunt Doctores) non oritur ex contractu societatis formali, sed quodammodo incidenter, tamen postea sit locus actioni pro socio, ut d. l. cum proponas. C. pro socio. Gallia. d. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obl. quæ differentia videtur colligi ex doctrina Angeli de Perusio, conf. 36. col. 1. vbi enumerat diuersas solemnitates, quæ veniunt ad perfectionem actus, & quod quædam solemnitas requiritur ad actus essentiam, & hæc solemnitas substantiæ appellatur, quoniam his deficientibus non deducitur actus in suam essentiam, nec ei congruit, vel conuenit diffinitio non attributa, vnde emptionis nomen non conuenit, nisi ex vna parte precium, ex alia species locabilis interueniat, de quo trac. emption. & venditionis, col. 3. vltimo ordinis late diximus. quædam autem solemnitas requiruntur ad formam, & hæc appellantur solemnitates formales, quia forma dat esse rei, & appellantur etiam substantiæ, quia eis deficientibus deficit & formatum, quod habet se per modum ab extrâ, de quibus ibi ponit exempla, quæ solemnitates formales, aut requiruntur tempore actus, aut post actum, de quibus ibi exempla ponuntur, & post actum tenet Angelus non posse appellari solemnitates formales, sed solemnitates effectuales, eo quoniam robur actui iam formato & in esse producto tribuit, & sic poterit ista Angeli doctrina applicari casui nostro: quare dicas quod incidens societas stricto sumpto vocabulo est improprie societas, lato autem sumpto vocabulo erit & poterit vocari proprie societas, prout in simili dicunt Doctores de debitoribus in diem, vel sub conditione, an sit proprie debitor, & faciunt istam differentiam an accipiamus debitorem stricto sumpto vocabulo, vel lato, de quo nos late diximus, col. contractus inferipta, in vltimo articulo, & loquuntur Doctores in l. si cer. peta. sed nos de his substantiæ, seu essentialibus siue formalibus sub vnicâ eoluntina semper diximus in genere.

10 Iterum prima diuisio subdistingui potest in quinque species, etenim conuentionalis diuisio, alia est omnium bonorum expressim, alia omnium bonorum simpliciter, alia certæ negotiationis, alia rei particularis, alia vectigalis, nam prima locū habet inter illos,

qui ita conuenerunt, ut sint socii omnium bonorum adiecta hac generali elocutione, omnium bonorum socii erimus, quo casu omnes res, quæ cocentiū sunt, continuo communicantur, licet specialiter traditio sequuta non fuerit, quia tacite interuenisse creditur præter illa, quæ in nominibus consistunt, quæ in suo statu durant, incorporalia enim tradita esse ius fingere non potest, cum hoc sit per naturam impossibile, cuius vestigia lex semper imitatur. l. adoptio. ff. de adopt. & l. 2. ff. de usufructu. ear. rer. quæ vsu consu. stant igitur incorporalia tamquam spiritualia, vcluti sacramentorum participatio, & fidei character, ossibus infixa, ut nunquam separentur, tamen licet non communicentur ipso iure, actiones inuicem sunt standæ, cætera vero, nempe hæreditas, legatum, & donatio, aut quacunque alia ratione acquisita statim communioni applicantur, ut inquit tex. in l. 1. in fi. 2. & 3. §. 1. ff. eodem, pro socio, Ioan. de Amicis, conf. 16. nu. 1. & de ista societate loquitur Cepolla, conf. 29. in ciui.

Itaque si in societate omnium bonorum expressa, fieret aliqua reseruatō non potest esse societas omnium bonorum, nam esset repugnantia quod dicitur vniuersalis societas, & aliquid excipiat, Alex. conf. 154. col. 2. vers. præterea, lib. 2. Anto. de But. conf. 7. Natta conf. 100. nu. 1. & 2. & conf. 264. nu. 20. Bal. conf. 482. lib. 5. l. si conf. 3. col. 3. vers. 7. fuit lib. 3. Ceph. conf. 340. nu. 9. lib. 3. vbi num. 10. dicit oportere quod omnes socii loco vnius habeantur. l. 4. §. si communem, ff. si ni. regund. & in ea comprehenduntur omnia quæ excogitari possunt, Rol. à Valle conf. 54. nu. 51. lib. 3. & de natura ipsius societatis omnium bonorum est, ut omnis fortuna prospera & aduersa communicetur, Bal. in l. si patruus. C. comu. vtriusq. Soc. sen. conf. 4. num. 41. vers. nisi lib. 4. & comprehendit omnes actus quæstuarios siue non quæstuarios, Cro. conf. 40. Rolan. à Valle, conf. 91. num. 25. lib. 1. Natta conf. 100. num. 2. & Cra. conf. 26. num. 8. locus est in societate particulari, in qua veniunt actus quæstuarii liciti, & non alii Bero. conf. 190. num. 13. & 14. lib. 1. vbi declarant, qui dicantur actus quæstuarii, facit conf. Simon. de Pre. 24. num. 10. lib. 1. & de hoc nos infra dicemus.

Ex quibus inferitur quod si vnus ex sociis omnium bonorum dotem lucreret ex pacto, vel alia causa, societati acquiratur. l. quod si eo tempore. ff. pro socio Roma. conf. 306. Alex. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matri. Dec. conf. 68. col. 11. Bero. conf. 190. nu. 8. lib. 1. Rol. à Valle, d. conf. 91. nu. 41.

Inferitur etiam quod si fuerit donatum aliquid alicui ex consociis in dubio censetur donatum causa societatis, & sic societati acquiratur, l. socium, qui in eo. ff. pro socio, quem tex. intelligit Thob. Non. conf. 91. nu. 10. dum ex eo tenet quod socio donum acquiratur non autem societati, quia donans volebat acquiri socio donatario, non autem societati, ergo secundum Thob. Non. quando sumus in dubio societati, non autem socio tantum acquiratur donatio & idem de legato quod acquiratur societati voluit Bero. conf. 109. num. 9. lib. 1. si autem intuita socii ipsi tantum socio acquiratur, & ita est intelligendus Simon. de Præ. conf. 24. nu. 23. & Alex. ab eo alleg. conf.

conf. 137. prope finem, lib. 7.  
Inferitur quoque quod in dicta generali societate intelliguntur comprehensa non solum presentia, sed etiam futura l. si societatem vniuersorum & l. si quis societatem. ff. pro socio Rom. conf. 106. nu. 2.

Item inferitur quod legata, & hereditates, & quæcunque & vndeunque quesita debeant communicari alijs consocijs, vt voluit Menoch. conf. 12. nu. 18. lib. 1. Rolan. à Valle conf. 91. nu. 37. lib. 1. Crau. conf. 7. nu. 8. & hoc in tantum est verum quod debeant communicari etiam si ex testamento deferantur illi qui omnino erat ab intestato successurus, ita post Bar. Petr. de Bellaperti. Cy. Alber. & Alex. refert in se habere commu. opinio. las. in l. hæc verba, numero 52. & sequenti, de leg. primo, Bero. d. conf. 190. num. 9. lib. 1.

Item inferitur quod licet male acquisita non veniant communicanda in generali societate, vt dicit Roma. conf. 106. Cagno. in l. alterius. circumuentio, nu. 3. ff. de reg. iur. Capi. deci. 180. nu. 10. si tamen fuerint communicata non possunt repeti. l. quod est furti causa, in fine. ff. pro socio, & Capi. d. loco ponit exemplum de male acquisitis ex vfuris & derogationibus, quæ non veniunt communicanda, Ang. conf. 80. Prati. Papiæ. in formalib. in caus. societa. nu. 5.

Item inferitur quod si socius consequatur pœnam iniuriæ tenetur illam pœnam cõmunicare societati, l. cum duobus. §. socium vniuersa. ff. pro soc. Plot. de in litem iuran. §. 41. numero 8. vers. item socius, & numero 11. Pratica Papien. in forma libelli in causa societatis. §. societatem, sub numero 4. vers. si tamen socius.

Item inferitur quod si vnus socius omnium bonorum inuenierit tesaurum, tenetur illud communicare cum alijs socijs, Petr. de Vbal. trac. de duo. fra. par. 5. numero 9.

Item inferitur quod socius omnium bonorum tenetur etiam communicare stipendia publica, quæ vnus socius percipit, atque ideo vnus ex socijs Doctor salarium quod habet, ex publico ex causa lucrativa, vel alio modo tenetur communicare. l. cum duobus. §. item fratres. ff. pro soc. Ang. Are. in §. manet. nu. 6. Inst. de societa.

Inferitur etiam secundum Doctores quod immunitas concessa Doctoribus, censetur etiam concessa socijs omnium bonorum ipsorum Doctorum, vel ipsius Doc. glo. in l. 1. C. de mune. & hono. non continuan. lib. 10. addit. Bal. ad Spe. in tit. de magistra. in fine, Natta in puncto, conf. 65. num. 2. vbi las. Marfi. Georg. Natta, Hieroni. Torti, And. Sicu. & Bal. allegat, vide Tiraquellum de retrac. lignag. §. 6. glof. 1. numero 34. vbi dicit prædicta procedere nisi constet de fraude.

Item inferitur secundum Areti. in d. §. manet, in vers. in tantum, illud quod vnus ex socijs fuerit lucrativus, vel ex pacto, vel statuto vel ex dote vxoris præ mortuæ cogitur fratribus & socijs communicare, si autem esset vxor viua secundum cum facta diuisione societatis. debet in solidum dos restitui ipsi mulieri, & sic in fauorem mariti, vt sic substinere possit onera matrimonii per l. actione. §. si. ff. pro soc.

Inferitur vltimo quod si vnus socius omnium bonorum

emittit aliquid communium nomine, & sui iuris, pro in diuiso omnibus acquiratur absque eo quod alijs consocijs aliquam partem pecuniarum contribuere teneatur, Burf. post alios conf. 118. in prin. lib. 1. Menoch. conf. 122. nu. 20. ver. 20. casu. lib. 1. cum enim omnia sint communia inter socios omnium bonorum, necesse est quod pecunia sit communis, & ibi Burf. nu. 4. & sequentiæ etiam conf. subsequen. inquit, nullam requirit ratificationem huiusmodi emptionis, & multis rationibus & fundamentis ostendit d. ratificationem præsumi etiam in absente.

Quando autem non essemus in socijs omnium bonorum, sed in socijs particularibus, vel in alijs emittentibus nomine communi & exbutantibus simpliciter pecunias absque eo quod fuerit dictum de pecunijs communibus, vel proprijs, & isto casu talis, qui voluerit habere partem rei emptæ debet ante omnia retribuire ementem de pecunia per eum exbutantem ei tangente pro eius rata, cum pecunia illæ præsumantur soluentis & non communes, licet in instrumento nihil fuerit dictum l. magis puto. ff. de solutio. Bar. in term. in l. 2. in fine. C. pro soc. & est communis opinio Cor. conf. 79. nu. 12. lib. 1. & in alijs conf. liis allegatis per Fran. Bec. conf. 113. num. 27. lib. 1. Mando. ad conf. Rom. conf. 274. Rim. sen. conf. 137. nu. 2. Alex. conf. 134. num. 3. lib. 5. & conf. 77. col. 2. lib. 6. Craue. conf. 129. nu. 2. & conf. 244. col. 3. Dec. conf. 55. nu. 2. & 3. Soc. iun. conf. 24. lib. 2. Soc. sen. conf. 92. col. antep. vers. circa secundum, lib. 1. Menoc. conf. 12. nu. 20. lib. 1. Ceph. conf. 85. nu. 10. 11. & 12. lib. 1. Dec. in l. si donatio, nu. 38. & in l. illud. C. de colla. Boer. decif. 214. in prin. Tiraq. de retrac. par. 2. in fine, nu. 88. Bero. quæst. fam. 46. vers. 3. Ancha. q. 74. per totam, Natta, conf. 94. num. 10. Fran. Bec. d. conf. 113. numero 27. & 29. lib. 1. Alex. qui de magis communi attestatur, conf. 134. col. 1. lib. 4. & col. 77. col. 1. lib. 7. quem sequitur Rol. à Valle conf. 4. nu. 6. in fine, lib. 2. & Bec. d. conf. 113. nu. 38. vbi hoc ampliat procedere, licet sit alterius administrator per l. si defunctus. Carbitri. tute. & idem voluit post multos Cepha. d. conf. 85. & Menoc. d. conf. 12.

Contrarium videtur voluisse Natta sibi contrarius in conf. 358. nu. 9. & 10. & conf. 100. num. 15. Dec. conf. 255. nu. 3. sed prædicta opinio est magis communis, quod non negat ipse Natta.

Pro concordia possimus dicere quod prima opinio communis vera est regulariter. Altera autem contraria opinio potest, & debet procedere quando ex coniecturis & præsumptionibus appareret pecunias fuisse communes, & non soluentis, quas coniecturas post alios, ponit Crau. conf. 129. num. 3. & sequen. & conf. 191. nu. 8. & colligitur ex dictis Alex. d. conf. 78. in fi. lib. 2. Anch. conf. 149. in fi. exempli gratia si frater qui emit nomine suo & fratrum nihil haberet in bonis nisi bona communia, quæ vix sufficerent ad victum, neque esset artifex Doctor, vel alias industrius, adeo quod pecunias illas verifimiliter superlucraripotuisse ita saluari debet & pōt Natta, d. col. 358.

Possit etiam saluari opinio ista contra communem quod pecuniae præsumantur soluentis quando quis vt administrator vniuersitatis emeret aliquid simpliciter pro dicta vniuersitate, quoniam tunc præsumitur

sumitur emisse de pecunijs vniuersitatis. l. si vt proponis. C. de rei vend. l. 2. C. quan. ex fac. tuto. l. curator. Carbi. tute. Fabian. de Monte tracta. de emptio. & venditio. quæstio. vlti. nume. 1. Alcia. respon. 495. nume. 8. vers. 2. & Socin. tracta. fallen. regu. 343. fallen. 2. Menochi. conf. 80. nu. 2. lib. 1. Quod procedit absque aliquibus coniecturis, sed existentibus coniecturis hoc procedere potest in quolibet alio administrante negotia aliena ad hoc vt dicatur soluisse de pecunijs alienis & non proprijs. ita Craue. d. conf. 129. nu. 2. & sequen.

Et idem esset dicendum in tutore emente simpliciter nomine pupilli, quia præsumitur emere de pecunijs pupilli, Alex. conf. 108. nu. 10. lib. 1. Caualecan. tract. de tuto. & curat. nu. 243. ideo semper est bonum protestari ementi quod dicat emere de pecunijs proprijs.

Et sic ex prædictis habetur, quod omne lucrum & commodum vndeunque proueniens societati omnium bonorum acquiratur. l. cum duobus. §. 1. ff. pro socio.

Sed quæro quid dicendum sit de damno, dic pariter, quod in societate omnium bonorum omne damnum & omnis impensa regulariter communicari debet. l. cum duobus. §. per contrarium. ff. pro soc. Rolan. à Valle conf. 91. nu. 33. lib. 1. Thobi. Noni. conf. 64. nu. 8. & alij, & adeo est verum, quod in societate bonorum omnia commoda, & incommoda debeant esse communia societati, quod pactum in contrarium factum non valeret secundum communem opinionem, de qua per Craue. conf. 245. nu. 5. Decia. conf. 51. nume. 44. lib. 3. vbi dicit quod socius primi legati gaudet eodem priuilegio quoad bona societatis, quo gaudet ille priuilegiatus.

Quare inferitur, quod quidquid vnus ex socijs impendit in fauorem liberorum suorum imputatur societati. l. si societatem vniuersorum. §. idem maxime. ff. pro socio, Rolan. à Valle d. conf. 91. nume. 34. Thobi. Noni. conf. 64. nume. 3. itaque si vnus ex socijs omnium bonorum habeat filios, vel aliam familiam, hæc familia de communi alenda est, Bal. in apost. ad l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio. Rolan. à Valle d. conf. 91. numero 43. & sequen. Thob. Noni. d. conf. 64. nume. 5. vers. sed si socius. Petrus de Vbaldis trac. de duo. fratri. in 18. q. 8. par. Similiter si vnus ex socijs omnium bonorum habeat filios & in honorem filiorum vnus ex socijs fuerit aliquid erogatum, puta in Doctoratu, militia, vel in nuptijs filij, vel filia, impensæ istæ erunt communes toti societati omnium bonorum, Petrus de Vbaldis d. trac. par. 6. nume. 8. vers. 7. quæro, Bero. conf. 190. nume. 5. & 27. lib. primo. & quod si vnus ex socijs omnium bonorum est in studio alij socij teneantur subministrare expensas sumptibus societatis, & pariter emere libros, qui tamen libri communicantur cum alijs fratribus, tenet Soci. sen. conf. 4. nu. 34. & 35. lib. 4. & Petrus de Vbal. d. trac. de duo. fratri. in 6. par. nu. 20. ibi inquit etiam quod si monachus promoueat in vita patris & fiant expensæ illæ expensæ debent esse communes, d. loco, num. 9. ver. octauo quæro.

Item inferitur quod filia vnus ex socijs omnium bonorum sit dotanda de bonis communibus aliorum consociorum secundum vnam op. quæ videtur esse magis cõs secundum Rol. à Valle conf. 91. nu. 33. lib. 1. licet alia opinio contraria olim esset magis cõs, de qua dicemus inf. in 4. col. vlt. ord. ibi cõcordabimus opin. pluribus modis & plene trademus, ibi videas.

Inferitur quoque quod etiam elemosinæ, & alia impensæ, quæ fierent ob cõem vtilitatem societati sunt imputandæ, Petr. de Vbal. d. loco nu. 7. vers. 7. quæro, ver. 2. & 3. casu. & sic si vnus ex socijs vouerit ire Romam, vel ad Diuum Iacobum pro sananda eius infirmitate, debet ire sumptibus societatis nõ suis, ita Petr. de Vbal. in d. 6. par. vers. 5. & sciendum est quoque quod expensæ factæ ab vno socio omnium bonorum infirmo debent esse communes societati, Petr. de Vbal. d. loco nu. 12. vers. 11. quæro. & successiue imputantur societati impensæ funeris factæ pro altero ex socijs omnium bonorum, & omnes aliæ expensæ, quæ excogitari possent rationibus prædictis dummodo quis non sit in dolo & culpa, quod nota.

Petr. de Vbal. d. trac. de duo. fratr. q. 6. nu. 22. Quare damnum in quod incidit vnus ex socijs omnium bonorum sine sui culpa debet societati imputari, Soci. sen. post Cast. cõf. 4. nu. 37. lib. 4. fecus si socius omnium bonorum fuisset condemnatus de maleficio ob sui culpam. Bal. in l. cum duobus. §. per contrarium. ff. pro soc. Alex. conf. 99. circa finem, li. 2. Natta cõf. 260. nu. 1. & hinc dicunt Doctores quod si vnus ex socijs omnium bonorum incidit in latrones, alius participare debet de damno. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro soc. vbi habetur quod si vnus ex socijs incidat in latrones, à quibus se redimere coactus est damnum erit commune. d. §. sagariam, nam officium suum nemini debet esse damnosum. l. si seruus cõs. §. quod verò. ff. de fur. nisi culpa sit socij, vt inquit Petr. de Vbal. d. trac. par. 8. nu. 8. vbi inquit, quod si socius, qui portabat salmas societatis nõ fecit iter solitum causa fraudandi vestigal periculum erit suum & est ratio ob eius culpam. Onus autem probandi casum fortuitum spectat ad ipsum socium cum teneatur ad custodiam. l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro soc. Natta. conf. 361. nu. 4. & 5. & nu. 6. plus dicit quod qui tenetur ad custodiam ratione publici officij, vel priuati officij, non satis est si ostendat interitum rei, nisi etiam ostendat interijisse casu fortuito, alias præsumptio est contra eos, & qui allegat casum fortuitum debet illud probare, Petr. de Vbal. d. trac. de duo. fratri. par. 8. nu. 14. Contrarium tamen tenuit consulendo Roma. in conf. 172. nu. 1. quod immò socius non teneatur emendare damnum obuentum consocio à latronibus, tamen prædicta prima opinio est cõs. Quod socius teneatur emendare p. eius rata danti obuenti alteri cõsocio cã latronum dummodo nõ petijset locum suspectum, & dummodo proficiscatur pro cõi negotio. l. si ut certo. §. interdum. ff. cõmoda. Alex. conf. 99. in fi. li. 2. Petr. de Vbal. d. trac. de duo. fra. par. 8. nu. 6. Natta cõf. 248. nu. 1. vbi dicit sufficere socio probare dictum locum verifimiliter esse tutum, si tñ metu hostium hoc fecisset excusari. Petr. de Vbal. d. loco. & hoc de 1. de 2. vide Anc. cõf. 103.

Vnde pro conciliatione, & concordia consilium Romani supracitatum 172. intelligendum est secundum vnam ex supradictis rationibus, vel quando socius fuit damnatus ob proprium maleficiam, Petrus de Vbaldis dic. tracta. de duobus fratribus, parte octava, numero octavo, in fine. Ie. cum duobus. §. per contrarium. ff. pro socio. Natta consilio ducentesimo sexagesimo, numero primo, & consilio trecentesimo sexagesimo primo, numero tertio, Angelus Aretinus, in §. manet, in fine, Institutio. de societa. Bero. consilio centesimo nonagesimo, numero vigesimo quarto, libro primo. Alias regulariter socius tenetur emendare pro eius rata, damnum, ampliatur hoc procedere non solum in socio omnium bonorum, sed etiam in omni socio particulari, dummodo incursum latronum acculerit, dum proficisceretur pro negotio, & causa societatis, & per loca tuta. ita videntur probare supra dictae leges.

Item infertur generaliter, quod omnia damna societatis sunt communia prout debita, decoctiones debitorum, & si vnus est carceratus, sumptus de communi solui debent, & quod vnus soluit recuperat ab alio, Petrus de Vbaldis, dic. tracta. octava parte, numero decimo, & mora vnus ex socijs nocet alteri, sicut & culpa Bero. consil. 120. num. 10. lib. 1.

Vnde absque culpa socij fuerit factum sequentium alteri socio, forsitan, quia erat in mora solvendi, & fuit retardatus, damnum erit commune secus si cum culpa socij id euenerit, quia damnum erit illius socij tantum, Petrus de Vbaldis dic. tracta. 8. parte, numero septimo, Bero. consilio 190. nu. 3. lib. 1.

Et demum sciendum est, quod Alexand. & Socin. voluerunt, quod socius teneatur ad omnia debita facta per alterum socium quando fuerunt facta ex causa societatis, & communi utilitate, & debita essent necessaria. ita post Alexandram, & Socinum, voluit etiam Crauc. consilio centesimo quinquagesimo nono, numero 8. sed haec procedunt de plano etiam in societate particulari, in societate tamen vniuersali praesupponit Crauetta, quod alter socius teneatur etiam non adhibitis tot considerationibus, dummodo dicta debita fuerint facta bonafide, non tamen alius socius tenetur nisi pro parte sua, quam habet in societate, Rimi. iuni. consil. 52.

Secundo casu societas omnium bonorum simpliciter contrahitur, quod indefinitum tantum dicitur, erimus socij, quo casu ita coita esse videtur societas, vt tantum ex quaestu prouenientia communicentur, veluti si lucrum aliquod ex emptio, ne, vel locatione descenderet, l. coiri. ff. eodem, Ioann. de Ami. dicto consilio 16. numero secundo. Quaestus enim intelligitur, qui ex opera cuiusque descendit, l. quaestus. ff. eodem. Haereditas autem vel legatum, aut donatio mortis causa, vel inter vivos non communicatur, quia ob meritum potius accedunt, quam ob quaestum, & quia plerumque, vel a parente, vel a liberto quasi debita nobis haereditas obuenit. Similiter nec es alienum commu-

nicatur nisi, quod ex quaestu pendeat, & licet dictum sit, quaerit, & lucri socij erimus, verum erit non ad aliud lucrum, quam quod ex quaestu descendit, hanc adiectionem pertinere. l. nec adiecit, vsque ad l. si conuenerit. ff. pro soc.

Tertio societas certae negotiationis est veluti vini emendi, & vendendi. §. primo, Institutio. eodem, in qua illud tantum sit commune, quod ex negotiatione descendit.

Quarto rei particularis est societas, veluti equi emendi, & vendendi, aut priuati praedij conducendi, in qua similiter tantum eam rem respicientia communicantur. lege, societas. ff. pro socio.

Quinto est societas vectigalis, d. l. societas, de qua etiam supra diximus.

11 Omnium autem praedictarum societatum, alia potest esse licita & honesta, alia illicita & inhonesta, de quibus loquitur Vlpian. in l. nec praetermittendum. ff. eod.

Licita est illa, quae a iure hominibus permittitur, & cadit super re licita, exemplum vt diximus, superius, vel respectu boni honesti delectabilis, vel vitilis, & ad hoc vt societas sit licita, oportet quod damna & lucra sint communia, prout consuluit Abbas consilio 77. volum. 1. & nos dicemus infra, in vltimo ordine.

Illicita, & inhonesta societas erit illa, quae a iure reprobat, vt per totum titulum de colleg. illiciti, & exemplum potest poni in societate praedonum. d. l. nec praetermittendum, ff. pro socio. vbi si societas maleficij coita sit, nulla est societas, quoniam rerum inhonestarum nulla est societas, de quo consuluit Marcus Angelell. de Perusio, consilio trigesimo nono, inter consil. crimina. & nos infra in vltimo ordine dicemus.

12 An autem socius criminis probet contra socium vide Francisc. Bursatt. consilio centesimo nonagesimo secundo, volum. secundum. Petrum Calephatum consilio nonagesimo tertio, in secundo volum. consil. crimina. & Ioann. Baptist. Plot. in consilio 131. column. 1. vol. 7. in caus. crimini. vbi tenent, quod non, & communem opinionem esse asserunt, per text. in l. fisa. C. de accus. & l. quoniam libere. C. de testi. c. veniens, il primo, de testi. ca. 1. de confess. c. nemini. 15. quaestio. tertia, Crotus tracta. de testi. in tertia parte principa. numero 94. Roland. consil. 3. volum. 3. in num. 31.

Limita tamen in assassinio, quod declara, vt per Angel. tracta. maleficiorum, in verbo, Sempronium mandatorem.

Limita secundo quando crimen per alios probari non potest, ca. fina. de testi. cogen. Bombinus in fi. consil. in 1. dubio Aretin. consil. 61. ad fin. quod declara, vt per Ludouic. Catum consilio 99. numero 25. in 1. vol. consil. crimini. & Gramma. consilio 59. Marfil. consil. 102.

Limita tertio in crimine laesae maiestatis, quod intellige & declara prout facit Hierony. Gigans in tractatu de crimine laesae maiestatis. libro 2. titulo, quomodo & per quos crimen laesae maiestatis probetur, q. septi-

septima. vide Alberi. in lege, famosi. ff. ad leg. Iulii maiest. Salicet. in dicta lege, quoniam libera.

Restringe dictas limitationes & declara, nisi socius criminis sit periuus, hinc dicebat Alc. tract. de praesump. in 2. reg. princ. praesu. 10. num. 3. quod licet in casibus aliquibus socius criminis faciat indicium ad inquisitionem formandam, tamen hoc non admitti in periuus, de quo late per Crauc. consil. 6. vol. 1. Rolan. consil. 73. nu. 6. vol. 1. & consil. 16. Ruyn. consil. 7. vol. 5. Cepha. consil. 240. lib. 2. nu. 29. Kircho. de communi. Centu. 4. concl. 39.

13 Praeterea datur alia diuisio societatis, scilicet, vt altera sit societas expressa, altera tacita, nam expressa societas contrahitur cum verbis interueniente stipulatione, vel pacto. l. societatem coire, in glo. ff. pro socio. l. duo societatem, ff. eodem, Socin. sen. consil. 4. col. 1. vol. 4. Ruyn. consil. 92. in prin. vol. 1. Rolan. a Valle consil. 91. nu. 24. vol. 1. Ioan. de Ami. consil. 62. col. 1. & in d. societate veniunt omnia vnde cunque quaesita. l. 3. §. cum specialiter. ff. pro socio. l. cum duobus. §. socium. l. societatem vniuersorum, eod. titu. Socin. d. consil. 4. Dec. consil. 628. nu. 3.

Tacite contrahitur societas per consensum factis declaratum. l. 4. ff. pro socio. exemplum, quando duo fratres in communi haereditate remanserunt communiter fructus omnes in communi ponentes, ac quaestus, & lucra simul participant, & rebus emptis communiter vti sunt, vt per Angel. consil. 112. Bal. consil. 19. vol. 1. vbi inquit, quod societas consensu etiam tacito contrahitur, qui tacitus consensus percipitur & praesumitur ex actibus consonantibus societati, vt quia simul habitauerunt, quaestus & lucra simul participant, damna communiter tollerant, & sunt habiles ad societatem contrahendam: tunc enim clarum est, quod actiue, & passiuè sunt socij, Bal. consil. 452. vol. 3. Iaf. consil. 2. vol. 3. colu. 5. & consil. 3. concl. 3. eod. vol. Dec. consil. 66. 68. 228. & 304. Ancha. consil. 32. & 148. & 302. Abbas consil. 87. vol. 2. Crauetta consil. 131. nu. 12. & 159. nu. 1. Cepha. consil. 247. & nos infra alias dicemus.

14 Et licet aliqui velint, vt sit differentia inter societatem tacitam & expressam, nempe vt in expressa veniant omnia vnde cunque quaesita, in tacita solum, quae proueniunt ex quaestu, l. coiri, cum lege sequen. ff. pro socio. gl. in l. cum duobus, §. socium, eod. titu. Alexan. consil. 47. column. 2. volum. 2. & consil. 76. volum. 4. ibi additio. in verbo, expressae. tamen dicta differentia non videtur vera ex mente multorum Doctorum, & ratio est ea, quia societas solo consensu contrahitur, Institutio. de obliga. ex consen. & diximus supra in princ. & talis consensus declarat ex actibus promiscuis, qui citra ius & nomen societatis tacite fieri non possunt, vt per Barto. in l. Titium, §. altero. ff. de administr. tuto. & in l. si patruus. C. commun. vtrius iudi. Dec. consil. 66. & consil. 68. column. 4. & 304. column. fina. & consil. 228. & 548. column. secunda, vbi hanc esse communem opinionem attestatur, vt inter societatem expressam, & tacitam, data paritate terminorum, non sit differentia, vt etiam per Crauetta. consil. 26. num. 5. Ruyn. consil. 104. volum. 1. quos refert & sequitur Ro-

land. a Valle d. consil. 91. nu. 29. vol. 1. & de communi attestatur Lauren. Kircho. in recollet. commun. opinio. Centu. 4. concl. 41. in verbo, societas. Hippol. Rimi. consil. 366. nu. 36. vol. 4.

16 Quin etiam potest addi alia diuisio societatis, nempe vt altera sit societas necessitatis, seu necessaria, altera voluntatis, seu libera. societas necessitatis est illa, a qua non potest libere recedi, sicut est societas vectigalis, in qua agitur de praesudicio fisci, ideo non potest recedi. societas voluntatis siue libera est illa, a qua potest recedi, de quibus diximus aliquid supra hoc eodem ordine diuisio: dum de societate incidenti loquuti fuimus, & infra alias dicemus.

17 Et pro complemento diuisionis dic, quod societates praedictae possunt coiri quatuor modis, scilicet in perpetuum, id est dum viuunt. l. 1. ff. pro socio. na ibi dictio, in perpetuum, accipitur ad vitam, prout declarat Rolan. a Valle consil. 84. nu. 11. vol. 1. non autem in aeternum, quia non valeret societas. l. nulla. ff. eod. alias accipitur dictio in perpetuum, varijs modis, prout declarat glo. d. l. 1. ibi sex enumerat modos.

Aliquando possunt coiri societates ad tempus, id est per tres, vel quatuor annos, vel decem, vt inquit Bal. in d. l. 1. quod si aliquid coeditur in emphiteusim alicui ad tempus. nec determinatur quantitas temporis, appellatione temporis indefinite prolata, intelligitur decennium. l. sine praesinito. ff. de pignis. & an ante tempus finitum possit societas renunciari, dicemus infra in fine septimae columnae vltimi ordinis: Hoc tamen notandum, quod si societas contra tracta est ad certum tempus, & datus est fideiussor, demum post tempus renouata est societas, fideiussor non tenetur de gestis post renunciationem. l. si cum Hermes. C. loca. ibi Bal. & Petrus de Vbal. trac. de duo. fratri. in fine, in secundo quaesito.

Interdum societates coeuntur ex tempore, vel sub conditione, vt inquit Iurconful. in d. l. 1. ex tempore hoc est, vt incipiat post Calendas Maij, argum. tex. in l. obligationum fere. ff. de actio. & obligatio. & ibi glof.

Interdu erit societas sub conditione, vt i. l. de societate. C. p. socio. vbi decisum fuit p Imperatoris, societatem non solum pure contrahi posse, sed etiam sub conditione. pure contrahitur societas regulariter nulla adiecta conditione, sed simpliciter: sub conditione autem adiecta conditione, & potest exemplificari, vt in tex. in l. si coita sit societas. ff. pro socio. vbi plures coitraxerunt societatem pro illis partibus, quas Titius declarabit: ista enim est societas sub conditione, & si Titius moriatur antequam declaret, societas est nulla, de quo etiam per Iaf. in l. Stichum, nu. 10. ff. de leg. 1. Vel potest exemplificari, prout in l. de societate. C. pro socio. vbi dubitabatur, an societas posset contrahi sub conditione, si ille Consul fuerit, & dicitur ibi quod sic, de quo vide ibi Bald.

DE PERSONIS  
quæ societatem contrahere possunt,  
vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Societas potest contrahi, & potest cadere inter coniunctos & extraneos.
- 2 An societas possit contrahi cum incerta persona.
- 3 Societas non transit ad hæredes, limitatur in societate publica.
- 4 An societas possit contrahi cum procuratore.
- 5 An filius possit societatem contrahere.
- 6 An pupillus possit societatem contrahere. Pupillus maior factus ad sui utilitatem potest confirmare societatem, licet minus legitimam.
- 7 Inter fratres vivente patre in cuius sunt potestate non contrahitur societas.
- 8 Si pupillus habet unicum tutorem non præsumitur inter eos societas.
- 9 Inter tutorem & pupillum, quando est solus tutor, non fit societas.
- 10 An societas possit contrahi cum mulieribus.
- 11 Potest contrahi societas inter virum, & uxorem.
- 12 Non est vera simpliciter regula, quod quicquid acquirit mulier, acquirit viro.
- 13 Secundum aliquos censetur contracta societas inter virum, & uxorem, solum dato ipso matrimonio, in bonis acquirendis.
- 14 Tacite videtur stare societas inter virum, & uxorem, secundum Pet. Gevard. ibidem, concordantur opinioni. contraria.
- 15 An inter patrem, & filium possit contrahi.
- 16 Quando est contracta societas inter patrem, & filium, & alium tertium, an divisio debeat fieri in tres, vel in duas partes.
- 17 Inter patrum & nepotem poterit ne contrahi societas, vivente patre.
- 18 Si sunt duo fratres, qui habitant seorsum & negotiantur simul viro patre & lucra communiter, an dicantur socii.
- 19 An presumatur societas inter duos fratres, si unus est pupillus.
- 20 An societas possit contrahi cum clericis. Si frater qui erat Abbas, vel monachus, promotus fuit ad dignitatem, an alius pater debeat contribuere ad expensas.
- 21 An societas possit contrahi cum Iudeis.
- 22 Immunitas concessa hominibus certi loci extenditur ad Iudeos.
- 23 An sit licitum contrahere societatem cum Saracenis, hereticis, & hostibus.
- 24 An sit licitum contrahere societatem cum excommunicato.

**V**enio ad ultimum ordinem, & capio primam columnam, quæ est inscripta de personis, quæ possunt contrahere societatem, seu inter quos societas cadere possit. & pro eius declaratione dicendum est, quod societas potest contrahi & cadere tam inter cõiunctos, quàm extraneos, & inter omnes illas personas, quæ possunt se obligare, potest cadere societas, de quibus multos casus habes

in tracta. de emptio. & venditio. col. i. vlt. ordi. & tracta. de pign. & de mutuo, & alijs in locis. Sed ne res exemplis egeat, videamus de nonnullis personis, & casibus magis dubitabilibus.

2 Et primo quæro, an societas possit contrahi cum incerta persona. & resolutiùe dicendum est, quod non, quia natura societatis est, vt cum certa persona contrahatur. §. soluitur, Instit. de societa. hinc est, quod societas non transit ad hæredes, quia cum societas contrahatur solo consensu tacito, vel expresso persona incerta non potest consentire, nec expressè nec tacite, Bal. & alij, in l. adco. ff. pro socio. Cur. sen. consi. 52. nume. 6. Barto. in l. Titium. §. altero. versi. quæro, an societas. ff. de adm. tuto.

3 Limita tamen supradictam doctrinam in societate publica, quæ transire potest ad hæredes ex conventionione, quia tunc certus hæres nominari non debet prout declarat Natta in authen. inter liberos. nu. 71. C. de test. & Rub. Alex. in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nunti. & admodum excellens atque eruditus. Baptista de Hierony. in consil. incipiente, de duobus, impresso hic in fine trac. nu. 37.

4 Secundo quæro, an societas possit contrahi cum procuratore alicuius. & dicendum, quod sic, & ex eius cõtractu utilis datur actio, sicut aliàs dat actio ex contractu cum procuratore actio, de quo in l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. emp. & nos supra diximus, tracta. de emptio. & vendi. col. i. vlt. ordi. & dicemus infra sequenti trac.

5 Tertio quæro, an filiusfam. possit societatem contrahere. dic quod sic, rex. est in l. si id, quod. §. si filiusfam. ff. pro socio. & l. prætor. §. sed & si filiusfam. ff. de eden. vbi in specie inquit text. quod argentariam exercere potest, & per consequens potest obligari. l. filiusfam. ff. de actio. & obligatio. declarat Decian. consi. 11. nume. 2. vol. 1. Sed ego intelligo, vt possit contrahere nomine suo, si habet peculium, aliàs censetur nomine patris, nisi pater expressè consensisset renunciando lucro, idem Decian. consi. 36. vol. 1. nu. 7.

6 Quarto quæro, an pupillus possit societatem contrahere. & dicendum est, quod non potest, neque expressè, neque tacite se obligare, quemadmodum nõ potest se obligare in alijs contractibus sine tutoris autoritate. l. obligari. ff. de author. tuto. l. vt in conductionibus. ff. pro socio. Petr. de Vbald. tracta. de duo. fratri. parte tertia principi. colum. 1. Bald. pariter tracta. de duo. fratri. nu. 17. Corne. consil. 1. vol. 1. vbi dat nouum intellectum ad l. vt in conductionibus. sub nu. 8. Dec. consi. 11. & 213. Cæpolla consi. cini. 30. nu. 1. Cephal. consi. 247. vol. 2. nu. 19. Parif. consi. 84. vol. 1. vbi plures refert Doctores, Ioan. de Amicis consi. 16. nu. 10. Capra consi. 17. nu. 3. & sequen. Decia. consi. 36. num. 16. vol. 1. Martians. consi. 15. num. 54. Bene verum est, quod si aliquid secum iam communicatum est, vel communi nomine factum potest ipse pupillus ratum habere cum pupillarem ætatem excelescit, si fuit viriliter gestum, vt pulchrè voluit Alexand. consi. 49. vol. 1. Ripa respon. 1. titu. de confes.

Limita tamen in casu, in quo consuluit Aymon, Crauett. consi. 286. nu. 2. videlicet quando pupillus maior

maior factus vellet confirmare societatem ad sui utilitatem, licet minus legitime gestam, quia potest pupillus confirmare, sed non ipse tutor, vide Ripam d. respon. 1. & Bal. tracta. de duo. fratri. Decif. Pedemon. 150. sub nu. 2. & Petrum de Vbal. trac. de duo. fratri. in tertia par. princip. vbi etiam inquit, quod inter fratres, qui vivente patre, in cuius sunt potestate, simul habitant, non contrahitur societas, secus si seorsum habitauerint, & simul negotiantur, quia tunc contrahetur, quod declara, prout voluit Decianus consi. 36. sub nu. 6. quando pater expressè consensisset, quod sibi nihil comunicaretur, quod nota, quia est noua declaratio, vel saltem quando ipsi fratres habebant peculium.

7 Quinto quæro, quid si pupillus habet unicum tutorem, qui tutor aliunde esset pupilli socius, puta patruus pupilli, præsumeturne inter eos contracta societas? dic quod non, quia comunicaret tutor si bimet, cum solus administrabat, quod esse non potest c. fi. de institu. Pet. de Vbal. d. trac. in 2. quæst. columna prima.

8 Ex quo inferitur, quod inter tutorem & pupillu, quando est solus tutor, non potest contrahi societas secus esset, si ille frater maior, qui post mortem patris habitat cum procuratore actio, non esset solus tutor pupilli, sed vna cum alio contutore, qui comunicat illi fratri maiori & ei similiter comunicatur, de quo per Petr. de Vbal. d. tracta. de duo. fratri. in d. tertia par. Bal. consil. 109. vol. 2. & in l. mandatum. C. manda. & tracta. addito ad Barto. de duobus fratribus.

9 Sexto quæro, an societas possit contrahi cum mulieribus? & dicendum est, quod sic. l. alimenta. §. fin. ff. de alimen. & cibari. lega. Petr. de Vbald. tracta. de duo. fratri. in tertia par. prin. nu. 37. vbi inferit ad questionem fratrum simul habitantium, & simul oia faciunt, sicut faciunt mulieres rusticæ aliquæ, q̄ ligonizant interdum, & omnia faciunt, vt masculi, vt inter talem mulierem & fratrem intelligatur tacite societas contracta, sicut inter fratres masculos, secundum Imo. in l. rei iudicatæ, §. locero. ff. sol. mat. additio ad Alex. in consi. 54. vol. 2. littera A.

10 Quinimo poterit contrahi societas inter virum, & uxorem, prout inquit Faber in auth. de donatio. de secun. nup. post Cynum in l. cunctos populos. C. de summa trini, quos refert Celsus Hugo. consi. 67. num. 6. vbi inquit huiusmodi societatem, quæ contrahitur inter virum, & uxorem tacite, non minus esse priuilegiatam quàm alia quæuis expressa inter alios contracta Bal. in l. rei iudicatæ, §. locero quoque. ff. soluto matrimo. idem Bald. in l. uxorem. C. de condi. inser. Alexand. consil. 87. volum. 5. & secundum Petrum Gerardum sing. 99. poterit contrahi societas inter virum, & uxorem per d. l. rei iudicatæ. §. si mulier. & intelligit siue omnium bonorum vt in l. alimenta. §. fina. ff. de alimen. & cibari. lega. siue lucri & quæstus. l. cum hic. status. §. si inter. ff. de donatio. inter virum, & uxorem. & quotidie hoc posse contingere attestatur, nempe quando vir facit hospitium, vel tabernâ in quo exercitio videmus, & uxores plures operantur, & se exercent, quàm ipsi viri, vt sic lucrum fit commune viri, & uxoris, per dic. leg.

rei iudicatæ, & alia iura. Quod inquit procedere potest non solum, quando expressè inter virum, & uxorem esset contracta societas, sed etiam si tacite, nam tacite videtur inter eos contracta societas lucri, & quæstus ex tali arte, sic communiter explicata duobus cõcurrentibus, videlicet si lucra dictæ artis hinc inde, & promiscue sint collata in communi, item concurrente simultanea habitatione, sicut dicitur inter fratres simul cohabitantes, & lucra eorum hinc inde inter se, & in communi conferentes, vt per Bar. in l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admin. tuto. l. cum duobus. §. inter fratres. ff. pro soc. Docto. in l. si patruus, C. commun. vtri. iud. & in l. i. C. qui testa. face. poss.

11 Ex quibus dabatur instantia, non esse veram simpliciter illam regulam, quod quicquid acquirit mulier, acquirit viro, per l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxor. etiam C. eod. si quidem illa iura procedunt in casu dubio, & sic cum esset suspitio turpis quæstus præsumitur acquisitum ex bonis viri, aliàs quando appareret expressè, vnde quæsiuisset, vel industria mulieris omnibus nota, scilicet quia se exercebat in arte texendi, seu recamandi, tunc sibi quærit, & non viro, & idem procederet in istis nutritibus lactantibus pueros alienos, sed bene verum est quod Petr. Gerard. inquit debere haberi considerationem temporis subtrahiti, in quo tempore mulier debebat facere seruitia in domo, vt in l. sicut. ff. de oper. liber. & l. asfiduis. C. qui potior in pigno.

12 Adde supradictis, quod plus est secundum aliquos, censeri contractam societatem inter maritum & uxorem tacite in bonis acquirendis solum dato ipso matrimonio, vt inquit gl. in c. cum societas. 27. q. 2. & c. 2. de dona. int. vir. & vxor. Io. Lup. in repeti. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 61. quem citat Couarru. in epito. 4. libri decreta. in secunda parte, capitulo 7. §. 1. num. 5. quamuis ibi ipse teneat contrarium, iniquens hoc esse falsum, nec iure Cæsareo nec Pontificio id probari, quod censetur contracta societas inter coniuges, quoad bona, & ad d. c. 2. dabatur declaratio, vt intelligatur de bonis, quæ matrimonio constante simul ex pecunia vxoris & mariti acquiruntur, ea enim iure communi diuidenda sunt, eo quia ex vtriusque bonis acquisita sint, & cum societas, loquitur de societate habitationis, & idem attestatur tenere Ioann. Lupi in d. Rubri. §. 26. nume. 4.

13 Quomodo ergo erit intelligendus Petrus Gerardus supracitato loco, dum inquit, quod tacite videtur stare societas inter virum & uxorem, & animaduertendum, quia pro concordia posset dici, vt opinio Petri Gerardi intelligi debeat stante consuetudine, prout est in Gallia, vbi quicquid alter coniugum acquirit constantè matrimonio, est commune, & celebrato diuortio per medium talia diuiduntur, vt per Io. And. d. c.

Sed dic secundo & melius, quod opinio Gerardi non discrepat ab alia, quoniam loquitur, quando vir & vxor exercent aliquam artem, puta hospitium, & lucra dictæ artis hinc & inde promiscue sunt collata in communi, tunc enim vir tacite videtur consentire

sentire societati, ex quo mulier ponit suam industriam, & lucra communicantur & sic iste casus venit ex post facto, & postquam matrimonium est contractum, & sic casus specialis, ex quo ipsa vxor est industriosa, & aduertendum quod Gerardus non dicit semper inter virum, & vxorem esse contractam societatem, sed concurrentibus supradictis debere presumi societatem contractam, neque casus Gerardus discordat à d. c. 2. sed immo concordat, quia si Pontifex vult ibi, vt debeat fieri diuisio eorum, quæ communiter habuerunt vir & vxor, id est de illis bonis, quæ tacite voluerunt, vt essent communia acquisita. idem quando ex industria mulieris, cum eadem sit ratio de bonis quod de industria, cum clarum sit quod ille, qui ponit operam ac industriam, videatur ponere capitale, & sic bona, de quo infra latius dicemus.

15 Septimo quæro, an inter patrem, & filium possit contrahi societas? & dicendum est, quod non, prout consuluit Ange. de Peru. consilio 112. & ratio est, quia quidquid acquirit filius acquirit patri, & vox patris vox filij, nec pater filio potest obligari. l. frater à fratre, ibi Bar. & alij. ff. de cond. inde. Ange. d. consil. 112. quem refert & sequitur Paris. consil. 94. nu. 3. r. vol. 1.

16 Sed quæro, quando est contracta societas inter patrem, & filium, & alium tertium, an diuisio debeat fieri in tres, vel duas partes, vide Decianum consil. 39. vol. 1. nu. 12. vbi quando filius multum laborauit, & est industrius, diuisio fiet in tres partes, licet ab initio capitale fuerit positum tantum à patre & à tertio, sed si lucrum fuit factum tantum ex substantia, & capitali patris, & tertij, non industria filij, tunc in duas partes fiet diuisio, quia filius, & pater habentur pro vnica persona, ita etiam consuluit Ange. consil. 122. col. 1. quem refert & sequitur Paris. consil. 94. nu. 3. r. vol. 1.

Sed animaduertendum est, quod licet inter patrem, & filium non possit contrahi societas, nec alius contractus, nisi filius esset emancipatus, vel haberet peculium castrense, vel quasi castrense, vt diximus tractu emptio. & venditio. in primo articulo. vlti. ordi. & tract. manda. colum. 1. vlti. ordi. & nos supra hoc eodem tractu. societatis diximus: tamen posset contingere quod filius negotiaretur ex pecunia paterna, & tunc qualis debeat fieri diuisio iuri inter patrem, & filium, & cui acquiratur lucrum, maxima fuit quaestio inter Doctores, exempli gratia quando filius multum acquisiuit, & id acquisiuisse affirmat ex sua industria, pater vero negat ex sua industria, sed ex pecunia paterna superlucratum fuisse, & secundum glossam in le. cum oportet, in principi. C. de bonis, quæ libe. dicendum est lucrum in totum patri acquiri, & glossam illam sequitur ibi Fulgos. & nonnulli alij & Specu. titu. de iud. quar. par. 3. sequitur, versic. quid si alter & est textus in primo. In situ. per quas pers. nob. acqui. Difertiss. autem Menoch. dominus meus in suo celeberrimo tractatu de arbitra. iud. lib. secundum. Centu. secun. cal. 126. sub nume. 2. intelligebat illum textum quando aliquid filio prouenit ex re patris, secus quando prater rem patris intercedit ipsius filij industria, quæ

verè à re patris separata est, quia tunc non patri in totum acquiritur.

Sed Bart. in d. l. cum oportet, illud l. 1. §. sed nec castronse, ff. de colla. bono. dixit omne lucrum & omne damnum esse æqua lance diuidendum, quasi ad istam societatis, & cum Bartolo videatur esse communis, & recepta opinio, vt testatur Decius in Lillud. nume. 12. C. de colla. ibidem. las. colum. 3. versic. tertia est principalis opinio, vbi inquit ita Baldum respondisse cum ex facto interrogaretur, vt verè consuluit consil. 256. lib. 5. & Soc. sen. consil. 162. colum. 1. in fine, lib. 2. Crauetta, consil. 121. & consil. 165. nu. 1. & late per Roma. consil. 469. intelligit & declarat D. Menoch. hanc conclusionem procedere quando constaret filij industriam æquialere lucro pecuniarum patris, & e contra, alias iudicis arbitrio relinquendum esse putat ex mente Bald. in authent. ex testamento. C. de colla. & l. certum, colum. 1. versic. quæro hic. C. fam. erciscun. & Baldum sequitur Pet. de Vbal. in trac. de duo. fratri. par. 5. principa. quaestio. 1. in fine, Calcan. consil. 19. nume. 26. Socin. sen. consil. 162. colum. 1. & 2. lib. 2. Craue. consil. 159. in fine, & consil. 165. nume. 1. in fine. & sic iudex iustus pecuniæ quantitatem & industriam considerabit, & vnã ab altera parum distare aduertet æqua lance lucrum diuidat, si vero industria pecuniæ lucrum excedat, æquum erit, vt tantum deferat iudex patri quantum quantitas pecuniæ ratione temporis & qualitatis plonarum lucri potuit, & residuum filio adiudicet, vt egregie respondit Ange. consil. 122.

Sed vt in materia ista plenius habeas theoreticam quatuor sunt distinguendi casus secundum Rom. in consil. 469. & in Lillud. C. de colla. & primus est quando filius cum paterna pecunia negociatus est ipsius patris nomine, & tunc vt lucrum tamquam vere profectum patri in totum fit, & cum Romano tenet Ange. consil. 85. col. 2. las. in Lillud. col. 2. versic. limita tamen, ibi Decius, nu. 12. C. de collatio.

Secundus casus est quando filius susceptus à patre pecuniis simpliciter non apparente cuius nomine, negotiatus fuerit, & tunc pariter inquit Romanus totum lucrum esse patri tribuendum, cum presumptio sit suo nomine fuisse negociatum, sed contra hanc opinionem seruandam Romani multi tenuerunt contrarium, vt Soc. sen. consil. 92. circa primum col. 1. lib. 1. & Alex. consil. 13. lib. 3. idem Soc. sen. consil. 162. col. 3. lib. 1. immo ipsemet Rom. consil. 469. sequitur est Bartoli opinionem vt lucrum sit patris partim pro filio, quia in dubio quis facere actum censeatur potius proprio nomine & vt sibi acquirat quam vt patris negotia tractare videatur, vt est verisimile, vt docuit Bar. in l. gerit. num. 21. ff. de acqui. hered. facti. adducta per Tiraq. trac. de vtro. retra. consanguini. §. 30. glo. 1. numero 32. Alc. trac. presumpcio. reg. 2. presump. 24. numero 5. Soc. sen. consil. 113. num. 3. lib. 4.

Tertius casus est quando filius suo nomine, & principaliter filius negociatur suoque periculo tractat omnia, & tunc filius sibi non patri acquirit, vt concludunt Roma. las. & Dec. supracitatis locis, idem Decius in l. secundum naturam, nu. 1. in fine & l. sicu. ti penna, in fine, de reg. iur. est ratio quia nec hoc casu

cum

cum fratribus lucrum hoc communicatur, l. si vnus ex sociis, §. si quid vnus, ff. pro soc.

Quartus est casus secundum Romanum quando expresse nomine communi, & communi periculo negociatum est, & tunc esse iudicis arbitrio iudicandum, vt diximus supra ex mente Baldi & aliorum constat.

17 Octauo quæro, quid inter patruum, & nepotem viuente patre contrahatur societas, exempli gratia pone quod fratres in communione steterunt, & vnus eorum filium procreauit, & vna cum filio in communione perseuerauerunt per 30. vel 40. annos, an patruus cum filio fratris intelligatur societatem contraxisse, & sic nepos prædictus ex sua persona acquisitorum partem ferre debeat? in hoc casu consuluit Ange. consil. 113. & tenuit quod non, & recte quidem, quia non contrahit per se solum societatem sed velut vnus de familia sociorum accedere dicitur, & licet d. nepos vtatur promiscue bonis & rebus patris & patruus communibus, inter eos, non presumitur vti tamquam socius, sed iure quodam familiaritatis, l. qui iure. ff. de acq. posses. de quo late per Ange. d. consil. 113. intellige tamen, prout supra diximus ex mente Deciani, quia hic eadem ratio, si sua industria societas lucrata esset, & fuisset expresse contracta societas inter patruum, & nepotem, non autem cum patre, quia, vt diximus supra, non potest contrahi societas cum patre.

18 Sed quæro, quid si sunt duo fratres, qui habitant seorsim, & negociantur simul viuo patre, & lucra communicant, an dicantur socii. dicendum ex mente Bal. in trac. addi. ad Bar. de duo. fratri. quod dicit fratres aut conferunt quaestum adinuicem, aut conferunt patri, primo casu presumuntur socii, secundo non. quod declara, vt infra.

Sed si habitant fratres post mortem patris simul, & cum hereditate in diuisa lucra communicant, & de superlucratu adinuicem rationem non reddiderint, presumetur contractam esse societatem, & omnia lucra erunt communia, vt per Bar. in l. Titium, §. altero. ff. de admi. tuto. Bal. in l. si patruus, C. commun. vri. iudi. Alcia. reg. 1. de presump. presump. 25. etiã quod alter illorum fratrum esset Doctor, & multa bona acquisiisset ex quasi castrensi peculio, vt per Bal. & Sal. d. l. si patruus, las. in l. 1. C. qui testa. facere pos. Capra consil. 142. Alc. d. presump. 25. nu. 50. de quo etiam nos infra dicemus, col. 4.

19 Sed quid si de duobus fratribus vnus est pupillus, alter vero maior? dic quod si pupillus non habet tutorem, non intelligitur contracta societas, vt supra, quia vt inquit Bar. in suo trac. de duo. fra. cum pupillus non possit consentire expresse, ergo nec tacite, sed si haberet tutorem & interueniret tacitus consensus, tunc presumetur contractam esse societatem puta, quia frater negociatur nomine communi, non autem nomine proprio, de quo dicemus infra.

Nono quæro, an societas possit contrahi cum clericis seu monachis? dic resolutive quod no, quia ipsis est interdictum negociari à lege pontificia. c. pen. & c. vlt. de vita & honest. cleri. vbi Canonista, Fed. de Senis consil. 207. col. 2. Menoch. consil. 12. nu. 12. vol. 1. Petr. de Vbal. trac. de duob. fratri. in 7. par.

prin. in 8. quaest. vbi quaerit, quid si frater, qui erat abbas, vel monachus promotus fuit, an alius frater debeat contribuere ad expensas? & ibi decidit quod non, quia non potest societas contrahi cum eo, Limita, nisi esset promotus in vita patris volente patre, quia tunc de patrimonio communi fieri debent expensas, Bal. in l. si societate vniuersorum. ff. pro socio.

21 Decimo quæro, an societas possit contrahi cum Iudæis? & dicendum est, quod sic, quia licitum est nobis conuersari cum Hebræis, prout consuluit Alex. de Neuo consil. 96. in 1. arti. declarat Soc. sen. consil. 62. nu. 15. vol. 1. per l. quicumque. C. de Iudæ. c. postulasti, & c. si Iudæos, extra de Iudæ. gl. c. omnis, 29. q. 1. Bal. in l. spadonem, §. iam autem, ff. de excus. tutor. vbi inquit, quod in humanis actibus Iudæi cum Christianis participant, & quod Iudæus potest esse procurator Christiani, ideo inferunt Doctores, quod si immunitas concessa hominibus certi loci extenditur ad Iudæos, vt voluit Ang. in l. vtimur, ff. de sepul. viola. & in l. 1. ff. ad leg. Jul. maesta. Alex. consil. 75. lib. 5. Dec. consil. 2. sub nu. 2. Barba. consil. 63. vol. 4. Boer. decif. 179. num. 6. Corl. sing. suis, in verbo, societas, vbi inquit istud procedere de æquitate, non autem de rigore, Hyppo. de Marf. sing. 180. & ratio potest esse, quia Iudæi non sunt impediti à primordiali veritate.

23 Vndecimo quæro, quid de Saracenis, & hæreticis, & hostibus, eritne licitum contrahere societate cum eis? dic quod non, sed est reprobata societas tam hæreticorum & saracenorum, quam hostium pro ea quæ voluit Innocen. in c. quod super, de voto, Felinus in c. ego. N. numero 8. de rescriptis, Boer. decif. 179. num. 7.

24 Duodecimo quæro, quid de excommunicato, poteritne societas contrahi cum excommunicato? dic, secundum glo. in c. si vere, de senten. excommuni. in verbo, excommunicatorum, quod si socius meus incidit in excommunicationem, non statim teneor ipsum deserere, nec ipse tenetur statim diuidere societatem, & hoc intelligitur, si sine magno damno hoc fieri non possit, arg. l. 1. q. 3. c. antecessorū, & 2. q. 4. c. 1. cum alijs ibi citatis, sed secundum Hostie. aliter & plenius distinguendum videtur in d. c. si vere, & ibi etiam refert eius dictum Abbas, quod aut societas fuit contracta ante excommunicationem, aut post, primo casu licite potest vti societate per d. c. si vere, secundo casu aut ego contraxi societatem, aut successi in ius alterius, primo casu non debeat vti illa societate, quia deliqui contrahendo secum, secundo casu sic, quia ego non sum in culpa, & societas habuit originem ante excommunicationem, licet ego successerim in ius alterius tempore excommunicationis, & intelligit omnia prædicta, quod non debeat abstinere à societate, quando damnum mihi contingeret, secus si damnum contingeret excommunicato, quia non teneor sibi communicare in fauorem suū, prout declarat Abbas supradictus, & de hac materia, an scilicet excommunicatus possit contrahere, nos diximus supra trac. de emptio. & vend. col. 1. vlt. ord.

DE

**DE REBUS, IN QVIB.**  
*cadere potest societas vel non.*

S V M M A R I V M.

- 1 Societas potest cadere in omnibus rebus, præterquam in re turpi & inhonestâ.
- 2 Societas potest cadere & contrahi super re incerta.
- 3 Societas potest contrahi tam in re principali, quàm in fructibus.
- 4 Potest contrahi societas in solis fructibus, etiam quod non contrahatur in principali.
- 5 Communicatio lucri & fructuum non infert communicationem rei principalis.
- 6 Societas in animalibus consideratur, in animalibus grossioris generis & in minutis. Animalia grossa & minuta, quæ dicantur.
- 7 Societas in animalibus videtur posse contrahi, aut expresse, aut tacite.
- 8 Quando dantur animalia expresse in societas, aut dantur estimata, aut inestimata, vel aut cum terra, aut sine terra & communione.
- 9 Cum dantur animalia estimata, & sine terra, periculum casus fortuiti est commune.
- 10 Quando sunt data animalia, nec apparet an causa societas, nec quomodo, in dubio quid præsumendum.
- 11 Qui tenetur ad custodiam ratione publici, vel privati officii, debet probare casum fortuitum, nec sufficit portare pelles animalium.
- 12 Quando dantur animalia in custodiam alicui aliquo dato, an sit contractus societas.

**Venio** ad secundam columnam vltimi ordinis, pro cuius declaratione dic quod societas potest cadere in omnibus rebus, præterquam in re turpi inhonestâ & flagitiosa. l. nec prætermittendum. ff. pro socio.

Et ideo societas super vsuris non valet, cum inhonestarum rerum nulla sit societas. l. quod autem d. l. nec prætermittendum cod. & de vsuris est tex. in c. vsurarum voraginem, de vsur. lib. 6. Anch. cons. 180. nu. 2. & nu. 4. Pratica Papien. in forma libel. in caus. socie. nu. 5. & 6. Ang. cons. 81. Capici. decif. 180. nu. 10. Cagno. in l. alterius circumuentio, nu. 5. ff. de reg. iur. vbi dicit quod non communicantur quæ sita ex furto, licet si fuerint communicata non possint repeti, vt ibi d. Cagno. & nos diximus supra, in ordine diuisio. in septimo ordine subdiuis. & societas potest fieri & omnium bonorum & vnius rei & super omnibus bonis tam presentibus quàm futuris, vel super aliqua certa negotiatione, tex. est in l. societas contrahitur. ff. pro socio. §. 1. Inst. de socie. & societas potest contrahi tam in re mobili, vt vino, oleo, frumento, pecunia, vel animalibus, quàm in re immobili, vt in fundo, de quo Abbas cons. 53. & nos infra.

2 Quinimo potest contrahi societas super re incerta, vt in hæreditate futura, l. 3. §. de illo. ff. pro socio. & tunc non intelligitur communicari ipsa res, sed hæreditas sub conditione, si obuenerit, l. actione. §. dicitur. ff. eod. de quo etiam per Bar. in l. is potest, nu. 5. ff. de acq. hæred.

3 Similiter potest contrahi societas tam in re principali, quàm in fructibus, Dec. in l. si pascenda. C. de pac. & ad hoc, vt contrahatur societas tam in re principali, quàm in fructibus, debet res ipsa, vel fructus communicari, quia natura societas est, vt res ipsa sit communis. l. 1. in ff. pro socio, l. si tibi aræ, circa finem. ff. de præf. verb. l. si id quod, ff. pro socio, Dec. d. l. si pascenda, ibi Ias. Cur. & alii.

4 Immo potest contrahi societas in solis fructibus, etiam quod non contrahatur in re principali, tam expresse, puta quando res in societate datur retento dominio, quàm tacite, vt per Bal. late in l. 1. in 2. q. C. pro socio. Dec. in l. si pascenda, col. 1. C. de pact. ibi dem Cur. iun. nu. 9. & 12. & exemplificat ibi Dec. quando ab vna parte opera ponitur, & ab altera species, vel quantitas, tunc solum respectu lucri, & fructuum societas contracta videtur, facit tex. in l. cum duobus. §. si in coeunda, ff. pro socio, ibi Bal. in 3. nota, vbi inquit, quod si dedit alicui vaccas pascendas, fructus vaccarum erunt communes, sicut si dedit agrum ad laborandum, in fructibus solum societas contracta videtur, & ager mihi remanet, vt in simili notat Sal. in l. si patruus, col. fi. C. commu. vtri. iud. ibi inquit, quod communicatio lucri & fructuum, nõ infert communicationem rei principalis. Intellige, & declara, vt non inferatur, quando opera alicuius non correspondet capitali, aliàs inferitur, vt declarat Petr. de Vbal. trac. de duo. frat. in 4. par. prin. in 2. col. & videtur communis opinio, & an respondeat est in arbitrio boni viri, bene verum est, quod in dubio præsumetur respondere tantum lucro, non fortis principali, de quo vide Petr. de Vbal. trac. de duo. frat. in 4. par.

5 Sed quæro, quomodo contrahatur societas in animalibus? & animaduerte, quia societas in animalibus, seu circa animalia appellatur, & dicitur societas, quod considerari potest plurib. modis, secundum Doctores.

Mihi autem primo societas posse considerari dupliciter videtur in animalibus, scilicet vel in animalibus grossioris generis, vel in animalibus minutis, & animalia grossa dicuntur, quorum fructus regulariter non ascendit in anno ad valorem matris, vt sunt equi, boues, muli, asini, & similes, de quibus adfunt quædam extrauagantia posita inter extraordinaria capitula feudorum, in fi. 10. collationis, vbi habetur quod ille, qui accepit iumentum, vel vaccam, debet per quinque annos tenere, & omnes vituli, vel polledri debent esse communes, & debet esse commune quidquid polledri quæsierunt tempore triturationis, iumentum vero, vel vacca debet esse illius, qui posuit in fine societas, nisi qui acceperit in societate, tertiam partem precii dederit socio ponenti, quia tunc erit commune. Animalia vero minuta dicuntur, oues, capræ, porci, & similes, de quibus etiam habetur in d. extrauag. positus in fine 10. collatio. feudo. & dicitur ibi, quod talia animalia debent dari ad tres annos, & in vno quoque anno debet dare pro capra duodecim formaticos optimos, & pro pecude sex, nec tantum magnos quantum facerent viginti pecudes, nec tantum paruos, quantum facit vna emunctio vnius pecudis, sed mediocres arbitrio boni viri, in fine

in fine vero capra vel ouis data, ante omnia erit ipsius tradentis, nisi ille, qui accepit, soluisset tertiam partem precij ipsius, quia sic erit communis: capretæ vero, agni, & lana erunt communes. In porcis autem omni anno sunt partiendi porcelli, nisi ille, qui accepit, voluerit tenere eos vsque ad tres annos, & in fine trium annorum omnia partiri debent per medium, & etiam succuli nati de porcellis.

7 Rursus ista societas, siue foccida, dupliciter videtur posse contrahi, expresse scilicet, vel tacite, expresse est, quotiescunque conuenitur expresse de lucro, & damno, & quando animalia expresse traduntur gratia societas contrahendæ, vt inquit glo. in l. si pascenda, C. de pac. & tunc seruanda est conuentio, si fuit facta, dummodo sit conuentio, qua alicui sociorum iudicio boni viri notabile damnum non inferat, Nauar. c. 17. nu. 261. in summa.

Tacite, quando licet nihil fuerit dictum, tamen tacite datur gratia societas, vt si dantur, vt sint communia, l. si tibi aræ meæ, ff. de præf. verb. Docto. in d. l. si pascenda, C. de pac. & tunc licet non sit expresse sum de lucro, tamen tunc standum est consuetudini locorum, vbi tractatur, nec certa regula dari potest, sed sequenda est consuetudo, nisi de manifesta iniustitia in ipsis societatibus constaret, nempe quando vna pars valde & euidenter graualetur plusquam alia, & sic pro regula potest esse equalitas iustitiæ ad arbitrium proborum virorum, & in huiusmodi negocijs pratorum.

8 Iterum subdistingendum est, quod quando contrahitur societas in animalibus expresse, aut enim dantur animalia estimata, aut inestimata, vel aut datur cum terra, aut sine terra & communione, l. c. duo bus. ff. pro socio, vbi in §. damna, dicitur quod cum dantur animalia estimata & sine terra, periculum casus fortuiti est commune inter socios, & quilibet de periculo tenetur de dimidio, etiam de periculo naturali, nisi culpa vel dolo alterius eueniret, d. §. damna, vel nisi aliter expresse conuentum sit, vel consuetudo in contrarium. Alex. Ias. Dec. & alij in l. si pascenda. C. de pact. Bal. in l. 1. quæst. 8. C. pro socio, & ratio est, quia estimato hoc casu facit emptionem, l. estimata. ff. solu. matri. & sic pro parte dominium remanet apud dantem, & tacite pro alia parte ratione communionis transfertur in illum, cui communicatur sine traditione, l. 1. §. in societate. ff. pro socio, vide Bal. in l. si pascenda. C. de pac. ibique alij Doc.

Quando autem dantur animalia inestimata & sine terra, tunc debet seruari illud, quod actum est, nisi fiat pactum, quod periculum sit alterius quàm eius, qui posuit, quia tunc non valerit, vt tenet Bal. in d. l. si pascenda, nec valerit etiam pactum, quod de primis fructibus capitale detrahaatur, nam socius in hoc graualetur, quod operas & expensas, quas fecit, si statim exacto valore capitale periret, & ipsu capitale amitteret, & sic socius esset in tuto, & alter socius in periculo, vt declarat Ang. de Clauas. in sua summa, in verbo, societas, par. 2.

Sed quid si non perit, sed cum tempore multum lucratus est alter socius, ad quam restitutionem tenetur? dic ad tantum quantum arbitrio boni viri estimabitur periculum perditionis operarum & ex

pensarum, quas perdere poterat, prout declarat Ang. de Clauas. in sua summa, parte 2. sub nu. 3.

Quando autem pactum non intercessisset, tunc seruanda est consuetudo, tam de capitali, quàm de fructibus.

10 Sed quæro, quando sunt data animalia, nec apparet an causa societas, vel quomodo sint data, in dubio mortuis principalibus quid præsumendum, & tunc secundum quod consuetum est, talia dari, sic estimabitur, vel si de consuetudine non appareat præsumetur contractus innominatus, l. 2. ff. de præf. verb. ita docet etiam summa Ang. in verbo, societas, par. 2. nu. 10.

11 Hoc tamen vnum notandum est in hac materia, quod illi qui tenetur ad custodiam rei ratione publici vel priuati officij, non sufficit probare interitum, nisi etiam probet casum fortuitum. Hinc inferitur, quod non sufficit pastoris, vel capratio portare pelles animalium, nisi probet casum fortuitum, nempe mortalitatis, vel similem, prout decidit Bal. in l. cum ita. §. species, ad ff. de leg. 2. Io. And. in c. auditis, de præf. scrip. Ias. in l. si pascenda, nu. 4. C. de pac. Alex. cons. 158. vol. 2. Iacob. Vnga. in addit. ad summam Ang. in verbo, societas, parte 2. nu. 3. littera D.

12 Sed iuxta supradicta quæro, quando dantur animalia in custodiam alicui, & committuntur aliquo dato idest recepto precio, an sit contractus societas? dic quod non, quia non transfertur dominium in isto casu, sed proprie tunc erit contractus locationis, & conductionis, l. 2. ff. loca. de quo nos suo trac. locatio. late diximus.

Sed quid si non intercedit precium, sed aliud loco precij, siue mercedis? dic quod tunc non erit contractus locationis proprie, sed contractus innominatus, qui bene regulabitur, secundum naturam contractus locationis, cui magis assimilatur, de quo etiam nos diximus supra trac. locatio. vide Nauar. c. 7. nu. 257. in summa.

**DE SVBSTANTIALIB.**  
*essentialibus, seu formalibus societas, & quot modis contrahatur societas.*

S V M M A R I V M.

- 1 Duo sunt de substantia in contractu societas.
- 2 De substantia contractus societas est consensus.
- 3 Si à principio societas contrahatur à pluribus, non licet maiori parti aliquem nouiter in socium assumere.
- 4 Si vnus ex socijs alium in societate admittit, sibi solum socium facit.
- 5 Consensus debet cadere super contractu societas, dando ei formam, interueniente re, seu capitali.
- 6 Res seu capitale interueniens in societate debet poni equaliter à socijs.
- 7 Ad hoc vt possit contrahi societas, requiritur quod ambo industrias cum pecunia ponant: vel saltem vnus pecuniam, alter industriam.

An li-

- 8 *An licitum sit pacisci cum mercatore, ut soluat nomine lucri quid certum singulo anno.*
- 9 *Poterit aliquis in societate ponere pecuniam & operam, & alter operam solum, vel pecuniam solum.*
- 10 *Ab quando plus attribuitur exercenti pecuniam, quam ipsam ponenti.*
- 11 *Ad hoc ut societas valeat, duo videntur requiri de essentia, seu habilitate.*
- 12 *Non potest fieri pactum, ut alter tertia parte lucri, alter vna parte habeat, quando omnes equaliter contribuunt.*
- 13 *Societas debet fieri sub bona fide, si dolo malo nulla est.*
- 14 *Societas potest contrahi tribus modis, scilicet tantum, verbis tantum, item re & verbis simul.*

**V**enio ad tertiam columnam positam in eodem ultimo ordine, pro cuius declaratione videtur dicendum, ut duo sint de substantia in contractu societatis. Primo, quod res communis sit vel lucrum: secundo, quod animus in eundem societatis addit. Ita Capici. declarat decis. 174. nu. 4. vers. unde duo videntur.

- 2 Tu dic quod de substantia huius contractus est consensus, prout declarat Soc. sen. consi. 4. in prin. vol. 1. ubi consensus est pars substantialis istius contractus. Ideo Imperator Inst. tit. de oblig. ex consensu numeravit societatem inter contractus, qui consensu contrahuntur, & inquit quod obligatio in isto contractu dicitur contrahi consensu, quia neque scriptura, neque presentia omnimodo opus est, at nec dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos, qui negotia gerunt consentire, ut diximus etiam supra. Hinc est, quod non potest contrahi societas pro alijs non consentientibus, quia societas est contractus, qui mutuo consensu expresso, vel tacito contrahitur, l. ut sit, l. plane, ff. pro socio. Bar. in l. Titium aut Mevium, §. altero, ff. de adm. tuto. Crotus, consi. 40. nu. 16. Ruy. consi. 92. num. 1. vol. 1. Paris. consi. 8. 2. nu. 3. §. vol. 1. Ceph. consi. 146. numero 30. Pedemon. decis. 150. numero 1. quare si si a principio societas alicuius negotiationis a pluribus contrahatur, non licet maiori parti ipsorum aliquem alium, nouiter in socium illius societatis assumere, quia societas contrahitur consensu, d. l. qui admittitur, ff. pro socio, & non potest contrahi pro alijs non consentientibus, ut declarat Petr. de Vbal. trac. de duo. fratri. in 10. par. princ. bene verum est, quod dicitur in d. l. qui admittitur, quod si vnus ex socijs alium in societate admittit, sibi solum socium facit, & de eius facto alijs tenetur, & cum eo ipso solus communicat, & quod ab eo consequitur, alii communicabit, nec liberatur cedendo contra eum actionem, & communionem cum damno non committit, ut declarat Bal. in d. l. qui admittitur, de quo Io. de Ami. consi. 16. concl. 5. & Baptista Martiane. consi. 1. nu. 90.

Notandum tamen est, quod iste consensus potest exprimi & declarari, vel verbis vel per stipulationem, & per literas & per nuncium, ut habetur in l. 4. ff. pro socio, & nos etiam supra diximus.

- 5 Sed aduerte, quod iste consensus debet cadere seu per contractum istum societatis, dando ei formam seu substantiam, interueniente scilicet re seu capituli, quae res seu capitale omnino debet adesse & inter

uenire pro materia, & subiectiue interuenit in ipso contractu societatis, quia in hoc contractu societatis non potest dari consensus, nisi detur subiectum super quod adaptatur consensus ille, & sic etiam de essentia, siue materia erit res, seu capitale, & istud capitale, siue res oportet ut sit datum a partibus conuentione intercedente, & animo contrahendae societatis ad hoc ut sit societas proprie, quia alias non esset societas proprie, sed improprie, si non esset datum eo animo, ut euenit, cum non affectione societatis incidimus in communionem, exemplum in re duo bus legata. Item si a duobus res simul empti sit, aut si hereditas, vel donatio communiter nobis obueniat non socij futuri, tunc enim esset societas incidens & impropria, ut diximus supra, in ordine diuision. tex. est formalis, ibi Bal. & scriben. in l. ut sit, ff. pro socio.

- 6 Insuper est sciendum, quod ista res seu istud capitale interueniens in societate, debet ab utroque contrahentium poni aequaliter & pro aequali portione, ad hoc ut aequaliter fiat diuisio lucri, si quidem esset nimis durum, ut alter poneret rem, & alius nihil poneret & hoc esset contra.

Substantiam & naturam contractus societatis, & contra aequitate, limita tamen, quando alter contrahentium poneret industriam suam & exercitium loco rei, & sua persona aequivaleret rei positae ab altero sociorum, quod bene valeret, ut inquit tex. in l. prima. C. pro socio, ibi Bal. & Sal. in §. 2. Inst. de socijs. glo. declarat in c. plerique, l. 4. q. 3. in verbo, negociatoribus, Menoch. consi. 12. nu. 14. vol. 1. ubi inquit, quod ad hoc, ut possit contrahi societas, in negotiatione, requiritur, vel quod ambo industriam cum pecunia cõferant, vel saltem quod vnus pecuniam, & alter industriam.

- 7 Poterit igitur aliquis ponere pecuniam in manu mercatoris seu artificis, & mercator siue artifex ponet industriam suam seu exercitium circa talem pecuniam, & erit societas: an vero licitum sit pacisci cum mercatore, ut soluat nomine lucri quid certum singulo anno, vide Alex. de Neuo consi. 96. in 2. arti. in fi. Nattam, consi. 403. col. 1. & 2. Rimi. sen. consi. 61. num. 40. Plo. l. si quando, nu. 498. C. unde vi. Pasethum consi. 170. Rim. iun. consi. 400. vol. 4. ubi late, & videtur tenere quod non, per plures rationes.

- 9 Quinimo poterit aliquis ponere pecuniam, & operam, & alter operam solum, vel pecuniam solum, vel ambo pecuniam & operam, ut ex tali negotiatio ne, & arte habeat lucrum, & erit societas licita tam de iure ciuili, quam canonico, ut inquit summa Ang. in verbo, societas, in 1. parte, sub num. 4. ratio est ea, quam supra diximus, quia opera alicuius saepe valet pro pecunia, ut per Petr. de Vbal. d. trac. de duo. fra. 10 Quiniam aliquando plus attribuitur exercenti pecuniam quam ipsam ponenti propter industriam, aliquando e contra plus attribuitur ponenti pecuniam, ut per Bal. in omnimodo. C. de inof. testa. §. 1. in verbo, istud non est, & in l. cum a patre. C. de bonis, quae liber. Sal. in l. certum. C. de rei vend. Rom. in auth. ex testamento. C. de collatio.

Et consequenter ad hoc, ut societas valeat, duo videntur

videntur sequi de essentia, seu de habilitate. Primo quod ars & negotiatio sit licita, c. per vestras, de donati inter vir. & vxor. secundo quod aequitas seruetur omnibus, quia lucra & damna debent esse communia in omnibus, l. si vnus. ff. pro socio in fi. 1. respons. ita ut qui plus posuit pecuniam, vel operis, plus habeat de lucro, l. si non fuerint. ff. pro socio, ibi Bal. & hoc ad arbitrium boni viri. l. in proposita. ff. cod. Menoch. trac. de arb. iudi. casu. 125. sub nu. 4. Cen. 2. Nauar. in sua summa, c. 17. nu. 251. vbi vltra duo subiecta addit & ponit tertium, ut pecunia subiaceat periculo eam conferentis, gl. c. plerique, l. 4. q. 3.

- 12 Hinc est, quod non potest fieri pactum, ut alter tertiam partem lucri, alter vniam partem habeat, quae do omnes aequaliter rem, vel in pecunia, vel in opera, vel alia quacunque causa in societatem contulerunt sed secus esset, si quis aliquid plus contulerit societati, tunc posset fieri, ut d. l. si non fuerint, Dec. & Cur. iun. Purpura & alij in l. si pasceda. C. de pac. per illum tex. & nos infra, col. seq.

Demum notandum est, quod de substantia, siue de essentia, seu habilitate erit, ut societas fiat sub bona fide, quia si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit societas, ipso iure est nullius momenti, tex. est in l. 3. §. si ibi Sal. ff. pro socio.

- 14 Et pro complemento columnae sciendum, societatem contrahi posse tribus modis, videlicet re tantum, verbis tantum, item re & verbis simul. Re societas contrahitur, quoties duobus res fuit legata, vel donata, & haec est incidens societatis, de qua supra, conuentionalis autem sola re non contrahitur, sed opus est ut ad sit animus, ut in l. ut sit, ff. pro socio. Verbis tantum societas contrahitur, quando tantum diximus, vltimo ut sumus socii, nec requiritur stipulatio, sed alia qua verba tantum consentiam exprimentia inter praesentes vel absentes per nuncioium, vel epistolam, l. consensu, ff. de actio. & obliga. & §. 1. Inst. de oblig. ex consensu, re & verbis contrahitur societas, quoties nendum in societatem itum est, sed etiam res est appositae, de quibus per glo. in l. societatem, ff. eod. pro socio, & licet in fine dicat, solo consensu contrahi societatem, tamen illud est intelligendum ad exclusionem rei, non verborum consensum exprimentium.

**DE NATURALIBVS SOCIETATIS.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Naturalia, secundum Bal. quid sint.
- 2 De natura societatis est, ut diuisio fiat pro rata.
- 3 Ex natura societatis est, quod sicut partes lucri debent esse aequales, ita etiam contributio rerum.
- 4 Ex natura societatis est, quod aequitas seruetur in omnibus.
- 5 Societas habet se ad istam fraternitatis.
- 6 Quod commentum est de lucro in societate, intelligitur pro

eisdem partibus conuentum de damno.

- 7 In dubio contracta societate inter plures lucri, & questus non determinato pro quibus partibus, censetur pro partibus equalibus.
- 8 In societate interdum equalitas non seruetur.
- 9 Ponens pecuniam in societate, duplici periculo subsistit, & perditionis pecuniae, & negotij, ponens operam perditioni operarum.
- 10 Socius, qui industriam & laborem pecuniae, quam alter conferit praestat, partem fortis postea deperditae alteri resarcire non tenetur.
- 11 Ex natura societatis, siue societas est, quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo accipientis, quoad casum fortuitum.

- 12 Damnum contingens in societate vel uni ex socijs, communiter imputari debet.
- 13 Expense, quae sunt occasione societatis, de communi fieri debent.
- 14 Quid si duo socij rem communem habeant, quae necessario refici debeat, an si vnus ex propria expensa reficiat, alter priuetur parte.
- 15 In diuisione societatis alter sociorum, qui debita contraxit in causam societatis deducere pecuniam, quam debet in diem creditoribus non potest, sed sufficit ut ei prestetur cautio soluendi.

- 16 Socius non potest pignori dare partem socij.
- 17 Socius, quando possit locare damnum, vel fundum communem inuito socio, remissus.

- 18 Si plures mercatores socij committunt administrationem uni eorum, quilibet sociorum ex facto & contractu illius tenetur in solidum.

- 19 An socius teneatur in solidum, an vero usque ad summam positam in societate.
- 20 Socius vnus fundici non potest agere contra debitorem fundici in solidum sine mandato.

- 21 Societas simpliciter contracta extenditur tantummodo ad bona mobilia & mobilia iura & actiones titulo oneroso quaesita, non titulo lucrativo.

- 22 Ex solo titulo & contractu societatis transit dominium, vel possessio pro suis partibus.
- 23 Ex natura societatis est non transferre dominium in totum.

- 24 Socius non condemnatur, nisi in quantum facere potest idem in colono partiaro.
- 25 An privilegium ut quis non condemnetur, nisi in quantum facere potest procedat inter fratres.

- 26 Socius tenetur nedum de dolo & de lata culpa, sed de leui etiam.

- 27 Socius in re communi debet prestare diligentiam, quam in suis proprijs rebus.

- Socius, cui dedi pecuniam ad mercandum, tenetur mercari & negociari, alias est in dolo.

- 28 Societas non transit ad haeredes regulariter etiam per pactum, si sit iuratum, fallit tamen in societate vectigalium & in alijs casibus.
- 29 Socius socio de gestis & administratis per eum tenetur redere rationem.

- 30 Socius si conuertit pecunias societatis in usum suum, & est in mora restituendi, tenetur ad interesse.

- 31 Socius potest sine alio socio domum solitam locari, locare, & si alter sociorum uellet inhabitare, alter locare, praesertur



- fertur habitare volens.*
- 32 *Vnus socius potest vi, & disponere de re communi ad usum destinatum.*
  - 33 *Socius in silua communi potest incidere arbores grandes.*
  - 34 *Socius si habeat castrum commune vel domum, potest ingredi per um castrum.*
  - 34 *Nemo iniustus efficitur socius eius, cuius non vult esse. Qui negat se esse socium, perdit societatis privilegium.*
  - 35 *Propter societatem inhabilis gaudet beneficio habitum.*
  - 36 *Societas potest probari nedum per instrumenta, sed per testes.*
  - 37 *Ex natura societatis est, vt presumatur societas fratres ex co habitatione, & communiione negociationis, si nomine co muni lucra & damna fuerint communicata inter ip sos.*
  - 38 *Quaestio per alterum ex fratribus simul post mortem patris habitantibus, presumuntur de communi.*
  - 39 *An presumatur societas etiam in patrimonio vnus fratris, quando manet in communi.*
  - 40 *An dos debeat refici fratri de bonis communibus.*
  - 41 *Si vnus fratrum deliquit, & soluit penam, vel fideiusit pro aliquo, imputatur ipsi solutio.*
  - 42 *An filij sociorum omnium bonorum de communibus bonis sint dotanda.*
  - 43 *Concordantur opiniones contrariae pluribus modis.*
  - 44 *Interdum non presumitur societas inter fratres.*
  - 45 *Facta emptione vnus fundi ab uno ex fratribus, in dubio presumitur nomine proprio.*
  - 46 *An diuisio presumatur facta ex longa possessione.*
  - 47 *Allegans societatem, tenetur eam probare, & ei incumbit onus probandi.*
  - 48 *Quomodo fiat diuisio inter fratres.*

**V**enio ad quartam columnam, quæ est inscripta de naturalibus societatis, & naturalia, secundum Bal. in l. societatem. C. pro socio sunt quædam intrinseca omnibus contractibus, quæ insunt de natura, quæ naturalia nil aliud sunt, nisi quædam dispositio, quam lex, vel consuetudo disponit super contractu, l. si vnus, §. pactus, vers. quod in specie dotis, ff. de pac. diximus supra alijs in locis.

Primo ergo de natura societatis est, vt diuisio lucri fiat pro rata & portione competenti, quotatue non quantitatie, Io. de Amicis conf. 62. nu. 4. vbi inquit, secundum quantitatem capitalis fieri debere diuisionem, & si vnus ponit patrimonium seu capitale, alter operam & laborem & industriam persone, diuisio fit æqualiter ex natura contractus, quia opera vnus compensatur cum patrimonio seu capitali alterius, immo multoties præponderat ei, l. si non fuerint, ff. pro socio, ibi Bar. & Doc. l. societas contrahitur, ff. cod. l. i. C. eod. ibi Bal. num. 7. & §. i. Inst. de socie. Decia. conf. 39. num. 1. i. vol. 1. & ibidem inquit, sub num. 4. quod si societas sit contracta inter rusticos, diuiditur per capita, non per stirpes, intelligo quando societas sit in laboribus & industria. & vnus non posuit plus capitalis altero, Bal. d. l. si patruus. C. commu. vtriusq. iudi. l. i. C. pro socio. Are. §. fi. nu. 15. Inst. de actio. Iaf. §. sequens, Inst. de actio. nu. 47.

Item de natura societatis est, quod sicut partes lucri debent esse æquales, ita etiam contributio reru,

super quibus fit societas, debet esse æqualis, quæ contributio si non sit æqualis, neque etiam erunt æquales partes lucri, prout consiluit Mandellus, vulgo dictus Alba, conf. 53. vbi tres contraxerunt societatem promittendo ponere æquale capitale, vnus nihil ponit, alius totum posuit, quod promiserat, & determinat ibi quod ille, qui nihil posuit, nihil percipiet, quia censetur societati renunciaisse, cum nihil posuerit de capitali, quod capitale tunc est de substantia siue essentia societatis, vt diximus supra: ille autem, qui dimidium capitalis posuit, debet suo consocio, qui plus posuit, soluere totum capitale, & admittetur ad æqualitatem, nisi dolo, vel negligentia, vel alia non licita causa non contulerit, cum esset in sua facultate, vt ibi, de quo vide etiam Soc. iun. consi. 74. lib. 2. Menoch. trac. de arb. iudi. cal. 125. Cen. 1.

4 Similiter ex natura societatis esse videtur, quod æquitas in societate seruari debeat in omnibus, quia habet se ad istar fraternitatis. l. verum, in prin. ff. pro socio, & damna debeant esse communia, & æqualitas seruari debeat, & illud quod conuentum est de lucro, intelligitur pro eisdem partibus conuentum de damno, de quo vide Alex. consi. 47. vol. 1. Nattam conf. 54. nu. 7. Dec. con. 36. nu. 20. vol. 1. & in dubio ex natura societatis est, quod contracta societate inter plures lucri & questus simpliciter non determinato pro quibus partibus, censetur contracta pro partibus æqualibus. l. si non fuerint, ff. pro soc. Cor. conf. 139. vol. 1. nu. 1. Ioan. de Amicis conf. 62. nu. 4. & consi. 6. num. 4. Menoch. trac. de arbitra. iudi. cal. 125. nu. 2.

8 Sed bene verum est, quod interdum æqualitas nõ seruatur, vt in casu, pro quo consuluit Rom. consi. 168. nu. 5. & meminit Gerard. sing. 68. vbi querit, si duo sunt socij vnus mercantia, qui posuerunt pecuniam communiter ad mercandum, vnus ex istis socijs exercebat mercantiam, vel stabat ad fundicum ad vendendum, alius non ingerebat se, iste qui exercebat, petit in primis tantum salarij, quantum daretur vni institori, & decidit Rom. quod quamuis de tali salario iure cautum non reperiatur, tamen ratione operæ & industria personæ illius socij putat esse tribuendam maiorem partem lucri illi, qui exercuit se d. l. si non fuerint, ff. pro socio, & quamuis dixerit Roman. id iure cautum non reperi, tamen ego reperi quamplures Doctores idem tenentes, per leges & rationes, & signanter Petr. de Vbal. in trac. de duo. fra. in 6. par. in vlt. quæst. vers. quæro, quidam contraxerunt, & Cor. conf. 116. lib. 4. & conf. 23. lib. 2. & 31. lib. 3. Ioan. de Amicis conf. 62. numero 16. Dec. in l. illud, num. 3. ff. de colla. ibique ceteri scrib.

9 Pariter ex natura societatis est, quod ponens pecuniam in societate duplici periculo subsistet, scilicet periculo perditionis pecuniæ, & vsus negocij, ponens vero operas subsistet vni periculo tantum, scilicet periculo perditionis operarum & industria, quia hoc est de natura huius contractus, & licet periculum non sit æquale, tamen contractus est licitus, vt docet summa Armilla, Caieta. & alij in verbo, societas. Ideo dicebat Couar. c. 2. lib. 3. var. ref. nu. 2. quod ex natura societatis est, quod socius, qui industria

& laborem pecuniæ, quam alter confert, præstat, partem sortis postea deperditæ alteri refarcire non teneatur, & hæc est communis opinio, vt attestatur Soarez suo thesauro, littera. S. numero 126.

Hinc est, quod dicebant Doctores, ex natura huius contractus esse, & signanter focidæ, quod capitale non stet in toto, vel in parte periculo accipientis, quantum ad casum fortuitum, nisi interueniat pactum, prout consiluit Martianens. consilio trigessimofexto, vel nisi interueniat contractus affecurationis, sic non poterit vsura interuenire, de quo per summam Armillam in verbo, societas, nu. 19.

12 Alii dicunt, ex natura societatis esse, quod damnum contingens in societate, vel vni ex socijs, communiter imputari debeat, sed ego intelligo in societate, in qua æquale capitale in re fuit positum, ad hoc ne supradictis aduersetur, & intelligo etiam si damnum contingat, postquam societas est perfecta, non si antea, vt per Petrum de Vbaldis d. tracta. de duobus fratribus, quæstio. octauo, vbi inquit, quod si ante accidat periculum eius est, cuius res est, exemplum, cum tu haberes tres equos, & ego vnum, societatem coniuimus, vt accepto equo meo quadrigam venderes, & ex pretio mihi quartam redderes, si igitur equus ante cõductionem mortuus est, mihi parit, quia ante societatem contractam perit siquidem non fuit societas contracta quadrigæ habendæ, sed vendendæ. l. si id, quod ff. pro soc. in prin. Petr. de Vbald. d. tracta. de duo. fratribus quæstio. 8. principa.

13 Ex natura quoque societatis erit, vt omnes expensæ, quæ sunt occasione societatis, de communi fieri debeant, quare si quid ab altero sociorum occasione societatis impensum est, societati imputabitur, & iudicio societatis obseruabitur. l. si vnus, §. si quis vnus, & l. socium, quæ §. socius, & l. in ea lege, §. si quis ex socijs, ff. pro socio.

14 Sed quæro, quid si duo socij rem cõem habeant, quæ necessariò refici debeat, an si vnus de propria expensa reficiat, quia alter non voluit, & intra 4. menses alter partem suam restituat, priuetur parte sua, vide Iaf. in l. creditor, la. 1. ff. si certum petatur, numero quinto, & Petrus à Duen. in regu. centesimaquinquagesimasecunda, in fine. Ripa repetit. l. quominus, numero ducentesimo decimono, ibi etiam Iafon, numero centesimo nono, ff. de summi. limita, & declara, vt per Ripam vide Hippol. singu. trecentesimo sexagesimono, Cepol. caute. 123. Areti. §. sequens, numero decimotertio, de actio. Institutio. Hippo. Riminal. consi. 364. numero 29. vol. 4.

15 In hoc tamen aduertendum, quod in diuisione societatis non potest alter socium, qui debita contraxit in causam societatis deducere pecuniam, quam debet in diem creditoribus, sed sufficit, vt ei præstetur cautio soluendi, cum dies cesserit. l. omne, l. si socij sumus, ff. pro socio. l. cum socij, ff. commun. diuisi. Angelus, & Crotus, repetitio. l. frater à fratre, ff. de conditio. indebi. Fulgo. consi. 209. colum. 2. Barto. in l. certum. C. fami. erascun. quos citat & re

fert Tiraquell. tracta. de vtro. retract. ligna. §. i. gl. 18. nu. 44.

16 Item ex natura societatis est, quod socius non possit pignori dare partem socij. l. vnica. C. si commun. res pignora. data sit. l. secunda, C. commun. vtriusq. iud. l. conuentio generalis. ff. de pigno. ibi Ripa, numero 16. quod procedere etiam videtur in socio vnuerforum bonorum. le. si vnus ex socijs. ff. pro socio. ibi Bald. de quo nos supra diximus, tracta. pignora, in prima columna, vlti. ordi.

Limita tamen, nisi consocius ratum habuerit, & etiam in fisco in mercibus venalibus, de quo diximus tracta. pigno. & tracta. emptio. & venditio. columna secunda, vlti. ordin.

17 An autem, & quando socius possit locare domum communem, vel fundum communem inuito alio socio, diximus supra tracta. locatio, in tertia colum. vlt. ordi. numero quarto, vbi videas, ne bis eadem repetamus.

18 Præterea ex natura societatis est, vt si plures mercatores socij committunt administrationem negociationis vni eorum, quilibet sociorum ex facto & contractu illius teneatur in solidum ad similitudinem institoris. l. si cum plures, ibi Barto. ff. de exerci. l. eius, qui in prouincia, in fine, ff. si certum petatur Barto. in l. eandem, quæstio. septima. ff. de duobus reis, ibi sequitur Ronchegal. C. nus, Bald. & alij in l. cum te. C. si certum petatur, Bald. in rubri. C. de exerci. circa finem, & in le. si prædium, columna tertia, C. de ædili. edicto, Bald. consilio 262. volumine quinto, Alexand. consilio centesimo trigesimo nono, volumi. quinto, & consi. quadragesimono, volu. secundo, Natta consilio 567. nume. 1. & 6. Petrus de Vbaldis tracta. de societa. parte 9. in princip. & est communis opinio, de qua attestatur Cachernus decisio. Pedemon. 150. nu. 7.

19 Et consequenter quæro, an ex natura huius contractus in solidum, & pro toto debito, an verò vsque ad summam sortis positæ in societate duntaxat teneatur socius? & videtur crebrior, & magis communis illa opinio, quod socij non teneantur vltra corpus societatis, scilicet, vnumquemque pro quantitate, quam habet in societate obligari, non in alijs bonis, ita tenet Anchar. consilio trecentesimo trigesimo secundo, columna prima, refert eum & sequitur Deci. in l. si socius, numero 4. ff. si certum petatur, & in l. qui cum alio, numero secundo. ff. de reg. iur. Parisi. consilio 93. numero 28. volumi. 1. Straccha tracta. de mercatu. titu. de contract. mercato. numero 15. Decisio. Pedemonta. 150. nu. 8.

Ego autem crederem, veram esse hanc opinionem, nisi consocijs sit datum mandatum negotiandi & emendi, & recipiendi pecunias ab alijs, nam tunc virtute huius mandati videtur obligari vltra summam positam in societate. ita etiam declarat & intelligit Parisi. d. consi. nonagesimo quarto, nume. 29. & 30. diximus supra de administratore negociationis.

20 Hinc est, quod socius vnus fundici ex pluribus nõ potest agere contra debitorem, fundici in solidum





fratribus habentibus hereditatem & bona communia incumbit proprijs negocijs, & sibi ipsi quarit, alij verò fratres bonis hereditariis incumbunt, quia bona ex eorum industria, & laboribus diligenti cultura augent faciuntque preciosiora, non debent perdere eorum labores, sed tempore diuisionis bonorum debent habere præcipuos, per l. si quis putans §. si autem, ff. commu. diu. & de omnibus supradictis loquitur etiam Alciatus tracta. præsump. in 1. regu. præsumpt. 25. vbi posuit pro regula, quod

38 † quæ sita per alterum ex fratribus simul post mortem patris habitantibus, præsumuntur de communi, argu. l. si fratris, ff. pro socio. subdens, quod si simul cum hereditate indiuisa post mortem patris vixerint, lucra communicauerint, de superlucratis inuicem alter alteri rationem non reddiderit præsumitur societas, & ibi etiam ipse attestatur de communi, quam communem opinionem ego extendo, & amplio, etiam quod fuerit facta diuisio, sed longo tempore post diuisionem steterint fratres communiter, quia præsumetur iterum voluisse bona communicare, prout voluit Roma. conf. 205. & consil. 478. Boer. decisi. 58. nu. 5.

Sed limitat Alciatus respectu eius, qui non habet consensum, puta si aliquis esset pupillus, vel furiosus, nisi pupillus haberat tutorem, cum quo essent facti isti actus sociales nomine pupilli, vel factus adultus, quo tempore habet consensum ratificauit, arg. l. si pupillus, ff. de noua, & postea idem Alciatus videtur sibi contradicere, non approbando istam limitationem, quæ mihi vera videtur & æqua, cum lex ferè semper prodesse velit pupillis, non autem nocere, de quo nos supra.

Secundò limitat Alciatus quando omnes illi fratres essent nobiles & ex negocijs non lucrarentur, sed viuerent de suis redditibus, idè dicebat Pet. Ioa. Ancha. quæst. 64. quod in dubio præsumendum est, emptionem factam ab vno ex fratribus simul habitantibus, fuisse factam de pecunijs proprijs, nisi aliud probetur, puta quod qui emit, non haberet alia bona, & quod non erat mercator, nec homo industrius, adeo quod verisimile non esset ipsum pecuniam in emptione rei expensam superlucratum fuisse.

Tertio limitat Alciatus quando alter tantum esset mercator, & alij nihil agerent, secus si etiam ipsi lucrarentur, & lucra quamuis difformia communicarent, Soc. iun. conf. 24. vol. 2.

Quarto limitari potest, secundum Deci. consilio 21. colum. 4. quando vnus ex fratribus in libris suis fecit donum creditricem, & se constituit debitorem de aliqua summa, tunc iste actus declarat, intentionem suam non esse, quod contracta sit societas, quod totum debet residere in arbitrio iudicis, qui in hoc debet esse circumspexus.

Quintò limitari posset ex mente nostra, vt dicemus etiam infra in fine huius columnæ, in vers. adde supradictis, nu. 39. ibi vide.

Sexto limitari posset quando alter ex fratribus siue socijs esset abfens, & mercaturam cum alio exerceret, minimeque lucra cum dictis fratribus communicauerit, nam ex istis contrarijs actibus excluditur tacita societas omnium bonorum, ita Natta

consil. 100. numero 3. Cephal. consil. 430. num. 11. lib. 3.

Septimo limitari posset secundum Cephal. d. loco nu. 12. arguendo a contrario sensu, nam si ex cohabitatione lucrorum promiscua communicatione non reddita ratione arguitur societas tacita omnium bonorum, ita contra non cohabitando non communicando lucra, & reddendo rationes arguitur negatiuè societatem non fuisse contractam.

Octauo potest limitari quod alter frater dicatur habere intentionem fundatam in acquisitionibus separatim & suo nomine factis, in quibus acquisitionibus non comprehenduntur non nominati. Ie. cum duobus, §. si fratres, ff. pro socio. Bart. in l. si patruus, ver. tu distingue. C. commun. vtri. iud. & in d. l. Titium aut Meuium, §. altero, ff. de admi. tut. col. 2. Alex. consil. 28. col. 2. vers. tamen in proposito, lib. 2. Roma. consil. 3. & consil. 224. Iaf. consil. 3. colu. 3. vers. quinto fallit, lib. 3. Io. de Amicis consil. 16. nu. 9. Deci. consil. 26. nu. 2. circa princ. & consil. 99. nu. 2. Cæpo. caute 128. Crau. consil. 26. nu. 2. & 131. nu. 12. Ceph. d. consil. 440. nu. 1. lib. 3. Paris. consil. 84. nu. 14. 54. & 55. lib. 1. & dictæ acquisitiones præsumuntur factæ de pecunijs acquirentis, Bar. d. l. si patruus nu. 4. C. com. vtri. iud. ver. aut dubitatur, Alex. consil. 131. numero 13. lib. 5. & afferenti contrarium incumbit onus probandi, Cra. consil. 131. nu. 13. & consil. 286. col. vlti. vers. 3. dubitatur, Dec. consil. 628. nu. 2. Menochi. consil. 12. nu. 20. li. 1. vbi reprehendit Decium consil. 255. nume. 3. alter tenentem contra communem opinionem Pet. à Duen. reg. 3. posset forsitan saluari Decius & alia opinio quando ex coniecturis colligeretur dictas pecunias fuisse communes, vt alias diximus.

Nono potest limitari quando constaret ex libris alterius fratris egisse mercatum nomine proprio, ita Cephal. d. consil. 400. nu. 2. Dec. consil. 11. nu. 49. lib. 1. vbi dicit quod societates diuersæ cognoscuntur ex diuersitate inscriptionum librorum. & idem esset quando alter frater bona, quæ emissit nomine proprio, semper similiter nomine proprio tenuerit & possederit, c. ex his, ext. de prob. l. debitor, ff. de pig. vbi Ripa, lacissime Sozz. iun. conf. 24. nu. 7. lib. 2. Cephal. d. consil. 440. nu. 3. & seq. lib. 3.

Decimo limitari potest quando aliqua reseruatio facta fuit in societate, Natta d. consil. 100. numero 1. & 2.

Vndecimo quando inter fratres siue socios redditur ratio impensæ, & lucri, quia socii omnium bonorum non reddunt inuicem sibi rationem damni, vel lucri, Ball. l. col. 2. vbi Iaf. C. qui testa. face. pos. Anch. consil. 30. in princ. Natta consil. 100. nu. 3. idem dicunt Doctores, quod non dicatur contracta societas omnium bonorum quando vnus ex fratribus negociatur, alter verò dat operam studijs, ita post Bal. & Nattam voluit Menochi. consil. 12. nu. 11. in fine lib. 1. Bero. consil. 190. nu. 25. lib. 1. & subdit Menoch. d. consil. sub nu. 3. quod non dicatur contracta societas quoad negotia, inter fratres siue socios, quando alter frater nulla tractauit negotia, ita etiam Bart. in d. l. Titium aut Meuium, §. altero, ad finem, ff. de admi. tut.

Duo.

Duodecimo potest limitari, vt non dicatur contracta societas omnium bonorum inter fratres quando vnus ex dictis fratribus esset clericus, cui est interdicitum à lege pontificia negotiari, c. pen. & c. vlt. de vi. & honest. cleri. ibi Doc. Fed. de Senis consil. 207. nos Griffillus, col. 2. Menoc. d. conf. 12. nu. 12. lib. 1. & subdit sub num. 15. quod neque etiam præsumitur societas quando alter ex socijs siue fratribus bona ab eo empta non describi fecisset in catastro communi, sed ad proprium catastrum ipsius fratris, in quibus quod sicut quando bona fratrum sunt omnia descripta ad catastrum commune, præsumuntur communia & communi nomine acquisita Petr. de Vbal. d. trac. de duo. fratri. par. 3. nu. 22. Ro. conf. 191. nu. 9. Dec. conf. 21. nu. 10. ita à sensu contrario catastrum proprio nomine factum, societatem non inuita demonstrat.

Aduertendum est tamen quod si emptio fuisset facta nomine vnus ex fratribus, vel socijs, postea prædia in catastro scripta reperiuntur ei & fratribus, & communiter fuerint soluta tributa, ex hoc acquiritur dominium alijs fratribus, Bar. in l. iura & possessiones. C. de omni agro deser. lib. 1. Rom. consil. 297. nu. 7. Iaf. in l. decem, num. 35. ff. de ver. obl. Dec. conf. 21. nu. 10. & consil. 146. vers. nam sicut, Soc. sen. in præmissis consil. de quibus per Menoch. consil. 80. nu. 4. lib. 1. quod tunc procedit quando alter frater, qui emit fuit præfens descriptioni, vel postmodum ratificauit verbis, vel facto, patiendi quod res ab eo empta communiter esset descripta in catastro, & de communi soluerentur tributa, nam ex ista voluntate fit communis, sed nisi appareat consensus tacitus siue expressus factus, vel verbis, descriptio illa non nocet d. fratri. abfenti, illam enim doctrinam Bar. declarat Bert. conf. 62. nu. 11. lib. 1. procedere non solum ex descriptione facta in catastro, sed quia fuerant communi nomine & fratrum, soluta pecunia.

Tertiodecimò limitari potest quando acquisitiones sunt modo nomine vnus, modo nomine alterius Crau. consil. 26. num. 2. in fine, Menoch. d. consil. 12. nu. 20. ver. non obstat quartum, lib. 1. & idem dicendum est, cum codices expensarum domus & familiaris conficiuntur, & in eis diligenter scribuntur accepta & expensa, Dec. d. consil. 21. nu. 6. vers. vltra prædicta, Menoch. d. conf. 12. nu. 17. lib. 1. Alc. de præsump. reg. 1. præsu. 25. nu. 4.

Quartodecimò potest limitari quando alteri ex fratribus fuissent facta aliqua legata, quæ non contulisset aut communicasset cum alijs, nam in societate omnium bonorum prædicta communicantur, l. 3. §. cum specialiter, l. cum duobus, §. socium vniuersorū, l. si societatem vniuersorum, ff. pro soc. Petr. de Vbal. de duo. fratr. par. 3. prin. numero 29. Menoc. d. conf. 12. nu. 18. ver. 9. & vlt. idem est in alijs vndecumque obuentis, quæ si non communicantur nunquam intelligitur contracta societas omnium bonorum.

Quintodecimò potest limitari quando ab altero ex socijs inferibitur liber siue codex alicuius negotiationis nomine alterius fratris tantum, nam ex illa inscriptione coniecturatur animus illius fratris nolle contrahere societatem in illa negotiatione, ita Bar. in d. l. si patruus, num. 6. Cro. conf. 40. num. 15. Dec.

conf. 21. nu. 6. Stracca de mercatura, in 2. par. num. 53. & 54. Menoch. d. conf. 12. vbi de communi, nu. 16. in fine.

Intelligitur tamen & declaratur per Soc. sen. cōf. 160. col. 5. lib. 2. hanc præsumptionem & limitationem non habere locum quando lucrum illius negociationis fuerit communicatum inter dictos fratres siue socios, & licet istam declarationem Soc. videatur improbare Menoch. d. conf. 12. sub nu. 16. dicens opinionem Soc. esse contra communem, tamen vltimo se remittit, & opinio Soc. mihi videtur verior, quia illa præsumptio siue intitulatio libri, & tituli, nil aliud est nisi quædam præsumptio animi illius fratris siue socii, quæ præsumptio tollitur per aliam præsumptionem maiorem prouenientem ex facto, nempe ex communicatione lucrorum dictæ societatis, & clarum est quod maior est præsumptio illa proueniens à voluntate fratris admittentis ad partem lucri alterum fratrem, quam non sit illa intitulationis libri.

Vltimo potest limitari, vt non censetur contracta societas, cum inter fratres comunicantur solum redditus patrimonij, quia non inde inferitur esse contractam societatem quoad negociationes, vt per Menoch. d. consil. 12. nu. 18.

39 Sed quæro, an præsumatur contracta societas etiã in patrimonio vnus fratris, scilicet quando fratres remanserunt in communi post mortem patris, & alter fratrum habet proprium patrimonium, vt in casu, pro quo consuluit Cepol. consil. 4. num. 5. art. 2. in citi. & loquitur Bal. Ang. Cast. & alij in l. si C. de colla. vbi Doctores dicunt, quod si sunt duo fratres minor & maior, qui remanserunt in comunione post mortem patris frater maior habebat proprium patrimonium, puta bona materna, & omnes redditus consumpsit in communibus expensis, nec apparet, quæ intentione fecerit, postea veniunt ad diuisionem, & ille frater maior petit partem illorum fructuum consumptorum in communes vsus, alius frater negat se illi teneri, dicens, quod censetur voluisse eos communicare & donare ratione fraternitatis, tunc recurritur ad coniecturas, an voluerit donare, nec ne, prout docet Bal. per c. 2. de duo. fratrib. de nouo benefi. inuest. Paul. de Castro in l. ex duobus, §. si ff. de neg. gest. & si sunt parui fructus, tunc coniectura est, secundum Ang. quod voluerit donare, si autem sunt magni fructus, coniectura est, vt non voluerit donare, & maxime si frater non esset diues, per ea quæ habentur per glo. & Doc. in l. si filii tui. C. de dona. int. vir. & vxo. Cepol. d. conf. 40. Petr. Io. Ancha. d. q. 74. sub nu. 15. & ibi cita l. cum de indebito, ff. de probatio.

40 Sed quid dicendum de dote, pone quod vnus ex fratribus accepit dotem vxoris suæ & postea deuenit ad diuisionem, an debeat refici sibi dos de bonis communibus? dic quod si in vtilitatem communem versa erit dos, poterit repetere dotem, sed non fructus, secus si non probetur versam in vtilitatem communem, ita tenet Specu. tit. de iudi. §. sequitur, vers. quid comunione, Bal. in trac. de duo. fratrib. col. 4. & in l. si patruus, C. commun. vtri. iud. Decian. conf. 30. num. 15. vol. 1. Cepol. consil. 4. vbi de communi, vide eundem Cepol. consil. 41. in fine, & nota illud







rionem reddere tenentur. nu. seq. alias ad interesse quantum in litem socius iuravit, tenentur. nu. 5.

In Christi nomine, Amen.



REQUISITVS, vt super propositis dubijs quid iuris sit respondere debeam, ego breuiter, & conclusiue subijciam id, quod de iure, & meræ veritatis, & æqui tati consensum esse arbitror: Idcirco super vnoquoq; dubio quambreuissime potero, se motu animi argumentorum, & longa allegationum copia, iuxta petita, pro viribus satisfacere conabor.

bel. in cā societatis, vers. vnde cumque quaeritur, Rom. consil. 145. & consil. 413. Pe. de Vbal. in trac. de duobus fratrib. par. 6. q. 9. Anch. consil. 302. circa fi. vers. tertium dubium. Alex. consil. 37. & cōf. 154. vol. 2. fa. luf. apud Alex. consil. 76. vol. 4. Alb. in l. si socius p. filia, ff. soc. Pul. d. in l. si socius p. filia, Pau. de Cast. consil. 96. si dicta Cornelia, & consil. 366. omnipotentis Dei, vol. 1. Soc. consil. 46. vol. 5. vers. circa aliam dubitationē, & consil. 192. vers. circa quartam, vol. 2. Iaf. in auth. q. locum, col. 4. C. de colla. & consil. 291. vol. 1. in §. fuerat, nu. 111. Insti. de act. Corn. consil. 124. col. fi. vol. 1. & consil. 52. vol. 3. & consil. 58. volum. 4. & consil. 124. & seq. vol. 1. Cro. in repet. l. si constante, ff. sol. mat. Neui. in fil. nupt. lib. 2. nu. 83. Bertran. consil. 336. col. fi. vol. 3. & consil. 279. vol. 2. is quisquis est in add. ad Alex. d. consil. 154. & in add. ad Dec. d. consil. 66. Paris. consil. 85. nu. 18. vol. 1. Berro. consil. 190. vol. 1. Feder. Scot. Respon. lib. 3. respon. 9. Mandol. in add. ad Rom. d. consil. 145. qui referendo opiniones, vltimam videtur approbare, iuxta not. per glo. & Bar. in l. Marcellus. §. Sabinus. ff. ad Treb. & hanc esse communem attestantur Iaf. sup. allegato consil. 291. Cro. d. l. si constante, Neui. in sup. citato loco. & q. sit magis commu. dicit Soc. d. consil. 46. Iaf. d. auth. quod locum. Bero. d. consil. 190. nu. 20. & nu. 26. vbi etiam dicit sequendam in iudicando & consulendo, & q. eam semper fuit secutus Mand. in add. ad Rom. d. consil. 146. immo is, quisquis est in add. ad Dec. d. consil. 66. dixit hanc verioem, & add. ad Alex. d. consil. 154. inquit, q. contrarij tenentes multū errāt, & q. cęq. uim in re clarissima. Quid igitur tenendum? In præfenti difficultate mihi placet magis opi. vt talis dos in partem socij dotantis imputari debeat, & omisis iuribus & rationibus, de quibus per DD. ad id tenendum.

vol. 1. DD. qui hanc sniam sequuntur, plures sunt nu. nempe 22. vt ex numeratione costat, & maiores grauioresque sunt auctoritate, vt apparet, & pferim, quia inter DD. contrariæ sententiæ sunt quinque; aut sex DD. qui simpliciter ab alijs DD. referuntur, & eorum consil. non reperiuntur. Nec ob. q. Tho. No. & Rol. à Valle Moderniores p. riam sequuntur sniam, quia & pro ista parte adhibentur Moderniores, vt sup. deductū fuit. Sed vterius df. q. in omnib. quaestionib. occurrentib. vbi diuerse sunt opi. DD. potius ad hærendum est opinionibus antiquorū q. Moderniorū, nisi reperiat textus expressus in cōtrarium, vt singulariter dicit Pap. in sua prac. in for. capitulorū, qñ test. prod. ad æter. rei me. in fine, quæ refert, & sequitur Euer. in sua Centuria, in loco ab auth. maio. vers. ad vnum tamen aduertet. Quarto, & vltimo in præfenti casu mirificè, & plurimū ad id tendendum me mouet, quia in diuisione societatis, quæ veniat imputanda, & quæ non attenditur plurimū consuetudo regionis, & loci, vt dicit Sal. in l. cū duobus §. inter fratres, in fi. ff. pro soc. quæ consuetudo in loco dicitur lex. l. de quibus. ff. de leg. at vt mihi p. supponitur, in terra S. Genesij semper hætenus fuit obseruatum, q. dos imputetur in portione dotantis, standum est igitur tali diuina consuetudini, quia minime sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt. I. minime. ff. de leg. vnde ex prædictis sequendam arbitror hanc sententiā, tamquam magis iudicio meo veram, cōem, & æquam, hancque firmo, præsupposito pro vero, q. talis dos non fuerit promissa & soluta de consensu & voluntate fratris, prout mihi est præsuppositum.

dispositione tenet de administratione facta ratione reddere, c. qualiter, & qñ. il. ij. de accusat. & est tex. & ibi not. per Bar. & alios in l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. distr. Ber. consil. 191. nu. 13. vol. 1. & cum concor.

Tertio, quia vt etiam attestatur Bero. d. consil. 190. vol.

Et vt sup. responsum est, iuris esse arbitror ego Manentes Costa Macera. Aduocatus curialis, saluo semper iudicio cuiusque rectius sentientis. In quorum fidē scripsi & subscripsi, & proprio sigillo comprobau.







CONSILIVM EXCELLENTIS D.  
BAPTISTAE DE HIERONYMIS

MACERATENSIS,  
IN CAUSA APPALTVS THESAURARIAE  
ET SALARÆ REDDITVM

Pro Mag. admodum D. Io. Baptista Zanchino contra heredem Lapuccij,  
& creditores iuris & facti.

S V M M A R I V M.

- 1 Qualitas contractus ex verborum tenore dignoscitur, & a verbis in dubio non recedendum.
- 2 Communiter res agi potest citra societatem, quod declaratur, nu. 34.
- 3 Societatis natura est, ut cum certa persona contrahatur, limitatur in casibus, in quibus transiret ad heredem ex praambula conventionione, vt in publicis conductionibus, numero 36.
- 4 Cessionis contractus ad heredem transit, prout regulariter ceteri contractus.
- 5 Societatem alleganti incumbit onus probandi.
- 6 Societas regulariter morte vnus ex socijs extinguitur, etiam quo ad socios superstitis, nu. 13. Etiam stante iuramento, ac etiam in qualibet societate etiam publicarum rerum, nu. 4.
- 7 Et procedit, etiam si expressim actum sit, vt ad heredem transeat, nu. 6. quantumcunque ad sit iuramentum, num. 10. iuncto nu. 30. 39. quicquid Io. Fab. intelligendo sane in priuatis societatibus, at secus in societate publicorum uectigalium & similibus, quae sunt super rebus publicis, vbi expressim de herede actum sit, concurrentibus requiritis, ut late, nu. 27.
- 8 Alienatio magis necessaria permittitur quam voluntaria.
- 9 Societatis renunciatio, vel protestatio intemptiua, non ualet in alterius prauidicium, nu. 16.
- 10 Iuramentum obligat quempiam ad praesam obseruantiam, & facit ualere actum omni meliori modo.
- 11 Societas contracta pro se & suis heredibus, iuramento hinc inde appposito, tenet de iure canonico in persona heredis, sed contra ex communi, nu. 39.
- 12 Probat, qui non improbat.
- 13 Partes conuenire possunt, ut scriptura priuata uim habeat publici instrumenti in forma camerae apostolicae, etiam iurati.
- 14 Societas tacite renouari potest, vbi extincta, uel dissoluta esset.
- 15 Locatio transit ad heredem, etiam si sit unita cu societate, sed contra nu. 41. & seq.
- 16 Societas, quae consensu perficit, nedum expresse coiri potest, uerum etiam tacite, & ex quibus coniecturis & praesumptionibus uel factis praesumatur, nu. 20.
- 17 Consensus non minus factis, quam uerbis demonstratur.
- 18 Societatis propria natura est, ut damnum, & lucrum sit commune.
- 19 Obseruantia secuta declarat animum & uoluntatem praecedentem.
- 20 Socialis actus exercetur, quando praenonitur communis institutor negotiationis.
- 21 Participare uerbum, conuenit societati, & eius naturae, praesertim in damno & lucro.
- 22 Societas est duorum plurium ue conuentio contracta ob commodiorem usum, & ubiorem questum, secundum Ar.
- 23 In societate magis attenditur mens contrahentium, quam uerba, & magis effectus, quam sonus uerborum.
- 24 Fundamentum intentionis suae unusquisque probare debet.
- 25 Mulier non censetur haeres idonea in societate publicorum uectigalium, & similibus.
- 26 Mulier non cogitur ad exactiorem tributorum, & collatarum.
- 27 Societas finitur decoditione & honorum publicatione, uel ubi bona a creditoribus distrabuntur.
- 28 Societas quando ex conuentione ad heredem transire potest, intelligitur de primo herede.
- 29 Iura passiva in alium transire non possunt.
- 30 Societas censetur in dubio contracta, quando duo simpliciter emunt, uel conducunt rem quampiam, nisi contrarium probetur, praesertim ubi haberet causam successuam.
- 31 Socij mei socius, meus socius non est.
- 32 Heres certus nominari non debet in societate, ne libera standi facultas adimatur.
- 33 Verba interpretanda sunt contra eum, qui mittitur in pacto.
- 34 Iuramentum intelligitur secundum naturam actus.
- 35 Societas contracta ad certum tempus, intelligitur rebus stantibus, & nisi societas fuerit prius distracta, uel dirempta.
- 36 Societas in conducendo, intelligitur secundum naturam societatis.
- 37 Emolumentum & lucrum societatis distractae, transit ad heredem, licet socij non sint, emolumentum tamen successoribus sunt.
- 38 Ampliatur de omni emolumento et futuro ex eodem negotio acquirendo, sed contra, nu. 52. 53. 66. & seq.
- 39 Haeres socij complere & perficere tenetur negotium incipitum, intellige, quando negotia essent pendencia, uel ex re communi, vt nu. 67.
- 40 Tempus in societate non inspicitur, quo res perficitur, sed quo res inchoatur.
- 41 Societas dissoluitur etiam dissensu, praesertim in iudicio.
- 42 Delinquere quis in dubio non praesumitur.
- 43 Commodum ab onere regulari solet.

Societas

Consilium de Societate.

- 54 Societas ubi nulla est, uel communitio, haberi non debet consideratio diuisionis lucri, uel damni.
- 55 Societas ubi est finita per obitum unius ex conductoribus salinarum, emolumentum & lucrum postea acquisitum ad heredem non transit, etiam durante tempore conductionis.
- 56 Implementi non secuti exceptio dicitur litis finitae, & impedit litis ingressum, & potest quodcumque opponi, etiam stante statuto prohibente exceptiones aliquas poni, & datur eadem exceptio ad rescindendum etiam contractum nominatum, nu. 56.
- 57 Agens ex contractu, primo docere debet, se adimpleuisse pro eius parte.
- 58 Societatis contractus habet tacitam conditionem si conuenta socius praestauerit.
- 59 Societatis contractus ex causa implementi non secuti rescindi potest, nedum excipiendo, uerum etiam agendo, vbi cumque id quod erat implendum, fuerat causa finalis.
- 60 Implementum secutum fuisse probari debet ab eo, qui implere tenetur.
- 61 Conuentio in societate de expellendo non adimplet conuenta, ualida dicitur.
- 62 Pactum nudum in societate producit actionem efficacem.
- 63 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
- 64 Consequens qui uult, uidetur uelle omne necessarium antecedens, etiam in materia stricta uel odiosa, praesertim in his que pendet a mera uoluntate, ibidem.
- 65 Nullum sit manus mentis nostrae testimonium, quam qualitas inspecta factorum, quae sine loquela se intelligunt, & per solum aspectum imprimunt suam uoluntatem.
- 66 Societas ex quadam aequitate ad instar fraternitatis habetur.

ARGUMENTVM.

Agitur de societate publicarum conductionum, an & quando censetur, uel praesumatur contracta, quam cumque de socijs, uel societate non exprimitur.

Et an, & quando, & quae concurrere debeant, ut ad heredem transeat.

Et denique, an emolumentum tamen & lucrum post societatem per obitum vnus distractam durante adhuc tempore conductionis, spectet ad heredem socij praedefuncti, latissime concluditur negatiue.

Dominus adsit, & intellectum meum illuminet.

**D**E duobus potissimum in praesenti consultatione agendum est, pro apertiori resolutione eorum, quae in causa Appaltus & conductionis thesaurariae, & salariae prouinciae Marchiae, inita cum R. Camera Apostolica proponuntur.

Primo an societas eiusdem conductionis & affectus fuerit finita per obitum Ioannis Lapuccij, inter participantes pro rata specificae nominati per Mag. Do. Io. Baptistam Zanchinum nobilem Florentinum, cui & nominandis ab eo, R. Camera Apost. sive Domini praesidentes locauerint & in affectum concesserint per nouennium, precio, pactis, & capitulis, prout in instrumento continetur.

Secundo quando societas dictorum participantium per illius obitum esset dissoluta, uel aliter distracta, an emolumentum exinde contingens, nedum praeteritum, uerum etiam durante adhuc eodem negotio, postea acquisitum pro rata spectare de iure debeat ad heredem Lapuccij heredem uniuersalem cum beneficio legis & inuentarii, & successiue ad creditores hereditarios.

Siquidem circa primum uideretur prima fronte dicendum, ex pluribus eiusdem affectus participatio nem per obitum Lapuccij diremptam non esse, durante adhuc nouennio conductionis, & primo intentio eiusdem heredis & creditorum iustificari, & fulciri posse uideretur. Nam in eisdem instrumentis, & scripturis mihi exhibitis, tam appaltus & affectus, quam etiam nominationis, & conuentionis, nulla prorsus habita fuerit mentio de societate inter eos inita, uel de socijs, sed tantum participes, siue pro rata participantes nominantur, unde cum ex uerborum

tenore & qualitas contractus diiudicari solet, nec a uerbis in dubio recedendum, si quis stipulatus sit Stichum, si ita stipulatus, §. Crisogonus, ad fi. ff. de verb. oblig. Soc. conf. 18. in prin. lib. 1. Dec. conf. 306. in prin. & 423. inde fit, ut societas inter eos non dicatur contracta, ex quo uerba de societate non loquuntur, eaque uerificari posse uidentur citra ius &

nomen societatis. Nam communiter & res agi potest citra societatem, ad tex. apertum in l. ut sit, ibi, nec res sufficit esse communem, nisi societas intercedat, cum l. seq. & l. ut in conductionibus, ff. pro soc. quae punctualiter loquitur in terminis nostris publicarum conductionum, quinimo dicta uerba aduersari uidentur

societatis & naturae, quae cum certa persona contrahitur, ut probatur in §. soluitur, ibi, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi elegit, in Inst. de societ. at in casu nostro secus, ex quo in scriptura conuentionis exprimitur, uel nominandis ab eis, & sic non uidetur adesse certitudo personae, & consequenter inter eos minime societas inita, sed cessione quadam iurium cum emolumento & onere participandi pro rata, aliis facta. Igitur uana reddi uideretur dubitatio de obitu socij, cum ad heredem & contractus cessionis pertranseat, prout regulariter ceteri ad tex. in l. ex contractibus, ff. de actio. & oblig. l. si pactum, ff. de probat. l. uiam ueritatis, C. loca, hinc

alleganti & societatem incumbit onus probandi, alioquin in ea niti non possit, Cor. conf. 243. lib. 1. & 212. lib. 4. Dec. conf. 21. nu. 1. in fi. & conf. 304. nu. 6. Grat. resp. 128. nu. 3. lib. 1. Ruy. conf. 92. nu. 5. in fi. vol. 1. & Paris. conf. 82. nu. 5. in primo.

Secundo suadetur: nam quando societas inter eos tacite contracta extitisset, non tamen per illius obitum dissoluta uideretur: quia licet regulariter & societas morte vnus ex socijs soluat, ut in d. §. soluitur, l. 60.










Alia præsumptio est, quod societas non dicatur renouata neque continuata, quando patientia sola non sufficit, puta in minore absque ex forma status siue constitutionum se obligare non potest: isto. n. casu ex patientia non dicitur renouata societas ita per multa argumentatur Menoch. d. conf. 121. lib. 2. nu. 100. allegando Bar. in litem quæritur. in §. qui impleto, nu. 4. ff. loca. & etiam nu. 7. vbi etiam Cast. dicentes non censeri renouatam locationem ex patientia locatoris, qui permittit conductorem perseverare in conductione si aliquid ex parte ipsius locatoris agendum est, & vbi locationis contractus requirit solemnitatem scripturæ ex sola patientia non continuatur locatio, quod & voluit Rom. conf. 103. nu. 1. Ruy. conf. 167. nu. 2. lib. 1. Afflic. deci. 265. nu. 10. Alex. conf. 17. num. 11. lib. 4. Crauet. de antiqui. tempo. 5. par. prin. num. 14. Boerius decif. 284. nu. 14. & sic stantibus aliquibus præsumptionibus ex supra allegatis, vel alijs similibus, quæ afferri possunt, procedit illa prima opinio. Quando autem nõ adesset aliqua præsumptio in contrarium tenenda est illa secunda opinio quod dicatur continuata siue renouata societas quando antiquus negociandi modus antiquaque forma obseruatur, maximè quan-

do hæredes vtuntur eisdem institoribus, & hæc est communis opinio: alias secus dicendum est pro quo vide. consil. Decia. consil. 11. nu. 67. lib. 1. & per totum consilium. & communis opinio etiam maxime procederet, vt ex simplici dimissione capitalis censetur renouata societas quando adesset consuetudo in loco quod societas intelligeretur renouata. Socin. fen. conf. 160. nu. 8. & conf. 167. nu. 10. lib. 2. Menoch. d. conf. 121. nu. 106. & maxime etiam procederet si socius inhabitaret prout prius apothecam communem, Cast. conf. 350. col. 1. lib. 1. Rom. conf. 168. ad finem, Rimi. fen. conf. 175. nu. 2. lib. 1. Socin. fen. conf. 160. col. 3. li. 2. Bene verum est, quod ista coniectura de per se non sufficeret, vt late demonstrat Menoch. d. loco. nu. 103. & sequen. ego tamen crediderim quod stante dubietate an societas fuerit renouata nec ne, potest facilius trahere animum iudicis ad credendum societatem esse renouatam. Sed animaduertendum, quod quando adesset coniecturæ pro vtraque parte, iudex debet diligenter procedere in causa, & considerare, quæ præualeant cum vna præsumptio tollat aliam. l. diuus. ff. de in re. restit. mino. & sic non potest tradi forma & certa regula.



TRACTATVS  
DE MANDATO  
PETRINICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS

I. V. D.

De personis	De Rebus	De Substantia- libus	De Natura- libus	De Acciden- talibus	Quæ actio	Quomodo an- nulletur
Gratia man- dantis	Gratia a- liena	Gratia mandan- tis, & aliena	Gratia mandantis & mandatarij	Gratia mandatarij & aliena	Gratia man- datarij	Gratia man- datarij
Pure	In diem	Ad diem	Sub conditione			
Expressum Tacitum	Licetum Illicitum		Proprium Improprium	Simplex Non simplex		
		Aut cum libera omnium rerum & bonorum	Aut cum libera omnium negotiorum			
		Generale cum libera à lege.	Generale cum li- bera ab homine			
Generale cum libera	Generale sine libera	Indetermina- tum	Determina- tum			
	Generale seu vniuersale		Speciale seu singulare			
	Voluntarium		Necessarium			

MANDATVM

S V M M A R I V M

- 1 Mandatum solo consensu contrahitur.
- 2 Dicitur mandatum, quasi manu datum.
- 3 Mandatum est ius, quod consistit in moribus.
- 4 Si rector prouincie contrahat matrimonium cum subdita, dicitur contra mandatum Principis facere.
- 5 Mandatum differt à præcepto.
- 6 Mandatum est officium honestum, gratis susceptum, exhibendum ab amico.
- 7 Mandatum est officium ab eo, qui gratuito suscepit exhibendum.
- 8 Tutoris & curatoris officium debet esse gratuitum.
- 9 Contractus mandati, iurispergentium est.
- 10 Contractus mandati, est bonæ fidei.
- 11 Intellectus ad cons. Rym. iun. & Iaco. Emilia.

Venio



Venio ad aliam columnam tertij ordinis Amphitheatri, quae est in scripta Mā datum, quod pariter solo consensu contrahitur, sicut emptio, locatio, & societas, l. i. ff. mand. & Inst. de oblig. ex consen. Azo. in summa C. mand.

Dicitur autem mandatum, quasi mandatū, quod enim quis per se facturus est, alij gerendum committit, Bal. in rub. ff. mand. Azo. in summa. C. cod.

Mandatum diffinitur, seu describitur, vt sit ius, quod consistit in moribus, secundum Host. in summa, in prooemio, in §. quo nomine nūcupetur, & in c. his igitur. 17. distin. Capra in suis regul. concl. 2. nu. 6. Dec. in rub. de const. nu. 30. in 2. lectura, Ripa eadem rub. nu. 36. ibi inquit, quod in genere omnia legum praecepta possunt dici mandata, sed in specie ea sola mandata dicuntur, quae iudicibus traduntur circa modum gubernandi prouinciam, vt probatur in Auth. de mand. prin. in prin. vbi Iustitia. attestatur, se composuisse librum mandatorum. ibi, in glo. rub. & hinc est, quod si rector prouinciae contra hat matrimonium cum subdita, dicitur contra mandatum principis facere, l. & si contra mādata, vbi gl. not. C. de nupt. intellige de iure ciuili, non de iure canonico, diximus supra alijs in locis, & dicemus in fra. col. matrimonium in scripta.

Mandatū differt à praecepto, quoniam mandatū videtur voluntarium licet quandoque propter qualitatē personae accipiarur pro iussu. praeceptū vero habet necessitatē, prout declarat Dec. post alios in l. more maiorum, nu. 51. ff. de iuris d. om. iud. differt etiam, quia mandatū, morte mandantis re integra finitur, sed non praeceptū, vt not. glo. in l. & quia, ff. de iuris d. om. iud. & c. cum uenissent, de test. cum si.

Sed animaduerte, quia Doctores dum supracitatis locis tradunt diffinitionem mandati, loquuntur de mandato facto à principe, quod est species constitutionis, prout declarat Decius in rub. de mand. prin. in prin. sed nos quærimus, quomodo diffinitur proprie contractus mandati, quod fit inter homines priuatos quotidie, de quo mandato loquitur titulus. ff. & C. & Inst. manda. & tunc dic, quod mā datum est officium honestum, gratis susceptum, exhibendum ab amico, secundum Placen. quem sequitur, & tuetur Rayn. at ista diffinitio rejicitur ab Azo ne, eo quia etiam de re inhonesta fit mandatū, licet non sit obligatorium. item quia is, qui non est amicus, mandatū suscipere & adimplere potest, & mandati tenetur.

Quare dic, secundum Azo. quem sequitur Accur. rub. ff. mand. ibi Bar. Bal. Sal. & alij scriben. & idem Accur. in glo. Inst. mand. vt mandatū sit officium ab eo, qui gratuito suscepit exhibendum, dicitur officium loco generis, & illud est proprie, quod inter hominem consideratur, religio vero inter Deū & hominem, pietas inter patrem & filium, obsequiū inter patronū & libertum, l. officio, ibi glo. C. de neg. gest. l. veluti. ff. de iust. & iure. dicitur gratuito exhibendum, quoniam nisi gratuitum sit, esse mandatū non potest, si quidem ex officio, & amicitia trahit originem, vt inquit Vlpia. in l. i. ff. mā d. Straccha in trac. de mercatu. tit. mandati, in principio. cō

traria certe est officio merces, pecunia namque inter cedente locatio & conductio est. l. i. in fi. ff. cod. idē dicendum in procuratore ad litem, idem in tutore, & curatore, vt officium suum gratuitum sit, vt inquit glo. pen. l. i. ff. cod. tamen salarium aliquod remunerandi causa & laboris causa intercedere potest, non vt merces, sed vt honor quidam, l. si remunerandi, in prin. ff. cod. vbi glo. diximus etiam trac. locatio. & conduc. petique potest officio iudicis, si certum tamen sit re, vel genere, etiam ex pacto nudo, nisi sit pactum de quota litis, quod à iure reprobatur, l. salarium, vbi glo. ff. cod. & l. qui mutuum. §. salariū, cod. vide tex. in l. si qui. C. de postu. vbi gl. & l. qui litem, C. de procu. sed si incertum sit re, & genere, veluti quia dixerit, tibi beneficia, tunc peti non potest, l. salarium. C. mand. & glo. in l. salarium. ff. cod. ibi declarat, q̄ actio detur in hac materia potēdi salarij.

Contractus vero mandati iurifigentium est, sicut alij contractus supra nominati, videlicet emptio, locatio, & societas, qui contrahuntur pariter solo consensu, l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & alia diximus, & superfluum est repetere, vt & contractus mandati est bonafidei. §. actionum, Inst. de actio. Soc. iu. confi. 22. nu. 8. & 31. vol. 3: & nos col. contractus in scripta, in diuisio. cōtractuum, hoc est in 4. articulo. Sed D. Hippolytus Rimina. in confi. 467. num. 102. vol. 4. dicebat, mandatū stricti iuris esse, & eius fines diligenter esse custodiendos, allegat. l. diligenter. ff. manda. ego intelligo D. Rimina, ibi stricti iuris esse, id est stricte & diligenter esse seruandum, secundum legem, quam allegat, quia alias non est verisimile, illum doctissimum virum intellexisse stricti iuris ad differentiam bonafidei ita etiam est intelligendus Iaco. Emili. in confi. 112. sub num. 33. vbi etiam ipse inquit, mandatū stricti iuris esse, & allegat d. l. diligenter, & sic declarandum & intelligendū est, quod quamuis mandatū sit contractus bonafidei tamen non recipit latam interpretationem, vt trahatur vltra expressa, & sic non seruetur mandatū in sua forma, vt late per Soc. iu. confi. 22. nu. 31. vol. 3. & nos infra, vlt. ord.

DE DIVISIONE mandati.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mandatum alterum voluntarium, alterum necessarium est.
2 Mandatum aliud est de subiecto vniuersali, aliud de subiecto generali, aliud de subiecto simpliciter particulari, se cum sum Sal.
3 Nulla videtur esse differentia inter mandatū de subiecto vniuersali & generali.
4 Duplex est mandatū, generale siue vniuersale, particulare seu singulare.
5 Mandatū generale, quo quis procurator constituitur, si in eo casus, speciale mandatū exigens, excipitur, ceteros casus non comprehensos, comprehendet.
6 Generale mandatū completitur regulariter illud speciale,

- 7 Speciale mandatū, quod dicitur.
8 Quae differentia sit inter speciale mandatū, & singulare, secundum Baldum.
9 Quomodo differat speciale mandatū à generali.
10 Plus potest speciale mandatū, quam generale, & casus, in quibus speciale mandatū requiritur.
11 Speciale mandatū requiritur, si quis alterius nomine matrimonium promittat.
12 Speciale mandatū requiritur, cum agitur in causa restitutionis in integrum.
13 Vbi petitur restitutio principaliter, requiritur speciale mandatū.
14 Ad petendam restitutionem in integrum, sufficit si sit dētus, constituitur procurator ad petendam rest. in integ. contra quancumque personam.
15 Potest peti rest. in integ. non tantum si expresse verba mandati significent, sed etiam tacite, sub generali verborum serie.
16 Procurator habens mandatū ad agendum, defendendum, & supplicandum, potest petere rest. in integ.
17 Ad petendam rest. in integ. sufficit in mandato exprimi, quae mandatū erigant speciale adiecta clausula generali, constituit te procuratorem ad hoc, & ad omnia alia requirētia speciale mandatū.
18 Si quis constituit procuratorem speciale in causa mota contra aliquem, puta in causa cuiusdam frumenti, si in fine mandati constituitur procuratorem generale in causas motas & mouendas coram quocumque iudice & magi stratu, intelligitur constitutio facta coram eodem.
19 Procurator habens mandatū cum libera, potest petere restitutionem in integrum.
20 Quoties de mandato dubitatur, potest peti restitutio in integrum.
21 Coniuncti in exigentibus speciale mandatū admittuntur praesertim ratione cautionis.
22 Tutor, curator, economus, prelati, & similes, absque mandato speciali possunt petere restitutionem in integrum.
23 Ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum, non requiritur speciale mandatū.
24 Speciale mandatū requiritur, cum agitur de suspicionē tutoris.
25 Speciale mandatū requiritur in interdētis de liberis deducendis.
26 Speciale mandatū requiritur, quando sunt duo procuratores omnium rerum allicius, tunc vltus non potest exigere ab alio sine speciali mandato.
27 Speciale mandatū requiritur in interdētendo filio super hereditate.
28 Item in litigando in causa matrimonij.
29 Item in causa l. qui ita, ff. ad senat. cons. treb. & l. item edrum, §. sed & si ita decreuerint, ff. quod tuisque vltius nomine.
30 Item in remittenda pleuoris obligatione, & acceptatione & in pacti interpositione.
31 Item in iuramento delatione, & praestatione.
32 Item in recipienda solutione.
33 Item in iuramento calumnie, vel alio iuramento praestando in animam alitius.
34 Saluatur Barrolius sibi ipsi contrarius.
35 Item requiritur speciale mandatū in transactionis inter

- positione, & etiam ad vendendum.
36 Item ad donandum & renunciandum, & ad validandum sententiam.
37 Item ad obligandum dominum ex contractu & obligatione personali.
38 Item in voti transgrediri dispensatione, & absolutione, petenda ab excommunicatione, & in instrumentorum cōsumptorum exemptione.
39 Item in compromisso faciēdo & in rescripti impetratione & in pace fienda.
40 Item in criminum obiectione.
41 Item in collatione beneficiorum & ad acceptandum beneficium nomine alterius.
42 Si aliquis acceptat beneficium nomine absentis sine mandato, & postea principalis acceptet, valet acceptatio a die acceptationis primae.
43 Item requiritur speciale mandatū, cum Papa aliquid sibi reseruat, & in nominando dominum in iudicio.
44 Item ad declarandum libellum obsecrum.
45 Item ad renunciandum litibus & causis nomine domini, & quando aliquis impetrat pro alio restitutionem statulium, & cum petitur absolutio in forma iuris.
46 Item in actione iudicati.
47 Item ad faciendum incidere in penam mandantem, & sic alii illicita.
48 Item ut procurator pro reo criminoso accusato comparere possit & ad ponendum in instrumento constitutum. Item ad carcerandum aliquem.
49 Item in obligatione filij idolis faciēda, & ad interpellandum.
50 Item ad tollenda & immutanda ea, quae à domino sunt statuta, & ad faciendum mandatū.
51 Item ad petendum inuestituram à procuratore vassalli, & alij casus sub eodem recitantur.
52 Mandatū generale, siue vniuersale, aut est cum libera, aut sine libera.
53 Mandatarius, qui habet mandatū cum libera, potest omnia facere, sicut dominus.
54 Cui commissa est libera administratio ad litigandum cum aliquo, is tantum instandi, non autem transgredi habet potestatem.
55 Mandatū generale cum libera, tantum valet, quantum speciale.
56 Clausula in fine mandati faciēda omnia, sicut dominus potest, non operatur speciale mandatū.
57 Mandatū quantumcumque generale, & liberum, non comprehendit facultatem priuandendi & alienandi tenere aliena.
58 Si negocium committitur in procuratoris liberam voluntatem, semper adus malus debet abesse.
59 Mandatū superioris factum alitius, vt aliquid faciat, intelligitur eam causa cognitione, & seruatis seruandis, & data potestate iudici procedendi, vt sibi videtur, intelligitur iuris ordinē seruato, & statuto & consuetudine. Omne uerbum in dētens liberam voluntatem reduci debet ad arbitrium boni viri.
60 Habens mandatū ad transgredendum & compromittendum cum generali & libera administratione, non potest gratis liquidum remittere.
61 Si quis habet mandatū ad recipiendum solutionem, & non apparet de solutione, seu solum de confessione, non debet mandantem.

- 62 Mandatum quantumcumque generale sit, non intelligitur ut indebitum recipiat, aut illicitum faciat,
- 63 Mandatum aliud est generale cum libera à lege, aut cum libera ab homine.
- 64 Mandatum a marito causam uxoris agente peti potest semper, si maritus semel illud recepit.
- 65 Mandatum generale cum libera ab homine maioris efficacie est, quam illud mandatum à lege.
- 66 Aliquando habens mandatum generale cum libera ab homine non potest agere ad ea, quae requirunt speciale mandatum.
- 67 Mandatum aut est cum libera administratione omnium rerum, vel bonorum, aut cum libera administratione omnium negotiorum.
- 68 Mandatum speciale, aut est indeterminatum, aut determinatum.
- 69 Si in aliena specie excedatur mandatum, non impletur, sed mandans potest ratum habere.
- 70 Aliud est mandatum expressum, aliud tacitum.
- 71 Mandatum tacite probatur est scientia & patientia ex eo quod quis agit sciente & patiente domino limitata quatuor modis,
- 72 Si pater sciat filium consuetum generari, & dat ei pecuniam, tenetur pater ex tacito mandato.
- 73 Per traditionem instrumenti procuratori, inducitur tacitum mandatum.
- 74 Sicut per concessionem instrumenti inducitur tacitum mandatum, ita per redditionem & auocationem instrumenti inducitur reuocatio.
- 75 Si dominus post receptam iniuriam dixit famulo, nunquam redeas domum meam, si ego non sentiam aliquid de illo negotio, si ille famulus interficiat iniuriantem, videtur dominus illud tacite mandasse.
- 76 Quoad effectum non est curandum, quibus verbis fiat mandatum, dummodo delictum committatur.
- 77 Alloquutio ad aulem seruo facta, facit indicium, si tria concurrant.
- 78 Mandatum aliud est licitum, aliud illicitum.
- 79 Si aliquis mandat alicui, ut Titium vulneret tantum, si eum occidat, an teneatur.
- 80 Concordatio opinionum.
- 81 Si fuit factum mandatum ad fruidum, an teneatur quis de occiso.
- 82 Mandatum illicitum & inhonestum nunquam praesumitur factum procuratori, vel alteri personae.
- 83 Mandatarius non facit indicium ad torturam.
- 84 Si Titius fuit offensus à Caio, & mandauit fratri suo, ut iniuriam videretur, an mandans teneatur, si frater occidat Caium.
- 85 Mandata duplex est, licita & illicita.
- 86 An haeres defuncti, si dixerit, ego talem iniuriam, seu mortem vindicabo, teneatur, si fuit occisus ille, qui iniuriam at defunctum.
- 87 Mandatum aliud est proprium, aliud improprium.
- 88 Mandatum aliud simplex aliud non simplex.
- 89 Mandatum simplex potest per mandantem reuocari quantumcumque.
- 90 Quando dicitur res integra.
- 91 Mandatum contrahi potest pure, in diem, ad diem, vel sub conditione.
- 92 Per verba conditionalia non inducitur mandatum.
- 93 Mandatum sex modis contrahitur, gratia mandantis, gra-

tia aliena, mandantis & aliena, mandantis & mandatarij, mandatarij & aliena, mandatarij tantum causa.

Venio

ad quartum ordinem Amphitheatri in quo diuisiones resident, & p. eius declaratione primo dico, duo reperiri genera mandatorum: alterum enim est mandatum voluntarium, alterum necessarium. Mandatum voluntarium est illud, quod pendet à voluntate alicuius, prout regulariter fit. Mandatum necessarium est illud, quod à lege inducitur, vt in legitimo administratore, scilicet tutore & curatore, vel sindaco, Bart. in l. creditor. §. diobus. ff. mand. l. in l. rogasti. §. si fugitiuus. ff. si cer. peta. sub num. 3. vbi ponendo illam regulam, quod procuratoris mandatum intelligitur ipso iure reuocatum mutatione conditionis eius in deterius, puta si bannitus efficiatur, limitat regulam illam non procedere in mandato volutario, sed in necessario, id est in legitimo administratore, de quo mandato voluntario & necessario loquitur etiam Nata in consi. 641. vol. 3. & Berar. Diaz. in reg. 452. in fi.

Iterum & secundo dico, quod tria reperiuntur genera mandatorum, secundum Petr. quem refert & sequitur Sal. in linter causas, sub nu. 2. ff. mand. Ruy. consi. 115. vol. 1.

Aliud enim est mandatum de subiecto vniuersali, aliud de subiecto generali, aliud de subiecto simplici ter particulari, exemplum primi mandati, quando mandatur aliqua negotiatio, tunc est mandatum de subiecto vel actu vniuersali, quia vna voce & significatione totum comprehenditur sub vno nomine, quare sufficit dicere, facio re institorum meum, vt l. Titianus, in fi. ff. quod cum eo. & infert ibi Sal. quod isto casu si res est inchoata geri, mandatum non expirat morte mandantis. ratio est, quia ipsum totum vniuersale est geri inchoatum, & sic res non est integra quoad actus particulares sub hoc vniuersali comprehensos, quia per se non consideratur, vt l. 1. C. de euic. l. in modicis. ff. de contrah. emp. l. quaedam. ff. de acqui. rer. domi. & hoc, nisi conditio institoris per mortem domini sit mutata, vt. eius, qui in prouincia. ff. si cer. peta.

Exemplum de mandato subiecti generalis est, quod quis constituit aliquem suum procuratorem generalem ad gerendum negotia sua, vel ad causas, nam tale mandatum est de subiecto generali, quia in vno nomine collectiuo non stat, sicut vniuersale, & per consequens nec vna voce, nec significatione, totum comprehenditur, nec certum significationem habet à iure, sicut vniuersale, cum ad obligationes non possit prorumpere, nisi liberam habeat administrationem, vt l. procurator totorum. ff. de procu. & l. procurator, cui generaliter. ff. eod. quod potest institor ex proprio sui nominis, ideo cum genus dinumeretur per suas species, & in qualibet earum representetur, sequitur, quod in mandato generali, qualibet eius species videatur mandata, & ideo si in nihilo est inchoatum geri, in totum finitur: si vero in aliqua eius specie est inchoatum, in ea non finitur, arg. l. eum actum. l. qui negotia. ff. de neg. gest. nos infra, col. fi.

Exemplum tertij mandati de subiecto simplici ter particulari est, si facio procuratorem ad fundum, vel equum

equum emendum, vel ad certam litem, siue causam, de quo infra, & tunc tale mandatum re integra finitur morte mandantis in non inchoatis, licet in aliquo sit geri inchoatum, vt in c. ne aliqui, extra de haereti. lib. 6. argu. à contrariis, vt per Sal. d. l. inter causas, col. 1.

Potest forsan dici, mandatum reperiri de duobus tantum subiectis, non autem de tribus, eo quia nulla videtur esse differentia inter mandatum de subiecto vniuersali, & subiecto generali, vt de mente glo. in l. procurator totorum, in glo. 1. ff. de procu. na semper vocatur mandatum generale, siue fiat per verba vniuersalia, siue generalia, & in casu supradicto Saliceti ea de causa assignatur differentia, vt in mandato facto institori mandatum non expirat morte mandantis, si res est inchoata geri, sed in mandato generali expirat in omnibus negotijs, in quibus res non est inchoata, quia mandatum fuit factum institori, qui ex sua natura & qualitate officij habet mandatum generale, & cum libera à lege, cum ex eo quod propositus fuit negotiatio, tacite censetur à domino libi data libera administratio, & si morte domini expiraret mandatum, quando res est inchoata geri, non esset institori factum mandatum, & regulariter, quod fit mandatum alicui, siue per verba vniuersalia, siue generalia, nulla est differentia, arg. glo. in d. l. procurator totorum. ff. mand. Bal. l. 1. C. de bonis mater.

4 Ideo dico, quod duplex est mandatum, aliud generale, siue vniuersale, aliud speciale siue singulare. Generale mandatum dicitur illud, quod sine certa definitione à ditione alicui negotium expediendum committitur, vt si dixerit, constitutus te procuratorem generalem, vel vniuersalem, ad gerendum negotia mea, vel causas meas, l. procurator totorum. ff. de procu. & nota quod duplex est mandatum, aliud generale, quo quis procurator constituitur, si in eo casus aliquis speciale mandatum exigens, excipiat (verbi gratia ne iusiurandum procurator praestet) ceteros omnes casus, in quibus speciale mandatum requireretur, & quia alias comprehensi non essent, comprehendet, prout declarat Cagnolin l. 1. num. 30. 33. & 37. ff. de re. iura. vbi de communi, Euerard. in centiloquio argumen. c. 3. Viuius libro. 1. opi. 208. Soarez. recol. commu. opi. littera M. nu. 23. quinimo generale mandatum regulariter complectitur illud speciale, sine quo generale mandatum esset frustratorium, vt declarat Cur. iun. l. 2. nu. 43. ff. de iurisd. omni. iud. Soarez. dicto loco.

5 Speciale mandatum siue singulare dicitur illud, p quod res gerenda ita describitur circumstantijs, vt consistat in certa specie negotij, nec vltra illud negotium tale mandatum extenditur, & ad hoc vt sit mandatum speciale, non est opus, vt dicatur, constitutus te procuratorem specialiter ad alienandum istam rem, dummodo constitutur in certa specie negotij, puta ad alienandum, vt inquit Alex. consi. 189. col. 1. vol. 7. vbi de communi, & Matthe. Iureconsi. in recollec. commu. opi. littera M. sed secundum Bal. in l. 1. C. et per procu. rest. in integ. peti. pos. haec videtur constitui differentia inter speciale mandatum, & singulare, quod mandatum speciale fit, quando qualitas actus tantum exprimitur, singulare autem, quando

cetera circumstantia adiunguntur, vt in specie specialissima, siue in individuo negotium madetur, prout intelligit & declarat etiam Nata consi. 674. num. 17. vol. 4. Meno. cas. 315. de arbit. nu. 10. tamen non est laborandum circa talem differentiam, quia cum opus est speciali mandato, potest fieri & specifica sola differentia vel accidentalit, vt ad individuum deducatur mandatum regulariter bene verum est, quod in aliquibus casibus mandatum debet esse specialissimum, vt dicemus infra.

9 Differt autem speciale mandatum à generali, quia speciale mandatum tantum obligat dominum, generale vero obligat dominum & mandatarium simul, prout voluit Bar. in l. si ab alio. ff. de inst. actio.

10 Sed regulariter plus potest speciale mandatum, quam generale. l. Pomponius. ff. de postu. in prin. vbi glo. Decian. dominus meus, in consi. 29. nu. 9. vol. 1. Bal. in c. nonnulli, & c. ex parte, de rescrip. vbi inquit quod habens mandatum generale, & agens in causa, speciale mandatum exigente, dicitur falsus procurator. l. l. licet, C. de pro.

Et ideo sunt multi casus, in quibus requiritur speciale mandatum, cum generale non sufficiat, Cynus post Petr. de Bella pertu. in l. qui proprio. §. item quaeritur. ff. de procura. Roma. sing. 644. Hugo Celsus, consi. 7. nu. 7.

Et qui sunt isti casus, in quibus requiritur speciale mandatum, habetur per glo. ibi Doc. in c. coram, de in integ. rest. per tex. glo. & Fran. in c. qui ad agendum, de procu. in 6. glo. & Fel. in c. nonnulli. §. 1. col. 2. de rescrip. Ange. Areti. in §. 2. Inst. de his, per quos age. pos. vbi ponit casus 25. & Siluester in addi. ad gl. in d. §. 2. inquit posuisse casus 220. in trac. de reg. & fallen. numquam tamen potu. reperire talem librum, & forsan non est impressus, & p. Ioseph. Lud. in recollec. comin. conclusio. post Rebuffum, & alios infra allegandos, plures casus ponuntur.

Omnia igitur recolligendo & succinte & sigillatim declarando & addendo; primus casus, in quo requiritur speciale mandatum, est, si quis alterius nomine matrimonium promittere velit, non sufficit generale mandatum isto casu, vt de vxore alicubi illi praescribat, & prouideat. l. generale mandatum, ibi Bal. ff. de ritu nuptia. sed necesse est, vt nomen exprimat, cum qua contrahere velit, cuiusue matrimonium exspectat, vt de procur. in 6. ibi To. And. etiam notat ex illo tex. quod procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum.

Secundo quod talis procurator non potest substituere alium, nisi ad hoc mandatum habeat specialiter. Tertio quod si talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium, vide glo. in §. procurator, in verbo, neque certis, Inst. de his, per quos age. possu. & de hoc nos infra, col. seu trac. matrimonij, siue nuptiarum.

12 Secundus casus, in quo requiritur speciale mandatum, est, cum agitur in causa restitutionis in integrum, illud §. si talis, ibi Bar. & c. coram, ibi Panor. & c. sciscitaris, nu. 5. ibi de communi, de rest. in integ. Casiod. decif. 1. de procu. Mauriti. trac. de rest. in integ. c. 23. ibi redditur ratio, quare in restitutione in integrum requiratur speciale mandatum, nec generale

rale sufficiat, de quo Roland. consi. 26. num. 19. vol. 2. Did. Cou. c. 6. lib. 1. var. refiur. ibi intelligit & declarat, vt requiratur speciale mandatum, vbi petitur restitutio principaliter, sed si petitur incidenter, sufficit generale mandatum. c. suscitata, de in inte. restitu. Roma. ling. 225. not. Bar. Ias. in l. cum procurator, in prin. ff. de noui oper. nunc. Bar. per tex. ibi in l. indubitam. ff. de cond. inde. Ias. l. quoties, col. 3. C. de iud. attestatur de communi, Abbas d. c. suscitata, & Cou. d. c. 6. facit tex. in c. pen. de in integ. rest.

Secundò intellige, & declara, vt sufficiat ad petendam restitutionem in integrum, si fuerit dictum, consilio te procuratorem ad petendum restitutionem in integrum contra quamcumque personam, licet in illo mandato non diceretur in tali causa contra talem, Bar. in l. filiusfam. nu. 10. ff. de dona. Bal. in l. 1. C. etiam per procu. caul. in integ. quem citat Iaco. Emil. Ferrar. in conf. 119. in fi. notat Inno. Abbas, & Doc. communiter in d. c. suscitata, & in d. c. coram, Caslado. d. decif. tit. de proc. ad finem, per Maurit. trac. de rest. in integ. c. 24. & de communi opinione attestatur Lauren. Kirchou. Cen. 3. concl. 36. littera M.

Tertiò intellige & declara, vt sufficiat ad petendum restitutionem in integrum, & ad admittendum procuratorem, quoties verba ipsius mandati non tantum expresse, sed etiam tacite sub generali verborum serie speciale mandatum ad hoc significant, vt notat Abbas in d. c. coram. Hinc dicebat Casladorus d. decif. 1. tit. de procu. quòd si procurator habens mandatum ad agendum, defendendum, & supplicandum, potest petere restitutionem in integrum etiam principaliter, quasi mandatum habeat ad id speciale, saltem in virtute.

Ideo intelligit & declarat quarto modo, vt sufficiat in mandato exprimi, quæ mandatum exigant speciale, adiecta clausula generali, videlicet, constituit te procuratorem ad hoc & ad omnia alia requiruntur speciale mandatum, tex. in c. qui ad agendum, de procu. in 6. notat Abbas in d. c. coram, col. 3. Cassa. d. decif. 1. tit. de procura. vide Nattam consi. 197.

Vol. 1. nu. 3. & declara, vt per eum, scilicet quòd si quòdo aliquis constituit procuratorem specialem in causa mota contra aliquem, puta in causa cuiusdam frumenti, si postea in fine mandati constituat procuratorem generalem ad causas motas & mouendas coram quocumque iudice & magistratu, intelligitur hæc constitutio facta contra eundem, non contra diuersas personas, allegat Bar. in l. quod dicitur, de tutel. & Roma. ling. 155.

Quintò intellige & declara, vt procurator habens mandatum cum libera administratione, possit petere in integrum restitutionem. c. qui ad agendum, de procu. in 6. Bal. in l. nam & nocere. j. nota. ff. de pac. Did. d. c. 6. sub nu. 6. vbi idem inquit esse de illa clausula, concessit plenam administrationem & facultatem agendi, quidquid ipse mandans facere potest, Bar. d. l. procurator, Fran. d. c. qui ad agendum, de procu. in 6. Ias. l. si procurator. C. de procura. Dec. consi. 493. col. 1. dicemus infra, quod æqualem vim habet speciale mandatum & generale cum libera regulariter, dicit quid velit Berous quæst. familiar.

quæst. 25. numero quinto.  
Septimò potest intelligi & declarari, vt quoties de mandato speciali dubitatur, possit peti in integrum restitutio præstita cautione rati, tex. in l. quod fide speciali, ff. de mino. Abbas, d. c. coram, de in integ. rest. col. 3. Calcan. consi. 77. nu. 10. vbi ita intelligit & declarat illum tex. in l. quod fide speciali, vt intelligatur, quando dubitatur, an quis habeat speciale mandatum nec ne, tunc in dubio cum ratificatione admittitur, sed regulariter, vbi requiritur speciale mandatum, id non potest ratificari, vt per glo. l. si maritus. C. manda.

Octauò declara, non procedere in coniunctis seu consanguineis, qui coniuncti in exigentibus speciale mandatum admittuntur, præstita tamen ratihibitionis cautione, secundum tex. in l. sed & hæ, in prin. ff. de procu. & secundum Bal. & Doc. ibi est intelligendum de consanguineis infra quartum gradum quod an verum sit, examinat Didacus in d. c. 6. & Ripa in c. cum M. Ferrar. de const. ibi est Decius Fel. d. c. coram, col. 2. & Crotus, l. si constante, lectu. 2. num. 96. ff. solu. matri. vbi videntur firmare, vt non possit peti restitutio in integrum à coniunctis, nisi à patre, l. patri pro filio, ff. de mino. verum prima opinio videtur esse communis, vt attestatur Didacus, d. c. 6. quem videas omnino.

Nonò declara, non procedere in tutore, curatore æonomo, prælato & similibus, qui habent administrationem alieni patrimonij, & absque mandato speciali restitutionem in integrum petere possunt, Abbas, c. suscitata, nu. 66. de in integ. rest. l. si actor. C. de appella. tex. ibi Bar. communiter receptus in l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiur. propter calum. Abbas & alij in c. imperatorum, de iura. calum. glo. vlt. ab omnibus recepta in c. in pertractandis, eo. tit.

Decimò intellige, non esse necessarium speciale mandatum ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum, licet ad eam tractandam & ipsam restitutionem petendam mandatum speciale exigatur, Inno. & Abbas in d. c. suscitata, nu. 5. Cassa. do. decif. 2. tit. de procura. Bellamera, decif. 283. tex. in l. qui proprio, §. item quæritur, ff. de procu. secundum vlt. intell. glossæ, quem Paul. de Castro sequitur post alios.

Tertius casus, in quo requiritur speciale mandatum est, cum agitur de suspicionem, l. non solum, §. vlt. ff. procu. & sic in causa suspecti tutoris requiritur speciale mandatum.

Quartus casus est in interdictis de liberis deducendis, vel exhibendis, l. Pöponius, in prin. ff. de proc. Quintus casus est, quando sunt duo procuratores omnium rerum alicuius, tunc vnus non potest ab alio sine speciali mandato exigere, l. qui duos, l. itaque. ff. de procu.

Sextus casus est in interponendo filio super hæreditate adeunda, l. si quis mihi bona, §. iustum. ff. de acq. hæred. sed regulariter hæreditas non potest adiri per procuratorem generalem, nec specialem, l. per procuratorem, ff. de acq. hære. ita intelligit ibi glo. l. mita in casu vt ibi, Calca. consi. 77. nu. 10.

Septimus casus est in litigando in causa matrimonij, vt not. Bar. in l. filiusfam. ff. de donatio.

Octauus

Octauus casus est in casu l. quita. ff. ad Senatuf. consul. Trebel.

Nonus casus est in litem eorum. §. sed & si ita de creuerint, ff. quod cuius. vni. nomi.

Decimus casus est in remittenda pignoris obligatione, vt ff. quib. mod. pig. vel hip. solua. l. si confensu. §. videamus.

Vndecimus casus est in acceptilatione, l. 3. ff. de acceptilatio.

Duodecimus casus est in pacti interpositione, vt l. rescriptum. §. si. cum l. seq. ff. de pac.

Decimus tertius casus est in iuramenti delatione & præstatione, l. iusurandum & ad pecunias, §. fina. cum l. seq. & quod ibi no. ff. de iureiu.

Decimus quartus casus est in recipienda solutione, vt l. hoc iure, ibi no. Bar. ff. de solu. quod est verum, nisi habeat speciale mandatum in tali causa, quam habet & habere intendit cum Titio, nam tunc potest quis recipere solutionem & prorogare terminum, vt no. Bar. in l. qui Romæ. §. Callinachus, in fi. de verborum oblig.

Decimus quintus casus est in iuramento calumniæ, vel in alio iuramento in animam alicuius præstando, vt in auth. principales, C. de iuram. calum. & in c. si. de iuramen. calum. in sexto, per glo. si. in cap. qui ad agendum, de proc. in 6. per Bar. in l. qui bona, §. si alieno, ff. de dam. in fec. Paris. consi. 45. num. 41. volumine primo. quod mandatum secundum aliquos Doctores, ita concipiendum est, vt nominatum causa, vel negocium ipsum in eodem mandato adscribatur, nec satis esse mandatum concedi ad iurandum de calumnia, vt per Io. And. & alios in d. c. si. de proc. in 6. Bar. l. 2. §. vlt. C. de iuram. calumniæ, Abbas & Barba. in c. in pertractandis, de iurame. calum. in sexto, Dida. Couar. in c. 6. varia. resol. iur. numero secundo, tamen de consuetudine istud non feruatur, nec opus est vt lites sint specificatæ, vt docet Mathesil. ling. 149. Imo. Alexan. in l. qui bona. §. si alieno, ff. de dam. in fec. tamen de rigore iuris procederet, quòd dicunt Doctores, vt debeant nominari

lites, & hinc Bar. fuit sibi contrarius, nam in l. qui bona. §. si alieno, ff. de dam. in fec. potest dici, vt sequatur consuetudinem, & in l. 2. §. si autem astuerit, C. de iuramen. calum. vt adhæreat rigori iuris, & sic potest saluari noster Bar.

Decimus sextus casus est in transactionis interpositione, l. mandato, ff. de proc. & quod ibi no. Bar. & l. transactionis placitis, C. de transac. Soc. iun. consi. 59. num. 8. vol. 1. & consi. 129. nu. 53. eo. vol.

Decimus septimus casus est ad vendendum, in quo requiritur speciale mandatum, l. procurator totorū, ff. de proc. Riminal. iun. consi. 381. num. 89. Natta consi. 197. nu. 5. vol. 1. vbi idem inquit esse iudicandum ad tractandam venditionem factam per dominum, in quo casu requiritur etiam speciale mandatum.

Decimus octauus casus est ad donandam, l. filiusfam. in prin. ff. de don. l. contra iuris. §. si. ff. de pac. Rol. à consi. 11. nu. 18. vol. 1. vbi idem (& est 19. casus) esse inquit ad renunciandum, per illum tex. in §. si. Paris. cō. si. 45. nu. 51. vol. 1. Ruy. consi. 62. vol. 5. num. 27. vbi idem (& est vigesimus casus) inquit esse ad validam

dum & ratificandum sententiam nullam, quia tali ratificatio est donatio.

Vigiesimus primus casus est ad obligandum dominum ex contractu, & in obligatione personali, Bal. in l. mandatum. col. 1. C. mand. arg. l. quam Tuberonis. §. alia. ff. de pecu. Bero. q. 25. nu. 5.

Vigiesimus secundus casus est, secundum aliquos in voti transarini dispensatione, Host. in c. ex multa, de voto, vers. illis, & c. qui ad agendum, in gl. si. de proc. in 6.

Vigiesimus tertius casus est in absolutione petenda ab excommunicatione, c. si desideres, ibi per Inn. ext. de sen. exco. & c. venerabilem, de elec. & c. quod de his, de sen. excom.

Vigiesimus quartus casus est in instrumentorum consumptorum exemplatione, cap. vlt. de fide instr. & in Auth. de hæred. & Falci. §. 1. vbi gl. videtur hoc sentire.

Vigiesimus quintus casus est in compromisso faciundo, c. per tuas, ext. de arb. l. mandato. ibi Bar. ff. de procurato.

Vigiesimus sextus casus est in rescripti impetratione, & sic in literis Apostolicis ad lites impetrandis, c. nonnulli, de rescrip. bene verum est, quòd poterit, coniunctus pro coniuncto literas impetrare, vt ibi, in fine habetur, de quibus personis loquitur tex. in l. sed & hæ. ff. de proc. per Did. Cou. in c. 6. var. refiur. lib. 1. & nos supra diximus.

Vigiesimus septimus casus est in pace fienda, & conferuanda, vt in sen. de pace tenen. in prin.

Vigiesimus octauus casus est in criminum obiectione & appositione, c. statutum, ext. de elec. in 6. & c. super his, de accu. & in clem. nõ potest, de proc. Vigiesimus nonus casus est in conuentione iudicis post finitum officium, vt l. 1. circa fi. C. vt tam cui. quàm crimi.

Trigesimus casus est in collatione beneficiorum, vt l. filiusfam. ff. de don. c. fi. ext. de offi. vica. lib. 6. vbi Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non potest, nisi beneficiorum collatio ipsi specialiter sit commissa, vide ibi Io. And.

Trigesimus primus casus est ad acceptandum beneficium nomine alicuius, ad quod non sufficit generale mandatum, licet non requiratur expressio specialis beneficii, sed sufficit generalis, Can. in c. si tibi, de præb. Abb. Pan. in c. accedens, el. ij. de præb. Cou. var. refiur. c. 16. lib. 3. ibi attestatur de communi. &

nota vnum singulare, quod est contra Abb. in c. accedens, quod si aliquis acceptat beneficium nomine absentis sine mandato, & postea principalis acceptet, valet acceptatio à die acceptationis primæ suo nomine factæ, idem Cou. d. c. 16. ibi de com. per Dec. in l. qui non prohibet, nu. 7. ff. de reg. iur. & de communi, & inter communes recenset Bapti. à Villa. in verbo, mandatum, nu. 10.

Trigesimus secundus casus est, cum Papa vel Imperator aliquid sibi reseruat, arg. l. non ambigitur, ff. de leg. ibi notatur. & c. si. ext. de offi. deleg. facit c. licet, de præbend. & digni. in 6. cum sequen. vbi beneficia vacantia in curia alius quàm Papa non potest conferre infra 30. dies, nisi speciale mandatum habeat.

Y Trige-

Trigesimustertius casus est in nominando dominum in iudicio, ut in c. quoniam frequenter, not. ibi Inno. extr. ut lite non contest. facit l. 2. vbi in rem actio, cum ibi not.

44 Trigesimusquartus casus est ad declarandum libellum obsecrum productum, quod non potest procurator sine speciali mandato, Ang. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi. per nota in l. Pomponius, §. si vbi Bal. ff. de rei vend. Paris. consi. 31. num. 72. & 112. & 115. vol. 1. Rol. consi. 19. vol. 3. col. 1. vbi inquit, quod ea, quae latent in animo, non possunt explicari per procuratorem non habentem speciale mandatum. Et ibi inquit etiam (& sic trigesimus quintus casus est) quod mandatum speciale requiritur ad allegandam iudicem suspectum, cum suspicio sit declaratio voluntatis, quae latet in animo, de quo Alex. consi. 26. col. 3. vol. 6.

Trigesimus sextus casus est in proroganda iurisdictione, c. olim, de officio deleg. ibi per Inno. Vantius trac. de nullita. tit. de nulli. ex defec. in hab. seu mand. com. num. 102.

45 Trigesimus septimus casus est ad renunciandum litibus & causis nomine domini, de quo per Agult. Bero. q. fam. l. 3. ibi inquit, quod & mandato quantumcumque generali cum plena & libera administratione procurator non potest domino cum suo pacto prauiudicare, quominus appellare possit, & contra sententiam aduersus ipsum latam venire, ut habetur per Ang. in Lab. executore. §. si ff. de appella. & l. 1. §. 1. ff. à qui. appel. non licet, Soc. iun. consi. 92. num. 4. vol. 3. vbi decidit, non sufficeret mandatum generale ad appellandum ab executione, vel pronuntiatione de exequendo, in quo casu opus est speciali & individuo mandato.

Trigesimus octauus casus est, quando aliquis impetrat pro alio restitutionem natalium de stilo curiae, non admittitur cum mandato generali, ut no. Spec. tit. de proc. §. 3. vers. 24.

Trigesimus nonus casus est, cum petitur absolutio in forma iuris in persona alterius, aliàs autem secundum regnum sufficit generale mandatum, c. petitio. de proc. l. actione. §. renuntiatione, ff. pro soc.

46 Quadragesimus casus est in actione iudicati, l. hoc iure. ff. de solu. de quo tamen dic, ut ibi per Bar. & in l. si procurator meus. §. 1. ff. de proc. quod illud est verum, nisi habeat mandatum ad lites praesentes & futuras, ut ibi dicit Bar. facit l. 2. & 3. ff. de admi. tut. & vide gl. in l. pure. §. actoris, ff. de excep. do.

47 Quadragesimus primus casus est ad faciendum incidere in poenam mandantem, & sic ad illicitum casum, in quo casu requiritur speciale mandatum, quoniam in generali mandato non intelligitur data facultas mandatario, ut ex facto vel delicto suo faciat incidere in poenam mandantem, nisi expresse dictum sit, probatur in l. si procurator. §. Celsus, ff. de condi. inde. ibi Ias. & l. 3. §. si procurator, ibi gl. ff. quod quisque iur. & in l. pater. ff. de his, quae in frau. cred. Bar. & alij communiter in l. iubemus nullam. C. de sacro fan. eccl. Alexan. consilio 105. columna 5. lib. 3. Ias. l. frater à fratre, columna 16. ff. de cond. inde. Capi. decif. 67. numero 3. Paris. consilio 21. volumine 4.

numero 41. Natta consilio 445. numero secundo; lib. 2. & consilio 493. numero 17. volu. 3. Lauren. Silua. consi. 35. num. 17. & de communi opi. attestatur Fran. Turza. q. 66. Cur. iun. consi. 449. in fi. Paris. cō. si. 21. nu. 4. lib. 4. Menoc. de arb. iud. cas. 15. nu. 24. lib. 2. cent. 4. Crauet. consi. 168. nu. 9. Vant. de nulli. sen. ex defec. in hab. mand. nu. 94.

48 Quadragesimus secundus casus est, ut procurator pro reo criminoso accusato comparere possit, in quo casu dato quod interuenire possit, ita tamen recipitur, si mandatum speciale, immo specialissimum habeat procurator, ut affirmat Bal. in l. reos, nu. 30. C. de accusa. Soc. in c. veniens, col. 30. de accusatio. Guido Papæ q. 338. in fi. Menoch. trac. de Arb. iud. lib. 1. q. 80. Io. de Ami. consi. 132. nu. 5. vbi inquit, quod in criminalibus, maxime ad accusandum, seu agendum, requiritur speciale mandatum, nec sufficit generale.

Quadragesimus tertius casus est ad ponendum in instrumeto constitutum, in quo casu requiritur speciale mandatum, ut per Cephal. consi. 147. num. 3. volumine 1.

Quadragesimus quartus casus est ad carcera dum aliquem, nam ut aliquis carcerari debeat, non sufficit mandatum generale, etiam cum libera, sed requiritur specificatum mandatum, tex. est singularis in l. non solum. §. si. cum leg. seq. ff. de proc. Ang. Areti. in §. cum eo quoque, nu. 3. Inst. de actio.

49 Quadragesimus quintus casus est in oblatione filij idolis facienda, ut de consecratione, distinc. 4. c. quæris, in prin.

Quadragesimus sextus casus est ad interpellandum, nam generale mandatum non sufficit ad faciendam interpellationem, l. cotem. §. 1. ibi not. Barto. & Imo. ff. de publ. Iaco. Emil. consi. 26. nu. 2.

50 Quadragesimus septimus ad tollenda & immutanda ea, quae à domino sunt statuta, quia non potest procurator generale habens mandatum venire contra facta à domino, nisi hoc sit specialiter permillum, vel nisi ex noua causa superueniente, ut declarat Natta consilio 197. vol. 1. in fine, argumen. l. si hominē. ff. man. faciūt dicta per Bar. in l. ambiciosa, columna tertia, de decre. ab ordi. facien. & in 1. constitutu. Codi. col. pen. vers. extra glo. quæro ibi, & hinc est quod habens generale mandatum non poterit retractare venditionem factam per dominum, nisi habeat speciale mandatum, ut diximus supra, & dicitur Crau. consi. 54. ad istud propositum, sub num. 6. quod in generali mandato concesso procuratori non censetur comprehensum illud, per quod mandans argueretur de fide rupta, Anch. consi. 366.

Quadragesimus octauus est ad faciendum mandatum, prout declarat Bar. in l. 1. ff. mand.

51 Quadragesimus nonus casus est ad petendam investituram à procuratore vasalli, in quo casu mandatum speciale exigitur, c. 1. §. vtrum, per quos fiat invest. Ia. à S. Georgio in invest. feuda. in verbo, qui quidem inuestiti, nu. 10. Paris. in consue. Paris. tit. 1. §. 49. Dec. Fran. Mar. q. 125. Menoch. consi. 1. num. 78. volumine 1.

Quinquagesimus casus potest esse ad renunciandum

dum feudis, in quo casu specialis mentio fieri debet, quia in generali renuntiatione feuda non continentur, secundum Bal. in auth. in successione, ad fi. C. de suis & legi. arg. l. de creationibus. C. de silentia. li. 12. Tiraq. trac. le mort fait le vi. 4. par. 5. decla. nu. 11.

Quinquagesimoprimum requiritur speciale mandatum, ut acceptentur constitutiones in Regno, velut de nouo fiant, cum hoc arduum sit, Bar. in §. quibus, in 1. consti. Codi. Rebus in trac. conc. in rubr. de elec. derog. vers. 1.

Quinquagesimosecundum requiritur speciale mandatum ad paciscendum, l. rescriptum. cū l. nam & nocere. ff. de pac. Rebus d. loco, vers. 11.

Quinquagesimotertium iudicati actio procuratori ad lites non datur, nisi habeat etiam mandatum ad negocia, vel mandatum cum libera, Bal. in rub. de his per quos agere possit. col. 2. Mathesi. not. 30. Rebus. in alleg. loco, vers. 13.

Quinquagesimoquartum procurator non potest iurare fidelitatem absque speciali mandato, Bal. in l. 1. q. 56. ff. de rer. diuis. late Rebus d. loco, ver. 16.

Quinquagesimoquintum requiritur speciale mandatum in nunciando nouum opus, l. de pupillo. §. qui procuratorio, ff. de ope. no. nun. Rebus d. tit. de elec. derog. vers. 24.

Quinquagesimosexto requiritur speciale mandatum ad renunciandum beneficium, quia quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non debet, Card. clem. vnica, col. 1. de renun. Rebus. vbi supra, vers. 28.

Quinquagesimo septimum requiritur speciale mandatum ad petendam dispensationem, Bal. in l. illud. §. 1. ff. de mino. Rebus. ibi idem, vers. 29. Corset. sing. in vers. mandatum.

Quinquagesimo octauo procurator non habens speciale mandatum non potest defendere dominum ratione euictionis, c. fi. vbi no. ut lite non contesta. Rebus d. loco, vers. 27.

Quinquagesimononum accusatus post officium depositum non debet discedere sine procuratore instructo & habente speciale mandatum, l. vnica. ver. quod si intra, C. ut omnes causae tam ciui. quam crimi. Rebus d. loco, vers. 32.

Sexagesimum quando Papa, vel Rex sibi reseruat quicquam, tunc speciale mandatum requiritur ante quam inferior de hoc cognoscere possit, cap. ut nostrum, de appel. Rebus. ibi. in vers. 33. & de hoc diximus etiam alias supra.

Sexagesimoprimum requiritur speciale mandatum quando tutor vult se excusare, glo. in l. excusare. ff. de excu. tut. Rebus d. loco, vers. 34.

Sexagesimosecundum secundum Rebus ibidem ver. 35. idem procedit in alio officio, & ad petendam legitimationem.

Sexagesimotertium procurator non debet aliquem sine speciali mandato capere, vel relaxare, l. non solum. §. si. de proc. Soc. sen. consi. 120. col. 3. cum seq. lib. 1. Alex. consi. 133. lib. 3. Rebus d. loco, vers. 38.

Sexagesimoquartum ad respondendum positionibus, Soc. sen. consi. 55. in fi. lib. primo. Rebus d. loco, vers. 41.

Sexagesimoquintum requiritur speciale mandatum ad recognoscendum schedulam, Rebus. ibi. vers. 42.

Sexagesimosexto libri scholarium non sunt alicui restituendi sine speciali mandato, Alb. in l. quia ita. in fi. ff. ad Treb. Rebus d. loco, vers. 43.

Sexagesimosextimum requiritur speciale mandatum ad impetrandam veniam gratis, l. 2. C. de his, qui ven. æta. impetr. Rebus. ibi. vers. 44.

Sexagesimo octauo requiritur mandatum speciale ad accipiendam possessionem beneficij, Capel. Tholosa. q. 406. gl. c. cum nostris, de conce. præben. Rebus. ibi. qui hoc declarat, vers. 46.

Sexagesimononum ad faciendam diuisionem requiritur speciale mandatum, nec sufficit mandatum ad petendam diuisionem, sed oportet quod inseratur ad diuidendum, Rebus d. loco, vers. 47. dicens ita fuisse per arrestum iudicatum.

Septuagesimum in procuratore constituto ad recipiendas solutiones canonum ab eis, qui ceciderat à iure suo, aliàs absque dicto mandato recipendi simpliciter canonem non remittit ius caducitatis, Bero. consi. 116. num. 10. lib. 1. Rimi. iun. consi. 67. nu. 31. & 32. lib. 1.

Septuagesimosecundum ad petendam confirmationem electi, Bero. consi. 5. lib. 1. num. 73.

Septuagesimotertium requiritur speciale mandatum ad agendum ad caducitatem, Bero. consi. 15. r. num. 18. lib. 1.

Septuagesimoquartum ad agendum contra aliquem, qui ex eo infamaretur, requiritur speciale mandatum, Bero. vbi sup. num. 19.

Septuagesimoquintum requiritur ad opponendum crimina & defectus, Bero. d. consi. 5. num. 6. & nos alias supra.

Septuagesimosexto requiritur speciale mandatum ad appellandum à laudo, & illud reduci ad arbitrium boni viri, Bero. consi. 25. nu. 1. & 2. lib. 3.

Septuagesimosextimum requiritur speciale mandatum ad substituendum, Bero. consi. 23. nu. 14. lib. 3.

Septuagesimo octauum requiritur speciale mandatum ad appellandum ab executione, nec sufficit generale mandatum, Bero. consi. 25. num. 10. li. 3. Con tard. de momen. posses. in 19. limita. nu. 36. dicens, nu. 32. non habere locum de iure canonico, vide Rolan. à Val. consi. 26. num. 3. & 6. lib. 2. Soci. iun. consi. 92. num. 4. lib. 3.

Septuagesimononum requiritur ad redarguendum testes de falso, Bero. d. consi. 25. nu. 11. eo. lib. 3.

Octuagesimum requiritur speciale mandatum ad iurandum in animam principalis, Bero. d. consi. 25. nu. 14. 22. & 28. & seq. lib. 3. Rol. à Val. consi. 26. nu. 5. & 22. lib. 2.

Octuagesimoprimum requiritur speciale mandatum ad remittendum ius dominij, Bero. consi. 117. n. 11. li. 1.

Octuagesimosecundum requiritur speciale mandatum ad imponendam pensionem, & qui habet tale mandatum non dicitur habere ad reservationem fructuum, Paris. consi. 143. nu. 35. lib. 4.

Octuagesimotertium requiritur specialissimum mandatum, ut procurator pro accusato compareat, Bal. l. reos. ff. de accusa. Socinus sen. in cap. veniens,

veniens, colum. 30. de accusatio. Gnid. Papæ quæst. 338. in fine, Menochi. traçta. de arbit. iud. quaestio. 8. nu. 145.

Octuagesimo quarto requiritur speciale mādātū, & specialissimum, cum procurator vult pro domino respondere, se velle vti testibus, qui falsi creduntur, ita post alios Menochi. de arbitra. iudi. consilio 316. nu. 25.

Octuagesimo quinto requiritur speciale mandatum in iusta interponendo filio super hereditate cedenda. l. si quis mihi bona §. iustum. ff. de acq. hered. Ang. Arc. in §. 1. Insti. de his. per quos age. pos. nu. 2. vers. primus.

Octuagesimo sexto in remittenda pignoris obligatione. l. si constante. §. videbimus. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solua. Areti. Institutio. per quos ag. pos.

Octuagesimo septimo requiritur speciale mandatum ad causas spirituales, Roma. singu. 619. nu. 1. in causis tamen beneficialibus non requiritur speciale mandatum, Rota decif. 27. nu. 1. in titu. de procur. in additio.

Octuagesimo octavo requiritur speciale mand. ad proba. appellacionem à grauamine, Bella. concl. 249.

Octuagesimo nono non solum requiritur speciale mandatum in contrahendo matrimo. vt supra diximus, sed etiam in sponsalibus contrahendis: cap. veniens, qui clerici, vel uouen. practica Papien. titu. de forma respon. libel. in actio. hypoth. non habentem.

Nonagesimo requiritur speciale mandatum, quādo agitur de his, quæ principaliter aduerialio, non domino sunt fauorabilia, Bero. q. fami. 33. nu. 10.

Nonagesimo primo requiritur specia. mand. ex vnaquaque parte. quando fauore aduersarij requiritur etiam speciale mandatum, Alex. cōsi. 40. n. 4. li. 1.

Nonagesimo quarto, si procurator habens generale compareat in causis, in quibus requiritur specia. le mandatum, dicitur falsus procurator, Ias. l. licet, nu. 4. C. de procu. quod approbat Graua. in addit. ad prati. Velt. c. 5. nu. 2. lib. 4.

Nonagesimo quinto requiritur speciale mandatum non solum in supradictis casibus, sed etiam in alijs, in quibus requiritur eadem, vel maior ratio, ita Rebuffus d. loco. vers. vlt. post factū. §. procurator, Insti. de his per quos agere pos.

Nonagesimo sexto vbi requiritur speciale mand. non sufficiunt verba generalia in mandato expressa, importando aliquid specialiter mādātū, Soc. iu. cōsi. 129. nu. 5. 2. li. 1. Quinimo mandatum factum alicui cum libera, nō importat fideiubere, sed in Ias. in l. cōtra iuris §. qui pecuniam, nu. 2. de pac. quia ad fideiubendum pro alio requiritur speciale mand. Bar. in l. qui Romæ §. Calp. machus. ff. de ver. ob. vbi inquit, q. procurator generalis constitutus ad lites, et cum libera, solutionem recipere non potest. l. hoc iure, vbi Doc. ff. de solu. Tiraq. latè trac. de retrac. ligna. §. 1. gl. 13. nu. 33. & ibi et inquit Tiraq. q. nec poterit denūciare, nisi hoc specialiter habeat in mādātis. Idem est dicendum, vt non possit donare, nec liberare debito rem per acceptilationem, nec potest se conuenire cū aduersario, Bero. q. fami. 34. nu. 3. vbi etiam dicit, q.

non potest remittere debitum liquidum habens per ratam executionem, & ius quæsitum domino, vt diximus alijs supra.

Nonagesimo septimo mandatum factum alicui, vt faciat quidquid sibi visum fuerit, & placebit, non im portat, neque speciale, neque mandatum cum libera, sed importat mandatum arbitrio boni viri, & est magis communis opinio, vt per Afflictum deci. 91. nu. 4. in fine dicti, & nos supra.

Si autem in mandato fuit dictum, do tibi facultatem agendi, & administrandi patrimonium meum, vt facere possis, quæ ego possum, omnis potestas videtur translata in dictum procuratorem, & d. procurator potest vendere, alienare, & in feudum dare, & ita fuit votatum in consilio Neapolitano, vt per Afflict. deci. 303. nu. 5.

Rurfus mandatum generale, siue vniuersale, quantum doque fit cum libera, seu plena administratione, & ista forma mandati vulgariter vocari solet mandatum cum libera, aut nominatim expressa. conuentione.

52 Aliquando fit sine libera. ¶ Ille mandatarius, qui habet mandatum cum libera, potest omnia facere, sicut dominus, & habet liberam administrationem, & aliud pro alio exigere & accipere potest. l. procurator cui generaliter, ibi Bar. ff. de procu. Quare si quis tali mandato generali cum libera sit constitutus procurator in iudicio, is non modò habet ius vocandi aduersariū in iudicio nomine mandatoris, sed cum eo transigendi.

54 Sed cui commissa est libera administratio ad litigandum cum aliquo alterius nomine, is tantum instandi, non autem transigendi habet potestatem, iux. doctri. Bar. in l. qui Romæ §. Callimachus, ff. de ver. obl. l. procurator totorum. ff. de procu.

55 Et animaduerte, quòd mandatum generale cum libera tantum valet, quantum speciale in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum. l. procurator, cum duabus seq. ibi gl. ff. de procur. c. qui ad agendum, de procu. in 6. l. nam & nocere, ff. de pac. facit dictum Bal. in l. illud. §. 1. ff. de mino. ita etiam tenet Iacob. & Marti. vt refert Cynus, in l. 1. C. etiam per proc. causi. in integ. resti. ag. pos. Alexand. cōsi. 135. col. 1. lib. 6. Caelia. Cotta in memorabil. incipiente, procurator generalis, Dec. cōsi. 493. col. 1. & consil. 690. col. 2. Ruy. cōsi. 93. nu. 6. li. 5. Fel. in c. nonnulli, §. sunt & alij, ext. de rescip. Are. in §. vlt. nu. 3. Inst. de his, per quos ag. pos. Silua. cōsi. 35. nu. 3. Iaco. Aemilia. cōsi. 117. nu. 10. Tiraq. qui plures refert de vtroq; retrac. retrac. lignagiet. §. 1. gl. 13. nu. 32. car. lib. meo scilicet in 4. editione, 115. Ber. q. 33. nu. 9. & q. 25. Vantius trac. de nullita. tit. de nulli. senten. ex defec. inhabi. seu mand. nu. 87.

Sed parcant mihi Doctores supracitati, non videt abiq; difficultate hic punctus transire, imò videtur totum contrarium, quoniam ad contrahendū matrimonium, in quo requiritur speciale mandatum, non sufficit generale mandatum, etiam cum libera, quinimo debet specificari omninò, & nominari persona, cum qua contrahitur matrimonium, vt diximus supra. Idem est ad carcerandum aliquem, vt diximus supra, & multis alijs casibus, quos non refero

fero. Quare dicas, quòd dictum Bal. & Doctorem regulariter procedet, limitari tamen debet in aliquibus casibus, in quibus requiritur specialissimum & indiuiduum mandatum.

Hinc est, quòd Bero. d. quæst. 25. sub numero 4. dicebat, communem esse in contrarium, & maxime in illo casu, in quo ipse scripsit, nempe quando clausula fuit apposta in mandato, per quam clausulam dominus dedit procuratori potestatem faciendi omnia, quæ ipse dominus potest, quæ clausula non operatur speciale mandatum, quamuis per illam clausulam censetur esse mandatum cum libera, & attestatur ibi (vt dixi) de communi, de qua Anto. in c. si. de dila. & Ioan. And. ibid. gl. in causis, de elec. & Domin. de S. Gemina. in c. primo, columna vltima, de rescip. in sexto.

Propterea animaduertendum & sciendum est, 57 quòd mandatum quantumcumque generale, & liberum, & plenum fuerit, tamen non comprehendit facultatem profundendi & alienandi temere aliena, quia mandatum fit, vt res curentur, non vt dissipentur, iux. Bal. in l. 1. C. de bon. matr. in fine, in quarta quæst. vbi inquit, quòd quamuis in mandato factò procuratori sit dictum, quòd possit facere procurator quidquid possit verus dominus, non tamen poterit procurator donare, nec apponere in contractu renunciationes gratuitas, quia illa verba, intelliguntur, secundum qualitatem officij & administrationis non dilapidationis, allegat tex. in l. pen. ff. si quis cau. l. prohibere. §. planè, ff. quod vi, aut clam, & l. tale patrum. ff. de pac. & l. præses. ff. de transac. & l. qui Romæ §. Callimachus, in fine, ff. de verborum obli. l. si pater, ff. de his, quæ in frau. cred. l. filiusfam. ff. de dona. Natta consil. 10. numero quarto, in primo vol. & consil. 641. num. 6. vol. 3. Alex. in l. si procuratori. C. de proc. adde l. contra iuris. §. ff. de pac. tex. in l. creator §. Lucius, ff. mand. ibi Bar. Sal. & alij, vbi si negotium cum committitur in procuratoris liberam voluntatem, secundum naturam & materiam cōtractus, hoc agi intelligitur, vt semper dolus malus absit, Alex. cōsi. 52. col. si. num. 8. & 4. col. 2. vol. 6. Paris. cōsi. 91. nu. 14. vol. 1.

59 Hinc est quoque, quòd mandatum superioris factum alicui, vt aliquid faciat, intelligitur tamen cum causæ cognitione, & seruatis seruandis, & data libera potestate iudici procedendi, prout sibi videtur, intelligitur semper iuris ordine seruato, & statuto, & consuetudine seruatis, prout no. Marsi. sing. 328. faciunt dicta per Cy. in l. 3. C. de dot. promiss. quem refert & sequitur Bal. in l. 1. col. si. ff. de leg. 2. quod omnne verbum inducens liberam voluntatem reduci debet ad arbitrium boni viri, vbi tractatur de damno euitando, Paris. cōsi. 91. nu. 23. vol. 1.

Quinimò dicebat Ias. in l. contra iuris. §. in filius, 60 num. 5. ff. de pac. quòd habens mandatum ad transigendum & ad compromittendum, cum generali & libera administratione, non potest gratis liquidum remittere: nam licet mandatum sit, cōtractus bonæ fidei, tamen extendi non potest eius facultas, vt mandatarius faciat id, quòd dominus non est verisimiliter facturus, iux. Bal. in l. falsus, C. de fur. & dicebat

61 Cast. in l. si debitorem. ff. de noua. quòd si quis habet mandatum ad recipiendum solutionem à debito re, & ad quietandum & liberandum eum, si non apparet de solutione realiter facta, sed solum de confessione ipsius, qui confitetur sibi solutum & debitorem liberasse, hoc non nocet mandati, quominus adhuc possit conuenire debitorem, non obstante liberatione facta per confessionem, quia mandatum debet intelligi, vt debitorem liberet verè solutem, id est facere instrumentum solutionis, non autem confessionis, Marsi. sing. 265. Riminal. iun. consilio 465. numero 9. volum. quarto, Dec. in consilio 493. Ale. in l. à Diuo Pio §. sed si emptor, ff. de re iud. & Bar. in l. 2. in §. si. numero 6. ff. si certum pet. & in l. si debitorem. ff. de noua. Strac. trac. de merca. tit. mandati, sub nu. 4. & nos diximus col. mutui.

62 Hinc est etiam, quòd mandatum quantumcumque generale sit, in illo tamen numquam intelligitur mandatum procuratori, vt indebitum recipiat, aut illicitum faciat, probatur in l. si procurator. ff. de cond. inde. & in glo. in c. dilecto, de præben. ibi Imola, & Ias. d. l. si procurator. vbi istam regulam ampliatur tripliciter, & limitat octo modis, prout refert etiam Berar. Diaz, reg. 450.

Iterum mandatum generale cum libera subdistin 63 qui potest dupliciter, aut enim est mandatum generale cum libera à lege, aut cum libera ab homine. istam differentiam facit & notat Bal. in cap. contingit, in vltima columna, de transac. de mandato generali cum libera à lege, pone exemplum in procuratore refici, qui habet mandatum generale cum libera à lege, l. præses. cum gl. C. de transac.

Item in tutore & curatore, l. mandato generali. ff. de proc. ibi gl. no. Bar. in linter bonorum. ff. de adm. ni. tut. Ias. in l. à Diuo Pio §. sed si emptor, nu. 8. ff. de re iudica.

Vel pone casum, prout in l. maritus. C. de procu. vbi maritus habet liberam facultatem & mandatum à lege, ad agendum pro vxore in quacumque causa, dummodò caueat de rato, prout ibi per Alex.

Idem est in l. si. C. de pac. conuen. vbi maritus habet mandatum à lege ad mouendas actiones paraphernales, quarum sibi sunt tradita instrumenta ab vxore, & potest exigere debita, pro quibus restituentis sunt bona sua tacitè obligata, vt ibi per Bal. & Corne. cōsi. 91. nu. 2. 1. vol. 4. Io. de Amicis cōsi. 132. re 64 gulariter autem mandatum à marito causam vxoris agente peti potest semper, si maritus semel illud recepit, vt inquit Ias. in l. maritus. ibi de communif. nu. 8. C. de proc. Soar. recolle. commu. opi. litera M, numero 27.

De mandato generali ab homine, pone exemplum, vt diximus supra in eo, qui habet mandatum generale à testatore, vel ab alio expressis verbis, vt si dicatur, constituo te procuratorem generalem, & vniuersalem, cum ampla & libera administratione omnia faciendi, sicut ego possum facere, & aliquando possit conuenire mandatum testatoris cum mandato legis, vt in casu Soci. iun. consilio 149. numero 23. vol. 1.

65 Et aduerte, quòd istud mandatum generale cum

cum libera ab homine, maioris roboris, & efficacia est, quam illud mandatum a lege.

Nam dicunt Doctores in d. s. sed si emptor, & ibi Iaf. signanter, quod procurator fisci, & tutor, & curator non possunt vendere rem aliquam, & habere fidem de precio, l. si procurator. s. fina. ff. de iure fisci, & sic non potest praeiudicare dominis, quia habent mandatum generale cum libera a lege, & non ab homine, ut ibi per Iaf. secus est dicendum in procuratore, qui haberet mandatum cum libera ab homine, qui bene posset habere fidem de precio, maxime si hoc esset consuetum, in quo iuris articulo eleganter scripsit Bar. in d. l. a Diuo Pio. s. sed si emptor. ff. de rei iud. ibi Alex. & Iaf. Cast. consi. 305, in 1. par. Ange. Aret. s. venditae, In sti. de rei diui. Fabia. de Motte tract. de emptio, & vend. in 3. quast. princi. num. 30. Straccha de Mercatu. tit. manda. num. 26. & nos alias diximus, tracta. emptio. & vend.

66 Aliquando tamen habens mandatum generale cum libera ab homine, non potest agere, neque etiam ipse ad ea, quae requirunt speciale mandatum, nam licet regulariter equiparetur, habere generale mandatum cum libera, & habere speciale, Bald. in l. illud. s. i. ff. de mino. & nos supra diximus, tamen in aliquibus casibus expressis a lege necesse est, ut omnino interueniat speciale mandatum, cum generale non sufficit, etiam si sit cum libera, exemplum, ut etiam diximus supra ad matrimonium contrahendum. Item in mandato ad cauendum aliquem, in quo casu non sufficit mandatum generale cum libera, sed speciale requiritur, Ange. s. cum eo, nu. 3. Institutio de actio. text. est in l. non solum. s. fina. cum lege sequen. ff. de procu.

Item in mandato facto ad donandum, in quo casu non sufficit generale cum libera, & quod sit alicui bonorum administratio concessa cum libera potestate, ut habetur in capit. fina. de offic. vica. in 6. & similibus.

Rursum potest subdistingui mandatum generale cum libera ab homine, quoniam aut est cum libera & generali administratione omnium rerum vel bonorum ipsius mandantis, & constituentis: aut est generale mandatum cum libera administratione omnium negotiorum ipsius mandantis, & constituentis, quod videtur diuersum ab alio primo, si recte verba perpendas, & ratio diuersitatis est, quia quando datur libera rerum, & bonorum omnium administratio, non censetur data potestas circa iudicialia, sed solum circa extraiudicialia, & talis procurator contrahendo extraiudicialiter potest domino nocere, & illum obligare. d. l. nam & nocere, ff. de pact. l. procurator, cui ff. de procu.

Mandatum vero cum libera administratione omnium negotiorum porrigitur, & censetur magis factum ad iudicialia, quam ad extraiudicialia, in capitulo, qui generaliter, de procu. in 6. cum negotium proprie, seu magis proprie dicatur in iudicio, quam extra iudicium, in capitulo foris, in versic. negotium, de verborum significati. scripta per Alexan. in l. procuratoribus, in fine. C. de procu. hanc differentiam refert, & declarat August. Be-

rous suis quastio. fami. quastio. 25. sub numero 2. ubi inquit, quod quamuis text. in capitulo, qui ad agendum, in fine, de procu. in sexto, & l. nam & nocere. ff. de pact. l. procurator, cui ff. de procu. ibi Barto. & Alexand. in l. si procurator. C. de procura. velle videantur, procuratorem habentem generale mandatum cum libera equiparari habenti speciale, tamen loquuntur de eo, qui haberet generale mandatum cum libera, & generali administratione omnium rerum, vel bonorum ipsius constituentis, & non de eo, qui haberet generale mandatum cum libera administratione omnium negotiorum ipsius constituentis.

Redeo modo ad mandatum speciale, seu partiale, sive singulare, quod rursus subdistingo, scilicet, quod mandatum speciale potest esse indeterminatum, & potest esse determinatum. Mandatum indeterminatum est, quando mandauit tibi rem aliquam mihi emerere, nec de precio quicquam statui. istud enim erit mandatum speciale ad emendam rem, sed erit indeterminatum, quia non determinat pro quanto precio, & in isto mandato indeterminato sufficit, ut negotium vtiliter sit gestum.

Determinatum vero mandatum est, quando precium statutum est, & tunc si mandatarius plures emit in excessu, vel deterioratione, vel diminutione quantitates in praeiudicium mandantis, non datur actio mandati, nisi ad formam debitam reudatur, ita text. in l. diligenter, ibi Barto. Salicet. quem videas omnino. ff. mand. Alexand. consilio 25. in fine, vol. 2. Rolan. à Valle consi. 53. nume. 29. vol. 4.

69 Hoc tamen sciendum est, quod si in alia specie excedatur, mandatum non impletur, sed mandans potest bene statum habere, quod factum est, ut inquit Sal. d. l. diligenter.

Denuo alia diuisio mandati reperitur apud Doctores, nempe ut aliud sit mandatum expressum, aliud tacitum: expressum mandatum est illud, quod fit per consensum verbis expressis declaratum, vel saltem per rati habitationem, puta quando id, quod nostro nomine agi ceptum est, probamus, & ad peragendum actorem hortamur, ut per Docto. in l. Iulianus. ff. qui satisf. cogan. Genini. in cas. qui, de procuratoribus in vbi etiam Philippi Franc. col. 1. & per Bonifac. de Vital. in Clement. in 4. quast. titu. eodem Rota. decisi. 178. in antiquis, Alex. consi. 146. num. 33. in 5. vol. tradit Quintilia. Mandos. in regu. Cancell. 31. q. 1. nu. 7.

Tacitum mandatum est illud, per consensum actibus declaratum, ut si quis praesens patitur ab alio mandari, ut sibi credatur, mandare intelligitur, talis namque patientia pro consensu habetur. l. qui patitur, ibi Barto. & Dociff. mand. l. qui si de ff. eo. Bal. l. s. i. ibi Io. de Imo. ff. sol. mat. Capra. suis regulis, concl. 55. ibi l. te nam si patiar, ut tu fideiubeas pro me, videor tibi mandare quod fideiubeas. d. l. qui patitur. l. quicumque. s. r. ibi Barto. ff. de insti. & l. si fideiusor, ibi Bal. C. manda. ubi dicitur, verum esse nisi pro re curpi, si semper qui non prohibet, ff. de reguliur. Innocent. in

c. ex

e. ex parte decani, de rescrip. ubi est doctrina, quod 71 mandatum tacite probatur ex scientia & patientia, ex eo quod quis agit sciente & patiente domino, Abbas cons. 7. col. 3. in 2. dubio, & col. 6. in 3. dubio, lib. 2. Calde. conf. 4. tit. de procu. Bar. & Doc. l. saepe, ff. de re iudi. Alex. conf. 157. col. 3. lib. 2. Dec. Affli. 308. nu. 8. Cra. trac. de antiqui. tempo. par. 1. limita. 4. nu. 57. Dec. Tholosa. per Aufreir. quast. 271. Cephal. consi. 26. nu. 13. vol. 1. adde tex. in l. si remunrandi, s. si passus. ff. manda.

Limita tamen supradicta in quatuor casibus, in quibus talis patientia & scientia pro consensu non habetur, nec inducitur mandatum. Primò si pro inuito, secundò quando aliquis animo donandi facit, Tertio quando in rem suam, Quarto ubi hoc effect actum, ut non induceretur mandatum, & sic ut non ageretur, in istis quatuor casibus mandatum tacitum non inducitur, ut not. glo. solemnis & approbata, in d. l. si remunrandi, s. si passus. ff. eod. alias regulariter semper inducitur tacitum mandatum ex scientia & patientia.

72 Hinc dicebat Bal. in l. cum oportet. C. de bonis, quae liber. quod si pater sciat filium consuetum fenus rari, & dat ei pecuniam, teneatur pater ex tacito mandato ad restitutionem quassitarum usurarum per filium, quod late per Afflicium decisi. 308.

Potest etiam exemplificari de isto tacito mandato in procuratorio mandato, quod non solum per expressam confessionem mandati procuratoris, sed etiam per tacitam inducitur, nempe per traditionem instrumenti, nam eo ipso quod quis in iudicio compareret tamquam procurator, & produxit instrumentum, praesumitur ex eo procurator, ut admittatur solum cum cautione de rato, Bar. in l. vulgari, in ff. de admi. & peri. tuto. & in l. 3. s. causa, nu. 2. ff. de Carb. edi. Cast. in l. Meua marito, nu. 3. ff. sol. mat. Bal. in l. si qua per calumniam, in C. de episco. & cleri. Ioan. de Imola, Fel. & alij in c. communia, extra de offi. potest. iud. deleg. Iaf. l. 1. nu. 1. C. de procu. Maranta repeti. actor, nu. 2. C. de procu. Alc. de praesumptio. reg. 1. praesump. 33. Rol. à Valle cof. 46. nu. 6. vol. 2. Nicol. Anto. Graua. lib. 4. c. 5. nu. 3. in additio. ad Vestrium, Soarez de communi Thesau. recepta. littera M. num. 26. Chirchou. de communi in recolle. com. opi. concl. 78. Cen. 5. littera P. quamuis Bal. contrarium sentiat in l. 1. nu. 11. ff. de procu. vide Vanium trac. de nulli. tit. qual. sent. & proces. defend. pos. num. 96.

73 Nota tamen, quod quemadmodum tacitum mandatum censetur datum alicui procuratori per confessionem instrumenti, ita per consequens tacite censetur reuocatum per redditionem instrumenti, Iaf. d. l. 1. C. de procu.

74 Posset etiam forsan exemplificari de isto tacito mandato, ut sit illud, quod praesumitur ex verbis expressis, sed obseusis & ambiguis, & maxime si verba possent accipi in malam & in bonam partem, exemplum in illo casu, de quo Bar. & Doct. in l. si quis minus post receptam iniuriam ab aliquo dixit famulo suo, nunquam reareas donum meam, si ego non

75 feniã aliquid de illo negotio, si ille famulus postea interficiat iniuriantem, videtur dominus illud tacite mandasse, & punitur pena mortis, sicut principalis, ut de illo nobili Florentino offenso inquit Bar. fuisse iudicatum, pro qua doctrina ponderat Anch. & Abbas, tex. in c. ex litteris, de exce. prae. & Iafar testatur de communi in l. 1. col. 6. C. de ser. fugiti. Berard. Diaz. reg. 201. ubi limitat sex modis, secundum Iaf. late per Iul. Clarum in sua pratica, s. vl. q. 89. verif. pone, & Agust. Ber. q. 10. nu. 2. Marcus decif. 423. Marf. consi. 132. Bos. tit. de mand. ad homi. num. 50. Plaza lib. 1. delicto. c. 14.

66 Bene verum est, quod quoad effectum non est curandum, quibus verbis fiat mandatum, dummodo delictum committatur propter ipsum mandantem ad satisfactionem suae voluntatis, Cor. cons. 57. num. 1. vol. 4. & per Lancello. Corrad. in sua prati. crimi. s. 3. lib. 1. c. 9. tit. de mandante homicidium, nu. 3.

77 An autem alloquutio ad aurem seruo facta vel alicui amico, vel familiari, faciat inditium contra alloquentem, dicit quod non, nisi tria concurrant, Primò inimicitia capitalis inter offensum & mandantem, Secundo alloquutio secreta, Tertio homicidium incõtinenti sequutum, de quo Hip. Rim. iu. conf. 88. nu. 29. vol. 1. Burl. cons. 126. num. 82. Clarus, s. si, q. 89. Praeterea potest dari alia diuisio communiter à Doctore tradita, scilicet ut aliud sit mandatum licitum, aliud illicitum. Mandatum licitum est illud, quod fit de relicta & honesta, & secundum bonos mores, ut de emendo, vendendo, locando, soluendo, fideiubendo, & similibus.

78 Mandatum illicitum est, quotiescunque fit mandatum de re turpi & inhonesta, & contra bonos mores, exemplum si tibi mande, ut furtum facias, vel homicidium occidas, vel vulneres talem, & similia.

Et circa tale mandatum illicitum occurrit dubitatio de questione, si alicuius mandati alicui, ut Titium vulneret, tantum expresse prohibendo, ne illi occidat, si mandatarius excessit fines mandati vulnerando & occidendo, an mandans teneatur de occiso? quastio ista in terminis ponitur in consi. inferto in consi. Cepol. quod est Antonij Roselli, & aliorum Doc. in ordine, 35, 36. & 37. & 38. ubi alij Doc. per plures rationes concludunt, quod mandans solum vulnerari non teneatur de occiso, nec pena mortis, sed pena extraordinaria.

Contrarium tenit ipse Cepolla in consi. 34. in 3. dubio, & eius opinio verior videtur per tex. c. fi. de homi. in 6. l. fi. de crimi. expi. heredi. Bal. in l. si quis mihi bona, s. si eoram. ff. de acq. hered. Bar. in l. datus in ff. de fca. Agust. Ber. q. 10. nu. 8. & ratio potest esse, quia semper in maleficijs inspicitur euentus & effectus, quando sunt perfecta & non voluntas, l. aut facta, s. euentus, ff. de penis, cum simili. facit doctrina Bar. & aliorum in l. quoyiam multa, C. ad leg. Jul. de vi, & in delictis mandans & mandatarius non differunt, & eadem pena debent puniri, ut per Bar. in l. si quis id, quod, ff. de iurisd. omn. iud. Canonizet in c. mulieris, de senten. excommu. & mandans aliquem vulnerari debet cogitare, & scire quod vulnerari non datur ad mensuram, & istud non cogitare, est lata culpa,

culpa,

culpa, quæ æquiparatur dolo, vt not. in l. r. §. r. ff. si mens. fals. mod. & l. quod Nerua. ff. de pos.

80 Quare pro concordia dicendum est, quod opinio Roselli & aliorum procedat, quando in potestate mandatarij est non excedere fines mandati, scilicet quando ille, qui mandauit, dixit vt verberaret talem baculo in humeris, nam isto casu si mandatarius percussit in capite & illum occidat, mandans non tenetur pena capitis, quia delictum principaliter fieri propositum non tendebat ad aliam speciem delicti, ideo si mandatarius eum occideret, mandans non tenetur, arg. l. verum, in prin. ibi Bar. ff. de fur. idem Bar. in l. diuus, ff. ad leg. Cor. de fisa. in fine, Bal. in l. si mandati. C. mand. & in l. non ideo minus, col. pen. vers. item quæro. C. de accusa. Io. Monachus & Dominicus in c. si de homic. in 6. Io. Brunc. in decreta. prima, de homici. parte 4. nu. 42. Cast. consi. 189. Paris. consi. 161. vol. 4. qui in pñcto consuluit, Agust. in addi. ad Ang. de Malef. in verbo, Andream auxiliatore, col. 5. Carrerius in prati. crimi. in c. quod in quit, circa tertium, de causis excusantibus mandantem, Hypp. Rim. consi. 420. in prin. vol. 4. vbi inquit, quod mandans quem percussit extra forum, non tenetur si fuerit in foro percussus, & mandans, quem percussit manu vacua, si fuerit percussus gladio, non tenetur, & ratio est illa supradicta, quia in potestate erat mandatarij non excedere fines mandati.

Opinio autem Cepollæ procedere debeat, quando non erat in potestate mandatarij vulnerare tantum & periculum à re mandata separari non poterat, nã isto casu mandans teneretur pena capitis: quia, vt diximus supra, vulnera non possunt dari ad mensuram, & sic militat doctrina Bar. in d. l. diuus, quod istud delictum principaliter fieri propositum tendebat ad aliam speciem delicti, cum ex vulneribus homo facile moriatur, de quo debuit cogitare, per Paris. d. consi. 161. Agust. Ber. q. 10. per Cepol. d. consi. 34. late per Iul. Clarum in sua pratica. §. vlt. q. 89. Plaza li. 1. delicto. c. 15. Gram. consi. crim. 20. Bos. tit. de mandata. ad homi. nu. 10. Decius consi. 622. qui idem videtur tenere, si fuit factum mandatum ad sforcianum, quem sequitur Clarus ea ratione, quia apparet quod mandans iussit fieri actum, ex quo de sui natura non solet sequi mors à communiter acciditibus, sed nos de hoc plene dicemus suo loco, scilicet in tertia parte Amph. columna delicti.

82 Hoc tantum modo notandum, quod mandatum illicitum & inhonestum, numquam præsumitur factum procuratori, vel alteri personæ, nisi probetur, l. procurator, ibi Bar. ff. de cond. in deb. l. si pater. ff. de his, quæ in frau. credito. Bal. in c. 1. col. 8. ibi scrib. vt lite non contest.

83 Hinc est, quod mandatarius non facit indicium ad torturam ex eo, quod simpliciter affirmet talem sibi mandasse, vt aliquem occideret, nisi aliqua alia præsumptio vel saltem suspicio consurrat, vt per Nouel. in Prati. crimi. folio, 66. num. 31. Signorolas in consi. 109. Clarus in Pratica §. vlt. quæst. 21. vers. ex hac, ibi de communi, Soarez sententiarum recepta littera M. nu. 44. Fra. Burf. consi. 192. nu. 4. vol. 2. de magis communi, Hier. Gabr. consi. 183. num. 3

Quinimo Agust. Berous quæst. familia. quæst. 10. 84 tenuit consulendo, quod si Titius fuit offensus à Caio, & postquam Titius fuit offensus mandauit & rogauit fratrem suum vt ipsius iniuriam vlcisceretur si postea frater suus occideret illum Caium, qui offenderat Titium, mandans non tenetur de occiso, nec debet de occiso puniri, quia illa verba, vt ipsius iniuriam vlciscatur, non important vt Titius fratri mandasse dicatur, vt aliquem interficeret, quia illa verba debent intelligi de vindicta licita, & quæ de iure fieri possit, vel saltem simili, non excessiua, cum vindicta duplex sit, licita & illicita, per doctri. glo. 1. ibi. Gul. 85 de Cuncto, in l. 1. C. de his, quib. vt indig. † vbi si heres interfecit, qui tenetur vindicare necem defuncti de iure, videlicet accusando in iudicio coram testibus, dixerit, ego talem offensam seu mortem defuncti vindicabo, deinde is qui interfecit fuerit vulneratus siue occisus, non præsumitur id factum ab hærede, quia illa verba protulit, neque poterit torqueri, quoniam debent intelligi de vindicta licita, arg. not. per Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de penis, Alex. in d. l. 1. C. de his, quib. vt indig. & in l. si quis mihi bona. §. sed quid. ff. de acq. hæred. de quo nos infra, suo loco, in tertia parte Amphitheatri, vbi resident delicta.

Potest addi alia diuisio mandati, nempe vt aliud sit mandatum proprium, aliud improprium. Mandatum proprium erit illud, quod gratuito aliquis suscepit exhibendum absque aliqua mercede: mandatum improprium erit illud, in quo aliquid remunerandi gratia alicui datur, de quo in l. salarium. ff. manda. ibi Sal. optime repetit illam legem, & Ruy. consi. 115. vol. 1. & tunc non potest peti illud salariū per actionem mandati, quod debet esse gratuitum, sed petitur extra ordinem, siue iudicis officio, vt declarat glo. in d. l. salarium, & Sal. ibidem, sub num. 2. & nos supra diximus, in prin.

Vel dic ex mente Azonis, quod proprium mandatum est in his, quæ quis consequitur ratione mandati, nec per se sine mandato valet explicare, vt in mandato iurisdictionis, & in mandata actione, ceterum si tibi mandauero, vt tu mihi equum emas, cum & per te & tibi emere possis, non dicitur proprie mandatum, quia nil à manu mea consequeris, vt ex etymologia nominis apparet, mandatum esse quasi manu datum, quod argumentum ab etymologia valet, vt dicunt Doctores in l. 2. ff. si cer. pet. §. appellata, & nos diximus columna mutui, in prin.

88 Alia videtur reperiri diuisio, vt mandatum aliud sit simplex, aliud non simplex, simplex mandatum est illud, quod stat in puris terminis mandati, & poterit vocari etiam regulare mandatum, † & istud mandatum simplex potest per mandantem reuocari quâ documque re integra, l. hoc iure. §. si quis dederit pecuniam. ff. de donatio. l. si cum Cornelius, ff. de sol. Ceph. consi. 91. nu. 21. vol. 1. Rim. iu. consi. 465. col. 5. 90 in 1. art. † & dicitur res integra, quoties non fuit mandatum cum delegatione, & per consequens notatio non fuit facta, vel non fuit acceptata partita & descripta in libro, ex qua descriptio inter mercatores præsumitur acceptatio, nec est amplius res integra,

integra, vt per Straccham trac. de mercatu. tit. mand. Hier. Gab. consi. 155. col. 3.

Mandatum non simplex erit, quando mando Titio, vt soluat centum Sempromio, & delege meum creditum, & sic fit notatio non est integra, de quo per Rimin. iun. consi. 465. vol. 4. & per Hiero. Gab. consi. 155. col. 3. & 4. vbi late ponit, quando ob mandatum censetur facta notatio & delegatio, & quando reuocari non possit, & quando reuocari possit.

Denuò dicendum est, mandatum quadrupliciter contrahi posse, videlicet pure, in diem, ad diem, vel sub conditione. Pure mandatum contrahitur regulariter, cum nulla adijcitur conditio, sed simpliciter mando alicui, vt Titio soluat, vel pro Titio fideiubeat, vel quid simile.

Mandatum in diem contrahitur, puta si sit dictum in mandato, vt fideiubeas pro Titio, vel soluas pro Titio ex illa die, l. si mandauero, ff. mand. in prin. ibi gl. quæ exemplificat de soluendo in pascha, quæ tex. adducit Bal. in l. post mortem, col. pen. vers. modò quæro, C. de fideic. volens voluntatem disponentem circa tempus ad vnguem debere seruari, ex quo respectu temporis habetur pro forma, & ab ea non potest recedi, Paris. consi. 91. vol. 1. num. 9. ibi allegat hanc doctrinam ad propositum, quod mandatum factum alicui ad capiendum pecuniam ad cambium, seu mandatum continens capturam cambiorum ad annum, non potest mandatarius illud tempus limitatum transgredi ultra annum, & sic reiterare cambium, quod graue esset damnum: contrarium tamè consuluit Decius in consi. 562. de quo vide Strac. tract. de mercatu. tit. mand. sub num. 19. vbi conatur concordare eos.

Mandatum ad diem erit, si tibi mando vt pro me fideiubeas vsque ad talem diem, vt solent facere isti mandatarij, seu bancherij, & ideo finita die, ad quam mandatarius seu procurator constitutus fuerat, etiam si per iudicem prorogetur, mandatarius ille, seu procurator non poterit amplius agere, vt per Io. And. in addi. ad Spec. tit. de proc. §. ratione, col. 3. & c. cum olim, el primo, de offi. deleg. c. significauit, de appell. c. si quem, de proc. in 6. l. qui mutuum. §. non ideo, ff. mand. Agid. concl. 135. Sebast. Medices tract. mors omnia soluit, par. 2. num. 205. & nos infra, col. si. vlt. ord.

Mandatum sub conditione erit, quando aliquid tibi mando sub conditione aliqua casuali, potestatiua, vel mixta, de qua loquitur tex. in l. 1. ff. mand. & §. pen. Insti. eo. Azo in summa, C. eo. num. 8. & si non impleta fuit conditio, habetur perinde ac si mandatum ipsum non interuenisset, l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. 1. necessario. ff. de peri. & commodo rei vend. Nat. consi. 388. in fi. vol. 2. de quibus etiam per Vant. tra. de nulli. tit. de nulli. senten. ex defectu in habi. seu mand. num. 100.

92 Aduerte tamen ad illud, quod inquit Barto. in l. si pupillus §. videamus, in fi. de neg. gest. & no. Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. ff. mand. quod scilicet numquam per verba conditionaliter prolata inducitur mandatum, & sic potest fieri mandatum sub conditione, sed

non inducitur per verba conditionalia.

93 Demum pro complemento & perfectione huius ordinis sciendum, mandatum sex modis contrahi posse, seu sex modis videtur posse considerari, secundum Iurecon. in l. 2. ff. mand. & Insti. tit. manda. in prin. & quamuis ibi Imperator quinque tantum modos dinumeret, tamen videntur reperiri sex casus, licet quinque tantum sint obligatorij.

Et primò contrahitur mandatum tantum gratia mandantis. Secundò tantum gratia aliena. Tertio mandantis & aliena. Quarto mandantis & mandatarij tantum causa. Quintò mandatarij & aliena. Sextò mandatarij tantum causa.

Quoad primum gratia mandantis contrahitur mandatum, veluti si quis mandet tibi, vt negocia eius geras, vel vt fundum tibi emas, aut pro eo fideiubeas.

Secundo casu mandatum gratia tantum aliena contrahitur, veluti si quis mandet, vt Titij negocia geras, vel vt fundum ei emas, aut pro eo fideiubeas.

Tertio casu mandantis & aliena contrahitur, veluti si quis mandet, vt sua & Titij negocia geras, vel vt sibi fundum emas.

Quarto casu mandantis & mandatarij contrahitur, veluti si quis mandet, vt sub vsuris crederes ei, qui in rem suam mutualetur, aut si volente te agere cum eo ex fideiusoria causa mandet tibi, vt cum reo agas periculo suo, aut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem sibi deleget.

Quinto casu contrahitur mandatarij & aliena, veluti si tibi mandem, vt sub vsuris Titio crederes, aliàs si sine vsuris crederes aliena causa mandatum intercesit, l. 2. ff. mand. §. 1. Inst. eod.

Sextò contrahitur mandatum mandatarij tantum causa, veluti si quis tibi mandet, vt pecunias suas in emptiones prædiorum potius colloques quam legeres, vel è contra, quod potius consilium est quam mandatum, §. tua tantum, Inst. eod. l. 2. ff. eod. ibi gl. §. si. ideo nulla obligatio nascitur, quando scilicet aliàs erat facturus, secus si non erat aliàs facturus, quia tunc teneretur ille, qui consilium dat, & ita intelligi debet l. si remunerandi, ibi glo. §. plane. ff. mand. prout declarat Sal. in l. 2. ff. eod. Bar. in l. 2. §. tua, vbi plenam tradit theoreticam, quando quis ex consilio teneatur. ff. mand.

Addi potest & septimus casus, in quo mandatum contrahitur, scilicet quando mandatum fit gratia mandantis, mandatarij & aliena, exemplificando vt in l. si procuratorem, §. si tutores, ff. manda.

DE PERSONIS, INTER  
quas cadere potest mandatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes sunt habiles ad faciendum mandatum, & ad obligandum, qui alias sunt habiles ad contrahendum.
- 2 An seruus possit mandare alicui extero, vt se emat.
- 3 An minor seu pupillus possit facere mandatum.

An

- 4 An valeat mandatum factum minori de stando in iudicio pro se.
- 5 Minor an possit facere mandatum procuratori, vt possit stare in iudicio pro se.
- 6 Concordatio opinionum.
- 7 An filiusfam. possit facere mandatum.
- 8 An filiosfam. possit fieri mandatum, vt soluat alicui.
- 9 Si quis mandat alicui, vt Titio mutuet centum, si Titius erat filiusfam. an valeat tale mandatum.
- 10 An mulier possit mandatum facere alicui, vt pro se fideiubeat.
- 11 Quid si mulier mandat alicui, vt fideiubeat pro alio, non pro se.
- 12 An senatusconsultum. Velle. possit opponere aliquis, si mandato mulieris fuit obligatus.
- 13 An mandatum possit facere ad emendum ille, cuius bona sunt publicata, quid de excommunicatione.
- 14 Milites non possunt facere mandatum alicui, vt conduceret praedium.
- 15 Mandati contractus, an celebrari possit inter fratres & filium usque ad finem.

**Deuenio** ad vltimum ordinem, & capio primam columnam de personis, inter quas cadere potest mandatum, vel non pro cuius declaratione dicendum est, † omnes personae esse habiles ad contrahendum mandatum, & omnes obligari & mandatum inire posse, qui alias contrahere possunt, ita vt seruus sit capax mandati, l. si mandauero, §. fugitiuus. ff. mand.

2 Sed quaero, an seruus possit mandare alicui extero, vt se emat, & de hoc est factus titulus specialis in lib. 4. Codi. tit. si ser. exte. se emi manda. vbi decidit Imperator. quod si seruus extero se mandauerit emendum, quamuis nec ex persona serui (quoniam hoc liber mandare non potest) nec ex persona domini (quoniam qui vt a se res comparantur inutiliter mandant) consistere credebatur actio, tamen optima ratione domino quaeri placuit obligationem, quia non id agitur, vt ex ipso mandato, sed propter mandatum ex alio contractu nascatur actio, & sic Doctores colligunt ex illo tex. mandatum serui mandantis se extero emi esse inualidum ab initio, sed conualescere emptione secuta ex post facto, & non liberatur mandatarium soluendo numos peculiares domino, sed datur electo domino agat mandati, vt seruum consequatur, vel ex vendito, vt precium ei detur, vt raque tamen actionem non potest cumulare obstatate.

3 Item quaero, an minor seu pupillus possit facere mandatum alicui de soluendo aliquid alteri? dic quod non, si sine solemnitatibus, l. si verò. §. adolescens, vbi Bar. ff. mand. ibi Iurecons. inquit, quod si adolescens luxuriosus mandat tibi, vt pro meretrice fideiubeas, non habebis mandati actionem, sed posset forsan dici vt ibi sit ratione causae turpis, sed Doctores intelligunt communiter illum tex. generaliter, etiam si non esset res turpis, minorem non posse obligari ex mandato, & idem dicendum est de monachus & religiosus & similibus, qui semper constituere & mandare solent & debent cum consensu superiorum, vt per Vantium de nulli. tit. de nulli.

sent. ex defec. inhab. mand. nu. 140.

4 Sed quid si aliquis faceret mandatum minori de stando in iudicio pro se, & sic minor sit factus procurator alicuius, valet ne tale mandatum factum minori? dic quod non regulariter, tex. est in c. qui generaliter. §. si de proc. in 6. l. minor, ff. de proc. glo. in l. exigendi. C. de proc. Capra in reg. 61. ibi plures refert, & attestatur de communi, sed limitat sex modis.

5 Sed quid est contra, si minor facit mandatum procuratori, vt possit stare pro se ad iudicia, valebit ne tale mandatum? dic quod non, si fuit factum sine tutore, & non seruatis seruandis, quoniam sicut minor non potest stare in iudicio sine tutore, nisi in causa possessorij, l. in vniuersis. C. qui da. tut. vel cur. pos. l. acta. §. contra. ff. de iudi. l. cum & minores. C. si aduer. rem iud. ita nec procuratorem constitere potest, Natta consuluit in puncto conf. 197. vol. 1. sed quid si interuenit iuramentum, quod representat maiorem, valebit ne tale mandatum? Videtur quod sic, iuxta nota. per Bar. in l. minor. 25. ff. de mino. Alex. l. exigendi. C. de proc. l. a. auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendi. Capra suis reg. concl. 61. nu. 7. in 4. limita. Dec. in l. pupillum. nu. 3. ff. de reg. iur. Ioan. Dilec. de arte testan. caut. 3. nu. 2. Anto. Gomez. de contrac. c. 14. nu. 18. Vant. de nullita. ex defectu inhabilitatis, numero 95.

Contrariam tamen opinionem, videlicet pupillum etiam proximum pubertati iureiurando non obligari affirmat & de magis communi attestatur Alc. in c. cum contingat, nu. 144. de iureiuran. sequitur Soares thesau. recepta. litera P. nu. 362. & ante omnes Spec. tit. de actore, Bal. in l. 1. col. 13. C. de confel.

6 Possent forsan concordari opiniones contrariae, vt altera opinio debeat intelligi de minore 25. vel saltem de minori 18. altera opi. debeat intelligi de minore 14. sed de hoc nos alias diximus, & dicemus etiam suo loco plenius, vide modo Van. d. tit. de nullita. ex defec. inhabilita. nu. 35. & intellige & declara vt per eum, nisi minor asseruisset cum iuramento se maiorem, C. si min. se maio. dix. vel dicaliam opinionem procedere in contractibus, aliam in iudiciis.

7 Sed quid de filiosfam. poteritne facere mandatum? & dicendum quod sic, si est maior, quia filiusfam. potest contrahere, & obligari regulariter excepto mutuo, de quo supra trac. mutui. late diximus. Sed quid e contra si filiosfam. fiat mandatum, vt soluat alicui centum, & filiosfam. soluit, vel soluit eius pater, valetne mandatum factum filiosfam. dic quod sic, tex. in c. qui generaliter. §. 1. de proc. in 6. vbi filiosfam. potest fieri procurator absque patris consensu nedum ad negocia, verum etiam ad iudicia. sed dubium est cui competat actio, patri vel filio, quando aliquid ipsorum soluit, & fuit factum mandatum filiosfam. vt solueret? dic quod siue filius soluat de suo peculio, siue pater ex mandato facto filio, actio competit patri, & si filius emancipatus soluat ex mandato, dum erat in potestate suscepto, competit actio ei in factum & patri soluenti actio negotiorum gestorum, l. si verò non remunerandi. §. si filio, ibi scriben. ff. mand.

9 Sed quid si quis mandat alicui, vt Titio mutuet centum, qui Titius erat filiosfam. valetne tale mandatum? dic

dic quod sic, & ille, qui iussit tenetur mandari, quia mandatarium iusto errore ductus mutauit d. le. si quis non remunerandi. §. si quis, ibi Bartol. ff. manda.

10 Sed quid dicendum de muliere, poterit ne mulier mandare alicui, vt pro se fideiubeat? Dic quod sic, nam mulier principalis potest se principaliter obligare, & fideiubere, & potest intercedere in rem suam, rex. in l. 2. C. ad Senat. Consul. Velle. ibi Bal. l. aliqua. do. l. si pro aliquo, ff. eodem, ad Senat. Consul. Velle. si ergo ipsa potest fideiubere, & intercedere pro se, & in rem suam, multo magis poterit mandare alteri, & tenetur, vt intercedat, seu fideiubeat pro se, vel in rem suam.

11 Sed quid si mulier mandat alicui, vt fideiubeat pro alio, & non pro se, puta pro excarcerando filio suo, vel suo fratre, vel alio propinquo, valebit ne tale mandatum? Dic quod non, & obligatio mandati, qua tenetur mulier, est irrita per Senat. consul. Velle. quo cautetur & ordinetur mulieres pro alijs intercedere non posse, neque etiam mandare, tex. est in l. si. §. si mulier, ne ipsa, ibi Bar. ff. ad Senat. consul. Velle. & tex. in 4. si fideiussores, ibi glo. in verbo mandato, & Bar. ff. eod. ad Senat. Consul. Velle.

12 Sed quaero, an hoc senatusconsultum. Velle. inuenitur alius, & possit opponere exceptionem Senat. Consul. Velle. si mandato mulieris fuit obligatus, puta quando mulier mandauit alicui, vt fideiuberet, vel solueret pro suo filio, vel pro alio. Et in hoc casu Iurecons. distinguunt in d. §. si mulier, & in l. si fideiussores, scilicet quod aut creditor recepit fideiussores in fraudem Senat. Consul. nemp, quia iste creditor sciebat mulierem non posse fideiubere pro alio, & ideo fecit, vt mulier daret aliam fideiussores, & tali casu fideiussores iuuatur exceptione Senat. Consul. Velle. si autem ille creditor ignorauit, & fideiussores sciebat, tunc non iuuatur fideiussores exceptione Velleiani, sed tenetur creditori soluere vt ibi habetur, de quo late dicemus colum. de fideiussores, infra.

13 Praeterea quaero, an mandatum possit facere ad emendum ille, cuius bona sunt publicata? dic quod sic: nam si bona alicuius sunt publicata, potest mandatum facere alicui propinquo, vel etiam extraneo, vt eius bona emat, & si emerit, vtilis erit ex mandato actio contra mandatarium, si non praestet fidem, ex quo colligitur, aliquem posse recuperare bona sua confiscata, l. si mandauero, §. si cuius bona. ff. mand. ratio est, quia publicatis bonis alicuius, quidquid postea ille acquirat, non sequitur fiscum, ergo si acquirat, & recuperat bona, quae erant olim sua, non debent sequi fiscum. d. l. si mandauero.

Ex quibus potest inferri, vt bannitus nostri temporis cuius bona per homicidium maxime publicantur, poterit facere mandatum de emendo bona sua, & quod bannitus possit emere (nisi a iudice, & interdictis) habes ita trac. emp. & vend. col. 1. vlt. ord.

Sed iuxta hoc quaero, quid dicendum sit de excommunicato, poterit ne fieri mandatum excommunicato, vel e contra poterit ne ipse excommunicatus mandare alicui, & sic constituere procuratorem alteram? & si quaerimus, an excommunicatus possit contra-

here, de hoc diximus supra alijs, & si recte recorder ex mente Hippol. Bonacof. suis recolle. commu. opinio. dicendum, quod poterit contrahere, si non fuit a iudice & ab ecclesia declaratus pro excommunicato, & sic quando publice, & notorie non habetur pro excommunicato.

Sed secundum Vanti. tra. de nulli. titu. de nulli. senten. ex defec. inhab. seu mand. nu. 136. si quaerimus, an possit fieri mandatum procuratori ad iudicia, dicendum, quod si tempore constitutionis procurator erat publice, vel occulte excommunicatus, constitutio & mandatum ipsi factum non valet, quia actus huiusmodi in persona excommunicati non potuit radicari, idcirco factum cum tali procuratore non subsistit, cum nunquam fuerit procurator, vt voluit Spe. titu. de procura. §. 1. in princ. & tenent Io. And. Calde. Anto. Abbas in c. post cessionem, vbi hoc idem ponit Felinus pro conclusione, & latius declarat, colum. ante pen. ver. prima conclusio, de probatio. Minus etiam talis excommunicatus posset vigore sui mandati alterum substituere, vt voluit glo. si in Cle. si religiosus, de procura. & Bart. & alij. in l. quod quis, C. de procura. Felinus, d. c. post cessionem, col. penul.

Secus si excommunicatio post mandatum interueniret, quia gesta cum tali procuratore etiam excommunicato, si non foret exceptum, tenent, ex quo a principio adfuit fundamentum suae potestatis, licet per exceptionem ex post impediri poterit, vt de clarant Doctores in d. c. post cessionem, & in c. pia, de excepti in sexto, de quo latius ibi per Vantium habetur.

14 Sed quid dicendum de militibus, poterit ne milites facere mandatum alicui, vt conduceret praedium & similia? dic quod non potest facere mandatum alicui, vt conduceret, ratio est, ne milites omnino armorum usu ad opus rurale se cōferant, tex. est in l. milites, & l. si. C. de loca. vbi decidit Imperator, quod milites alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, vel mandatores conductorum esse non possint, & glo. ibi extendit idem procedere in militibus capitulis militiae, id est in clericis, limita tamen secundum glo. ibi, nisi conducerent gratia sui vsus, vt si conducerent vel mandarent alteri, vt conduceret stabulum pro equis, sed de hoc late diximus trac. locatio. & conductio. in 1. colum. vlti. ordi. ibi videas.

15 Et † pro complemento huius primae columnae quaero, an contractus mandati celebrari, & fieri possit inter patrem, & filium? pro cuius articulo resolutione faciemus tres conclusiones ex mente Bar. in l. frater a fratre, nu. 55. ff. de cond. indeb. quem sequitur Io. Bap. a Sanc. Severi. ibidem, in 14. quaest. & Io. Crötus in quaest. 39. Cagnol. in quaestio. 5. principa. nume. 295.

Prima est conclusio, quando mandatum non egreditur personam patris, & filij, & sic quando contractus celebratur inter ipsos, & tunc inspiciendum est circa quam rem consistat mandatum, nam si mandatum consistat circa pecuniam peculij castrensis, vel quasi castrensis, vel de peculio aduentitio eo casu, quo patri non quaeritur usufructus, & tunc sine dubio



consistit contractus mandati, & producit actionem & obligationem naturalem & civilem, ut per Bar. & Doctores d. l. frater à fratre, & hinc in simili est, quòd si pater emit a filio rem castrensis, vel quasi castrensis peculij, vel aduentitij, cuius pater non habet vsu fructum, sine dubio procedit emptio, sicut in quolibet extraneo, & ex eadem causa filius videtur habere precium, ex qua habebat rem, quam vendidit, ut l. 1. in si. cum sequen. ff. de contrah. emptio. Bar. d. l. frater, nu. 50. & nos diximus trac. emptio. & vend. in 1. col. ult. ordi. secus vero est, si ad ipsum patrem pertinebat vsusfructus, quia tunc videtur ut pater non possit emere à filio, quoniam ipse pater est legitimus administrator illorum bonorum, & sic se auctore emere non poterit, ut l. 1. ibi not. ff. de auth. tut. & nõ poterit per consequens celebrari contractus mandati inter patrem & filium. Idem erit dicendum de peculio profectitio, & idem est, quando emit à patre filius rem ipsius patris, recurrendum patris est, de qua pecunia solvatur precium, si quidem solvatur de pecunia filij castrensis, vel quasi castrensis peculij vel aduentitij cuius pater non habet vsu fructum, & valet emptio. d. l. 1. in fine, ff. de contrah. emp. secus si solvitur de pecunia patris, vel de pecunia aduentitia, cuius pater habet vsu fructum, vel de pecunia peculij profectitij, quæ in speculo iure gentium patri non quæreretur, sed de iure civili sic, quia tunc in istis casibus non oritur civilis obligatio, sed bene naturalis, quæ non est efficax, prout declarat Bar. d. l. frater à fratre, ibi Fulg. Soc. Ias. Cagn. & alij.

Secunda conclusio est, quando mandatum egreditur personas eorum, & tunc si filius ad mandatum patris Titio creditori patris decem promiserit, filius dicto creditori obligatur, & pater filio ex causa mandati, & antequam filius solvat si vellet agere contra patrem, potest compelli pater ad liberandum filium ab obligatione, sicut extraneus posset compelli ad liberandum, & in ista conclusione Bar. bene videtur loqui, secundum Doctores: filius enim, qui ex omni contractu obligatur, præter quam in mutuo & voto (ut aliàs diximus) efficaciter extraneo fuit obligatus, & ideo ab obligatione ipsa personæ suæ affixa, ex bono & æquo de iure potest liberationem petere, ut habetur per Bar. d. l. frater à fratre, intelligendo. sperita venia vocandi patrem in ius, l. si vbi not. C. de in ius voc. Casus autem, in quibus extraneus potest petere se liberari ab obligatione, in qua est constitutus alterius mandato, sunt quæ quædam sunt, quæ diu stent in obligatione, quando consignavit, & deposuit, quæ filius de proximo condemnandus esset, aut esset obligatus per scripturam habentem executionem paratam, quando actum fuit ut vsque ad certum tempus teneretur, quæ principalis bona sua dissiparet l. Quintus, in si. ff. mand. l. indebitum, l. si pro ea. C. man. vbi glo. & Doc. tradunt per Afflic. decif. 241.

Tertia est conclusio, quando filius viuo patre soluit quod ipso mandante promiserat, & aut soluit de pecunia castrensis, vel quasi castrensis peculij, vel aduentitij, quando pater non habebat vsu fructum, seu quasi, & tunc potest repetere, nisi scilicet animo donandi id fecisset, de quo est tex. expressus cum gl.

vbi Bart. Castr. & alij notant in l. si filius. C. de negotiis gestis. secus si de pecunia paterna, aut profectitij peculij, ut ibi per eosdem.

Si vero soluit post patris mortem iudicio familiaris, à coherede recuperare potest, secundu Bar. d. l. frater à fratre, nu. 55. per iura ibi per eum allegata, & in l. is consequenter, in §. si filius. ff. fam. erci. si autem pater soluat pro filio ad eius mandatum, an possit repetere, vel computetur in portione filij, ponit Bar. in l. Stichus. ff. de pecu. lega. vbi videtur distinguere plura capita, ibi etiam ponit, quando filius captus est à latronibus, vel ab hostibus: si pater redimat eum, an filius teneatur? & decidit quod non, quia tunc videtur facere illud pater officio pietatis, l. liber captus. C. de capti. & postlimi. reuer. sed quid si pater viuens soluit condemnationem pro filio, an debeat imputari de parte filij? Iacob. de Arena dicebat, quòd sic, per d. l. Stichus. Bar. tria faciebat capita, quandoque filius commisit maleficium viuo patre, & tunc non est condemnatus, nec soluta condemnatio, & tunc nec filius, nec pater tenetur; Quandoque viuo patre commisit maleficium, & est condemnatus, tamen non est soluta condemnatio, & isto casu sine dubio tenetur pro parte sua computare: Quandoque viuo patre condemnatus fuit filius & condemnatio soluta fuit per patrem, & tunc Bar. subdividit, quòd aut filius habebat peculium profectitium, aut aduentitium, aut nullum, si profectitium, de illo videtur solutum, si aduentitium, & tunc idem, si nullum autem, vide ibi eum, qui plene & diffuse declarat. & p hæc sit expedita columna prima ultimi ordi. de personis inscripta. Si vis autem scire, an contractus mutui, comodatij, depositij, emptionis, locationis, & donationis possit celebrari inter patrem, & filium, vide eundem Bar. d. l. frater à fratre, ibi Fulgo. Soc. Cro. Seueri. Aquef. Ias. Cagno. & alij. ff. de cond. inde. de quo nos alibi diximus, & dicemus infra.

**DE REBUS, IN QVIB. cadit mandatum.**

S V M M A R I V M.

- 1. Mandatum potest intercedere & fieri in omnibus negotijs, dummodo negotia & res sint honesta.
- 2. Si Titius defuncto, aut de damno fauendo tibi mandat, nullam habens aduersus Titium actionem, licet penam facti præstiteris.
- 3. Mandatum potest fieri & dari ad vendendam rem mandantis.
- 4. An mandatum valeat de re incerta, dic quod sic.
- 5. An valeat mandatum de re propria emenda. dic, quòd non, limita.
- 6. Mandatum seu satisfactio non potest intercedere, & peti pro dote exigenda à marito, vel à patre mariti, vel ab his, qui dotem suscipiunt.
- 7. Mandatum non potest fieri procuratori de aduenda hereditate, sed bene potest fieri mandatum ad petendam bonorum possess.

Venio

**Venio** ad secundam columnam eiusdem ultimi ordinis, quæ est inscripta de rebus, in quibus cadit mandatum, pro cuius declaratione dic, quòd mandatum potest intercedere & fieri in omnibus negotijs, dummodo negotia & res sint honesta & possibilia, sicut in alijs contractibus est diximus, nam mandatum contra bonos mores, & contra honestatem, non est obligatorium, §. illud, Insti. eo. mand. l. si vero. §. si adolescens. ff. mand.

Hinc est, quòd si Titius de furto, aut de damno faciendi, aut de iniuria faciendi tibi mandat, nullam habes aduersus Titium actionem, licet penam istius facti nomine præstiteris, d. §. illud cum mandati turpis & illiciti nulla sit obligatio, Ias. l. is qui pro emptore. ff. de vsuc. nu. 352.

Mandatum autem potest fieri & dari ad vendendum rem mandantis, l. mandatum. l. creditor. §. Lucius. ibi, siue vendere, ff. mand. l. 1. C. eo. l. si tibi rem. l. rogasti. in prin. ff. de præscrip. ver. vbi inquit tex. quòd si res est tradita ad vendendum, ut precium inde recipiendum conuerteretur in aliquam vileitatem tradentis, qui rem recepit, ut venderet, si non vendidit, ad omne interceperit tenetur, ut ibi per Pau. de Cast. de quo Paris. conf. 91. vol. 1. sub nu. 12.

Sed quæro, an mandatum valeat de re incerta? & videtur dicendum, quòd non, quia promissio de re incerta regulariter non valet, l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. sed tamen contrarium est verius, secundum gl. in l. 3. ff. mand. vbi inquit, quòd valet mandatum de re incerta, puta si mando alicui, ut emat mihi fundum, & tunc ratione iniuncti officij, & ex natura contractus mandati præsumitur, ut ille, cui factum est mandatum, non emat fundum inutilem, cum mandatarius diligens esse debeat, arg. l. si in aliquem. ff. de offi. procon. & legata declarat Bar. in l. 2. §. mea & aliena. ff. mand.

At Sal. distinguebat, quòd si res & precium sit incertum ambo, mandatum non tenet, quia fundus in vno cespite posset constitui, & esset derisorium mandatum, sed vbi fundus sit certus, precium verò incertum, tunc tenet, l. 3. ff. mand. & idem inquit, si fundus esset incertus, precium verò certum, quia intelligitur de illo fundo illius valoris, & sic non potest intelligi de fundo vnus cespitis, & ista distinctio Sal. multum videtur persuasiva, non recedendum tamen à gl. & Bar. ut sup. cum veniat semper ex natura contractus, ut emat fundum, iuxta & secundum quantitatem precij.

Item quæro, an valeat mandatum de re propria emenda? & clarum est, quòd non valet tale mandatum, Bar. in l. vna. n. 2. C. si fer. exte. l. neque. ff. de reg. iur. gl. in l. cum seruus. in prin. ff. mand. vbi inquit, si seruus faciat mandatum domino de se emendo, non valet, quia de re propria esset emptio. Limita tamen, & declara, prout in l. si mandassem. §. si hi, ff. mand. nempe quando ratione iuris, quòd mandans habet in re, fieret mandatum, ut per Sal. ibi. Demum quoad hanc coluffianam sciendum est, mandatum, seu satisfactionem non posse intercedere & peti pro dote exigenda à marito vel à patre mariti, vel ab his, qui dotem suscipiunt, quia est repro-

batum à lege tale mandatum in tali causa, & adest titulus. C. ne fideiuf. vel mandatores dotium dentur, vide l. 2. quæ reddit rationem, quia si mulier se committit viro, multo magis potest committere dotem.

**DE SVBSTANTIALIB. mandati.**

S V M M A R I V M.

- 1. De substantia mandati est consensus.
- 2. Proxena mandati non tenetur.
- 3. De substantia mandati est, ut mandatum præcedat obligationem.
- 4. De substantia, siue essentia mandati est, ut forma tradatur ipsi mandato.
- 5. Mandatum non debet continere errorem.
- 6. De substantia mandati est, ut sit honestum.
- 7. Si tibi mandaueo, ut Titio iniuriam facias, licet penam præstiteris, nullam habes tecum actionem mandati.
- 8. Per que verba inducatur mandatum.
- 9. Verbum, ad monito, non inducit mandatum.
- 10. Non inducitur mandatum per verba conditionaliter prolata.

**Venio** ad aliam columnam, quæ est tertia in ultimo ordine, & est inscripta de substantialibus, pro cuius declaratione dic primo, quod de substantia mandati est consensus, cum mandatum contrahatur solo consensu, l. 1. ff. man. qui consensu potest exprimi & declarari tamen inter presentes, quæ inter absentes verbis, per nunciu, seu per litteras misissas acceptatas, d. l. 1. l. si litteras. C. man. Paris. conf. 91. in prin. vol. 1. Vant. tract. de nulli. tit. de nulli. sent. ex defect. in hab. seu manda. sub nu. 115. vbi plene.

Et aduerte, quòd iste consensus interuenire debet animo obligandi, sicut diximus supra col. societatis, quoniam si consensus non interueniat animo obligandi, mandatum non contrahitur, ut dicitur de proxena, qui laudare videtur non se obligare, & ideo proxena mandati non tenetur. l. 1. ff. de proxene. glo. in l. 1. ff. man. in verbo, quocumque.

Similiter de substantia mandati est, ut mandatum præcedat obligationem, nõ aut sequatur, quia mandatum non potest interuenire pro eo, quod est factum, sed pro eo quod est sciendum, & hinc est, quod inquit I. C. in l. si vero. §. si post, quod si ego credens Titium indigere pecunia, mutuo, tibi mandauit postquam mutuastram eam, ut Titio crederes & mutuares pecuniam, nõ teneor mandati. ratio est illa supradicta, quia de substantia mandati est, ut mandatum præcedat obligationem, declara & intellige tamen, ut per Natam consi. 142. nu. 7. vol. 1. Decif. Pedemo. 138. nu. 9. & Io. de Ami. conf. 8. nu. 47. nisi ex post facto rati habitio sequatur, ut in l. licet, ibi Bar. Ang. & alij. ff. de iudi. vbi rati habitio confirmat iudicium agitarum per fallum procuratorem de quo Capra reg. 54.

Limita istam regulam, utin §. plane, cad. lege suprad. vbi si mandem creditori, ut tempus debitori daret ad soluendum, & meo periculo fore pecuniam dicam, teneor mandati, ut ibi per gl. in verbo rectissimum.

Limita secundum cum illud, quod actum erat, nullum

DE NATURALIBVS mandati.

SVMMA RIVM.

- 1 De natura mandati est, vt sit vtroque obligatoriu. 2 Voluntas debet preceue, non sequi mandatum. 3 Mandatum si non expediatur secundum formam & modum expressum, mandator non obligatur. 4 Si alicui mandauero, vt totum fundum emat, alias non potest agere, si mandatarius emerit partem, non habet actionem mandati. 5 Si dixi debitori meo, vt tibi soluat, & non dixi vt tibi promittat, si tibi promiserit etiam per stipulationem non liberatur a me, nec fit delegatio. 6 Mandatarius debet custodire diligenter fines mandati. 7 Mandatum licet non seruetur in sua forma superficiali, est satis quod seruetur in effectu. 8 Quando superior mandat alicui, vt aliquid faciat, intelligitur, vt faciat cum causa cognitione, & seruatis seruandis. 9 Si Papa mandat sententiam confirmare, hoc non intelligitur velo leuato, sed causa cognita. 10 Data libera potestate iudici procedendi, vt sibi videtur, intelligitur tamen iuris ordine seruato. 11 De natura mandati est, vt actus attribuat mandanti, non exequenti. 12 Qui mandat aliquid fieri, ipse fecisse videtur. 13 Ille, qui suscepit mandatum, videtur gerere actum nomine mandantis, etiam quod actum simpliciter gerat. 14 In mandato censetur mandata ne dum ea, que sunt expressa, sed omnia que veniunt ad sequelam & in consequentiam. 15 Procurator apponens manus ad comexa, non dicitur excedere fines mandati. 16 Dato mandato alicui, vt pecunia transmitterentur ad aliquam nauigationem, & vt frumenta emantur, censetur etiam datum mandatum ad conduendum nauem. 17 Habens mandatum ad vendendum, & locandum, dicitur habere etiam mandatum ad precium recipiendum. 18 Mandatum censetur datum secundum alias in similib. soluta. 19 In generali mandato veniunt ea, que constituentes facere solebant. 20 Mandans tenetur seruare mandatarium indemnem. 21 Procurator seu mandatarius potest non imputare quidquid licite impenderit, etiam pro sua persona. 22 Si mandatarius conduxit equum causa curandi negotia domini, sumptum recuperat. 23 Si procurator equitabat cum equo suo, dum negotia domini agebat, an repetat sumptus ac si conduxisset equum. 24 Damnum contingens procuratori, seu mandatario casu fortuito, cui imputandum sit. 25 Si legati amittunt in legatione equos, & vasa argentea, non restituntur de publico. 26 Dolus mandatarij, culpa lata, culpa leuis, & leuissima puniuntur. 27 Apud mandatarium nihil remanere debet, sed omnia reddenda sunt. 28 Mandatarius tenetur restituere omnia instrumenta, & scripturas mandanti. 29 Si procurator litem non prosequatur, vel cum aduersario damni colludat, tenetur actione mandati.

Man-

- 30 Mandatum censetur collatum in procuratorem per concessionem instrumenti, & per redditionem censetur reuocatum. 31 Ex natura mandati est, vt in eo debeantur vsurę. 32 Si duobus mandati, vt gereret negocia mea, si gesserunt, quilibet tenetur in solidum. 33 Mandatum appositum contractui, eius naturam assumit. 34 Ex natura mandati est, vt mandatum, quod fit propter vtilitatem mandantis, ei actionem mandati contra tertium non pariat. 35 Mandatum factum procuratori, potest probari per testes. 36 Mandatum nunquam presumitur per spatium mille annorum, secundum magis communem opinionem. 37 Obligatio mandati ad heredem mandarij non transit. 38 Mandatum factum procuratori potest produci etiam in causa appellationis interposita a dissimilita sententia.

Venio ad quartam eiusdem vltimi ordinis col. quę est inscripta de naturalibus, & naturalia nil aliud sunt, nisi quędam dispositio, quam lex vel consuetudo disponit super contractu. I. si vnus. §. pactus, vers. quod in specie dotis. ff. de pac. Bal. in l. societatem, C. pro socio, quę naturalia reperitur, & considerantur etiam in isto contractu mandati, vt sumitur ab Accursio in l. si remunerandi, §. apud Iulianum, in verbo, periculo suo. ff. manda. Et primo igitur dic, quod de natura mandati est, vt sit vtroque obligatoriu, l. seruus, ff. man. ibi Sal. Fallit, quando seruus se mandauit emendum, l. cum seruus extero. ff. man. & ponitur ratio ibi a Sal. Item ex natura mandati est, quod voluntas prece dat mandatum, non autem sequatur, Iaf. l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. de quo per Alex. in addi. ad Bar. in l. bonorum, ff. rem ratam haberi, post Bar. Bal. & Ang. per cum relato, Iaf. in l. quominus, nu. 13 §. ff. de sumi. Limita in mandati rati habitatione, & maxime in de lictis, de quo per Cachera, decis. Pedem. decis. 138. nu. 9. & nos diximus supra, col. 3. hoc eodem ordine, potest namque capi iste terminus, & tamquam naturale, & tanquam substantiale, hoc est naturale intrinsecum, vt alius diximus de mente Zabj. Similiter ex natura mandati est, quod si non expediatur secundum formam modumque in eo expressum, mandator non obligetur, l. creditor. C. de fideiuss. ita vt §. quod si fundum, ff. man. † vbi si alicui mandauero, vt totum fundum emeret, alius non posset agere, si ille mandatarius emerit partem, non habet actionem mandati contra me, quia secundum formam mandati executus non est, secus si simpliciter dixissem, vt emeret fundum, tunc habebit pro parte empta actionem mandati. Et adeo stricte proceditur in hac materia mandati, quod si dixi debitori meo, vt tibi soluat, non autem dixi, vt tibi promittat, si tibi promiserit etiam per stipulationem, non liberatur a me, nec fiet delegatio, quia non adimpleuit secundum formam. ita Cast. in l. delegare, per l. si debitorem, ff. de noua. Deci. consil. 107. Marf. ling. 265. Straccha. trac. de merca. tit. man. nu. 3. & 4. Hyppol. Rim. cons. 465. num. 8. vol. 4. & ideo ego possum adhuc in hibere, vt non soluat, quia

simplex mandatum reuocari potest re integra, l. si cū Cornelius, ff. de sol. & nos supra diximus in ordine diuis. Hinc dicitur, quod mandatarius debet custodire diligenter fines mandati, & excedendo fines mandati non obligat mandantem quoad excessum, l. diligenter. ff. manda. §. is, qui exequitur, Inst. cod. Sal. in l. 3. ff. cod. Rol. consil. 53. nu. 29. vol. 4. Menoch. trac. de arbitra. iudi. cas. 352. num. 2. Cen. 4. Hippoly. Rim. cons. 467. nu. 102. vol. 4. Limita, nisi mandatarius egredieretur fines & formam mandati, scilicet & patiente domino mandante, quia tunc noceret domino mandanti, & sic mandatarius non teneretur, Alex. l. sepe, nu. 87. col. 4. ad fi. de re iudi. & consil. 84. lib. 5. Iaf. in l. si quis iniqua, §. si procurator, nu. 5. ff. quod quisque iuris, Fel. in c. cum olim, de offi. deleg. & c. 4. num. 12. vt lite non contest. Dec. consil. 672. nu. 2. Soarez sentent. recepta. littera M. Straccha. trac. de mercatu. tit. man. nu. 18. Bene verum est, quod licet mandatum non seruetur in sua forma superficiali, tñ est satis quod seruetur in effectu, Iaf. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, nu. 7. ff. de acq. hered. ibi Bal. Imola, Alex. Rom. & alij, Tiraq. qui plures refert in trac. de vtroque retrac. retrac. lingnager, §. 36 gl. 2. sub nu. 59. Præterea notandum est, quod quando superior mandat alicui, vt aliquid faciat, intelligitur ex natura talis mandati, vt faciat cum causa cognitione, & seruatis seruandis, secundum Bal. in c. 2. in vlt. col. extra de rescrip. vbi inquit, quod † si Papa mandat sententiam confirmari, quod hoc non intelligitur velo leuato, sed causa cognita, quia iudicium nõ proccedit sine causę cognitione, de quo ibi per eum, quod dictum pro notabili refert Decius consil. 175. col. 6. vbi allegat Bar. in l. si prescriptione. C. si contra ius, vel vtili. publi. facit Pau. de Castro in l. 1. C. de execu. rei iudi. Bal. l. 1. col. 2. C. si propter publi. peni. ibi inquit, quod † data libera potestate iudici procedendi, vt sibi videtur, intelligitur tamen iuris ordine seruato, & statuto seruato, & etiam consuetudine. itaque si alicui iudici sit datum in mandato liberum arbitrium, nihilominus debebit seruare ordinem iuris per id, quod dicit Bal. in c. 1. in fi. de pace iura firma. vbi verbum libere, requirit ordinem iuris, Bar. in l. alio, in 3. col. in fi. de alimen. & ciba. leg. Bal. & Anto. de Butrio, in c. 1. in verbo, liberam, de officio ordinari. cum alijs cumulatis per Hippoly. de Marf. ling. 328. Quin etiam de natura mandati est, vt actus attribuat mandanti non exequenti. litem corum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque vnuer. l. si heres. ff. de ac. emp. vbi si hæres vendit rem de mandato testatoris, dicitur emens habere rem a testatore, non ab herede, Bal. in l. cum per eos, C. si quis alteri, vel sibi, Anch. consilio 54. columna secunda, Decia. consil. 11. num. 3. vol. 1. Et hinc etiam ait Iureconsil. quod ille, qui mandat fieri aliquid, ipse fecisse vs. l. pe. §. deiecit, ff. de vi & vi armat. aut qui aliter, in fi. ff. quod vi, aut clam, & l. is damnus. dat. ff. de reg. iur. Decianus consil. 44. nu. 25. vol. 1. Bar. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ff. de acq. hered. ibi inquit, quod mandans facere

Z 2 homi-

homicidium, & mandatarius, qui illud perfecit, pari pena puniuntur, idem Bar. in l. si pecuniam, §. si seruus, ff. de cond. ob turp. caus. Bal. in l. mandatum, C. manda. col. si idem Bal. in l. non ideo, 10. quæst. C. de accusa, vbi voluit, quod mandans fieri adulteriū, puniatur eadem pena, qua adulter, Natta consi. 151. nu. 4. Alex. in l. non solum, §. si mandato, ff. de iniur. & Berard. Diaz in reg. 433. ibi inquit, hanc regulam amplari tribus modis, & tribus pariter limitari, vt per Villemati. repe. l. diuus, ff. ad leg. Cor. de ficar. col. 3. sed nos de hoc diximus in ordi. diuis. col. i. illiciti mandati. & dicemus plene in 3. par. Amphithea. in materia delictorum.

13. Item ex natura mandati est, quod ille, qui suscepit mandatum, videatur actum gerere nomine mandantis, etiam quod actum simpliciter gerat, quia actum quis videtur gerere ex titulo præcedenti. l. quædam mulier, ff. de rei vendi. l. qui in aliena, §. si is, qui putat, ff. de acq. hæred. ibi Bar. hoc notat, qui etiam ad hoc allegat tex. in l. qui seruū, ff. de interro. actio. & quod not. glo. in l. si pupillus, §. 1. ff. de neg. gest. ad idē tex. in l. pignori, §. si. ibi Ang. ff. de v. cap. & l. is, qui §. item queritur, ibi Bar. ff. de manumil. & probatur in l. post dotem, secundum 6. lecturam, ff. sol. matri. tradit Bar. in l. Titium & Meuium, §. salteri, col. 2. ff. de adm. tuto. Bal. l. si patruus 2. oppo. C. communia vtriusque iudi. Alex. consi. 25. lib. 2. quos omnes refert Natta consi. 636. nu. 68. & 121. vol. 3. & late p. Alc. trac. de præsump. reg. 2. præsump. 24. vbi limitat sex modis, & optime, ibi videas.

14. Adde ex natura mandati esse, vt in mandato censeantur mandata nedum ea, quæ sunt expressa, sed omnia quæ veniunt ad sequelam & in consequentiā adimplendi mandatum, vt in l. quicumque, §. si rei, ff. de iust. in fi. vbi Cast. & in l. infitor, §. non tamē, in vlt. nota. ff. eod. Doc. l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. ibi signanter Ias. col. 1. & 2. & Cur. in. inquit, quod quādo est datum mandatum ad aliquid expressum faciedum, videtur etiam datum mandatum ad accessoria, & ad sequentia, sine quibus illud principale expediri non potest, Canonistæ in c. præterea, per illum tex. de officio deleg. c. solet, in vers. superiore, de sent. excomm. in 6. Gemi. col. pen. post Io. And. facit reg. accessorium, de reg. iur. in 6. vide Hippoli. de Marii. sing. 251. Lauren. Silua, consi. 35. nu. 48. Cast. consi. 1518. in prin. vbi inquit, quod ꝑ procurator apponens manus ad connexa, non dicitur excedere fines mandati, Mari. Angusio, consi. 158. num. 1. Soarez Thesau. recepta. senten. littera M. num. 24. Paris. consi. 1690. nu. 37. vol. 1. vbi in puncto consuluit, quod ꝑ dato mandato alicui, vt pecuniæ transmitterentur ad aliquam navigationem, & vt frumenta & blada emanentur de suis pecunijs pro precio, quo alij mercatores emerēt, censetur et datum mandatum ad cōducendū nauem, quæ haberet portare frumentum, & perficere talem negotiationem, & nauigationem, cum sine nauis negocium principale expediri minime possēt.

17. Et hinc potest esse, quod ex natura mandati est, quæ habens mandatum ad vendendum seu locandum & ad precium seu mercedem recipiendum, mandatum etiam habere dicitur, de quo per Bar. in l. filiaz, ff. de

solu. & in l. quod seruus, eod. Dec. consil. 330. nu. 3. Straccha trac. de mercat. tit. mandati, num. 23. quam uis aliqui videantur voluisse contrarium, vt Rom. sing. 23. & consil. 461. Gulic. & Ang. in l. 1. §. igitur preposito, ff. de exere. quibus optime respondet Straccha d. titulo manda. nu. 24.

18. Pariter de natura mandati est, vt censeatur datum mandatum, secundum alias in similibus solita, vt p. Roma. consi. 44. col. pen. in fine & consi. 94. habetur in l. plenum, §. equitij, ff. si v. usufr. peta. & in l. vel vniuersorum, ff. de pigno. actio. Paris. consi. 156. vol. 4. Silu. consi. 35. nu. 45. Straccha, trac. de mercat. tit. manda. nu. 19. vbi inquit, quod in generali mandato veniunt de natura mandati ea, quæ constituentes facere solebant, d. l. vniuersorum, & veniunt ea, quæ ex consuetudine loci sunt, vt scribit etiam Bar. in l. si fraudator, ff. quæ in fia. credi. l. 1. C. de pas. pub. vel priua. lib. 11. Dec. in consil. 441. num. 9. & seq. Ruy. consi. 93. vol. 5.

20. Ultra prædicta ex natura mandati quoque venit, quod mandans teneatur seruare mandatarium indemnem, l. qui proprio, §. litis impendia, ff. de procu. Natta in consi. 168. nu. 4. & mandans tenetur suppetitare mandatario omnes sumptus, quos in executione ne mandati facere cogitur, l. si vero, §. si. ff. manda. l. si quis alicui, ff. eod. l. etiam. l. si contra. C. eodem, mād. Alex. consi. 52. nu. 1. vol. 6. Egidius Bellamera consi. 22. nu. 1. Paris. consi. 90. nu. 38. vol. 1. tradit Bar. in l. idem que, §. idem Labeo, ff. mand. vbi decidit, quod

21. ꝑ procurator seu mandatarius potest domino imputare quidquid licite impendit, etiam pro sua persona. bene verum est, quod Bar. ibi intelligit & declarat secundum conditionem personæ, nam si mandatarius, seu procurator erat rusticus, non debet vti cibus delicatis, immo caseo, cepa, & fabis, & pane grosso, vt not. glo. in l. seruis vrbanis, in vers. ex libellis, ff. de leg. 3.

22. Ex supra dictis colligitur & infertur, quod si mandatarius seu procurator conduxit equum causa curandi negotia domini, recuperabit sumptum in eo factum, d. §. idem Labeo, ff. mand.

Sed circa hoc occurrit dubitari, quid si mandatarius, seu procurator equitabat cum equo suo, dum curabat negotia domini, repetere sumptus, ac si cōduxisset equum ꝑ Bar. distinguit in d. §. idem Labeo, & optime, quod si procurator tenebat equum non causa locandi, sed vt posset equitare, quando vellet, & tunc non recuperat expensas à domino, quia tantundem expendisset manendo in domo, arg. l. sed si lege, §. quod autem, ff. de peti. hæred. si autem tenebat equum causa lucrandi, quia consueuerat locare, tunc recuperat, quantum habuisset, si eum locasset, argumen. l. fideicommissa. l. si procurator, ff. rem rat. habe.

Et intelligit Bar. vt procurator recuperet & repetat expensas factas in equo, si talis erat dominus, qui per procuratorem equitando sua negotia gerere solebat, & consueuerat, quia conditio domini spectanda est, non procuratoris, arg. l. vel vniuersorum, ff. de pig. ac. & ff. de v. i. l. qui semisses. & l. nemo, C. de epis. aud.

Sed

24. Sed quid dicendum de damno contingente procuratori, seu mandatario casu fortuito, exempli gratia, si dum iret ad peragenda negotia mandantis, mandatarius fuit spoliatus à latronibus, & equus fuit sibi surreptus, vel si per mare nauigauit, & naufragium fuerit factum, recuperabit ne procurator à domino res sibi spoliatas? & dicendum, quod non, secundum tex. in l. inter causas, §. non omnia, ff. mand. ratio est, quia ista contingentia magis casibus quàm mandato imputari oportet.

25. Ex quo infertur, quod si legati amittunt in legatione equos, & vasa argentea, non restituntur eis de publico, & ideo Bar. dat consilium, quod semper ambasiator dicat, tradatis mihi equos, & omnia mihi necessaria, quia tunc si perdantur casu fortuito perduntur periculo mandantium, non ambasiatorum, iux. l. quæ fortuitis, C. de pignori. actio. Paris. consi. 156. vol. 4. nu. 41. ibi vers. etiam quia res proprie ipsius communitalis fuerunt subtrahæ.

Tamen secundum gl. in d. l. inter causas, §. non omnia, in verbo, mandato, & ambasiatores repetent ea, quæ impensuri non erant alias, si autem impensuri erant, etiam si legationem, & mandatum non susceperant, non repetent, arg. l. ex parte, ibi Bar. ff. fam. erc. & sic ille, §. intelligitur, quando aliquis ad sui causam accedebat, etiam si non fuisset sibi mandatum. Ideo ibi gl. in fine, inquit, quod ille, §. non debet seruari de curialitate, & exponitur illud verbum, de curialitate, id est de æquitate, vide Bar. ibi in illo §. & ibi dem Bal. vbi inquit, quod debet fieri emendatio damni, vbi de directo mandatarij mittebantur in loca periculosa, ita quod mandans poterat cogitare, malum de facili euenire posse, quasi secus si non per loca periculosa, argumen. d. l. quæ fortuitis. C. de pignori. actio.

At secundum Io. Andre. indiffinente mandatarius procuratorque, & qui negotia alterius gerunt nomine alieno sine deductione expensarum, quas in domino faciunt, repetere possunt expensas, vt per d. Io. And. cap. statutum, §. insuper, de rescriptis, in gl. in verbo, moderatas, lib. 6. vide Paris. d. consi. 166. vol. 4. qui in hoc puncto consuluit, & sub nu. 41. videtur distinguere, quod si sit mandatarius, seu procurator, non repetent expensas, sed si ambasiatores repetent.

Sed Specula. titu. de iudi. §. specialia, vers. illud autem queritur, distinguit, quod aut nuntius, seu ambasiator se obtulit, & causa lucri sui principaliter data etiam opera iuit, & tunc sibi imputet, si damnum contingit, quia nihil consequetur. l. & qui data, ff. ex quib. caus. maio. l. 1. §. sepe, ff. depol. bona, eo. tit. aut se non obtulit, sed iussu & instanter sollicitatus fuit, non autem voluntarius, & tunc nihil est, quod sibi debeat imputari, & sic debet sibi damnum emendari, & resciri. l. non potest dolo carere. l. non videtur, §. 1. ff. de reg. iur. l. furti, §. qui iussu, ff. de his, qui notan. infam. l. quamquam, ff. de aqua plu. arcenda, Natta consi. 168. vol. 1. col. 1. ibi inquit, hanc eandem opinionem tenuisse Bar. in l. si seruus communis, §. quod verò, ff. de furt. & eodem consi. sub nu. 6. idem Natta refert duas optimas limitationes ad d. l.

inter causas, §. non omnia, vbi habetur, quod casus fortuitus non imputatur mandanti, sed primo ille text. non procedit in officio sumpto ex necessitate, vt est legatio. Item & secundo non procedit, vbi mandans providere potuit periculum, ita limitat etiam Imola c. sicut, il 3. de iure iurando.

26. Accedat, ex natura etiam mandati esse, vt dolus mandatarij, & culpa lata, culpa leuis, & leuissima puniatur, & sic de omni culpa mandatarius tenetur, gl. in §. penult. Insti. mand. Portius de communi attestatur in §. vlt. nu. 1. ad finem, Insti. eod. & Soarez senten. recep. littera M. nu. 35. pro quo facit. l. in re mandata, & l. a procuratore, C. mand. nec liberatur mandatus ab obligatione præstandi damni, nisi in solo fortuito casu. d. l. a procuratore, C. mand. & in hoc à cæteris contractibus differt, qui tantum causa dantis contrahuntur, in quibus suscipiens tantum de dolo, & culpa lata tenetur, iux. tex. in l. si certum, §. nunc videndum, ff. commoda, & nos diximus aliàs. Quæ versa vice fallit in precario, in quo accipiens rem precario, tantum de dolo, & culpa lata tenetur, l. contractus, vbi gl. ff. de reg. iur.

Istud tamen, quod mandatarius de leuissima culpa teneatur, vel de leui, intelligendum, si mandatum exactissimam, vel exactam diligentiam requirat, arg. l. si merces, §. qui columnam, ff. loca. Docto. in §. penult. Insti. manda.

27. De natura quoque mandati est, vt apud mandatarium nihil remanere debeat, sed omnia reddenda sint. l. ex mandato, ff. mand. Paris. consil. 91. volumi. 1. in fine.

28. Hinc est, quod mandatarius tenetur restituere omnia instrumenta, & scripturas, & sic procurator instrumenta litium actione mandati tenetur restituere, l. si procuratorem, ff. manda. ibi Bartol. & Salic.

29. Similiter, si procurator litem non profecquerit, vel si cum aduersario damni colludat, tenetur actione mandati, d. l. si procuratorem.

30. Et circa hoc notandum est, quod de natura mandati est, vt mandatum censeatur collatum in procuratorem per concessionem instrumenti, & per consequens per redditionem instrumenti censeatur reuocatum mandatum, de quo diximus supra, in ordi. diuis. sub colum. taciti mandati. Quinimo ex natura mandati est, vt regulariter mandatum possit reuocari ad voluntatem mandantis, §. recte, Insti. manda. Bar. in l. si verò, §. si mandauero, ff. mand. Didacus CoUAR. vari. res. in lib. 1. c. 14. num. 16. & nos infra dicemus, col. si.

31. Insuper de natura mandati est, vt in eo debeantur vsuræ post moram debitæ ratione boni, & æqui, quare procurator ad emendum potest repetere pretium, quod soluit, & si aliquid pluris impenderit cū vsuris. l. si verò non remunerandi, §. si tibi, ff. manda. ibi, si dedi tibi pecuniam, vt debitori meo exoluas, & non fecisti, præstabis vsuras mihi, quo casu & creditor à me pecuniam debitam cum vsuris recepturus est.

32. De mandati natura est etiam, vt si duobus mandauit, vt gererent negotia mea, si gesserunt, quilibet

tenetur in solidum, tex. in l. creditor. §. duobus, ff. man. da. gl. dicit esse verum, ita tamen, vt ille prius conueniatur, qui gessit negocium, de eo, quod gessit, sed Bar. reprobat gl. & inquit istud procedere in tutore & curatore, qui sunt necessarii, secus in voluntarijs.

Ideo declara secundum Doc. communiter, quòd quando plures sunt mandatores pro alijs interuenientes, tunc quilibet mador tenetur in solidum, etiam si nihil sit dictum, l. si mandatum. §. Paulus. ff. eo.

Quando autem plures sunt mandatarij quilibet pro eorum administratione debent teneri, & non alterius, & tunc aut quilibet eorum est concessa administratio in solidum, & quilibet tenetur in solidum, vt l. pen. ff. de cura. dan. aut non est concessa in solidum, & tunc quilibet tenetur pro parte, l. si plurib. ff. de neg. gest. Sal. & Doc. in l. creditor. §. duobus. ff. mand. ibi Bar. reprobat gl.

33 Etiam ex natura mandati est, vt sit appositum mandatum contractui, vel actui alicui, eius naturam assumat, de quo Ceph. consi. 118. nume. 7. Gigans trac. de pensio. q. 91. idem Ceph. consi. 91. nu. 2. vol. 1. vbi inquit, quòd est simplex mandatum de sui natura sit reuocabile, tamen si accedat ad contractum irrevocabilem, erit etiam mandatum irrevocabile, l. ad emptione. ff. de pac. & nos diximus supra.

34 Ex natura mandati est, vt madorum, quod sit propter utilitatem mandantis, ei actionem mandati contra tertium non pariat, tex. in l. creditor. §. ad eum qui, ff. mand. ibi Sal. Bar. & alij.

35 Item de natura mandati facti procuratori est, vt possit probari per testes, est communis opi. Ias. in l. 1. num. 15. C. de proc. no. Doc. in l. 2. C. de proc. Cro. tus consi. 83. nu. 19. Cur. in add. ad Pau. in l. 1. 2. colum. vers. testes, C. de proc. Ias. de communi, deci. 190. Soarez sen. recep. litera M. nu. 37. Alex. consilio 119. lib. 5. col. pen. vbi ampliat, vt mandatum ad matrimonium testibus probetur, Vant. trac. de nullita. ex defectu inhab. seu mand. nu. 70.

Limitatur tamen supra dicta regula in mandato facto à principe, quod per scripturas debet probari, nec sufficit per testes, vt per Sal. in l. vnica. per illum tex. C. de man. prin. Io. de Pla. in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. Natta consi. 420. nu. 15. vol. 2.

Limita etiam quinque modis, seu quatuor, vt per Ias. d. l. 1.

36 Et successiue notandum, quòd de natura mandati est, vt numquam presumatur mandatum, etià per spatium mille annorum, sed illud allegans probare debeat, Alex. consi. 191. nu. 4. vol. 6. & consi. 1. vol. 4. col. pen. & in l. sciendum. col. 4. ff. de verb. oblig. & l. qui in aliena. ff. de acq. hered. Soc. consi. 254. col. 2. Cepolla consi. ciui. 26. columna tertia, in sine, Ruy. consi. 156. columna quarta, vol. 4. & consi. 28. col. 9. vol. 4. Paris. consi. 36. col. 1. vol. 4. & consi. 47. columna quarta, vol. 3. Goza. consi. 11. & seq. col. 3. & consi. 96. nu. 11. vbi limita in his, quæ sunt parui præiudicij, Dec. consi. 486. nu. 11. & consi. nu. 19. & 215. Ias. consi. 140. nu. 4. in 4. vol. Crau. consi. 226. 317. Cur. iun. in trac. feud. q. 1. columna secunda, Lauren. Silua. consi. 35. num. 51. Natta consi. 526. in pri. vol. 3. Gram. ma. deci. 103. num. 83. vbi attestatur de communi,

Albe. Bru. consi. 59. num. 3. Iacob. Leonar. consi. 96. num. 6. Alba consi. 67. num. 10. Loffred. de magis communi consi. 20. num. 8. Cagno. in l. velle. num. 18. ff. de reg. iur. ibi de communi, Hip. sing. 323. Boeri. decif. 274. Balb. trac. præscrip. in 3. par. princ. in 10. q. ibi de communi, Anto. Gab. recolle. commu. in verbo, mandatum, de magis communi. Villa. in recolle. commu. opi. litera M. num. 7. Ceph. consi. 65. nu. 16. vol. 1. Soarez de magis communi senten. recep. litera M. num. 31. & Io. Fichar. litera M. nume. 7. & seq. Rol. consi. 50. nu. 46. vol. 1. vbi intelligit, ex antiquitate non presumi mandatum, quando potest apparere de contrario, quod non interueniret, puta per productionem actorum, in quibus non apparet mandatum, vt per Ruy. consi. 63. nu. 16. vol. 1. & consi. 107. num. 14. Alcia. de præsump. in 3. reg. præsump. 10. vi de Bap. Martianen. consi. 2. num. 20. Decia. consi. 18. vbi supra dicta tenet opinionem, nu. 4. vol. 1. Berar. Diaz. reg. 451. Bertran. consi. 1. lib. 1. nu. 3. Menoc. consi. 1. num. 79. Hier. Gab. consi. 36. nu. 39. Burf. consi. 151. num. 9. & 86. de magis communi. Bald. Sal. in l. 1. col. 2. vers. sed pone, quod aliquis, C. de reb. alie. idem Bal. in l. 2. ibi, vsque ad mille annos, ff. si ex fals. instr. dicat quid velit Viu. libro opi. commu. q. 207. siue in verbo, mandatum, Bolog. l. 1. num. 58. C. qui admi. Soc. iun. consi. 139. nu. 10. lib. 3. & Feder. Vafq. illustri. controue. 2. c. 62. num. 7.

Limita dupliciter, vt per Fel. in c. sicut, de re iud. col. 16. primo in vicario cuius mandatum presumitur, & sic cum asserens mandatum, esset persona valde digna, vel in sententia antiqua, in qua presumitur mandatum, Natta consi. 526. vol. 3. num. 2. vbi absolute tenet presumi interuenisse mandatum ob auctoritatem rei iudicatz, nam vbi profertur res iudicata etiam sine vllis alijs presumitur omnia ritè & rectè gesta fuisse, c. bonæ, il primo, & ibi Abb. post Inno. no. de elec. c. cum inter nos, & in d. c. sicut, de re iud. c. pastoralis, §. quia verò, de offi. deleg. Spec. tit. de sen. prola. §. vt autem, vers. & nota, secundum quosdam, Cy. l. emancipatione. ibi Bal. C. de fide instrum. Bar. l. admonendi. col. 9. ff. de iureiuran. Ant. de But. post Hof. in c. in præsentia, de renun. & in c. quoniã contra, ibi ceteri, de prob. & communem esse opinionem attestatur, siue sententia sit lata de recenti, siue de antiquo, siue in præsentem, siue in absentem, siue in contumacem verum, vel fictum, vt declarat Fel. d. c. quoniam contra, columna 12. Alex. consi. 25. lib. 6.

Limita tamen in vno casu, quando pars aduersa per ostensionem actorum probaret de nullitate, quia probando nullitatem, tollitur per consequens transitus in rem iudicatam, c. cum inter, de re iud. c. in ostra, de proc. ita Abb. inquit d. c. quoniam contra, columna 12. quod tamen intelligit, dummodò iuri dicendi de nullitate non sit præscriptum.

Loffredus autem limitabat, & declarabat supra dictam communem opinionem in d. consi. 20. nu. 8. vt non procedat, quando vltra diuturnitatem temporis concurreret aliqua alia præsumptio, de quo Natta d. consi. 526. nume. 7. & per totum, vol. 3. ibi inquit, quòd licet ex antiquitate temporis non probetur mandatum, tamen fallit, vbi antiquitati accedant

dant alia adminicula, vel si de mandato mentio fiat per verba enunciatiua, & idem inquit sub nume. 13. quod possessio diutina, & aduersarij patientia, facit mandatum presumi ex cursu triginta annorum.

Sed Aymo Crauetta trac. de antiq. tempo. in secunda parte, num. 58. pluribus modis limitabat, hoc est nouem modis, quem refert etiam d. Ant. Gab. in tit. de proc. concl. 1. ibi tripliciter ampliat, & decem & nouem modis limitat, quos per te videre poteris, cum rei demonstrata frustra adijciatur demonstratio, l. 1. ff. de dote præleg.

Sed quid dicendum est de solemnitate, præsumptiue solemnitas ex antiquitate temporis? hæc est alta & difficilis quæstio, de qua aliquod diximus columna contractus inscripta, in 7. articulo, & dicemus alibi, hoc tantummodo sciendum, quod duplex est solemnitas intrinseca, & extrinseca, solemnitas intrinseca & substantialis, quæ respicit iustitiam tituli ex antiquitate temporis non presumitur, vt tenet Gram. deci. 79. num. 14. Cra. de antiq. temp. par. 3. in prin. nu. 2. & seq. post Alex. Dec. & alios in locis per eum allegatis, de quo etiam per Brunum de forma solen. art. de proba. & præsump. formæ & sole. col. 9. ver. vndecimo est aduertendum. vbi dicit formam siue solemnitate essentialè nunquam præsumi, quia sic esset præsumere ipsum factum non solemnitate facti, de quo etiam per Chache. deci. Pe demon. 173. sub nu. 4. & deci. 172. vbi plene. Solemnitas vero extrinseca ex diuturnitate seu antiquitate temporis presumitur iuxta not. in l. si filius. C. de peti. hered. l. qui in aliena. ff. de acq. hered. & in l. sciend. ff. de ver. obli. & in c. peruenit. de emptio. & vend. ibi Anto. de Burgos post alios sub nu. 7. Fel. in c. sicut, de re iud. in 4. & 5. col. Dec. late consi. 409. Pede. d. deci. 173. post Cra. & alios. limitatur tamen ista secunda conclusio pluribus modis, & primo solemnitas ex diuturnitate temporis tunc presumi quoties probatur scientia & patientia eius, de cuius præiudicio agit, secus non probata scientia & patientia. Rol. à Valle consi. 2. nu. 127. vol. 1. Alex. per eum allegatus consi. 218. in 6. vol. Dec. consi. 409. Doc. l. 1. C. qui admitti. Alex. consi. 94. vol. 7. & consi. 17. col. fi. & consi. vlt. col. 4. vers. præterea, vol. 4. Ias. cõf. 176. vol. 2. Barb. consi. 35. vol. 2. & per alios à d. Rol. allegatos. Item secundo declaratur, limitando dicta regulam vt solemnitas ex diuturnitate temporis non presumatur vbicumque de maximo præiudicio agit, vt puta amissionis dominij, quia tunc ex diuturnitate non presumitur solemnitas, ita declarat Bar. in quæst. mulier habens amplum patrimonium, col. fi. in prin. quem refert, & sequitur Alex. consi. 12. nu. 7. vol. 4. & consi. 218. nu. 5. & seq. col. 6. late de materia præsumptæ solemnitatis ex diuturnitate temporis tractans, idem dicendum est vbi agit de præiudicio tertij, vt per Afflic. deci. 107. col. h. & deci. 345. nu. 5. Natta consi. 162. nu. 29. Soc. iun. consi. 56. nu. 11. vol. 1. & consi. 56. nu. 12. vol. 2. post alios per Pedemon. d. deci. 173. relatos, vbi etiam declarat d. conclusio nem non procedere respectu earum solemnitatum, quæ non potuerunt interuenire tempore contractus, & quibus partes non potuerunt renunciare, Bar. com

muniter approbatus in d. l. sciendum, nu. 7. 4. & 6. ff. de ver. obli. Soc. consi. 29. nu. 20. & seq. vol. 1. loquens de tempore 40. annorum, Ruy. consi. 154. vol. 5. Rol. à Valle consi. 90. nu. 39. & seq. vol. 1.

Quintò limitando declaratur dicta conclusio quod præsumptio resultans ex temporis antiquitate probationem in contrarium recipit vt per visionem instrumenti si modo debito in eo non fuerint expressæ solemnitates, vel aliter probatum fuerit, vt concludunt Doctores supradicti, quibus adde Alex. consi. 1. nu. 19. vol. 4. Cur. iun. consi. 130. nu. 4. Ruy. consi. 63. nu. 16. & 19. vol. 1. Fel. in c. sicut, nu. 30. vers. tertio ad uerte, & col. 17. vers. bene fateor. de re iud. Afflic. deci. 109. nu. 5. & seq. Cra. d. trac. de antiq. tempo. par. 3. nu. 17. vbi alios citat. Brunus, d. artic. de probatio. for. col. 12. vers. est tamen aduertendum, dicens quod in factis de antiquo non presumitur solemnitas vbi constat de scriptura continente actum, in qua deficiunt solemnitates, quia tunc dicitur per rei euidenciam constare de defectu. Dec. consi. 142. num. 5. vers. & dato quod esset præsumendum, Natta consi. 162. nu. 29. Rol. à Valle consi. 2. nu. 130. & consi. 90. nu. 44. & sequenti, Neuiza. consi. 85. nu. 8. & seq. Pau. de Cast. consi. 82. col. 3. vol. 2. Soc. consi. 46. nu. 37. & 41. vol. 4. Ias. consi. 148. nu. 7. & 8. vol. 4. concludens antiquitatem secundum communem opinionem esse centum annorum, sed de hoc nos dicemus alibi plene.

37 Demum ex natura mandati esse dicendum est, vt obligatio mandati ad heredem mandatarij non transeat, quia industria personæ videtur electa, l. mandatum, ff. mand. l. inter causas, ff. cod. mand. Bar. in l. fundi, §. etiam, ff. de acq. pos. Fel. in c. eam te, num. 10. de rescrip. Sebast. Medicis trac. mors omnia soluit, parte 2. concl. 186. & nos dicemus infra, col. fi.

Potest addi vt ex natura mandati facti procuratori sit, vt mandatum possit produci etiam in causa appellationis interpositæ à definitiua sententia, in qua produci potest non producta, vulgata l. per hanc. C. de tempo. appel. & talis productio mandati in causa appellacionis conualdat retrogesta in prima instantia, Ang. consi. 292. & Crauetta consi. 108. in 1. dubio, sed de hoc nos suo loco dicemus, in 4. parte Amphi. in materia iudicij, ibi melius cadit punctus, & articulus iste. Ibi etiam dicemus, quando mandatum fuit productum in actis per procuratorem, & non fuit oppositum contra ipsum, an possit ulterius opponi, de quo Grama. consi. 67. num. 3. in ciui. ibi tenet, quòd non potest ulterius opponi, idem Vantius de nullita. senten. ex defec. inhab. mand. numero 118. ibi vide.

Hoc tantummodo nota, quòd ex natura mandati facti procuratori est, vt in dubio semper censeatur illi mandatum factum in negotio magis arduo & periculofo, arg. l. 4. ff. de solu. quare si constituens plures haberet causas cum Titio, constituendo procuratorem se simpliciter ad causam, quam habet cum Titio, censetur in magis ardua, vt per Vantium de nullita. ex defec. inhab. numero 96. ibi etiam an mandatum extendatur ad futuras causas, nos alibi dicemus.

DE ACCIDENTALIBVS mandati.

SVMMA R I V M.

- 1 Pacta aliquando immutare solent naturam contractus mandati.
2 Aliqua pacta apponi sunt prohibita contractui mandati.
3 Mandatum potest renocari ad voluntatem mandantis, & pactum in contrarium non valet.

Venio ad quintam columnam eiusdem vltimi ordinis, quae est inscripta de accidentalibus, & accidentalia accipiuntur (vt diximus supra) pro his, quae esse & abesse possunt praeter subiecti corruptionem. exemplum de pactis, iux. gl. in l. paeta conuenta. ff. de pac. quae pacta aliquando mutare solent naturam contractus mandati, glo. in l. si remunerandi. §. apud Iulianum, in verbo, periculo suo, ff. manda. & si aliquando immutare solent naturam mandati, ergo non semper mutant, & sic quando non mutant, sunt accidentalia, quia possunt esse & abesse praeter subiecti corruptionem, & intellige, & declara, vt. possint apponi pacta contractui mandati, dum modò sint pacta licita & honesta, nec contra substantiam & naturam mandati, nam aliqua pacta apponi sunt prohibita, vt si fiat pactum de non renocando mandatum, quod pactum non valet, iuxta Bar. in l. cum precario. ff. de precario. ratio est, quia tale pactum videtur contra naturam intrinsicam mandati, quae est vt possit mandatum reuocari ad voluntatem mandantis, Bar. in l. si verò. §. si mandauero. ff. mand. faciunt dicta per Cou. lib. 1. var. res. iur. c. 14. sub num. 16. dum ibi inquit, quòd quamuis morte mandantis mandatum ad pias causas non expiret, nec possit ab haerede reuocari, non sequitur per hoc ipsum mandantem, dum vixerit, mandatum id reuocare non posse, cum ea sit mandati propria natura, & conditio, vt liberè reuocari à mandatore possit, subdens quòd mandatum quod durat, semper reuocari poterit, nisi à lege reuocatio fuerit prohibita, quod an verum sit, vide ibi eum, & nos infra dicemus, col. fi. in prin. vide Sebalt. Medi. trac. mors omnia soluit, par. 2. concl. 64.

QVAE ACTIO DETVR ex mandato.

SVMMA R I V M.

- 1 Ex contractu mandati datur duplex actio, directa, & contraria.
2 Si mandauit tibi vt fundum emereres, si mea intererat emi teneberis, secus si non intererat.
3 Mandans debet cauere, ne in libello suo petat rem, quam mandauit emi.
4 In actione directa, quae datur mandanti contra mandatarium, venit dolus, culpa lata, leuis & leuissima.

- 5 Contraria actio mandati datur mandatario ad consequendas expensas, quas fecit occasione mandati.
6 Si casus occurrat, quia à latronibus mandatarius sit spoliatus, aut naufragio res amisserit, mandans non debet damnum rescire.
7 Actio contraria mandati datur mandatario ad consequendam mercedem promissam.
8 Mandatarius potest agere actione mandati, siue adimpleat mandatum, siue aliquid equipollens faciat.
9 Actionem mandati quis non habet, nisi pro parte.

Capio sextam columnam, quae est inscripta, quae actio detur ex mandato; pro cuius declaratione dicendum, ex hoc contractu mandati duplicem oriri actionem, scilicet directam & contrariam. Actio directa datur mandanti contra mandatarium, & competit regulariter, cum ceperit interesse eius qui mandauit, l. si procuratorem. §. mandati, ff. mand. D. Gaspar Caballinus in trac. de euic. §. quarto, num. 5.

Sed si nihil interest cessabit, & eatenus competit quatenus interest: exemplum mandauit tibi, vt fundum emereres, si mea intererat emi teneberis, si tamen ego ipse eundem fundum emi, vel alius mihi emit, nec aliquid mihi interest, cessat haec actio. Pariter si tibi mandauit, vt negocia, mea gereres, quamuis nemo gesserit, nulla est actio, si nihil perit, aut si alius idoneus gessit negocia, cessat haec actio, in qua actio bene verum est, quòd euenit vt mandatarius, mandatum compellatur exequi, & illud quod dictum est actionem mandati non debere dari, nisi quatenus interest. Limitatur in casu, quando fideiussor liberatus ex causa donationis remuneratoriæ agit, nam tunc datur actio mandati contra principalem debitorem ad totam quantitatem, in qua fuit liberatus fideiussor perinde ac si pecuniam debitam actualiter soluisset, per tex. in l. idem que. §. si cum l. seq. ff. mand. quae tex. animaduertit & notat excellens Do. Gaspar Caballinus in trac. de euic. §. 4. nu. 4. Et circa hanc actionem notandum & perpetuò memoriam tenendum est illud, quod docet Bar. in l. si procuratorem. §. mandati, ff. mand. vbi inquit, mandantem debere cauere & aduercere, ne in libello suo petat rem, quam mandauit emi, quia cum ad illam rem non habeat contra mandatarium actionem, sed solum ad suum interesse succumberet, de quo casus est in l. ad comparandas, ibi glo. C. mand. & Bar. docet formam libelli, d. §. mandati.

Item nota, quòd in hac actione mandati directa, quae datur mandanti contra mandatarium, venit dolus eius culpa, leuisissima, & punitur, de omni namque culpa mandatarius tenetur, vt inquit gl. in §. pen. Insti. mand. & diximus supra, col. 4. eo. ord.

- 5 Contraria verò actio mandati datur ad consequendas expensas, quas fecit mandatarius occasione mandati exequendi.
6 Si vero casus occurrat, veluti, quia à latronibus mandatarius sit spoliatus, aut naufragio res amisserit, vel languore suo suorum ipse apprehensus erogauit quaedam, haec à mandatore sibi prestanda non sunt, l. inter causas. §. non omnis. ff. mand. de quo diximus supra, in columna 4. ordinis eiusdem. ibi videas.

- 1 Et primo soluitur mandatum reuocatione ex parte mandantis. §. rectè. Insti. mand. si enim re integra reuocatum sit, mandatum euanescit, cum mandatum reuocetur ad voluntatem mandantis, Bart. in l. si verò. §. si mandauero. ff. mand. quod procedit etiam si fuerit factum cum pacto iurato, ne reuocetur, Bartol. in l. cum precario. ff. de preca. Doctores communiter in c. fina. de procu. in 6. Sebalt. Medic. tracta. mors omnia soluit, par. 1. concl. 64. Ruy. con fil. 115. vol. 1. & intellige, vt ibi per eum, vt tamen de claretur voluntas. Van. tract. de nullita. titu. de nulli. sente. ex defec. in ha. seu mand. nume. 158. declarat, vt per eum.
2 Ex aduerte, quòd actionem mandati quis non habet, nisi pro parte, quia quis fuit haeres, & inter haeres diuiditur actio, l. pro haereditarijs. C. de haered. actio. Sali. l. haeredem. §. si fideiussore. ff. mand.

QVOMODO ANNVLLETUR, SOLUATUR, & FINIATUR MANDATUM.

SVMMA R I V M.

- 1 Soluitur mandatum reuocatione ex parte mandantis.
2 Quando dicatur res integra.
3 Mandatum aliquando reuocatur expresse, aliquando tacite.
4 Quae sint iusta causa reuocandi mandatum.
5 Annullatur mandatum renunciatione ex parte mandatarij.
6 Soluitur mandatum finita causa, ob quam mandatum factum fuerat.
7 Finitur & soluitur mandatum finita die, ad quam constitutum fuerat mandatum.
8 Finitur & soluitur mandatum qualibet mutatione status in peius respectu viri, & uxor.
9 Mandatum procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum mutatione conditionis eius in deterius.
10 Concordatio opinionum.
11 Finitur & soluitur mandatum favore superueniente.
12 Finitur mandatum per sententiam.
13 Finitur mandatum, si fiat affinis.
14 Soluitur mandatum, si à iudice mandatori interdicitur officium.
15 Mandatum soluitur per comparitionem domini.
16 Cautela est ad hoc, ne reuocetur mandatum factum procuratori, vt quando compareret dominus, semper dicat, citra reuocationem procuratoris.
17 Reuocatio mandati debet intimari aduersario.
18 Soluitur mandatum morte ciuili.
19 Finitur mandatum alterius morte naturali.
20 Amplius istam regulam quinque modis.
21 Limita regulam supradictam (vt finiatur mandatum alterius morte) tredicem modis, vt ibi.

Capio septimam, & vltimam columnam, quae est inscripta, quomodo annulleatur,

soluatur finiaturque mandatum, & pro eius declaratione dic, mandatum annullari, & solui pluribus modis, de quibus inf.

Et primo soluitur mandatum reuocatione ex parte mandantis. §. rectè. Insti. mand. si enim re integra reuocatum sit, mandatum euanescit, cum mandatum reuocetur ad voluntatem mandantis, Bart. in l. si verò. §. si mandauero. ff. mand. quod procedit etiam si fuerit factum cum pacto iurato, ne reuocetur, Bartol. in l. cum precario. ff. de preca. Doctores communiter in c. fina. de procu. in 6. Sebalt. Medic. tracta. mors omnia soluit, par. 1. concl. 64. Ruy. con fil. 115. vol. 1. & intellige, vt ibi per eum, vt tamen de claretur voluntas. Van. tract. de nullita. titu. de nulli. sente. ex defec. in ha. seu mand. nume. 158. declarat, vt per eum.

Limita. d. §. rectè. Insti. mand. secundum Deci. in l. singularia. ff. si cer. pet. nifi mandatum interuenierit contemplatione mandatarij, quia tunc non possit reuocari.

Quando autem dicatur res integra, diximus supra col. 4. quòd dicitur res integra, quoties principium rei gerendae mandatarius non dedit, d. §. rectè, vbi gl. Insti. mand. & in hoc differt à ceteris contractibus, qui ab initio voluntatis dicuntur, ex post facto necessariaj fiunt. l. sicut. ff. de actio. & obliga. & ratio est, quia non statim interest, ideo non statim hinc inde nascitur obligatio, quae ex interesse datur, l. si procuratorem. §. si mandati actio. ff. mand. & declarat gl. in d. §. rectè.

Et nota, quòd aliquando mandatum reuocatur expresse, aliquando tacite, de quo supra in ord. diuis. col. lum. expressi, & taciti mandati diximus. ¶ & iustae causae reuocandi mandatum, sunt inimicitiae, furor, affinitas, conditionis mutatio, qua minus idoneus factus est mandatarius ad subsistendum negocia mandati. l. qui seruum. l. si quis alicui. ff. de acqui. haered. l. mandatum. C. mand. l. item, cum seq. ff. de procu. sed videamus de singulis.

Secundò annullatur mandatum renunciatione ex parte mandatarij. si quidem mandatum suscipere cuiuslibet liberum est, susceptum autem consumandum, aut quamprimum renunciandum, vt per semetipsum, aut per alium eandem rem mandato exequatur, nam si integra causa eandem rem explicandi mandatori non seruetur, puta si inceptor mandator in eo loco esse, vt amplius explicare rem non possit, mandati erit actio, igitur aut statim est renunciandum (nisi iusta causa impediatur) aut consumandum. §. mandatum, Insti. mand. l. si quis, §. qui suscepit. ff. manda.

Tertiò finitur & soluitur mandatum finita causa, ob quam mandatum factum fuerat, glo. & Doc. in c. si pauper, de praeben. in 6. vbi si Papa mandat prouideri de beneficio alicui clerico pauperi, iuxta suam prohibitionem merita, & ille clericus pauper aliud beneficium fuerit assecutus antequam sit prouisus de beneficio, episcopus non tenetur de cetero prouidere sibi, cum cesset causa mandati.

Quarto finitur & soluitur mandatum finita die, ad quam constitutum fuerat mandatum, nam etiam si per iudicem prorogetur, non potest procurator am-

amplius agere. Io. And. in addi ad Spec. tit. de proc. §. ratiōe, columna 3. c. cum olim, il primo, de offi. deleg. c. significavit, de appell. c. si quem, de proc. in 6. l. qui mutuat. §. non ideo, ff. manda. Aegid. Bellamera conclusio. 135.

8 Quinto finitur & soluitur mandatum qualibet mutatiōe status in peius respectu vtriusque, l. si cū. & l. cum quis. ff. de solu. ibi Bar. l. conficiuntur. ff. de confir. tut. facit c. si quem, de proc. in 6. & l. pater. §. si. C. de testamen. tute. l. cum qui. §. qui filio, vbi Alex. ff. de verb. oblig. & in l. rogati. §. si fugitiuus, vbi Iaf. allegat alia iura, col. 1. ff. si cer. pet.

9 Ex quo inferitur, quod mandatum procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum mutatiōe conditionis eius in deterius, puta si bannitus efficiatur vel ribaldus, Iaf. l. sancimus. num. 4. C. de testam. Soc. cons. 172. lib. 2. Ant. Gab. tit. de proc. concl. 2. num. 7. contrarium tenuit Cy. in l. mandatum. q. 3. ff. mand. Spec. tit. de exe. §. 4. Romanus in l. fundi. ff. de acqui. pos. posset tamen concordari vtraque opinio, vt mandatum reuocetur ipso iure, quoad mandatarium, sed debeat intimari illis, cum quibus mandatarius contrahere debebat, vt infra dicemus.

Declarat istam regulam, quod mandatum procuratoris intelligitur ipso iure reuocatum mutatiōe conditionis eius in deterius, vt per Iaf. §. si fugitiuus, vbi ampliat & limitat pluribus modis, sequitur Diaz. in reg. 412.

11 Sexto finitur & soluitur mandatum furoris superuenienti, Bar. in l. qui seruum. ff. de acq. hered. Bal. l. si §. 1. ff. de adm. tut.

12 Septimo finitur per sententiam latam, Bar. in l. si procurator. ff. de proc.

13 Octauo finitur, si fiat affinis, l. aut affinitate. ff. de proc. & exemplifica in casu de quo Bar. in l. non solum. §. si mandato meo, ff. de iniur. vbi si mandati tibi vt hominem occideres, vel aliquo alio modo delinqueres, & per multum temporis, & per multos annos stetit, & postea commisit delictum, dubitatur, an ego teneat? & secundum Inno. in c. ad audiētiā, ext. de homi. dicendum est, quod semper tenetur mandans, nisi mandatum sit reuocatum tacite, vel expresse, puta si fecit parentelam cum inimico, vel pacem, arg. l. 4. ff. de adimen. leg. & sic vides, quod ob affinitatem censetur tacite reuocatum mandatum.

14 Nono soluitur, si à iudice ei interdicitur officium, Bal. l. mandatum. q. 1. C. mand.

15 Decimo soluitur mandatum per comparationem domini, reuertente enim domino mandatum videtur reuocatum, tex. ibi glo. & Bar. in l. qui mutuat. §. non ideo, ff. mand. ibi glo. distinguit, quod aut post reuerfionem domini ipse suscepit administratiōnem, & procurator definit, tunc mandatum est reuocatum, nec vires reassumit, licet dominus se absente, arg. l. si quis cum procuratorio. §. si. ff. de proc. Aut procurator perseverauit in gestione domino patiente, & non contradicente, vel etiam consentiente tacite, vel expresse, & tunc non dicitur finitum, nec reuocatum mandatum, l. vt proponis. ff. de nup. nisi illud fuisset factum ad tempus, quod tempus finitum esset, tex. in c. si quem, ext. de proc. lib. 6. & di-

stingue, vt ibi facit l. item quæritur. §. qui impleto, ff. loca.

16 Et & ideo cautela est ad hoc ne reuocetur mandatum, vt quando comparat dominus, semper dicat, citra reuocatiōem procuratoris, vt docet Io. And. in c. si quem, de proc. in 6.

17 Debet tamen reuocatio mandati intimari aduersario, secundum Cynum in l. mandatum. q. 3. C. manda. & Spec. tit. de exe. §. 4. vers. & si iudex, de quo vide Sal. qui plenè & diffusè in l. mandatum. num. 18. ff. mand. ibi etiam Bar. inquit, quod reuocatio mandati non præiudicat procuratori, si ad eius notitiā non perueniat, Capra suis reg. concl. 59. vbi ponit regulam, quod gesta per procuratorem reuocatum ipso procuratore iudice & aduersario ignorante valent, & tenent, & ampliat quadrupliciter, & limitat sex modis.

18 Vndecimo soluitur mandatum morte ciuili, vt per Doc. com. in l. post litem. ff. de proc.

19 Duodecimo & vltimo finitur mandatum alterius morte naturali, scilicet mandantis, vel mandatarij, l. inter causas. ff. mand. Bar. in l. fundi. §. etiam, ff. de acquir. pos. Fel. in c. eam te, nu. 10. de rescrip. quando res est integra, §. item si adhuc. Insti. mand. l. mandatum. C. manda. Imola in l. qui in aliena. §. is qui, vers. item nota, ff. de acq. hered. Abb. c. mandato, columna secunda, de proc. Soc. cons. 31. columna 7. volumine primo, & cons. 172. col. 8. Rota decis. 349. Fel. in c. relatum, col. 1. de offi. deleg. Soci. reg. 258. vbi limitat istam regulam decem modis, Marf. sing. 44. vbi limitat tripliciter, Ant. Gab. qui plures cumulat, tit. de procu. concl. 2. qui ampliat istam regulam quinque modis, & duodecim limitat, Sebast. Medic. trac. mors omnia soluit, par. 2. concl. 64. vbi quinque modis ampliat, & tredecim limitat. Tu autem omnia recolligendo & addendo & succinctè declarado.

20 Primo regulam istam ampliat, etiam si esset in mandato delegantis, quia morte mandantis expirat mandatum iurisdictionis, c. gratum, de offi. deleg. & l. & quia. §. 1. ff. de iurisd. om. iud. Spec. tit. de iud. deleg. §. restat, vers. item mortuo mandatore, ibi Io. And. in addi. Cald. cons. 4. de offi. deleg. Cy. in l. mandatum. in primis verbis, C. mand. Iaf. in l. more maiorum. nu. 4. & nu. 5. ff. de iurisd. om. iud. ibi extendit ampliatiōnem istam quadrupliciter, & septem modis limitat.

Primo vt procedat etiam in delegato principis, vt per vtiorem Principis re integra expiret mandatum iurisdictionis, c. relatum, de offi. deleg. glo. in d. l. more. in verbo, principaliter.

Secundo extendit d. regulam, vt etiam de consensu parium non possit postea ille delegatus vltra procedere, gl. c. cū venissent, in verbo, egerint, de testib.

Tertio etiam si delegatus & partes ignorarent mortem delegantis, tamen ipso iure extinguitur delegatio, gl. in l. eius, qui in prouincia, in verbo, ignorasse, ff. si cer. pet. Bar. & Castren. d. l. more. reprobat Inno. contrarium tenentem in c. licet vndique, de offi. deleg.

Quarto extendit, vt procedat etiam in delegato ad vniuersitatem caularum.

Limitat primo in mandato inquisitorum heretica

ticæ prauitatis, quod re integra non extinguitur per mortem mandantis fauore fidei, c. ne aliqui, de heret. in 6. Ang. Cast. in d. l. more.

Secundo fallit in mandato executorum gratia apostolica, vel Imperialis, c. si super gratia, de of. deleg. in 6. scus tamen in mandato priuilegij gratia apostolica, vel Imperialis, c. si. de offi. deleg. in 6. Ang. d. l. more.

Tertio limitat, quando mandatur aliquid alicui ad quod omnino tenebatur necessitate officij, vt per gl. d. l. more, ibi Bar. & alij Doc.

Quarto limitat, quando moritur subdelegans, sed primus, qui delegauit adhuc viuuit, quia ex quo remanet radix iurisdictionis, durat ipsa iurisdictionis, Ange. d. l. more, Inno. cap. licet vndique, de offic. deleg. dicendum Bar. in l. 2. ff. de cura. bon. dan.

Quinto limitat, nisi delegatio esset facta sub nomine sedis apostolicæ, cum sedes apostolica nunquam moriatur, c. si gratiose, de rescrip. in 6. Bal. Ang. Sali. & alij d. l. more.

Sexto limitat, secundum Inno. in d. c. licet vndique, quando deleg. fieret sub hac forma, quoties mandantem abesse contigerit, vel donec ad se reuocauerit, tunc per mortem mandantis non extinguitur, tex. in c. si delegatus, de offi. deleg. in 6.

Septimo fallit secundum aliquos in legato de latere, quia moriente Papa etiam re integra non expirat delegatio, c. 2. de offi. deleg. in 6. Imò nec congregatio Cardinalium potest talem legatum reuocare secundum Spe. ti. de deleg. §. finitur, vers. sed nunquid sede vacante. gl. c. 1. de scismat. in 6. Iaf. autem inquit, talem limitationem non facere ad propositum, quia talis legatus de latere censetur ordinarius, tex. in d. c. 2. de offi. deleg. de quo vide eum ibi.

Secundo regulam principalem ampliat in mandato substituti, quod morte substituentis expirat, Oldr. cons. 130. col. 2.

Intellige, vt morte substituti expiret mandatum, & substituentis etiam, quando substituentis iure proprio substituit, vt quando factus est dominus litis, non autem quando substituit ex potestate, seu facultate sibi data à principali: tunc enim non attenditur mors substituentis, sed mors principalis, Card. clem. si. q. 15. de pracu. Dec. & Fel. c. relatum, de offic. deleg. Roma. l. 2. §. c. si quis, ff. de dona. Bellame. dccif. 6. Franc. c. 1. §. licet, de procur. Ruy. cons. 74. vol. 3. Rota decis. 414.

Tertio ampliat, regulam principalem procedere etiam in fauorabilibus, Felin. capitulo licet, de officio delega.

Quarto ampliat regulam principalem, etiam si procurator esset constitutus ad donandum alicui ex causa renunciationis, nor. Bal. l. si quidem. C. de actio. & obligatio. l. l. eius qui in prouinciam, colum. 1. ff. si cer. pet.

Quinto ampliat, vt procedat talis reuocatio mandati, et quod procuratori non sit intimata, & sic siue procurator sciuerit, siue ignorauerit, Clemen. 1. de renunciat. ibi Imola, Fel. in c. ex parte, de rescrip. Bar. l. si procuratorem. ff. de procu. Cast. in l. fundi, §. item, cum glof. ff. de acquir. pos. Fel. Faber, &

item, Institu. mand.

21 Lunita verò istam regulam principalem, quando actus perficiendus confertur post mortem, gl. & Docto. l. mandatum. C. mand. l. mortis causa §. Titia. ff. de dona. causa mor. glo. l. si. ff. de solu. Bald. l. si defunctus. ff. de procu. idem Bal. cons. 57. vol. 5. Alberi. l. si verò. ff. man. Soc. cons. 60. vol. 1. Arc. cons. 66. Ruy. cons. 7. vol. 2. Corn. cons. 86. vol. 4. Dec. l. eius. §. pla cebat, nu. 8. ff. si cer. pet. Fel. in c. relatum, col. 1. ff. de offi. deleg. Sali. in l. inter causas, col. 1. ff. mand.

Et sciendum est, quod mandatum confertur generaliter post mortem tribus modis.

Primo ex natura actus, quando testator aliquid mandat heredi: tunc enim confirmatur, morte non reuocatur, l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2.

Secundo ex natura rei, vt quando testator mandat sepeliri, nam tunc solum post mortem mandatum censetur conferri, l. si verò. §. fina. ff. mand. Bald. cons. 57. nu. 7. vol. 5.

Tertio ex forma verborum, tunc etiam post mortem durat, donec reuocetur ab herede, not. l. mandatum, in 1. opposi. C. mand. l. si defunctus. ff. de procu. l. fundi. ff. de acquir. pos. l. cum pater. §. Metuo, ff. de leg. 2. vt est mandatum de soluendo creditoribus, Bald. d. consilio 57. volum. 5. Capra, in tracta. execut. vltima. voluntaria. in sexto membro principa. num. 17.

Secundo limita regulam principalem, quando mandatum sit super eo, ad quod quis de necessitate tenetur, tunc enim morte mandantis non expirat, Bart. l. si defunctus. ff. de procu. l. 2. §. sed si quis. ff. de donatio. l. fundi. ff. de acqui. pos. Salice. l. inter causas. ff. mand. & l. mandatum. C. mand. in 1. opposi. Imola. l. fundi. ff. de acqui. pos. Bal. cons. 57. vol. 5. Roma. cons. 202. Soci. reg. 254. Marf. sing. 44. Roma. l. fundi venditor. ff. de acquir. pos. ibi Castren. in §. si amicus, Alex. ibidem, col. 1. Abbas cons. 7. Cardi. in c. quoniam, ibi Abbas, de offi. deleg. Io. de Platea in §. recte, Insti. mand. Anch. Cleme. 1. in fine, de renunci.

Tertio limita principalem regulam in mandato facto in iustori, quod non reuocatur morte mandantis, etiam si res esset integra, dummodò inceptum sit in vno negotio, & si sit factum mandatum in iustori, tanquam vniuersale ad negocia, scus si mandatum generale, prout declarat Salicetus, l. inter causas. ff. mand. est gl. si. in l. si quis. ff. de insti. Castre. l. si per epistolam. ff. de acq. hered. Bart. l. more, ff. de iurisd. om. iud. ibi Alex. cons. 28. Cynus. l. mandatum. C. mand. Card. c. quoniam Abbas, quaestio. 7. de off. deleg. Ruy. cons. 115. vol. 1. Ancha. Clemen. 1. de renunc. nisi cum morte mandantis sequeretur mutatio status, Docto. communiter. l. eius. ff. si cer. pet. Ioan. de Platea, & Ange. Aret. in §. recte, Inst. mand. Faber in §. item si adhuc, col. 1. Insti. mand. Rom. l. 2. §. sed si quis, col. 1. ff. de dona. Baueri. sing. 306. Cuius. l. more, nu. 18. ff. de iurisd. om. iud. Soci. in reg. 254. in 6. limita.

Quarto fallit, quando principalis satisfecit procuratore, quia tunc mandatum etiam re integra non expirat, Bar. l. si defunctus, in 2. opposi. ff. de procu. &

cu. & l. si ante. ff. iudi. solui. Bald. l. mandatum, nota. C. manda. Socin. regu. 254. fallen. 9. Areti. §. recte. Institutio. manda. Ias. l. eius. §. placebat, colum. 7. ff. si certum petatur. Abbas, capitulo mandato, de procura. glof. & Cardin. Clement. finali de procura.

Quinto fallit in mandato facto à iudice nuncio curie, qui morte mandantis non expirat, Bartol. l. fundi, ff. de acquir. possel. idem Bartol. l. more, ibi Castren. & Ias. colum. 13. Caccialopus, col. 14. ff. de iurisdic. omnium iudicum, Doct. l. si per epistolam, ff. de acquir. heredita. Angel. l. & quia. ff. de iurisdic. omnium iudicum, colum. 1. Cardina. cap. quoniam Abbas, colum. 3. de offic. delega. Anchara. in Clem. ne Romani, §. fina. de elect. Calderi. consil. 4. titu. de offic. delega. Socin. regu. 254. limita. 7. intellige, & declara submittando, vt per Ant. Gab. tit. de proc. concl. 2. nu. 25. cum seq.

Sexto fallit, quando factum est mandatum cum clausula, donec reuocauerit, quia tale mandatum non extinguitur morte, sed necesse est, quod expresse reuocetur, Ioann. Andr. cap. si gratiose, in princip. de rescript. in 6. Bartol. l. more, colum. fina. ff. de iurisdic. omnium iudicum, idem Bartol. l. centesimis, §. fina. ff. de verborum obligatio. Ias. l. eius. §. placebat, ff. si certum petatur, Socin. consil. 77. vol. 3. Gozad. consil. 22. col. 1.

Septimo fallit in procuratore in rem suam, cuius mandatum morte mandantis non expirat, Bartol. l. 2. §. sed & si quis, colum. 1. ff. de actionib. & obligationib. Salice. l. inter causas, ff. manda. Bald. l. mandatum, & l. illam. C. manda. Alberi. l. eius. ff. si certum petatur, Ceph. consil. 118. nunc. 38. vol. 1. Intelligo, dummodò cum hærede decedat, aliàs secus esset, si nullus hæres ei existeret, prout declarat Barto. & Angel. d. l. 1. C. de actionib. & obligatio. Ias. d. l. eius, §. placebat, ff. si certum petatur, Bal. l. mandatum, C. mand. Cepha. d. consil. 118. col. si. vol. 1.

Octauo fallit in negocijs connexis, Felin. in capitulo, pastoralis. §. quoniam, columna 4. de rescript. Marfil. l. 1. §. diuus. ff. de quæstio. Ruyn. consil. 115. vol. 1.

Nono fallit in procuratore à vulnerato constituto ad faciendam pacem, quia eius mandatum morte mandantis non expirat, Bald. in additio. ad Specula. in titu. de homi. Marfil. singu. 44. vbi inquit se non vidisse alibi talem doctrinam, Deci. & Ias. lege, eius, §. placebat, ff. si cert. pet.

Decimo fallit hoc favore piæ causæ, cuius favore mandatum etiam reintegra morte mandantis non expirat, sed mandatarius potest adimplere mandatum morte mandant, text. quem citat Marfil. singu. 44. in l. si ego. §. 1. ff. de iure dotium, & Bald. in capitulo primo, in fine, qui succed. tenca. & in l. sicut, in fine, C. de actionib. & obligatio. tex. in cap. exijt. §. in eo, de verborum significatio. in 6. Bald. in l. mandatum, colum. 6. C. manda. & authen. si qua mulier, colum. fina. C. de sacrosanc. ecclesi. Roma, consilio 119. & in authenti.

similiter, numero 42. C. ad legem Falcid. & l. si pecuniam, numero 26. ff. de cond. ob. caus. Felin. in c. relatum, de offic. deleg. Deci. in l. eius. §. placebat, numero 3. ff. si certum petatur. ibidem Ias. colum. 1. Socin. regu. 251. limi. 8. Marfil. singu. 44. Trigon. singu. 81. Oldendor. in libello suo varia. lectio. lib. 2. fol. 272. Couar. varia. resol. iu. cap. 14. libro primo, vbi late sub numero 15. Tiraquell. tracta. le mort. faillit le vis. parte 7. declarat 5. numero 12.

Vndecimo fallit favore libertatis, gl. l. si pater, ff. manda. Albe. Ias. Deci. l. eius, §. placebat, numero 4. ff. si certum petatur. Salice. l. mandatum, C. manda. nota. l. inter causas, ff. eodem, Felin. capitulo, relatum, de officio delega. Trigo. singu. 81. in fine.

Duodecimo fallit favore dotis, cuius favore mandatum etiam re integra morte mandantis non expirat, Bartol. l. 2. §. si pecuniam, ff. de donatio. Bald. capitulo. cum venisset, col. 1. de testi. & in l. mandatum, colum. 6. C. manda. ibidem Salice. col. 6. & colum. 8. idem Salice. in l. inter causas. ff. manda. Alberi. in l. eius, colum. 4. ff. si certum petatur. ibi Ias. colum. 1. Cremen. singu. 143. Felin. in capi. relatum, de offic. delega. Didacus variarum resolu. iur. lib. 1. capitulo. 14. numero 16. ibi declarat etiam, quod quamuis morte mandantis mandatum ad pias causas, non expiret, nec possit ab hærede reuocari, non per hoc sequitur ipsum mandatorum, dum vixerit illum mandatum reuocare non posse, quod an verum sit, examinat ibi diligenter.

Tertiodecimo fallit in mandato re non integra, quod morte mandantis non soluitur. l. mandatum, C. manda. §. item, Institutio. manda. Anto. Gabriel. d. titu. de procurato. conclusio. tertia, quæ limitationem decimatertiam posuit pro regula ampliando nonnullis modis, & pariter limitando, vt per eum, qui breuiter & scienter referendo.

Primo limitat in beneficiis, in quibus etiam re non integra expirat mandatum morte prælati, Clementi. fina. de procura. Salice. l. mandatum, in 2. oppos. C. manda. Barto. l. si per epistolam, ff. de acquir. heredita. Cardin. cap. quoniam Abbas. quæstio. 7. de officio. delega. Faber. §. item si adhuc, Institutio. manda. Roma. consil. 374. Guid. Papæ quæstio. 119. decis. Tholo. 264. Bertrand. consil. 250. vol. 2.

Et ampliat istam limitationem idem esse, etiam si prælatus, vel rector, vel beneficiatus renunciarer, nedum si moriatur, Causa. decis. 2. numero secundo, de appella. Sarnen. reg. de annali quæstio. 62. numero 2. Cardin. Clement. fina. nu. 13. de procur. Roma, consil. 314. Bertrand. consil. 250. volumi. 2. Tholo. decis. 264.

Secundo ampliat, idem esse in commendatario, Sarnen. reg. de trienna. quæstio. 5. numero 19. Cardin. d. Clement.

Tertio ampliat, idem esse in hospitalario, qui procuratorem constituit pro suo hospitali, cuius mandatum reuocatur, etiam quoad iudicium conceptum, Felin. capitulo, de quarta, de præscript. idem est in

con.

stituto a vicario perpetuo, Docto. dicta clemen. si. de procura.

Quarto ampliat, etiam si prælatus super titulo beneficii esset constitutus, pro quo litigat, nedum pro ecclesia. Roma. sing. 374. Cassa. decis. 6. titu. vt lite pend. nu. 3. & decis. 2. nu. 2. de appella.

Quinto ampliat hoc idem in vicario, expirat. n. morte mandantis, glo. & Cardi. clem. fina. de procu.

Sexto amplia, hoc dictum procedere non solum ad iudicia, sed etiam ad negocia, Docto. dicta clemen. fina.

Septimo amplia etiam si prælatus suum proprium nomen non expressisset, Card. d. clem. q. 6.

Octauo etiam si utilitas ecclesiæ exigeret, vt pro uocato constitutus perseueret in actu, Vita. dicta clemen. fina.

Nono amplia, etiam si procurator fuerit constitutus non a solo prælato, sed etiam a prælato & capitulo, glo. d. clem. fin. versu. reuocari, ibi Cardi. nu. 5. de procu. nisi hoc esset negotium commune prælati & capituli.

Fallit secundo loco hæc decimatertia limitatio, vt etiam re non integra expiret mandatum, quando constitutus sine hærede decedit, l. 1. C. de act. & obli. l. si per epistolam. ff. de acq. hæred. Roma. consil. 374. de quibus late habetur apud Anto. Gabri. tit. de procu. conclus. 2. & 3. & apud Sebast. Medi. tract. mors omnia soluit, par. 2. conclus. 64.

Et pro complemento huius tractatus effect etiam aliquid hic dicendum de præpositis negociorum, de quibus aliquid etiam supra diximus. Nam similes mandatarijs videntur, qui ex certa cõuentione aliena negotia gerunt ac suscipiunt, nisi quod hi suo quodam emolumento, illi verò gratis ea suscipiunt, neque in constituendis præpositis negociorum conueniendum est de certa mercede: quoniam inde nascitur locati obligatio non præpositiois vt alibi diximus: Ac leges quidem talium præpositorum diuersitatem his appellationibus assignant vt alios institutores generali vocabulo vocent, alios magistros nauium a specie negotij gerendo insitit qualecunque institutor, qui totius nauis cura mandata est. l. 1. §. magistro. ff. de exer. actio. Possunt autem præficere negociis aut naui omnes illi qui alioqui contrahere possunt, adeo vt nihil referat masculus an femina, paterfam. an filiusfam. sit: Bene verum est quod si pupillus velit aliquem præponere negociis aut naui requiritur tutoris authoritas. l. 1. §. exercitorem. ff. de exer. actio. & C. col. si a muliere. Neque in negociis, quibus quis præponitur, aliquis delectus, aut exceptio est, dummodo talia negocia licita sint, & legibus non aduersentur. l. quicunque. ff. de instit. actio. sicut neque refert an nauis marina sit, vel in aliquo stagno nauiget. l. 1. §. nauem. ff. de exer. actio. Præponitur autem negociis institutores & magistri nauium manifestè, aut tacitè, videlicet cum dominus negotij aut exercitator nauis scit, aut patitur suis negocijs præesse aliquem, aut fungi magisterio

nauis. l. 1. §. magistram. ff. de exer. actio. Manifestè verò cum expressis verbis & nominatiuè negocia aut nauis alicui committuntur, & in tali commissio ne maxima vis huius obligationis sita est. Non enim ex omni contractu institutoris & magistri nauis domini negociorum & exercitores nauium obligantur: sed eius rei tantum nomine, cuius causa præpositi fuerunt: nam præpositio certam legem dat contrahentibus cum institore aut magistro nauis: quare si quis præpositus est nauis vt vecturas exigat, nõ vt locet, aut mercibus præstet, vel contra, & magister nauis modum commissionis egrediatur, exercitor non obligatur, id quod alioqui regulariter fit cum præpositus id, quod commissum illi est, aut rei commissio requiritur videtur, agit. l. 1. §. non autem ex omni. ff. de exer. actio. Idem obseruatur in institutoris contractibus: nam si non ob eam causam, propter quam præpositus est negociationi, aliquid acceperit, vel alii promiserit tenetur dominus negocii in solidum propter accommodatam voluntatē. l. si institorem. ff. si cer. peta. & ibi Bar. & Bald. circa l. mandatum. C. mandat. institutor autem, cum fecit quod ad præstandam fidem susceptę functionis pertinet, non obligatur. l. fina. ff. de instit. actio. Ad hoc igitur vt ex contractu institutoris & magistri nauis obligentur illi, qui eos præfecerunt, non sufficit probatio contractus: sed in contrahentibus hæc etiam requiritur diligentia, vt æstimari possit eorum voluntate quod necessitatem rei gerendæ ad commodum dominorum perpenderit. l. Lucius Titius. ff. de exer. actio. non autem obligationem hanc extinguit alia adiecta, vt si filius tabernæ præpositus a patre mercium causa mutuum pecuniam accipiat, & pater pro eo fideiubeat, nihilominus pater institoria obligatione tenetur: quia illi obligationi mixta fideiusio videtur. l. penul. §. tabernam. ff. de instit. actio. Nouatione tamen definit dominus institoria obligatione teneri, si stipulando in aliam obligationem transferat. l. habebat. §. meminisse. ff. de instit. actio. Idem fit si delegetur aliquis debitor ad soluendum hanc obligationem, aliàs ferè sicut mandatum tollitur: nam & præpositio mandatum suo quodam modo esse videtur. Itaque sicut mandatum tollitur reuocatione, ita & institoria obligatio, uti habetur in l. vero procuratori. §. 1. ff. de solutio. & sicut mandatum reuocatum intelligitur ipso iure vbi deterioris conditionis mandatarius effectus existit. l. si cum Cornelius. ff. de solu. ibi Bar. & Castren. sic institores, qui alicui negociationi a mercatoribus præponuntur, vel socij, qui ab alijs procuratores constituuntur, eo ipso quod fugerint seu decoxerint, reuocati intelliguntur: mandatum enim a reuocatur domino ignorante, & ideo non est necessarium contrahentes certiores facere: quia non ex facto reuocantis reuocatio originem trahit: sed reuocati, cuius facti dominus probabilem potest ignorantiam prætere, Bald. & Angel. in l. rogasti. in §. si fugitiuus. ff. si certum petatur, ibi Ias. & Decius & Straccha Anchoni. in tract. de mercatu. in tertia parte. titu. de decocto. numero 50. & §. 1. & sequentibus. vbi alios plures refert, & ibi con-

A a cludit

cludit quod si quis sciens soluerit procuratori, vel infitori decocto non liberatur. idem iuris est si contraxerit, sciens conditionem procuratoris immutatam, cum eo, ut dominus non obligetur, ubi vero per ignorantiam soluerit, vel contraxerit, & ignorantia est probabilis, tunc liberatur debitor solvens, & dominus constituens obligatur, arg. tex. in l. si quis patrem. & l. pen. ff. ad Maced. & l. Titius. ff. de fideiuf. contra autem ubi status immutatio contingit ex parte mandatis, vel eius, qui perfecit, quid iuris sit, vide l. si quis alicui. ff. de acquirenda hære

ditate, & Doc. præcipue Alex. in l. eius. ff. si cer. pet. Socinus consilio 172. columna 6. volumine secundo. An vero morte eius, qui præfecit aliquem finiat infitoria obligatio, diximus supra quod non, & est tex. in l. si quis. §. impubes. ff. de inlti. actio. solutione autem eius quod per infitorem contractum est debitum solui hanc obligationem superuacuum esset monere, nisi hoc videretur adijciendum quod etiam infitori solui possit, & talis solutio liberat dominum, l. quod seruus. & l. filix. quod. ff. de solutio.



TRACTATUS  
DE DONATIONIBVS  
PETRINICOLAIMOZZII  
MACERATENSIS

L. V. D.

De Personis De rebus De Substantialibus De Naturalibus De Accidentalibus Quæ Actio Quomodo reuocetur donatio.

Inter viuos

Causa mortis

Demonstratio Causa Modus Tempus Conditio

Propria Impropria

Pura Conditionalis

Simplex Ob causam

Perfecta Imperfecta.

DONATIO

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio solo consensu vel pacto nudo celebratur & perficitur.
  - 2 Donatio dicitur à dando seu à dono, quasi doni datio.
  - 3 Donatio differt à munere, quia illud cum causa, donatio sine causa.
  - 4 Donatio est liberalitas absoluta nullo iure cogente uolenti concessa.
  - 5 Donatio qua à parentibus, vel ab alijs in eos confertur qui ipsi ab intestato alioquin sunt successuri non dicitur liberalis donatio nec donationis diffinitionibus diffinitur & regitur.
  - 6 Donatio, qua fit in contractu uenditionis, uendo tibi pro tanto precio & si plus ualeat dono, non est uera donatio nec ex mera liberalitate facta.
  - 7 Liberalitas nolenti conferri non potest.
  - 8 Donatio est contractus nominatus cum habeat speciale nomen.
  - 9 Donationis contractus iurilgentium est & stricti iuris.
- 1 Venio ad aliam columnam, quæ est in scripta donatio, quæ pariter solo consensu, vel pacto nudo celebratur, & perficitur, l. si quis argentum, §. si autem. C. de dona. & §. alię. ver. perficiuntur Inst. de dona. Azo. in summa. C. de dona. sub nu. 6. Ang. Aret. in §. in personam, Inst. de actio. sub nu. 13. cum seq. ubi de intellectu illius §. si autem. Constan. Rogeri. in lin. ædibus. §. ex rebus, nu. 15. ff. de dona. Clarus in §. donatio, quæst. 12. ver. sed pone, & q. 6. in fi. Gomez. comenta. iur. tom. 2. c. 4. col. 1. Tiraq. in l. si vmquam, in verbo libertus, sub nu. 43. C. de reuo. dona. Rim. in rub. de dona. Inst. nu. 39. & seq.
- 2 Donatio dicitur à dando, seu à dono, quasi doni datio



datio secundum Iureconf. in l. Senatus, §. donatio, ff. de dona. causa mor. Did. Cou. in rub. de testa. sub nu. 2. ubi inquit quod additur ad maiorem declarationem verbum datio, prout in testamento, quod dicitur à testatione, & adijcitur vox mentis, id est à testatione mentis, Didacus d. rub. de testa.

3 † differt autem donatio à munere, quia illud cum causa, at donatio sine causa à mera liberalitate proficitur. Inter donum, ff. de verb. signi & colligitur ex l. 1. in prin. ff. de dona. sed glo. in l. eius. ff. de reg. iur. dicebat quod donatio dicitur quasi sit inre uocabilis datio, & hinc dicitur in c. 1. de dona. quod donans quodammodo sibi legem imponit, cum donatio proprie sit illa qua aliquis dat ea mente, ut statim velit accipientis fieri nec vilo casu ad se reuerti & propter nullam aliam causam facit quam, ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, l. 1. in prin. ff. de dona.

4 Quare donatio proprie pura, & simplex & perfecta ita poterit diffiniri seu describi, ut sit liberalitas absoluta nullo iure cogente volenti concessa, ita colligitur ex l. donari, ff. de reg. iur. & l. donari, ff. de dona. & per H. st. Goffre. Azo. in summis, dū aiunt, donationem esse rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collationem, ita etiam per Rim. post Areti. In st. in rub. de dona. dicitur ergo liberalitas loco generis, cum in legatis & similibus liberalitas exerceatur, l. rem legatam, ff. de adime. lega. dicitur absoluta, quia donatio facta ob causam non ita proprie dicitur donatio, quinimo non dicitur donatio, & hinc solet dici quod nemo in necessitate liberalis existit, d. l. rem legatam in fine, exemplum si tibi dixerim si mihi affueris quid per te factum erit hoc dono, l. hoc iure §. 1. in fi. de dona. potest tamen sub conditione, vel in diem fieri donatio nec desinit esse proprie donatio, l. donatio. C. de dona. declarat glo. in l. 1. §. 1. ff. eod. Cur. iun. l. 1. nu. 73. ff. si cer. per. intellige ut procedat quando est talis conditio, quæ non ex facto donatarij dependet, ut si aliquid dederit, sed pendet à mero casu fortuito, quia tunc non obstante casu fortuito est proprie donatio, ut declarat Pau. de Castro in l. 1. ff. de dona. dicitur nullo iure cogente, quoniam si soluerem quod deberem etiam tantum naturaliter hæc non donatio, sed debiti solutio dicitur, l. hoc iure §. pen. ff. eo. l. si de iust. ff. de fideiussor. Rimi. d. rub. nu. 23. hinc est quod dicebat Bar. in l. 1. nu. 1. ibi etiam Ioan. de Plat. C. de imponen. lucra. descrip. qd. † donatio, q. à parētibz, vel ab alijs in eos cōfert, q. ipis ab intestato alioquin sūt successuri, non dē liberalis donatio nec donationis diffinitionibus regitur, Arc. cōf. 17. nu. 3. Tiraq. de retra. lingna. glo. 1. nu. 47. & de communi Soarez in verbo. donatio num. 207. & Arius Pinellus in l. 1. §. 3. nu. 62. C. de bon. mater. attestat ubi de communi licet ipse teneat contrariū.

6 Hinc est etiam quod † donatio illa, quæ fit in contractu venditionis quado quis dicit, vendo tibi pro tanto precio, & si plus valet dono, illa non est vera donatio, nec ex mera liberalitate facta, sed ex eo potius quod plus de re vendita habere non potest, ut tradit Bar. in l. si tibi decē ff. de pac. Ruy. conf. 107.

7 nu. 17. vol. 1. Rim. Inst. de dona. in rub. nu. 23. dicitur volenti, quoniam non potest liberalitas volenti conferri, hoc iure, §. non potest ff. eodem. cum inuito beneficium non detur, l. inuito. ff. de regul. iur.

8 Contractus iste donationis nominatus est, cum habeat speciale nomen, ut diximus col. contractus in 4. arti. ponit Iul. Clarus in §. donatio, in prin. ibi de communi, Ripa l. fi. C. de reuo. dona. quæst. 35. sed intellige de donatione propria, non autem de donatione ob causam, quæ est contractus innominatus, scilicet do ut facias, ut declarat Iaf. in l. qui Romæ §. Flavius, nu. 2. ff. de ver. obl. Rim. Inst. in rub. de donatio. à nu. 43. vsque ad nu. 61. † donationis autem contractus iniurgenium est, & stricti iuris, cum non numeretur inter contractus bonæ fidei, l. cum qui ff. de dona. & cum non numeretur inter contractus in §. actionum, Insti. de act. & licet aliqui velint contrarium, scilicet quod immo donatio hodie sit contractus bonæ fidei, ut per Bar. in l. si ff. de cond. inde. & l. iurigenium. ff. de pacta. men intellige & concorda ut sit bonæ fidei hodie, quia habet privilegium ut pacto nudo producta actionem, d. l. si quis argentum. C. de dona. Bar. supra præci. loco. Iaf. l. si quis cum aliter. in 4. concl. n. 19. ff. de verb. obl. & intellige quod diximus supra donationem esse de iure gentium quando fit per traditionem, §. per traditionem, Insti. de rer. diuis. secus si donatio fiat per stipulationem, vel pacto modo, quia tunc est de iure ciuili, ut per glo. Institu. de donatio.

DIVISIO DONATIONIS residet.

S V M M A R I V M.

- 1 Tot sunt species donationum, quot sunt diuersitates uoluntatum.
- 2 Tres sunt species donationum secundum Accursium.
- 3 Omnes donationes rediuntur aut ad propriam aut ad impropiam.
- 4 Donatio ad hoc ut sit propria tria requirit secundū Pau. de Castro, secundum Fabr. Arc. & alios requiruntur quinque.
- 5 Donatio impropria, quæ sit.
- 6 Donatio conditionalis fit quando aliqua causa, uel modus uel tempus, uel conditio, in eius deputationem ponitur.
- 7 Donationes quæ fiunt ex causa matrimonij contrahendi etiam cum pure, & simpliciter factæ sunt presumuntur fieri ob causam futuri matrimonij.
- 8 An sponsa quæ intravit religionem consequatur donata à sponso.
- 9 Quando propter casum matrimonium non est secutum donatio facta à sponsis quomodo restituatur.
- 10 Donatio propter nuptias olim dicebatur ante nuptias, et fit in recompensationem dotis, & potest fieri ante, & post matrimonium, & si fiat ante matrimonium potest

- test excedere dotem si post non potest excedere.
- 11 Viro dissipante bona sua mulier potest agere sic propter donationem propter nuptias, sicut pro dote.
- 12 Si soluitur matrimonium aliter quàm per mortem, nunquid pactum vel consuetudo possit fieri & induci quod vir lucretur dotem, & sic mulier remaneat sine dote.
- 13 Si statuto cauetur quòd si alter coniugum pramoriatur alter lucretur dotem vel donationem propter nuptias, an debeat intelligi de morte naturali vel etiam ingressa religionis.
- 14 Hodie de consuetudine non fiunt donationes propter nuptias, sed loco carum tenetur vir obligare se & bona sua pro conseruanda & restituenda dote.
- 15 Donatio inter viuos, quæ sit.
- 16 Donatio causa mortis est illa, cum quis habere se manuū quàm eum cui donat, magis quæ eum cui donat quàm heredem suum, & in ea debet fieri mentio mortis ad hoc ut presumatur.
- 17 Donatio causa mortis tripliciter potest subdividui.
- 18 Donatio causa mortis quibus differat à donatione inter viuos.
- 19 Si est facta mentio mortis in donatione, in dubio presumitur donatio causa mortis, limitatur multis modis & casibus, in quibus licet sit facta mentio mortis, indicatur inter viuos.
- 20 Non facta mentione mortis in donatione reputatur inter viuos, limitatur tamen.
- 21 An donatio causa mortis equiparetur contractus vel ultimæ voluntati.
- 22 Distinctio & concordatio opinionum.
- 23 In donatione causa mortis requiritur presentia vtriusque partis, & solennis stipulatio.
- 24 In donatione causa mortis oritur actio ex nudo pacto.
- 25 Non requiritur aditio hereditatis post mortem donatoris, sed absque ea valet.
- 26 Si ex forma statuti mulier coniugata non potest facere contractus nec quasi contractus sine licentia viri, nec potest facere donationem causa mor.
- 27 Licet hæres vel legatarius possit repudiare hereditatem, vel legatum, tamen donatarius qui semel consensit stipulando, uel acceptando, non potest donationem causa mortis repudiare.
- 28 Pro donatione causa mor. non competit actio ex testamento nec hypothecaria.
- 29 Post mortem donantis dominium rei donatæ transit in donatarium etiam si nulla traditio facta fuit in vita.
- 30 In donatione causa mortis habebit locum ius accrescendi data coniunctione.
- 31 In donatione causa mortis detrahatur falcidia, sicut in legatis.
- 32 In donatione causa mortis non requiritur insinuatio, licet excedat summam quingentorum aureorum.
- 33 Sicut in legatis relicti in vltima voluntate sub conditione negativa habet locum cautio Mutiana, ita etiam in dona. causa mor.
- 34 Sicut in hereditatibus, uel legatis potest fieri substitutio vulgaris & fideicommissaria, ita in hac donatione.
- 35 Sicut in vltima voluntate conditio impossibilis rejicitur de dispositione, ita eodem modo in dona. causa mortis.
- 36 Capacitas uel incapacitas donatarij inspicitur tempore mortis donantis, sicut in vltima voluntate.

- 37 Sicut institutio, legatum, uel fideicommissum potest fieri inter maritum & uxorem & blaudius & uerbis deprecatus, ita inter eos potest fieri donatio causa mortis.
- 38 Alienatione voluntaria rei legata reuocatur donatio causa mortis ut legatum.
- 39 Quando donatio fieret absenti non interueniente nuncio, uel epistola, indistincte quoad omnia habetur pro vltima voluntate.

Venio ad alium ordinem, in quo diuisio donationis residet, pro cuius declaratione dicendum est ex mente Accursij in l. 1. in prin. ff. de dona. quod † tot sunt species donationum, quot sunt diuersitates uoluntatum. Sed animaduertendum quod Accursius ibi intelligit de donationibus redactis in actu, & in concreto, scilicet prout fit donatio à Titio Cario, considerando cuiuslibet voluntatem, sed nos quærimus quot species reperiantur donationum considerando donationes in abstracto, & prout reperiantur in corpore iuris, & hoc modo considerando dicebat Accursius in verbo dissoluitur, quod tres sunt species donationum, Prima dicitur donatio inter viuos, quæ simplex & proprie donatio vocatur, de qua infra. Secunda dicitur causa mortis, quæ improprie, & ob causam vocari etiam potest. Tertia dicitur inter viuum & uxorem, de qua infra col. 1. vlt. ord. Alij addebant & quartam, quæ dicitur donatio propter nuptias, de qua etiam infra.

Tu dic ex mente Iuliani Iureconfulti in l. 1. ff. de dona. quod donationum plures sunt species, sed omnes ad duo capita redigi possunt, scilicet ut altera sit donatio propria, seu pura, & simplex, & perfecta. Altera impropria conditionalis ob causam remuneratiua & imperfecta. Donatio proprie inquit Iurecō. d. l. 1. est illa, quæ statim accipientis fit à mera liberalitate descendens nullo vnquam vsu reuocanda. & animaduerte quod † ad hoc ut sit proprie donatio secundum Castren. d. l. 1. tria requiruntur. Primò, scilicet quod agatur ut statim res fiat donatarij, hoc intellige quando incipit donatio à traditione, si autem incipit donatio à promissione requiritur quod agatur, ut statim acquiratur ius & actio ipsi donatario, quare si fiat donatio sub conditione cum non acquiratur statim ius, nec dominium, non videtur proprie donatio, sed hoc intellige ut supra quando est talis conditio, quæ dependet ex facto donatarij, ut si aliquid dederit, quia tunc illa donatio erit improprie, cum censetur moueri non ex liberalitate, sed propter illud quod sperat. Verum si pendente mero casu fortuito, hoc non facit quominus dicatur proprie donatio, ita ut etiam si pendente conditione res tradatur dominij transferatur, l. si sub conditione. ff. de solu. l. dotis fructus, ff. de iure dot. & ratio est, quia cum conditio dependet à casu fortuito non censetur donans moueri ad donandum contemplatione illius casus, sed ex sua liberalitate, non tamen vult donare nisi casus eueniat, de quo etiam per Riminal. Institu. de donatio. in principio, num. 59. Secundum requisitum

ad hoc ut sit propria donatio est quod donans de ea mente & intentione ut non reuertatur ad se unquam, quia si fiat pure tamen ob causam de futuro implendam per donatariū, vel implendam in personam donantis, ut puta ob causam mortis eius, quam sperabat, similiter non dicitur proprie, quia non est simplex, sed ob causam, & ideo in tali donatione habet locum cōdictio ob causam non secuta, & habet etiam locum actio per scriptis verbis ut impleatur, quia habita relatione donationis ob causam reuelatur contractus in nominatus, in quo habet locum cōdictio ob causam, & similiter si in donatione agatur ut res reuertatur ad donantem non esset proprie donatio, & ex tali pacto iuxta contractum appositio ageretur per scriptis verbis, sed in donatione propria & simplici non habet locum, quia est cōtractus nominatus, Rim, d. loco. Tertiū requisitum est quod donator moueatur ad donandum ex mera liberalitate, scilicet si ob seruitia recepta, quia tunc non esset proprie donatio, sed remuneratio, & dicitur donatio remuneratoria, de qua L. Atilius Regulus & l. si pater. ff. de dona.

Sed secundum Io. Fab. Areti. Rim. in prin. Inst. tit. de donatio. quinque requiruntur, non tria ad hæc ut donatio sit propria. Primò quod fiat pura & mera liberalitate, sic quod donans donatario non sit adstrictus ad aliquid dandum, vel faciendū, ut l. 1. §. hoc iure. ff. eod. Secundo quod non detur ob causam ut C. od. l. si. & l. 1. §. 1. ibi Bar. ff. eod. Tertio quod sit libera, videlicet quod donans non sit obligatus ad donandū aliquo vinculo inducente actionem, vel aliquo impediendo repetitionem, quia si alijs esset quod actionem nō induceret, vel repetitionem non impediret, ut quia sic erat obligatus ad antiodora, vel confessus fuit pecuniam recepisse, quā non receperat, & erat intra biennium, non impediret, quia esset vera donatio, ut ff. eodem, l. hoc iure. §. si quis seruo, & hæc est communis opinio (dicat quid vult Riminal.) Quarto quod sit absoluta sine aliqua repetitione ut l. Senatus. §. mortis. ff. eodem. Quinto quod fiat inter viuos, de qua infra. Donatio verò impropria, seu imperfecta dicitur illa, quæ expressam tacitamve conditionem quoad effectum dantisve vtilitatem habet, quæ dicitur donatio ob causam, veluti si expressa sit conditio de aliquid faciendū, ut habetur in l. hoc iure. ff. de dona. §. 1. Insti. eod. & sciendum quod donatio condicionalis fit quando aliqua causa, vel modus, vel tempus, vel conditio in eius deputationem ponitur, nā donationes & que libet promissiones recipiunt modum, conditionem, causam, tempus, & demonstrationem, sed quando adijcitur demonstratio in donatione est proprie donatio, ut si dono, vel promitto tibi seruum, quem emi à Titio, vel cum demonstrato seruum per adiecta sic dicens, seruum meum Sticum coquū do lego, in alijs autem quatuor casibus est improprie donatio, & de causa exemplū est, ut si quis ita cum quopiam paciscatur quod velit eū donatum isto, vel illo fundo, quia fidem eius expectatus sit in summo periculo suarū fortunarū, quæ donatio dicitur remuneratiua, & posset forsan poni ex-

plum in donatione pp nuptias, de qua infra, de modo pone exemplum si cui quid donetur, ut alimentum ministret donec viuat. De tempore pone exemplū, ut cum datur alicui vinea hac lege, ut ipso mortuo ad donatorem, vel ad hæredes eius redeat, de quo Goffred. in summa tit. de cond. apposi. in de spons. vel alijs contrac. De conditione pone exemplum cum in incertum euentum aliquid donatur, hoc modo, Titius à me dono accipiet centum quāprimum ex vxore filium susceperit, l. hoc iure, §. 1. ff. de donatio. vel pone exemplum si dicam dabo tibi decem si feceris hoc, vel pone exemplum in casu Nattæ confi. 180. vbi fuit facta donatio à monacho sub conditione, ut liceret ei ad propria bona redire casu quo non posset stare inconuentu, vel pone exemplum, ut in casu Hipp. Rim. in conf. 224. vol. 2. de donatione facta sub conditione quod fieret ciuis infra annum, & quod rem donatam nec vendere nec locare posset sine licentia donantis. Vel pone exemplum si tacite insit conditio, veluti in dote, in qua inest conditio si matrimonium sequatur. Bal. Noue. de dote 6. par. prin. 50. vel exemplifica in sponsalitia largitate, quæ dōtio fit sponsæ à sponso, vel ediuerso ante subsequitū matrimoniū, iux. l. si à sponso. C. de dona. ant. nup. istæ donationes fiunt ex causa matrimonij contrahendi etiam cum pure & simpliciter factæ sunt, præsumuntur fieri ob causam futuri matrimonij, nam tacite semper subest hæc conditio in illis putatur, ut matrimoniū inde sequatur, idemque ut repetatur arrhæ, vel sponsalitia largitatis nomine donata si alter ex contractibus recedat à sponione de futuro matrimonio inter eos facta, l. cum veterum. vbi gl. C. eo. Lopez de Palacio in rub. de dona. inter vir. & vx. §. 3. sub num. 4. vbi inquit quod si fiat hæc donatio, siue dotalitium, vel sponsalitia largitas ex mera liberalitate donantis hoc expresse quod nullo casu ad donantem reuertatur, tunc donatio ista nullo casu reuertitur nec reuocatur, siue interueniat osculum, siue non, siue steterit per recipientem, siue per casum ut l. 1. in prin. ff. de dona. & l. si mater. C. de don. ante nup. quando autem donatio est simpliciter facta nihilo alio dicto præsumitur fieri, ut dixi, ob causam futuri matrimonij, atque ideo si matrimonium nō sequatur dummodo sit sine culpa donantis, & per eum non steterit quominus cōtraheretur, tunc totum illud, quod sponsus vel sponsa donauit, recuperat per cōditionem sine causa, vel retinet si adhuc non tradidit, quod intellige non solum de donatis per sponsos, sed etiam per eorum parentes & consanguineos, seu alios pro ipsis sponso, nam etiam in taliter donatis per eos inest conditio matrimonij, ut voluit gl. Cy. & alij d. l. cum veterum. vbi ampliat illam. Sed quærunto Doctores, quid dicendum sit de donatione facta sponsæ, quæ intrauit religionem, an consequatur donata à sponso, & dicendum quod non, nisi culpa ipsius donatoris, tunc n. perdit quod donauit, & si aliquid recepit, restituit, sed si steterit per vtrumque & simul in eadem voluntate concurrant, ut puta dicit sponsa, non placet contrahere tecum, & conuerso dicit sponsus, nec mihi placet,

placet, tunc locus est repetitioni & vterque repetit quod donauit. ita tenet Cy. Tac. de Arc. Sal. & alij d. l. cum veterum. scilicet tamen est secundum eos si nō concurrant in eadem voluntate, sed successiue, quia modo stetit per vnum, postea per alium, nam tunc vltima mora nocet, arg. l. illud. ff. de peri. & commo. rei vend. & l. mora. ff. sol. mat. de hoc tamen vltimo dubitat Sal. quia non videtur quod primus possit purgare moram, cum executio videatur facta à lege, quæ concessit donatori rei vindicationem, ut d. l. cum veterum. & hoc verius credit Ang. de Aretio in §. est & aliud. Insti. de dona. col. si. prædicta tamen intelligenda sunt cum distinctione osculi, de quo infra & Ang. d. §. si verò per casum matrimonium non fuerit secutum, ut puta per mortem alterius sponsi, vel vtriusque, vel propter consanguinitatē, vel affinitatem, vel alias, si quidem sponsus fecit d. donationem, & non interuenit osculum, tota donatio reuocatur, & res donatæ redeunt ad sponsum, vel eius hæredes: si autem osculum interuenit resoluitur donatio pro parte dimidia tantum, id est medietas rerum donatarum remanet cum sponsa, vel hæredibus suis, alia verò medietas redit ad sponsum vel ad suos hæredes, ut d. l. si à sponso. C. de dona. ante nup. intellige nisi ipsa sponsa sciens impedimentum contraxerit, propter quod matrimonium fuit separatim, vel verius declaratum nullum, quia tunc nihil habebit ratione osculi per prædicta per l. fin. §. si à socero, ff. de his quæ in frau. cred. vide gl. in l. si à sponso. C. de dona. ante nup. tex. l. 1. C. de cond. ob causam, & tunc applicatur fisco res donata, si matrimonium non fuit carnali copula consummatum, l. cum hic status. §. si. ff. de dona. inter vir. & vx. si autem fuisset matrimonium carnali copula consummatum res donatæ à marito impedimentum scienter remanere debent cum vxore ignoranter recipiente per tex. singularem in l. si. ff. de leg. 1. l. 2. C. de his qui. ut in dig. vbi qui accipit vxorem illegitimè sciet ab ea non capit, sed ipsa bene capit ab eo, ut tenet Bal. Nouel. trac. de dote, car. 140. col. 3. Lopez in rub. de dona. inter vir. & vx. §. 3. num. 7. intellige etiam supra dicta si sponsa aliquid donauit sponso, nam totum illud debet sibi restitui, & insuper habebit medietatem rerum sibi donatarum à sponso si osculum interuenierit, aliàs totum restituet, ut voluit Cy. in d. l. si à sponso. in fi. quoad ea enim quæ sponsa donat sponso, siue interueniat osculum, siue non, totum reuocatur & redit ad ipsum donantē, vel eius hæredes, ut d. l. si à sponso. ratio diuersitatis inter vnum casum & alium potest esse, quia sponsa vtroque casu, scilicet quando ipsa donat, vel recipit donationem grauatur, & verecundia afficitur: sponsus verò ipso osculo redditur alacrior & letabundus, & ideo propter osculum dicitur quid mulier abesse, cum forsan propter hoc facilius nō inueniat alterum vxorem eiusdem conditionis, viro tamen hoc nihil nocet, ideo vtroque casu fit interpretatio pro muliere.

10 Sed pro complemento huius materiæ est etiam sciendum quod donatio propter nuptias olim dicebatur ante nuptias, & hæc donatio fit in recompen-

sationem dotis, & potest fieri à viro siue prius quàm contractum sit matrimonium, siue post contractū, ut d. l. si. & si fiat ante matrimonium potest excedere quantitatem dotis & infra subsistere, ut C. de pac. conue. super dot. l. ex more & in auth. æqualitas. sed si constituatur contracto matrimonio non debet excedere quantitatem dotis, ut l. si constante & l. si. §. si igitur dote iam præstita. C. de dona. ant. nup. vi de Auth. de æqual. dot. colla. 7. gl. in §. est aliud Inst. de dona. & ista donatio propter nuptias dicitur antipherna ab enti quod est cōtra, & pherna quod est dos, quasi contrados, & sic est donatio reciproca, & hodie quidquid esset antiquitus qualitercumque oportet quod sit æqualitas tam in donatione propter nuptias cum dote quàm in lucro super vtroque per auth. dos data. C. de dona. propter nup. & ista donatio propter nuptias ideo fieri solet, ut mulier sit securior in dote ut dicit glo. in auth. dos data. C. de donat. an. nup. ver. meretur. nam res suas alienare potest & consentiente vxore renunciari potest iuri hypothecario, quod vxor habet in alijs bonis mariti, l. etiam. C. ad Sena. consul. Velleia. sed in donationis propter nuptias alienatione, aut obligatione non potest mulier renunciare iuri hypothecario pro iure suo, quod habet in hac donatione propter nuptias, nec valet consensus mulieris, ut in auth. siue auia. C. ad Velleia. nisi interueniat iuramentum, ut in c. licet. de iur. iurando, lib. 6. aut duo alia concurrant Primò quod vxor consentiat post biennium secunda vice, secundum quod tantum sit in facultatibus viri ut indemnitati vxoris possit consuli non solum tempore cōtractus (ut dixerunt quidam) sed etiam tēpore quo vxor agere potest ut notatur in d. auth. siue auia. vel quod per. 30. annos tacuerit, licet secundo non cōsenserit, ut not. Panor. in c. peruenit, de emptio. & vend. Item † viro dissipante bona sua mulier potest agere sic propter donationem propter nuptias sicut pro dote, l. vbi. C. de iur. dot. & soluto matrimonio donatio propter nuptias reuertitur ad mulierem, ut l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vx. actio. nisi pactum aliud habeat, quoniam si pactum est quod lucretur vxor donationē propter nuptias & vir econtra lucrabitur dotem, cum d. l. si. C. de dona. propter nup. dicat quod pari passu vadunt, scilicet quoad pactum, quia equalis erit de lucrando donationem, vel dotem, & hoc verum nisi ex consuetudine sit derogatum d. auth. dos data, ut in multis locis est Italiæ, & ideo serua illam, ut notat Abbas in c. donatio. de dona. int. vir. & vx.

12 Sed quæro, quid si soluat matrimonium aliter quàm per mortem, nunquid pactum, vel consuetudo poterit fieri, & induci quod vir lucretur dotem & sic mulier remaneat sine dote. Respondetur secundum Host. quod non, ut no. in d. c. donatio, de dona. inter vir. & vx. sed de hoc dicemus alibi.

13 Sed iterum quæro, statuto cauetur quod si alter coniugum præmoriatur alter lucretur dotem, vel donationem propter nuptias an debeat intelligi de morte naturali, vel etiam de ingressu religionis. Respondetur secundum aliquos, debere intelligi de morte na-

te naturali, non de ista ciuili, ita voluit Anch. conf. 273. & conf. 138. Felinus rub. de spon. col. 4. Petr. de Vbal. c. Raynutius, col. 50. de testame. Sebastian. Medices trac. mors omnia soluit, par. 2. conc. 65. nu. 212. qui nititur concordare. & pro hac opinione facit, quia verba statuti sunt facti. & in facto constat. c. 1. de consti. nec recipiunt casus fictos, vt le. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & statutum debet intelligi naturaliter, non autem ciuilitate. l. ex parte. §. in solam. ff. de verb. oblig. l. sed & si. §. tam igitur. ff. de dona. inter vi. & vxor. l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. 2. immo nec expresse per statutum posset prouideri, quod muliere ingrediente religionem vir lucretur partē dotis cum libertas religionis grauarietur, & tolleretur animus melius agendi, Docto. cap. in præsentia de proba. authen. nisi rogati. C. ad Trebel. authen. si qua mulier. C. de sacrosan. ecclesi. §. si vero, Auth. de sanctis. epi. Alex. conf. 121. vol. 2. Ruy. conf. 98. lib. 2. & etiam quia disponeret statutum de rebus personæ religiose quod non potest, c. si. de rebus eccle. non alie. & alijs etiam rationibus quas vide per te ipsum apud Doctores. sed contraria tamen opinio videtur esse communis, quod immo vir, vel vxor lucretur dotem per mortem ciuilem, & sic per ingressum religionis, Docto. l. Deo nobis. C. de episc. & cle. ibi glo. & Bal. §. illud, Auth. de monach. §. si vero, Auth. de sanctis. epi. Iaf. qui attestatur de communi conf. 135. vol. 1. Boer. deci. 22. nu. 9. Bal. Nou. trac. de dote, priu. 11. Agust. Bero. c. in præsentia, nu. 477. de proba. Doct. l. si cum dotem, ff. solu. matrimo. Sebastia. Medices d. tracta. mors omnia sol. Sed quid si ex pacto sit, vt lucretur altero præmoriēte dic ip pactum manet validum, qui nimo purificatur per ingressum religionis, vt dic. l. Deo nobis, & Auth. de sanctis. epi. §. si vero. Vnum tamen non omitto quod hodie de consuetudine non fiunt istę donationes propter nuptias, vt dicit glo. in auth. equalitas, C. de pac. con. super do. sed in locis, in quibus tales donationes fieri nõ confueuerunt, quamquam vir eas facere non teneatur, tenebitur tamen obligare se & bona sua, si habet, pro dote conseruanda, & restituenda; si autem vir non habeat bona, eius pater tenetur obligare se & bona sua pro conseruanda & restituenda dote nurus in casu restitutionis dotis, ita Dynus. in le. si cum dotem, §. transgrediamur. ff. solu. matrimo. ibi Barto. Imo. & Castren. conf. 176. Lopez de Pala. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 21. est etiam aliquid hic dicendum de donatione inter viros, & vxorem sed de his dicemus inf. col. 1. & alibi etiam dicemus de donatione expressa, vel tacita.

Quæ omnes supradictæ donationes aut sortiuntur effectum viuētibz, aut mortuis donatoribus, hoc est aut donatione inter viuos, aut donatione causa mortis, & omnes ad hæc duo capita reduci possunt. Donatio igitur inter viuos est proprie donatio, vt diximus sup & sic reuocatur sub generali diuisione, & dicitur donatio inter viuos quotiescumque adhibetur in donationis instrumēto vel contractu verbum irreuocabilis, vbi ita donatur. l. Senatus. §. 2. ff. de dona. & l.

sed interim. §. i. ff. de dona. inter vir. l. non omnis. ff. si cer. pet. Fran. Marza. conf. 61. num. 8. ideo dicebat Castren. & Doc. d. l. vbi ita donatur. quod donatio causa mortis ita facta vt reuocari non possit dicitur potius inter viuos, Romanus consilio 26. & nos infra.

16 Donatio verò causa mortis est improprie donatio, & est illa cum quis habere se mavult quam est cui donat, magisque cum cui donat quam hæredẽ suum, Doc. l. quæ dotis, ibi Iaf. sub nu. 39. ff. solu. matrimo. & ad hoc vt sit donatio causa mortis requiritur quod fiat mentio mortis, tuncque præsumitur donatio causa mortis, aliàs secus, gl. Bar. Ange. Cuma. Imo. & ceteri Doc. in l. Scia. §. si. ff. de dona. Arc. in prin. Insti. de dona. ibi Rimi. num. 316. de communi Iaf. l. quæ dotis. num. 19. ff. solu. matrimo. Doc. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Dec. l. si. num. 20. C. de pac. & idem Dec. conf. 305. Bertran. conf. 58. num. 6. vol. 2. Gram. conf. 125. nu. 1. in ciu. Alex. conf. 14. in prin. vol. 1. Paris. conf. 90. in prin. vol. 3. Boeri. deci. 353. in prin. Quæ donatio causa mortis tripliciter potest subdittingui, seu considerari secundum Iurecon. in l. 2. ff. de dona. causa mor. Primò cum quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortali donat. Alia est species mortis causa donationum, cum quis imminente periculo commotus ita donat, vt statim fiat accipientis. Tertium genus est donationis si quis periculo mortis non sic det, vt statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors secuta fuerit, vt per Vlpia. Iure. in d. l. 2. quæ donationes cum diuersis sint, diuersos etiam habent effectus vt dicemus infra col. 1. vt. or. & donatio causa mortis hodie fieri potest nudo pacto sicut donatio inter viuos, iux. gl. approbatam in l. cum pater. §. Mæuij; ff. de leg. 2. & in hoc conuenit donatio causa mortis cum donatione simplici, siue inter viuos, quia vtraque donatio est, & vtraque inter viuos conficitur & traditur.

18 Differt tamen, quia donatio causa mortis reuocatur ex penitētia, donatio inter viuos non reuocatur, vt l. qui mortis causa. ff. de dona. causa mor. Item differt quia in donatione causa mortis requiruntur quinque testes nisi sit inter liberos, in quo casu duo tantum possunt adhiberi testes. At in donatione inter viuos regulariter sufficiunt duo testes, vt l. si. C. de dona. cau. mor. & aduertendū quod quotiescumque dubium est an aliquis voluerit facere donationem causa mortis, vel donationem inter viuos, oportet recurrere ad coniecturas, & videre quæ fortiores fuerint inferentes voluntatem præsumptam donantis, vt per Dec. conf. 293. Crauet. conf. 52. num. 4. & conf. 139. num. 10. Afflic. in c. si quis, nume. 26. de seu. da. in vi leg. commit. Gul. de Bened. in c. Raynu. de testam. ver. testamentum, 19 num. 13. Bolog. conf. 7. in dubio autem si est facta mentio mortis præsumitur donatio causa mortis, vt dixi alias, qui id dicit debet probare, quia de se non præsumitur etiam hæc est communis conclusio, vt attestatur Riminal. Insti. in prin. de dona. nu. 29. vbi plures citat.

Hæc

Hæc tamen communis conclusio limitatur in nonnullis casibus, in quibus licet sit facta mentio mortis, tamen reputatur inter viuos donatio. & prius est quando constat quod donans habuit animum donandi inter viuos, quia tunc non obstante mentione mortis iudicatur & reputatur donatio inter viuos, cum in claris non sit opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. exemplum si dictū fuerit titulo & causa donationis inter viuos, & pure se donare, prout voluit Bart. Iaf. Alex. Imo. Cuma. & alij in d. l. quæ dotis. ff. solu. matrimo. Dec. conf. 305. in prin. & 470. col. 2. Alexan. conf. 14. vol. 1. in prin. Iaf. conf. 5. col. penul. vol. 3. & conf. 169. vol. 4. col. fin. Ripa resp. lib. 3. cap. 9. col. 3. Bart. l. fina. col. pen. C. de pact. ibi dicit donationem causa mortis censeri, facta mentione mortis nisi sit expressè dictum quod sit inter viuos.

Secundus casus est, quando in donatione non interuenissent quinque testes, qui testes debent adhiberi in donatione causa mortis, c. fina. ibi notat. C. de dona. cau. mor. & est communis opinio, & in isto casu adhuc, vt donatio potius valeat, quam pereat iudicatur, & reputatur donatio inter viuos, nõ obstante mentione mortis facta, Alex. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obliga. nu. 15. ibi Buttigel. nu. 34. Gallia. l. 1. §. si quis ita. nu. 10. ff. de verb. obliga. Perrus, & Cynus. l. licet. C. de pact. ibi Dec. in princ. Alex. l. quæ dotis nu. 13. ff. solu. matrimo. Iaf. num. 46. Ruy. l. 2. col. 23. ff. de lega. 1. Gugliel. de Bened. c. Raynutius. de testamen. in verbo testamentum. 4. Corn. conf. 124. vol. 1. & 254. colum. fina. vol. 3. & 259. vol. 4. & 223. col. 2. vol. 1. Paris. conf. 90. nu. 4. vol. 3. Bertran. conf. 88. nu. 2. vol. 2.

Tertius est casus quando mentio mortis esset facta in verbis executiuis, vt si quis alteri fundum donaret reseruato sibi vsufructu vsque in tempus mortis, nam illa verba causa dilationis potius, & executionem demonstrandi apposta dicuntur, quam vt causa finalis donationis, vt per Bal. in addit. Spe. in tit. de instrumen. editio. col. fina. ver. si quis donat. & in conf. 138. vol. 1. Socin. in conf. 53. col. 2. vol. 1. & conf. 137. eo. vol. col. 2. & 232. vol. 2. Deci. conf. 305. & conf. 500. nu. 10. & in l. more nu. 73. ff. de iurifom. iu. & l. si. nu. 20. C. de pac. Gratus conf. 11. nu. 18. vol. 1. Alex. d. conf. 14. num. 11. & in l. quæ dotis ibi etiam Iaf. ff. solu. matrimo. Iaf. conf. 169. colum. fin. volum. 4. Crauet. conf. 214. Ruy. conf. 51. nu. 3. vol. 1. Gugliel. Bened. repet. d. cap. Raynutius. num. 23. Boeri. deci. 353. nu. 12. & ratio est illa, quam ponderat Alex. in conf. 77. col. 2. vol. 5. dicens ex illis verbis nullam posse considerari contrarietatem, quod donatio sit inter viuos, & causa mortis, si quidem respectu vsufructus erit causa mortis, & respectu proprietatis erit inter viuos.

Quartus casus est, quando mentio mortis reperitur facta in genere tñ, non in specie, exemplum si mulier donaret quocunque modo soluto matrimonio, sub quibus verbis generalibus casus etiam mortis comprehenditur, non autem inducitur donatio causa mortis, sed inter viuos reputatur, vt per Salice. in l. 2. ad fin. C. de iud. q. Gug. de Bened. d. c.

Raynutius. verbo testamentum. 4. nu. 32. glo. Alex. & Doct. l. quæ dotis, ff. solu. matrimo. Alex. nume. 10. & Aque. nu. 9. Soci. conf. 72. nu. 5. vol. 3. & est ratio quia quando quid debet fieri specialiter non sufficit id fieri verbis generalibus, gl. ibi Card. clem. 1. in ver. specialiter, de iud. gl. Bar. Bal. Alex. Fulg. Iaf. & alij l. 1. in ver. specialiter, ff. si quis in ius vocan. Tiraquel. de leg. conu. in ver. expref. gl. 5. numero 118.

Quintus casus est, quando donatio omni meliori modo, iure, & forma, quibus magis potuit donatio fuerit celebrata, tunc enim præsumitur inter viuos non attenda mentione mortis, cum meliori modo & magis donatur quando inter viuos quam causa mortis, quare idem esset dicendum si in ipsa donatione dicatur quod libere dat & consignat, & idem esset si donator diceret velle donationem omnino valere aut confirmatam fore, non enim donatio causa mortis omnimodam recipit confirmationem in vita donantis. glo. in l. post legatum §. qui mortis. ff. de his qui. vt indig. cum varijs modis sit reuocabilis, si vult ergo donator omnino eam interim conseruari, aut valere, præsumitur eum inter viuos donare, vt tradit Corne. conf. 289. col. 7. vol. 4. Crauet. conf. 214. in fi.

Sextus casus est, quando merita donatarij præcesserunt, tunc præsumitur donatio inter viuos, non obstante mentione mortis, vt sic fiat efficacior: nam cum necessitas remunerandi præcederet, præsumitur donatio facta ob illam causam, l. si non remunerandi. §. inde Papinianus. ff. mand. & regulare est quod propter benemerita præcedentiã præsumatur donatio facta, licet id expressum non sit, gl. no. quam sequitur Bar. Alex. Iaf. Dec. & alij in l. si donatione. C. de colla. Tiraq. in l. si vquam. C. de reuo dona. in ver. donatione, n. 47. cum seq. vide Bal. in l. si mortis, ante med. C. ad leg. Fal. Rimi. sen. l. si. C. de pecu. columna 4.

Septimus casus est, quando in donatione esset facta mentio hæredum donatarij, nam tunc censetur donatio inter viuos non obstante mentione mortis, & pro cautela posuit Ferr. in caute. 30. Iaf. cõf. 5. vol. 5. Boeri. deci. 353. nu. 12. Dec. d. l. quæ dotis. Alex. conf. 13. & conf. 7. vol. 6. & nos dicemus alibi. & aduertendum quod non reputatur absolute donatio inter viuos, seu quoad casum tantum expressum si donatarij præmori contingat, sed tamen non procedit hic casus quando præsumptiones plures in contrarium militarent, tunc enim mentione hæredum non attenda donatio causa mortis remaneret, vt tradit Dec. conf. 470. col. 2. vbi plures coniecturas pōderat. Similiter non procedit, quod mentio hæredum sit facta in verbis executiuis ad instar mentionis mortis ibidem factæ. Tertio non procederet quando alias donatio non valeret, tunc enim mentione hæredum non attenda donatio velut causa mortis esset iudicanda: exemplum in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, quæ non valet facta inter viuos, cum auferat facultatem testandi, mentio namque sola hæredum ibi facta non argueret eam esse inter viuos, cum sic

fic non valeret, imò ad hoc vt subfinceretur potius quam periret reputatur donatio causa mortis, quæ liberam facultatem testandi non tollit, vt declarat Gratus consi. 70. nu. 6. vol. 1.

Octauus est casus quando quis donaret alicui ir-reuocabiliter, nisi in casu superuenientia filiorum, nam tunc non obstat mentione mortis reputatur donatio inter viuos, cum d. exceptio reuocandi donationem in casum filiorum superuenientium non conueniat donationi causa mortis, sed inter viuos tantum videatur facta donatio, vt tradit Ruy, consi. 123. num. 7. vol. 1. & consi. 62. nume. 12. vbi præsupponit, l. si vnquam. C. de reuocan. dona. non habere locum in donatione causa mortis, per Tiraq. d. l. si vnquam. in ver. donatione, num. 203. quâuis prius tenuisset contrarium cum Castren. consi. 434. vol. 1. & Corne. consi. 244. vol. 4. & quod non habeat locum, tenet etiam Ripa d. l. si vnquam. q. 10. Decif. Pedem. decif. 120. ibi de magis communi opinione, & nos in fra col. fi.

Nonus casus est quando in donatione reperitur appositum pactum de non reuocando, tunc reputatur donatio inter viuos non attenda mentione mortis, lege, vbi ita donatur, ibi Castrensis ff. de donatio. & de communi opinione attestatur Did. Cou. in rub. de testa. in 2. nu. 2. & inter cõmunes posuit Michel Grassus in verbo donatio lib. 1. c. 8. quæst. 1. R. Rol. consi. 8. vol. 1. & nos infra, col. 5. vlt. ord. & ratio est, quia fortior præsumptio videtur esse illa, quæ resultat ex pacto de non reuocando, quod est contra substantiam donationis causa mortis quàm præsumptio resultans ex mentione mortis, vt tradit Butigella in l. stipulatio hoc modo nu. 38. ff. de verb. obli. quod procedit nedum quando pure & simpliciter quis promittit nullo casu donationem reuocare, verum etiam si in euentum alicuius conditionis promittit eam donationem non reuocare, & illa conditio postea euenit, vt tradit Pan. de Cast. consi. 99. quem refert Andre. ab Exea lib. pacto. num. 503. cum purificata conditio sit acti actus fuisset ab initio pure factus, Dec. consi. 79. & 187. Sublimitari tamen debet hic casus, vt non procedat quando tale pactum de non reuocando transferendo donationem causa mortis in donationem inter viuos redderet ipsam donationem nullã & inualem, tunc enim remaneret donatio causa mortis non obstante d. pacto, vt sic valeret potuissimam periret, iux. l. quoties. C. de reb. dub. exemplum dari potest in donatione omnium bonorum presentium & futurorum sub mentione mortis facta cum pacto de non reuocando: si enim vis reputare donationem inter viuos, redditur nulla, cum impediat liberam testandi facultatem, ergo potius reputari debet donatio causa mortis nõ obstante d. pacto & sic valida, cum potestatem testandi non impediat & sic isto casu regula l. ita donatur, non procedit Soc. consi. 130. vol. 1. col. pen. Gratus consi. 70. vol. 1. Decif. Neapo. 138. nu. 6. And. ab Exea lib. pacto. nu. 504. per Cast. consi. 101. refert eum Alex. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 19. licet fuerit sibi contrarius in l. quæ dotis, num. 1. quem sequitur

Gugli. de Bened. d. c. Raynutius. Quinimo d. conclusio sublimitatur nedum quando donatio reddetur nulla in totum, sed etiam quando pro parte nõ valeret, exemplum in donatione vltra 500. aureos facta sub mentione mortis cum pacto de non reuocando sine insinuationis interuentu, si enim ex vigore dicti pacti reputaretur donatio inter viuos ex defectu insinuationis vitaretur in excessu, l. sanctimus. C. de dona. atsecus si reputemus eam causa mortis, quoniam in ea non requiritur insinuatio, l. si. C. de dona. ut ergo in ea parte non pereat iudicari debet donatio causa mortis, non obstante d. pacto de non reuocando vt voluit Ang. consi. 254. refert & sequitur Gugli. de Benedic. d. c. Raynutius nu. 29. regulariter autem reputatur donatio causa mortis quando mentio mortis fuit facta vt supra.

20 & non facta mentione mortis reputatur regulariter inter viuos, & hæc est altera conclusio, quæ pariter recipit aliquas limitationes.

Prima est quando de reddendo conuentum esset, l. Seia. §. si. ff. de dona. vbi deciditur per Inrecom. donationem esse inter viuos, quia sine vlla conditione redhibendi donatum fuit, ergo à contrario sensu appositæ conditione redhibendi sensit donationem esse causa mortis, ita Bar. lmo. ibi no. quod infirmus præsumitur in dubio donare inter viuos, nisi fiat conuentio de reddendo.

Secunda est limitatio quando infirmus donaret simpliciter pro loco, & ex illa infirmitate moreretur, tunc enim donatio præsumitur causa mortis, licet mentio mortis non fuisset facta, cum pro anima intelligatur facta, ita glo. Butr. in c. de his de sepul. Roma. consi. 229. in prin. Alex. consi. 81. col. 1. vol. 2.

Tertia est limitatio quando donatio simpliciter facta valere non posset, vt inter viuos, tunc etiam reputatur causa mortis, vt valeret, Bald. consil. 108. vol. 3. alias 306. vol. 1. Grat. consi. 70. vol. 1. Crauet. ta. consi. 52. vol. 1. nu. 4. Decif. Neap. 338. num. 8. exemplum in l. apud Celsum. §. Iulianus. ff. de excep. doli. inducendo, vt per Socin. in consi. 130. col. pen. & 137. colum. 2. volum. 1. per Crot. in rub. de leg. 1. col. pen.

Quarta est limitatio quando in donatione simpliciter facta adhiberentur quinque testes, quia tunc reputatur donatio causa mortis, Decif. consil. 470. col. 2. Corne. consi. 124. & 126. vol. 1. Goza. consil. 80. nu. 15. & isto casu præsumitur inter viuos, tres testes essent superuacanei vltra duos.

Quinta est limitatio quando donatio fit tempore pestis, siue ab infirmo ex peste, siue à quolibet existente in loco contagioso, Ripa trac. de peste. 2. par. nu. 172. Cor. consi. 124. vol. 4.

Sexta est limitatio quando quis ingrederetur religionem protestando, quod intrat conditionaliter animo probandi, vel quod per hunc actum non intendit profiteri, & simpliciter donaret monasterio bona sua, vel alteri, talis dicitur donatio causa mortis, licet non sit facta mentio mortis, quia videtur facta sub tacita conditione si mors ciuiliis, hoc est professio sequatur, quare si reuertatur ad se-

culum non habet locum d. donatio, postetque repeti iux. l. mortis causa. ff. de dona. cau. mor. ita Host. Ioa. Andre. Abb. Card. Ancl. lmo. cap. pen. de reg. Iaf. in auth. si qua mulier ad si. C. de sacros. eccl. Narr. consi. 180.

21 Sed iuxta prædicta quæro, an talis donatio causa mortis æquiparetur contractui, vel vltima voluntati, & sic an donatio causa mortis regulari debet secundum leges, & statuta loquentia de contractibus, & licet aliquando inter Doctores de hoc maxima fuerit controuersia, vt inquit Marf. sing. 136. vbi inquit quod illa videtur magis communis opinio secundum Ludo. Roma. consi. 75. vt comparatur vltimæ voluntati, sed per Boer. decif. 34. nu. 12. asseritur contrariam opinionem esse communem, de qua communiori attestatur et Rimi. Infti. de donatio. in prin. sub nu. 516. Tamen ego reperio quod ex mente Doctorem ferè omnium ita distinguendum esse videtur, vt diximus

22 nec esse meram vltimam voluntatem, nec contractum, sed quid mixtum, vt dicebat Fabian. de Mon. re in trac. de emptio. & vendi. in 4. quæst. prin. nu. 2. 1. quod donatio causa mortis non est mera vltima voluntas, sed accedit etiam contractui, siquid respectu formæ solennitatis, & ordinationis, hoc est dum in esse de iure æquiparetur contractui arg. tex. in l. inter mortis causa. ff. de don. cau. mor. vis habetur quod ista donatio causa mortis requirit præsentiam partium, item stipulationem, vel traditionem. l. tam is. §. 1. ff. de dona. cau. mor. dum ibi dicitur, quod licet filiusfam. non possit testari etiam de consensu, & licentia patris, tamen bene potest donare causa mortis. Nec obstat tex. in l. si. C. de dona. cau. mor. vbi in donatione causa mortis requiruntur quinque testes sicut in codicillis, quia respondetur, quod ideo requiritur maior solennitas, quia effectus conferretur post mortis tempus, quo donator non reperitur viuos, vt possit se defendere, verisimiliter timere potest falsitas, ideo requiritur maior solennitas, sicut alias ex ista causa & ratione requiritur in vltima voluntate. Præterea videmus quod in contractibus ex aliqua causa requiritur maior numerus testium, & maior solennitas, vt l. si. cum auth. ibi posita. C. si cer. peta. & l. testium. C. de testi. Sed postquam est in esse deducta ista donatio causa mortis, & sic quoad effectum & efficaciam, censetur vltima voluntas, & illi æquiparatur, quia morte donantis confirmatur & antelicitè potest per eum reuocari. l. ff. de dona. cau. mor. & l. senatus. §. 1. ff. eo. de dona. cau. mor. non videtur eod. §. 1. Infti. de dona. Ista resolutione tenet Bal. l. 2. ff. de leg. 1. ibi Cast. l. de lmo. Are. Cum. Alex. Socin. Iaf. Lancello. Ripa & alij ita intelligenda est gl. ordinaria, quæ semper ad hoc allegatur propositum in l. 2. in prin. in ver. legatum. ff. de do. præleg. quam communiter esse approbatam inquit Socin. consi. 130. nu. 9. lib. 1. Iaf. l. cum antiq. nu. 2. C. de testa. idem tenet Bal. in l. cum hi. ff. de transact. l. lectu. col. fina. Angel. Aret. in §. 1. Infti. de dona. & Rimi. in prin. eo. sub num. 572. &

631. Gugli. de Bened. c. Rayn. de testa. ver. testam. tum 4. nu. 34. Gugli. Mainz. in l. in testamentis, nu. me. 2. ff. de reg. iur. Alciat. in l. 2. in prin. ff. de verbo. oblig. Iuli. Clarus. §. donatio. quæstio. 5. Paris. consi. 97. nu. 5. vol. 3. Gomef. cõmen. iur. titu. de donati. sub nu. 16. Michael Crassus tracta. de success. ex testa. 2. §. donatio causa mortis. quæstio. 2. ex quo infertur ad multa singularia circa hanc materiam scilicet, quod cum respectu formæ, & ordinationis donatio causa mortis æquiparetur contractui requiritur præsentia vtriusque partis, & solennis stipulatio. tex. est in l. inter mortis. ver. 1. ff. de dona. causa mor. ibi gl. ord. & communiter Doctores, quod ita declaratur, nã si res non fuit tradita, sed interuenit stipulatio competet efficax actio ipsi donatario post mortem donantis contra hæredes eius, si vero res fuit tradita dominium translatum est licet reuocabiliter, quia donator potest penitere, sed post mortem donatoris remanet apud donatarium irrevocabiliter, & perfectè, nec competit, vel oritur sibi aliqua actio, vel obligatio, ex eo quod contractus inceptus à traditione, quia habet iam consummatum effectum, vt probat tex. l. si mortis cã res donata. ff. de dona. cau. mor. ibi glo. & Docto. communitè & text. in l. qui mortis, cõ. tit. ibi Doctores. Neque obstat si diceret, quod ex nuda & simplici traditione rei non transit in alium dominium, nisi interueniat titulus, & causa habilis & sufficiens, vt in l. nunquam nuda. ff. de acqui. rer. dominio. cum similibus. sed in casu nostro donatio causa mortis non est perfecta nec valida in vita donatoris, sed virtus, & effectus eius est suspensus in tempus mortis tanquam in actu conditionali, ergo non potest de iure transire dominium, quia respondetur, quod illud est verum quando nulla subest cã, vel titulus re, vel spe, secus vero quando subest saltem spe de futuro ratione contractus conditionalis. tex. est in l. dotis fructus. §. si. cum lege sequen. ff. de iure dotium, ibi Doctores communiter, & le. contractus. C. de fide instr. ibi glo. ordina.

Infertur etiam quod cum hodie ex nudo pacto donationis oriatur actio l. si quis argentum. §. fin. autem. C. de dona. vt etiam diximus supra in prin. quod similiter oriatur in donatione causa mortis prout tenet gl. sing. & vnica in l. cum pater. §. Mar. uio. ff. de leg. 2. Bar. l. 1. ff. de dona. cau. mor. Angel. in l. cum ex causa. ff. de re iudi. & l. 2. ff. de publ. & §. in personam, Infti. de actio. ibi etiam Iaf. col. 10. nu. me. 51. Bal. in l. si quidem. C. de actio. & obli. & in l. cum hi. ff. de trans. lectu. 1. col. fina. glo. l. 2. C. de iure dotium. in glo. mag. in fine. Alex. licet. colam. 2. C. de pact. Deci. & Cagno. in l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. Alex. l. cum ex causa. ff. de re iud. Caccialup. tracta. de pac. in 6. quæstio. princ. num. 48. Aret. tracta. de testi. gl. 100. nume. 5. Bertran. consi. filio. 156. vol. 1. nu. 11. Ruy. consi. 54. col. 2. vol. 1. Andre. Siculus in rub. ext. de dona. col. penul. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuo. dona. in verbo donatio. ne. Gozad. Hispanus in l. iuris gentium. §. quinimo. in vltim. car. de pac. Ritni. de dona. in prin. nume. 211. Iaf. Ripa. Gugli. Ponta. Soci. Aret. Alexan. communiter

niter in l. 2. ff. de leg. r.

- Similiter infertur quod non requiritur aditio hæredi-  
 25 tatis post mortem donatoris, sed absque ea valet & te-  
 net donatio & potest exigi. gl. l. filia. C. fa. cre. Mar. lin.  
 63. Rim. Inst. de do. suprad. loco declarando hoc mo-  
 do quod si traditio fuit secuta dominium est confir-  
 matum morte, tamquam ex contractu conditiona-  
 li purificata conditione, nec eget actione vel peti-  
 tione: si verò non fuit secuta, sed sola promissio tunc  
 dabitur curator bonis, & hæreditati iacenti, & tan-  
 quam creditor ex contractu petet ab eo prædicta  
 donationem, cuius ratio est, quia donatio causa mortis  
 confirmatur morte, non verò confirmatur tes-  
 tamento vel codicillo, vel alia vltima dispositione,  
 vt per iura supra allegata & per text. in l. post leg-  
 atum. §. qui mortis. ff. de his quib. ut indign. ibi  
 gloss. Imo. & Doctor. & l. sequens quæstio. ff. de leg-  
 a. 2. ibi Bar. Imo. & alij. Mar. sing. 63. Confirmatur  
 etiam quia simile videmus in donatione inter pa-  
 trem, & filium, & donatione inter maritum, & vxor-  
 em, quæ non valet a principio nec est perfecta, nec  
 consummata, sed postea confirmatur morte do-  
 nantis tamen non requiritur aditio hæreditatis. gl.  
 est singularis in l. filia. glo. 1. in fi. C. fam. cre. ibi  
 Bald. num. 8. & alij Doctor. communiter & reputat  
 ibi singularem & vnicam Ange. qui dicit quod licet  
 legata quantuncunque pia & priuilegiata requi-  
 rant aditionem saltem ab intestato, vt l. 2. ff. de fi-  
 deic. liber. & not. in l. tamquam. C. de fideico. tam-  
 ista donatio non requirit aliquam aditionem testa-  
 mento, vel ab intestato, prout declarat etiam Bald.  
 in l. 2. ff. de leg. 1. & l. cum quis. ff. de cond. cau. da.  
 & non secu. idem Bal. in l. si mortis. C. ad leg. falcid.  
 ibi alij Doctores. idem Bald. in l. cum virum. C. de fi-  
 deicom. ibi Barto. & alij & Moderniores. l. qui Ro-  
 ma. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. Roma. in l.  
 in mortis causa donationibus. ff. de donatio. causa  
 mort.
- 26 Præterea infertur quod si ex forma statuti mul-  
 licer coniugata non possit facere contractus nec qua-  
 si contractus sine licentia viri, quod similiter non po-  
 terit facere donationem causa mortis, cum æquipa-  
 retur contractui quoad sui formam solemnitatem, &  
 ordinationem, vt tenet Anchar. confi. 384. Alex.  
 Areti. & alij in l. 2. ff. de verbo. oblig. l. §. omnium  
 Institutio. de actio. Abbas, confi. 40. volum. 2. l. l. 2.  
 num. 8. ff. de lega. 2. ( licet contrarium teneat ibi  
 Romanus. ) & de communi attestatur Ripa d. l. 2.  
 num. 10. Guglie. Ponta. num. 32. Corne. confi. 41.  
 colum. 2. volum. 1. Decius confi. 279. Paris. confi.  
 97. num. 4. vol. 3. qui pariter testatur de communi  
 Guglie. Benedic. cap. Raynutius, de testam. in ver-  
 bo testamentum. 4. num. 35. Rimi. Insti. de donatio.  
 in princip. num. 592. Tiraquell. de legi. connubia.  
 in verbo, contracter. gloss. 3. quæstio. 4. ubi late.
- 27 Quinetiam infertur quod licet hæres vel legatari-  
 us possit repudiare hæreditatem, vel legatum: ta-  
 men donatarius qui semel consensit stipulando, vel  
 acceptando non potest donationem causa mortis  
 repudiare: ex quo sequitur quod non potest fieri præ-  
 iudicium alteri tertio, cui fuisset grauatus restitue-

- re vt expresse tenet glo. in l. cum pater. §. mater. ff. de  
 lega. 2. quam ibi notat Bar. & communiter Doctores.  
 Castren. d. l. 2. ff. de legat. 1. num. 6. & nos infra;
- 28 Demum infertur quod pro tali donatione cau-  
 sa mortis non competit actio ex testamento nec hy-  
 pothecaria, licet competat pro legatis: quia non re-  
 peritur iure cautum, ita Bald. & Cast. d. l. 2. ff. de leg.  
 1. Sed contrarium videtur tenere Ruy. in d. l. 2. col.  
 27. ff. de legat. 1. per tex. l. fina. C. de donatio. causa  
 mor. & sequitur eum Rim. Inst. de donatio. in prin-  
 cip. num. 686. post disputationem ad vtranque partem,  
 non recedas tamen a priori opinione, quæ est com-  
 munis, vt inquit Rimi. d. loco. num. 691. & meum  
 est nunquam tenere contra communem, ad hoc vt  
 quod in proemio pollicitus sum, obseruem.
- Ex altera autem parte inferri potest ex mente  
 Doctorum quod cum respectu confirmationis, & effe-  
 ctus donatio causa mortis æquiparetur vltimæ vo-  
 luntati ( vt per Rimi. Insti. de donatio. in prin-  
 cip. num. 649. ) post mortem donantis dominium rei  
 donatæ transit in donatarium etsi nulla traditio fa-  
 cta fuit in vita, sicut transit dominium rei legatæ vt  
 probat tex. iun. glo. 1. ordinar. in l. 2. ff. de publici-  
 Bald. l. 2. C. si quis alteri vel sibi, & ibi Salyce. & alij  
 Doctor. idem Bald. l. cum hi. ff. de transac. l. lect. col.  
 fina. & l. 2. ff. de lega. 1. ibi Cast. Alex. & alij commu-  
 niter, & idem Bal. in l. si mortis. C. ad leg. falcid. Spec.  
 titu. de donatio. col. pen. versi. & notat Roma. l. 1. ff.  
 de dona. cau. mort. col. fina. ibi Cuma. & alij Doct.  
 Ange. de Aret. §. j. Insti. de dona. col. fina. ibi Ri-  
 mi. sub num. 653. Rolandinus & eius additionator  
 in tracta. de dona. cau. mort. col. fi. num. 19. Ange.  
 Areti. Inst. de dona. §. 1. in fine.
- 30 Item infertur quod in donatione causa mortis  
 habebit locum insacrescendi data coniunctione,  
 sicut in legatis, tex. col. in l. vnica. §. fina. C. de cadu.  
 toll. ibi Bald. & Docto. Areti. Insti. de donat. &  
 ibi Rim. in prin. sub nu. 660. dicat quid velit Ruy.  
 l. 2. ff. de leg. 1.
- 31 Infertur quoque quod in donatione cau. mor. de  
 trahitur falcidia sicut in legatis, tex. est in l. cum pa-  
 ter. §. eorum. ff. de leg. 2. ibi Bar. Albe. Bald. Castren.  
 Imo. & tex. est in l. 1. §. si quis ex mortis. ff. quorum  
 lega. ibi Docto. tex. in l. si mortis. C. ad leg. falcid. &  
 l. 2. in fi. C. de dona. cau. mor. & l. pen. eod. titu.  
 Bartol. & Docto. in l. j. §. item si ita. ff. ad leg. falcid.  
 idem Bar. & Docto. l. qui pretio. ff. de donatio. cau.  
 mort.
- 32 Item infertur quod in donatione causa mortis  
 non requiritur insinuatio licet excedat summam quin-  
 gentorum aureorum, sicut in alia vltima voluntate.  
 l. fi. C. de do. cau. mor. ibi gl. Bar. Bal. Ang. Sal. & com-  
 muniter Doctores & nos supra diximus. Ex quo du-  
 bitari posset an in donatione pura & simplici, quæ  
 a principio non valet sed morte confirmatur, vt do-  
 natio inter virum & vxorem, & inter patrem & fi-  
 lium, requiratur insinuatio, de quo Bal. in l. si mor-  
 tis. C. ad leg. falcid. ibi tenet quod non, nos dice-  
 mus in 3. col. ult. ord. ibi videas.
- 33 Infertur etiam quod sicut in legatis relictis in vlti-  
 ma voluntate sub conditione negatiua habet lo-  
 cum

- cum cautio Mutiana, vt. l. Mutiana. ff. de condit.  
 & demonstra. ita etiam in donatione causa mor-  
 tis, tex. in Authen. de nupt. §. præfatæ autem. colla.  
 4. Bal. in authen. cui relictum. C. de indi. vidui. toll.  
 not. 8. colum. 3. per illum tex. l. lon. l. 2. ff. de lega. 1.  
 numero 17.
- 34 Pariter infertur quod sicut in hæreditatibus vel  
 legatis potest fieri substitutio vulgaris & fideicom-  
 missaria, ita in hac donatione causa mor. l. vt heredi-  
 bus. ff. de leg. 2. l. si cui mortis causa. ff. de donatio.  
 causa mortis. quod intellige quando primus dona-  
 tarius promittit per stipulationem vel pactum se-  
 cundo donatario: quia aliàs non potest illi quærri,  
 cum ista donatio requirat præsentiam partis & for-  
 mam & solemnitatem contractus, ita probant præ-  
 dicta iura ibi glo. ordina. & communiter Doctores,  
 l. prima. C. de donatio. cau. mortis. Quod subintelli-  
 gi debet de iure antiquo, secus de iure nouo, cum  
 in donatione possit fieri pactum fauore alterius,  
 & ex eo sibi quæratur actio, argumen. tex. l. quo-  
 ties. C. de dona. quæ sub mo. prout videtur decla-  
 rare Ioan. de Imo. d. l. si cui mortis. ff. de donatio.  
 quæ sub mo. & nos infra dicemus. Notandum est  
 tamen quod isto casu censetur subintellecta condi-  
 tio illa, si sine liberis decesserit, sicut in vltima vo-  
 luntate, secundum glo. ordina. d. l. 1. C. de donatio.  
 causa mortis.
- 35 Item infertur quod sicut in vltima voluntate  
 conditio impossibilis reijcitur de dispositione. l. r.  
 ff. de condi. insti. & l. 2. ff. de conditio. & demonst.  
 cum simi. ita eodem modo in donatio. causa mortis  
 l. quæ sub conditione. §. hoc edictum. ff. de condi-  
 tio. & demonst. Docto. in l. impossibilis. ff. de ver-  
 bo. obligatio.
- 36 Item infertur quod capacitas vel incapacitas do-  
 natarij inspicitur tempore mortis donantis, sicut  
 in vltima voluntate, l. in mortis causa donationib.  
 ff. de dona. cau. mor. ibi Docto.
- 37 Infertur etiam, quia sicut institutio legatum vel  
 fideicommissum potest fieri inter maritum & vxor-  
 em, immò blanditijs, & verbis deprecatiuis potest  
 vnus alterum ad hoc attrahere, vt l. si. ff. si quis aliq.  
 testa. prohib. & l. fina. C. eodem titu. ita inter eos  
 potest fieri donatio causa mortis, & secuta morte  
 erit valida, etiam si in vita non interuenerit tradi-  
 tio. l. cum seruus. §. fina. cum le. sequen. ff. de dona.  
 inter vir. & vxor. l. si mortis causa. ff. de donat. causa  
 mor. & l. pen. eod. tit.
- 38 Demum infertur quod sicut alienatione volun-  
 taria rei legatæ censetur reuocatum legatum. l. rem  
 legatam. ff. de adi. lega. & l. fideicommissa. §. fina. ff.  
 de lega. 3. etiam si postea testator redimat, vt l. cum  
 seruus. ff. de adimen. lega. ita reuocabitur donatio  
 causa mortis, ita tenet Dyn. in l. Stichus qui meus  
 erit. ff. de legat. primo. ibi not. Bal. & l. secunda, ibi  
 etiam Imo. Alexan. Ias. Aret. Cuma. Roma. per tex.  
 ibi in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donatio. causa  
 mortis.
- 39 Prædicta tamen intelligenda quando donatio  
 fuit facta præsentis vel absentis interueniente nun-  
 cio vel epistola: nam secus esset dicendum quando

fieret absentis non interueniente nuncio vel epi-  
 stola, quia tunc indistinctè quoad omnia habetur  
 pro vltima voluntate, & in omnibus ei compara-  
 tur: immo quod magis est, istud procedit etiam si  
 donatio sit facta simpliciter & inter viuos, quia si  
 fiat absentis & cum solemnitate requisita in vltima  
 voluntate, puta coram quinque testibus, ceterum le-  
 gatium & vltima voluntas, tex. in l. miles ad forem  
 ff. de leg. 2. ibi glo. & l. cum pater. §. donationis, eod-  
 dem titu. de quo nos alibi dicemus plene, scilicet in  
 secunda parte Amphitheatri, in 3. colum. tertij or-  
 dinis columnæ, quæ est inscripta donatio causa  
 mortis.

DE PERSONIS INTER  
 quas cadere possit donatio, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Quilibet potest donare, & cuique, ita vt etiam infanti donatio fieri possit & filijs nascituris.
- 2 Non potest donare ille, qui non est compos sua mentis, vt furiosus & stultus.
- 3 Prodigus non potest donare postquam curator est ei datus.
- 4 Non potest donare minor vigintiquinque annorum, nisi vatum habeat post completum 25. an.
- 5 Senectus non impedit donationem nisi delirium attulerit.
- 6 Mutus & surdus donare non prohibetur.
- 7 An cæcus possit donare, & maxime causa mortis sine solemnitate. l. hac consultissima.
- 8 An procurator vel administrator possit donare de bonis sibi commissis.
- 9 An filiusfamil. possit donare, distinguendum vt habetur ibi.
- 10 Saluatio & concordatio Bar.
- 11 Non attenditur dictio mortis, si constat de contraria mente ut sit inter viuos donatio.
- 12 Distinctio & concordatio opinionum.
- 13 Nunquid pater possit donare filio in eius potestate existenti.
- 14 Non statuit assertioni patris donantis & attestantis de meritis, etiam si in specie exprimeret, nisi probentur merita per filium.
- 15 Non sufficit subesse aliqua merita: sed merita debent æquivalere donationi.
- 16 Pater potest donare filio aliquid in premium emancipationis.
- 17 Vbi pater filium vel filiam emancipat, videtur confirmare donationem prius factam.
- 18 Pater poterit donare filio libros, vel aliquid aliud causa studij vel matrimonij.
- 19 Concordatio opinionum contrariarum.
- 20 Nunquid confirmetur d. donatio iure iuramenti.
- 21 Nunquid seruus, religiosus, monachus vel similes, possint donare.
- 22 An Abbas vel alius prelatus possit donare.
- 23 An miles possit donare meretrici.
- 24 Valet promissio facta meretrici seu concubine iam habita.

- 25. *Quidquid solum causa datum & receptum est, non potest retineri.*
- 26. *An hereticus vel is, qui crimen lese maiestatis commisit possit donare.*
- 27. *Donatio facta per criminofum post crimen contractum ante sententiam condemnatoriam valet.*
- 28. *Uxorarius manifestus an possit donationem causa mortis facere.*
- 29. *Non potest donari praesidi seu rectori provinciae manenti in pronuncia.*
- 30. *Clients non potest donare aduocato.*
- 31. *An prohibita sit donatio inter coniuges.*
- 32. *Numquid donatio inter coniuges ex virtute iuramenti valetur.*
- 33. *Saluatio & concordatio opinionum contrariarum.*
- 34. *Si maritus senex vel ignobilis facit donationem uxori suae iuueni, pulchre, vel nobili, uel confessus sit ex certa scientia dotem recepisse, quam non recepit, an valeat & teneat talis donatio.*
- 35. *Donatio morte mariti confirmatur si maritus non mutauit uoluntatem.*
- 36. *Donatio inter virum & uxorem confirmatur non solum morte naturali, sed morte civili.*
- 37. *Substinebitur donatio causa mortis secuta morte mariti uel uxoris in nim relicti.*
- 38. *Ad hoc ut donatio causa mortis ualeat & confirmetur morte non requiritur hereditatis aditio.*
- 39. *Intelligenda supra dicta ut procedat dummodo ante mortem mariti interuenierit traditio vera uel ficta.*
- 40. *Merita probari debent inter ipsas coniuges si sit facta donatio propter benemerita.*
- 41. *Quando scilicet aliquid dicatur fungi nice traditionis duo ponuntur exempla.*
- 42. *Hec confirmatio, qua fit per mortem mariti respectu domini non retrotrahitur ad tempus factae donationis, sed bene retrotrahitur respectu fructuum perceptorum.*
- 43. *Si maritus heres institutus repudiet hereditatem donationis causa, Julia, scribit donationem ualere, neque prior sit qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit.*
- 44. *Si maritus heres institutus repudiet hereditatem ut perueniat ad uxorem vulgariter substitutam, ualeat & teneat repudiatio talis.*
- 45. *Si maritus repudiatur legatum uel fideicommissum, licet in eum per legem fuerit factus dominus ut perueniret ad uxorem ex causis praedictis ualeat & teneat repudiatio.*

**Capio** columnam primam, quae est inscripta de personis, iter quas cadere possit donatio, seu qui donare possint uel non, & pro eius declaratione dicendum quod regulariter omnes donare possunt, siue paterfam. siue filius, dummodo patris consensum habeant tacitum, uel expressum iuxta filiusfam. ff. de dona. Item masculus & foemina, & ex causa honesta, uel ex causa turpi donatio non prohibetur. l. affectiones. ff. eod. ideo amasius concubinæ dona. t. l. & si praedia. ubi Barto. & l. 3. §. 1. ff. de donatio, in ter uirum & uxorem. Si

militer & meretrici donari potest: nam licet turpiter faciat: quia meretrix, non tamen turpiter accipit. l. idem §. sed quod meretrici. ff. de cond. ob turp. cau. ubi Docto. declarant an promissio facta meretrici sit seruanda. ¶ Potest igitur quilibet donare & cuiuscunque ita ut & infanti donatio fieri possit. l. si quis in emancipatum. C. eod. de donatio. glo. 2. & 3. ff. rem pupil. fal. fore. Dcci. consi. 239. quinimo potest fieri donatio filiis nascituris. Guid. Papae. decisi. suis quaestio. 267. allegans. l. diui. §. pactis. C. de natu. lib. & l. inter. ff. de pact. dot. l. si quis opus. ff. de ope. liber. l. Paulus. §. Paulus respondit. ff. de bon. li. be. l. non aliter. ff. de adop. l. Caius. ff. de usur. & l. si pupillus. ff. rem pupil. fal. for. Soci. iun. lat. cons. 53. nume. 3. lib. 2. & consi. 128. num. 5. lib. 1. Bolognetus consi. 6. nu. 12. & potest fieri donatio inter praesentes & inter absentes. Limita tamen quod dixi de meretrice in milite, qui focaria non potest donare. l. 2. C. de donat. inter uirum & uxo. Idem & in doctore, & in clerico deciditur, ut per Portu. in §. est autem casus. Insti. de here. insti.

Sed pro perfecta cognitione uideamus sigillatim de omnibus, qui possunt donare uel non, &

1. Primo non potest donare ille, qui non est compos suę mentis, ut furiosus, amens, stultus & similes, ut clemen. si furiosus de homi. l. Iulianus. ff. de cura. furio. l. Modestinus in fi. ibi gl. ff. de dona. ibi redditur rationem, quia non potest consentire cum non habeat consensum, nec curandum, an sit ei datus curator.

2. Secundo idem dicendum est de prodigo, qui nec poterit donare, ut l. ff. de cura. furio. & hoc uerum est postquam curator est ei datus uel interdicta est ei alienatio uel l. i. c. i. ff. de verb. oblig. etiam si uerè non esset prodigus: secus in tutore dato pupillo, qui est adultus, & in curatore: quia ista pendet a natura: quare si quis esset adultus & curatorem haberet, nihilominus ualere quod factum esset sine autoritate tutoris: quia finita est tutela: siquidem ut dixi ista pendet a natura: sed esse prodigum a declaratione iudicis secundum Bar. ibi, nec sufficit preconizatio quod nullus contra hat cum tali: quia requiritur interdictio, quae debet fieri ipsi prodigo uel saltem dato curatori secundum Bart. in d. l. is cui, c. l. 1. uel saltem sententia declaratoria quod sit prodigus secundum Ange. Aret. Insti. qui non est permil. face. testam. §. item prodigus.

3. Tertio non potest donare minor 25. annorum nisi ratum habeat post completum 25. annum, ut C. si maior fact. rat. habue. l. ultima in glof. in uerbo tradiderunt. & facit l. prima & 2. eodem titulo, uel nisi autoritate tutoris uel curatoris uel l. pupillus. ff. de acquirendo rerum domin. Intellige de mobilibus, secus de immobilibus, quae non possunt donari a minore etiam cum autoritate curatoris & iudicis decreto. l. non solum. C. de praed. mino. l. fina. §. 1. C. si mai. fact. alie. l. i. post princi. ff. de tut. & ratio. distrah. Ioan. de Amicis consilio 33. nume. 26. Natta consilio 180. numero 7. quod intantum procedit quod non donationem remuneratoriam in immobilibus minor facere possit, Aret. consi. 24.

Et aduerte quod pupillus non potest donare cum mortis etiam cum autoritate tutoris tex. l. 1. ff. de tute. & ratio. distrah. ibi Barto. & Docto. Sed bene minor & adultus habens curatorem potest mortis causa donare, quia potest testari & de communi at testatur Crassus. §. donatio causa mortis. quaestio. 4. licet habeat contradicteorem.

4. Quarto quæro, an senex possit donare. Respondetur quod senectus non impedit donationem nisi delirium attulerit. tex. in l. senectus, ubi Bald. C. de dona.

5. Quinto quæro, an mutus uel surdus possit donare. Respondetur secundum Iureconf. Hermogen. in l. qui id quod. ff. de don. quod nec mutus nec surdus donare prohibetur.

6. Sexto quæro quid de cæco, an cæcus possit donare, & maxime causa mortis sine solennitate. l. hac consultiissima. C. qui testa. face. poss. & sic libere coram quinque testibus ex reg. generali. l. fina. C. de donatio. cau. mor. non autem cum octo testibus & alijs requisitis, de quib. d. l. hac consultiissima. quod est speciale in cæco, dicas quod cæcus potest contra here & donare inter uiuos sicut quisquis alius, cum in hoc non reperitur prohibitum, & hac est communis opinio ut attestatur Riminal. Insti. de dona. in prin. sub nu. 629. ubi plures citat.

7. Septimo quæro, an procurator uel aduistrator possit donare de bonis sibi commissis. dic quod non, quantumcumque liberam habeat potestatem l. contra iuris. §. fina. ff. de pact. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. de quo Bald. l. 1. ff. de mili. testam. l. si quis uxori. §. si seruus meus. ff. de furt. & melius probatur in l. filiusfam. in princip. ff. de dona. Ioann. de Ami. consi. 33. numero 27. & in procuratore reipublice ne donare possit, est tex. l. 3. §. planè. ff. quod ui aut clam, quam not. Bal. cap. ex litteris, nume. 2. de proba. facit tex. l. 1. uerficu. denique. ff. de offic. procur. C. c. quod procedit tam in habete potestatem a lege, uel ab homine: utriusque enim facultas denegatur donandi pariter, ita intelligit Pinell. l. 1. §. 3. sub num. 56. C. de bon. mater. ita etiam declarare inquit Ioan. Corasius Hispanus, in d. l. 1. ff. de offi. procur. C. c. & de communi attestatur Pinellus. d. loco, & nos diximus tracta. manda. in ordi. diuisio. dicat quid uelit Ioann. Lupus in Rubr. de donatio. inter uirum & uxorem. §. 66. nume. 29. qui contra communem opinionem distinguere uidetur an sit factum mandatum, procuratori a lege uel ab homine. Quinimo dicunt aliqui Doctores quod ad donandum nec sufficit mandatum dicens ad donandum cuiuscunque personae: nisi persona exprimat, Bero. consi. 130. num. 41. & 44. lib. 2. & hoc declarat Soci. iun. consi. 59. num. 8. lib. 1. & 129. nume. 51. eod. lib. sed Rol. à Valle consil. 26. num. 12. lib. 2. dicit tale mandatum tanquam speciale ualere: licet non dicatur cui sit facienda donatio.

8. Octauo quæro an filiusfam. possit donare. Respondetur quod non. l. filiusfam. ff. de dona. Fallit si est filius in dignitate secundum Innocen. in capit. grandi. de supplen. negli. prelat. lib. 6. allegat d. l. filius, uel nisi sit filius fenatoris, uel alterius dignita-

tis, d. l. filiusfam. in §. non nunquam, Marfi. singul. 273. quia isti possunt si pater dedit eis liberam administrationem peculij, & censetur data nisi specialiter pater illis denegauerit. Intellige ut filiusfam. possit si habet liberam peculij administrationem, & iusta ratione motus donet ut matri & similibus cõiunctis personis potest, alias non. Idem est dicendum si habet peculium castrense uel quasi, nam potest, ut d. l. filiusfam.

Verum quia hæc materia est aliquantulum perplexa, & Doctores varie loquuntur, ideo Iulius Clarus post alios in §. donatio, quaestione sexta ita casus distinguebat, quod si quærimus utrum filiusfam. possit donare inter uiuos, regulariter non potest donare, ratio est, quia cum pater usufructum in bonis filij habeat non debet posse filius in præiudicium paterni usufructus de bonis ipsis disponere. & ex hac ratione inferitur quod si filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur usufructus, posset illa donare inter uiuos, etiam sine consensu patris & in hoc Doctores communiter contemniunt, ut dicit Crauet. consilio 84. numero 9. uolumine primo, & consilio 92. post numerum primū, & de hoc non est dubium. Aut uerò quærimus utrum filiusfam. possit donare causa mortis, & tunc rursus est distinguendum, aut enim quæritur an possit donare causa mortis cum consensu patris, & dicendum est quod sic, ut est text. de hoc in l. filiusfam. ff. eodem & ita tenent omnes, Iaf. in l. senium, num. 8. C. qui testam. facere poss. Crot. repe. l. frater a fratre, numero 74. ff. de conditio. indebi. Rimi. Insti. titu. de dona. in princip. nume. 496. Aut quærimus utrum possit donare sine consensu patris, & apud omnes clarum est quod non potest donare ne que etiam illa bona aduentitia, in quibus usufructus patri non competit, & quæ ad ipsum filium spectant pleno iure, no. Alex. l. pen. C. qui testam. face. poss. & hanc opinionem dicit esse communem Abbas consi. 40. in fi. lib. 2. Ruben. consil. 46. num. 2. & sequen. Soci. consi. 12. num. 1. lib. 1. quod est duplicatum in consi. 172. lib. 2. ubi de magis communi & Iulius Clarus. d. quaestio. 6. sequitur hanc opinionem, quamuis Crotus in repet. l. frater a fratre post nu. 3. ff. de condi. inde. quem refert Didacus Couar. Rub. de testa. in 3. par. nu. 8. & 9. dicat contrariam opinionem magis communem esse: scilicet quod bona aduentitia, in quibus usufructus patri non competit, filiusfam. donare possit causa mortis, absque patris consensu, quam tenere Paulus, Iaf. in l. senium. C. de testa. col. si Rimi. & Iaf. in l. penu. C. qui test. face. poss. Roma. in auth. similiter. C. ad leg. falci. speci. 19. Cuma. d. l. tam is. §. si. ff. de dona. cau. mor. quasi patris consensus exigatur in dona. cau. mor. ob ipsius patris præiudicium, non ad solennitatem actus, quod reprobaui Couarrui. & hanc opinionem uidetur tenere et Barto. in auth. utlice, matri & aut. num. 7. ubi dicit quod hæc est ueritas. Ideo aliqui Doctores conati sunt dicere per saluationem Bartoli quod illa lectura super auth. non est Bar. de quo est magna controuersia inter Doctores. Tu dic quod Bar. posset etiam alio modo forsan salua

ri, si dicamus quod olim opinio Barto. esset magis communis, hodie autem præualeat, & sit magis communis opinio contra Bar. Vel tertio potes dicere quod altera opinio procedit quando contemplatione patris filio fuerunt bona illa relicta, alia opinio quando fuerunt relicta contemplatione patris. Vel quarto potes dicere quod opinio Bar. procederet cum filius non viuit cum patre, sed separatim. Alia opinio procedit quando viuit simul & cum patre. Vel quinto & melius, & subtilius dicere possumus concordando quod Bartol. ibi in illa authentica voluerit intelligere de donatione inter viuos, quæ donatio est contractus, quasi vellet Bartol. ut filios fami. possit per contractum disponere, sed non per testamentum de bonis aduentitijs, eum si eorum usus fructus patri non competat, Doctores communiter. l. penultima. C. qui testamen. facere poss. & l. qui in potestate. ff. de donatio. Dida. qui plures cumulat in Rubrica de testamen. sub numero 9. & sic Bartol. non discrepat, & quamuis ibi dicat Bartol. de donatione causa mortis, tamen potest & debet intelligi de donatione, quæ fit inter viuos, id est uiuente, & non egrotante, quia duplex potest esse donatio causa mortis, immò triplex ut inquit Vlpian. in l. secunda. ff. de donatio. causa mortis. Alia quæ fit egrotante, & hæc proprie uocatur donatio causa mortis. Alia quæ fit in sanitate, & valetudine, ut cum nullo presentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortis donat, & hæc vocari potest donatio inter uiuos, sed improprie, respectiue scilicet ad illam, quæ fit in egritudine, alia uero fit in sanitate, & hæc ut plurimum sit deliberata mente, de hac ergo intellexit Barto. dum dicit, quia donatio causa mortis accedit magis contractui quàm ultime voluntati, ut not. glof. in l. secunda, in principio. ff. de donat. & in l. tam is. §. 1. ff. de donatio. causa mortis, Doctor. in l. senium. C. qui testamen. facere poss. quia dum ista donatio est in fieri si fiat ab illo, qui est sanus, cum nullum periculum imminet fit tanquam contractus, & equiparatur contractui, secus si a constituto in periculo mortis. Nec obstat si diceret quod cum fiat mentio mortis debet censeri donatio causa mortis, & non inter viuos, alias esset violare litteram, quia respondetur quod non attenditur illa dictio mortis, si constat de contraria mente, nam videtur facta donatio inter viuos quando constat de animo donantis, licet fuerit facta mentio mortis ut per Iason. & Doctores. l. quæ dotis, numero 29. ff. soluto matrimonio, cum sequentibus l. cum maritus in fine ff. de pact. dota. ubi fuit facta mentio mortis, & tamen est inter viuos, idem tenet Bartol. in l. et si cum moriar, ibi Castren. ff. de conditio. indebiti. Alexander consilio 78. volumine quarto, columna secunda. Grâma. decisio 73, numero 12. ubi inquit quod ubi adest alia causa & coniectura cessat donatio causa mortis, licet de morte fiat mentio, & de hoc nos dicemus. Cur ergo credendum est Bartolum voluisse intelligere de donatione inter viuos, & facere istam subtilem differentiam, nisi quia ipse Barto. iudiciosissimus intelligebat quod

si ista donatio in valetudine fieret a filio fami. nullo egebat auxilio & remedio, & ideo voluit liberam potestatem dare filio, etiam absque consensu patris. At quando fieret ista donatio causa mortis a filio egrotante, & in mortis articulo constituto, seu aliquo imminente periculo, tunc Bartol. voluit adhiberi consensum patris ad actus solemnitatem, quæ si pater & filius tunc sit una & eadem persona, & in summa dubitatus fuit à Bart. ne filius deciperetur & fraudaretur.

Et supradicta distinctio fieri etiam posset quando filius fami. vellet donare causa mortis ipsi patri, si queris an tunc requiratur consensus patris, possitque ipse pater consentire. dicerem quod non, sed cum in hac questione sint hinc inde magis communes opiniones, ut per Cla. & Iose. Ludo. conclu. 12 secunda, & distinguendum est ita, quod si donatio a filio non egrotante fiat, & sic cum nullo presentis periculi metu conterritus est, sed sola cogitatione mortis donat, tunc pater possit consentire, quia ut diximus potest absque eius consensu donare, ergo multo magis eo consentiente. Aut filius uult donare patri donatione causa mortis egrotante filio & periculo mortis conterritus, & tunc pater non potest consentire, sed debet adhiberi iudicis authoritas, ad hoc ut euitetur omnis suspicio & fraus, & hæc memoria teneas, quia non reperies ita declarata in toto corpore iuris.

13 Nonò quæro nunquid pater possit donare filio fami. in eius potestate existenti. Respondetur quod regulariter donatio inter patrem & filium nihil valet, tex. est in l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum & uxorem, l. prima. §. 1. ff. pro dona. l. 2. C. de inoffic. dona. Bartol. Iason in l. frater a fratre. ibi Cagno. numero 301. ff. de conditio. indebitus, Parili. consilio decimo sexto, numero decimono volumine secundo & est communis opinio ut attestatur Alber. ante alios in l. si pater, circa princip. C. de inoffic. donatio. & ratio est, quia quidquid acquirit patri, & impossibile est iuris impossibilitate quod pater aliquid donare possit filio ita ut dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem reuerfurum. l. placet. ff. de acquirenda hæreditate l. 1. in princip. ff. si quis a pat. fuer. ma. Barto. & alij d. l. frater a fratre & signanter Cagno. sub nu. 304. & Dec. consilio 432.

Ex quo inferitur quod patres, qui in eorum uita diuidunt bona sua inter filios suos in potestate sua existentes nihil agunt, quia non valet talis diuisio, eo quia videtur quedam donatio, quæ inter patrem, & filium non valet. dicta l. 1. §. si pater. ff. pro dona. & l. si pater. eodem titu. & l. cum de bonis. C. de dona. & de tali diuisione facta a patre inter filios quod non valeat, est text. cum glo. in l. si ancillam, §. si pater. ff. pro suo & in l. si filia, in §. si pater in filios. ff. famil. ercisc. & in terminis decidit Bald. in l. 3. C. de ulucap. pro dona. in 1. columna, ubi inquit quod si ego diuido bona mea cum filijs meis ea intentione, ut talis diuisio sit perpetuo duratura, ta-

lis

lis diuisio non tenet, Barba. in consi. 80. in 5. volu. vbi allegat Paul. de Castro consi. 105. Decius consi. 86. pen. col. vbi dicit, quod hanc doctrinam refert, & sequitur Maria. Socin. consi. 4. incipiente, visis a. Etis, & hanc partem firmasse inquit etiam Corn. consi. 28. in princ. volu. 4. idem secundum eum tenet Ioannes Bapt. à Sancto Seue. in rope. l. frater à fratre, in 25. quæst. ff. de cond. indeb. vbi respondet ad allegata in contrarium, & notat Marfi. in suis sing. 674. vbi plures allegat. bene verum est, quod pater præuenire potest, & assignare legitimam filijs suis secundum Deci. dicto consilio 86. columna penul. allega. lege, cum quo §. fina. ff. ad legem Falcid. & Bald. in le. illud, in tertia columna, versiculo quæritur. C. de sacrosan. eccles. & in l. in successione. vers. sic. quid de legitima. C. de reuo. his, quæ in fra. cre. sed de hoc nos alibi dicemus, dicta tamen principis conclusio, limitatur pluribus modis, & fallit secundum Socinum.

Ampliatur, ut procedat siue donatio fuerit facta filio legitime nato siue legitimo, ut per Ruy. consi. 69. lib. 3. Cagno. d. l. frater, nu. 307.

Fallit secundum Soci. reg. 503. decem modis, sed secundum gl. in d. l. frater. C. de inoffic. dona. quatuor casus tantum recensentur. Primus est causa dotis, & donationis propter nuptias. l. Pomponius Philadelphus. ff. fa. erc. quæuis ista dici possit magis obligatio dissolutio, ut l. si. C. de dot. priui. Secundus casus est cuncti ad castra, nam ei potest res mobiles donare. l. 4. C. fami. ercisc. Tertius post propter aliquod dienum, ut puta pro alimentis. Quartus est usus fructus quem habet in aduentitijs, quem pater potest donare, nam si pater remittat filio usufructum bonorum aduentitiorum, vel tacite donet permittendo filium percipere fructus, valet & tenet talis remissio expressa, vel tacita, quia nihil donat de proprio patrimonio, sed renunciat. tex. est singularis, & vnicus in l. cum oportet. §. fin. autem. C. de bonis, quæ libe. ibi Docto. Vltra quatuor casus potest limitari quinto, ut procedat in simplici donatione, scilicet quæ nullam causam habet annexam, nisi puram, & meram liberalitatem, secus in remuneratoria, nam si filius contulerit aliqua beneficia in patrem, poterit pater illi donare in remunerationem meritorum, ut per gl. in l. si donatione. glo. 1. C. de colla. & est communis opinio, ut inquit Decius in l. donatione, nu. 10. C. de colla. Bar. & scrib. in authent. vnde si parens. C. de inoffic. testamen. Bartol. & Iason, in lege, frater à fratre, ibi Cagno. sub numero 319. ff. de conditione indeb. Rimin. iun. consi. 240. in 3. & talis donatio, quæ fit in remunerationem meritorum, non est proprie donatio, tex. est in l. Aquilius Regulat. ff. de don. Socin. iun. consi. 94. nu. 13. lib. 2. Dida. c. cum in officijs post nu. 10. ff. de testa. & nos infra.

14 Et aduerte, quia in hoc non statatur assertioni patris attestantis de meritis, etiam si illa exprimeret in specie, sed merita ipsa probanda sunt per filium. l. g. testamentum. ff. de prob. Bar. & alij in l. si forte. ff. de cast. pec. Imo. in l. si donatione. C. de colla. Ita communiter tenent Doctores in l. frater à fratre,

ff. de cond. indeb. Ias. ibi post nu. 40. Cag. num. 323. plene per Decium. l. si donatione, col. 4. C. de colla. & consi. 576. A quen. l. si diuortio, col. 2. fol. matr. Cor. consi. 289. col. fi. littera D. lib. 4. Ruy. de communi consi. 44. circa fi. lib. 5. & consi. 175. lib. 1. Roma consi. 445. col. 3. Cuma. consi. 31. Pau. de Cast. consi. 118. Alex. consi. 101. vol. 1. & 18. vol. 1. & 142. vol. 5. Pari. consi. 88. vol. 1. vbi cuncte. n. fit donatio inter personas prohibitas semper est necessaria probatio meritorum. gl. in d. l. si donatione, in glo. fin. C. de colla. Bello. de communi consi. 78. nu. 5. Bertran. donsi. 138. nu. 22. lib. 2. in 2. par. Castr. consi. 345. nu. 4. lib. 1. Cor. consi. 144. littera N. li. 2. Marfil. sing. 262. Ioa. de Amicis consi. 31. Ripa l. si vnquam. C. de reuo. dona. q. 15. quod procedit etiam si in donatione interuenisset iuramentum secundum Bar. & alios d. l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. Alex. consi. 55. in 3. vol. vbi videas, secus si exprimentur merita in specie, vel in genere inter personas non prohibitas, tunc creditur, & statur assertioni inter ipsos contrahentes. l. optimam. C. de contrah. & committ. stipu. Bar. d. l. si forte, in 2. memb. ff. de cast. pec. Ripa d. l. si vnquam. Deci. consi. 20. quem defendit Ripa contra Soc. consi. 292. de quo vide etiam Ferratum cau. 33. col. 2.

15 Et est et aduertendum quod non sufficit subesse aliqua merita, sed requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi, alias autem donatio ipsa non valebit nisi quatenus capiunt merita: pro residuo uero ceteris donatio simplex. Bar. d. l. frater à fratre ibi Ias. & Cag. nu. 321. Bertr. consi. 164. nu. 2. lib. 2. in 2. par. ibi de communi attestatur, & an merita æquiualeant donationi, vel non, standum est arbitrio iudicis secundum Ias. in consi. 154. nu. 2. lib. 2. ibi de communi opinione attestatur. Alij dicunt, quod debet esse insigne benemeritum, ut voluit gl. singu. in c. si quis 12. q. 2. per l. etiam. ff. de manu. vindi. l. Aquilius. l. si pater. ff. de dona. & Io. de Amicis in consi. 31. nu. 10. dabat exemplum si donatarius liberauit donantem à periculo mortis reuelando tractatum mortis, ut cap. si quis Papam. distinc. 78. Decia. autem consi. 57. nu. 29. lib. 3. quando merita versantur circa quantitatem, videtur tenere, quod sufficit, ut merita non sint infra dimidiam.

16 Ex quibus supradictis inferitur quod pater potest donare filio aliquid in præmium emancipationis, ut l. vt liberis. C. de colla. Soci. consi. 127. nu. 13. lib. 3. de communi. Nec potest dici, quod talis donatio sit simplex, ut per Rimi. consi. 469. nu. 8. sed ob causam, quia cum filius non possit à patre inuitus emancipari, §. generaliter. in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. potest dici talis donatio fieri præexistente causa, emancipationis, ut scilicet filius emancipationi consentiat, ut per Clarum. §. donatio. q. 8.

17 Et dicunt Doctores, quod ubi pater filium, vel filiam emancipat, videtur confirmare donationem prius factam, dum erat in potestate, & hoc iuris præsumptione, ut nota. Costan. Rogerius in le. donationes. §. pater. numero primo, ff. de donatio. & ideo dicebat Imol. quod pater emancipando filium, si non redimat.

peculium, videtur velle quod illud supra remaneat, & p cautela est, quod ty scholaris, cui pater emit libros & tradidit, si vis habere libros precipuos in diuisione cum fratribus, facias te emancipare: quia confirmatur emancipatione si libri fuerunt traditi, sicut confirmatur donatio per mortem, l. Papi-nianus. ff. de don. int. uir. & vxo.

18 Et sic etiam infertur quod pater poterit donare filio libros vel aliquid aliud causa studii, & talis donatio valet & sustinetur preexistente d. causa, nec potest a patre reuocari, ut tenet Ange. l. i. ff. soluta matrimo. in ultimo versicu. Ias. in eadem lege. i. numero 52. de communi ibi, licet multi alii Doctores teneant contrariam partem, tamen concordari debet hoc modo: scilicet quando donatio effect immodica, & magna, tunc non valeret in excessu, secus si sit parua & moderata donatio secundum substantiam & conditionem personae, quod in arbitrio iudicis debet residere, ut dicemus alias. Quod autem dictum est de donatione librorum, ego credo quod licet libri non fuerint filio donati: tamen dumodo filius sit doctoratus debeat habere libros precipuos in diuisione cum fratribus: secus si sit scholaris, & non doctoratus, quia non debet habere, ita distinguit etiam Costan. Rogeri. dicta lege, donationes.

Inferitur etiam quod idem est dicendum de donatione facta filio contemplatione matrimonii, nempe quando pater dat vxorem filio & contemplatione matrimonii dat mille filio, valet enim talis donatio, & transit & residet in persona filii constante matrimonio, adeo quod ipse filius est uerus dominus praedictae donationis, ut per multa dixit Guid. Papae deci. Delphi. q. 145. Quidam consilii. 151. & Berard. Bombi. consilii. 61. nu. 5.

Sexto limita & intellige supradictam conclusionem, scilicet ut pater non possit donare filio ab initio, stante enim iuris impossibilitate non potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim contractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam non reuocauerit, bene eius morte confirmatur, haec est communis opinio, ut inquit Albe. in l. si pater, circa prin. C. de inoff. testa.

20 Sed dubitari frequenter solet, quid si pater in donatione, quam fecit filio, apponat iuramentum, nuquid confirmabitur donatio uirtute iuramenti, ita quod statim ab initio ualida sit donatio. & uidetur dicendum quod non, ut inter alias tenet Castré, consilio 345. nume. 3. volum. 1. Contrarium tamen est verius, quod immo confirmetur, ut per Bald. in l. fina. in fi. C. de vfuca. pro dona. Ias. in l. pacta quae contra, ibi Docto. communiter. C. de pact. Decius consilii. 339. l. 4. nume. 12. & 432. & 688. & 216. nu. 2. Castré, consilio 371. colum. 2. volum. 1. Ruyn. consilii. 96. num. 5. volum. 5. Paris. consilii. 63. num. 15. volum. 1. & consilii. 33. nume. 35. & sequen. volum. 3. Soci. iuni. consilii. 67. numero 58. volum. 2. & consilii. 47. numero 15. & sequen. volum. 3. ubi de veriori & magis communi Craue. consilio 19. numero 1. volumine 1. Rolan. a Valle consilio 77. in princip. volum. 1. Ioann. Paul. Portius inter consilii. Rimi. Iuni.

consilio 12. numero 234. volumine 2. ibi de magis communi, Canonista cap. cu contingat. de iureiuran. Capici. decii. 56. Ripa l. si vnquam. C. de reuoc. dona. quaestio. 15. nume. 35. ibi de magis communi Rimi. §. 1. Institui. de dona. nume. 273. Clarus. §. donatio, quaestio. 8. versicu. sed quare. Berard. Bombi. d. consilio 61. numero 15. Viuius commun. opi. in verbo donatio facta a patre, Porti. Imo. conclus. 2. libro 2. reg. Emanu. Soares in verbo donatio, numero 197. Michael Grafsus recolle. commu. opin. cap. 8. quaestio. 7. in verbo donatio. & haec est receptor & canonizata sententia, a qua temerarium esset in iudicando & consulendo recedere secundum Ias. & alios in l. frater a fratre. ibi Seuer. Soci. Crotus Cagno. ff. de condi. indebi. Dec. in d. l. si donatione. C. de colla. & sic septima erit limitatio iuramentum, ratio est quia cum iuramentum sit quoddam vinculum spirituale, cap. eum. §. Laicus. de fo. compe. lib. 6. vnde spectat ad forum ecclesiasticum, cum regula sit quod in spiritualibus non curatur de patria potestate. cap. si annuum. de iudi. lib. 6. merito iuramentum firmabit donationem inter patrem & filium, quandoquidem haec sola patria potestas impedit donationem inter patrem & filium, nam patria potestas est inducta solum de iure ciuili. l. nam ciuiliu. ff. de his qui sunt sui. non autem de iure gentium, Inst. de patr. potest. in prin. Hinc est quod de iure gentium oriebat obligatio naturalis inter patrem & filium, de quo in l. frater a fratre. ff. de conditione. indebi. ibi Bart. & Docto. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Facit simile, quia in materia matrimoniali non est impedimento patria potestas, cap. non est nobis de spons. cap. 1. de despo. impug. in l. Paulus. ff. de statu homi. quare illa obligatio naturalis operatur vt pactum donationis valeat, ut l. si quis argentum. C. de dona. & hoc aequitate. cap. 1. de pact. libro 6. Bald. l. 3. C. pro dona. & in Rubr. ff. de iureiuran. Alexan. in l. si donatione. C. de colla. Abbas in cap. cum contingat. de iureiuran. Ioan. And. titu. de dona. in addi. ad Specu. & in titu. de testam. §. 1. vers. sed pone filius, & Barto. in l. frater a fratre ibi etiam Crot. Cagno. Ias. & alij. ff. de conditione indebi. glo. in l. 2. C. de inoffic. dona. & nos diximus supra.

Ex quibus potest inferri quod cum patria potestas sit impedimento donationi valeret donatio facta filio emancipato, cum cesset patria potestas, ut diximus supra, & sic limitatio est. Secundò quod valeret donatio facta a matre, quae non habet filios in potestate. Tertiò quod valeret donatio si fiat filio naturali tantum. Quartò quod valeret donatio, quae filius facit patri vel matri.

21 Sextò quæro, nuquid seruus religiosus monachus, uel similes, qui nihil habent propriij possent donare. dic quod non, ut habetur 12. quaestione prima, capitulo non dicatis, nisi de licentia superioris: limita in religiosis, & monachis si habent legitimam administrationem, & donent ex causa legitima, si quidem sine ratione non possunt donare 12. quaestio. 1. cap. quia tua. Intellige de mobilibus, & quae seruando seruari non possunt. Item si

de licentia praelati stent in scholis cum consilio maioris partis conuentus, vel in peregrinatione vadant tunc possunt donare, & facere ea quae alij scholares, & peregrini honesti rationabiliter facere solent, ut tenet glo. in d. c. non dicatis. alle. l. vl. Cad mace. l. si longius. §. j. ff. de iudi. & etiam donare possunt causa eleemosinae, cu possint facere eleemosinam fame pe-reunti, ut not. Doctor. in d. c. non dicatis, Abbas in c. si quis de furt.

22 Vndecimo quæro quid de Abbate, & quolibet alio praelato. dic quod nihil dare possunt, nisi habeant liberam peculij administrationem, & iusta ratione moti fuerint ad donandum ut puta matri & similibus coniunctis personis, alias non possunt donare, & de praelatis, & alijs personis ecclesiasticis dicendum est quod illi non possunt donare res ecclesiasticas mobiles, vel immobiles pretiosas sine certa solemnitate: fructus autem, & res mobiles prohibentur in vsu inhonesto alienare, & donare, & turpes personae recipientes a clericis vel exturpi causa, tenentur restituere ecclesiae in foro conscientiae, ut habetur in summa Angelica in verbo clericus, il 3. §. 4. ibi glo. in verb. A. & Tiraquell. tracta. de iud. in reb. exig. cas. 24. dicebat, quod praelatus potest modica donare de rebus ecclesiae si hoc habet consuetudo. Pan. consilii. 45. lib. j.

23 Duodecimo quæro quid de milite miles poterint ne donare meretrici, vel concubinae. & dictum quod non, ut diximus etiam supra. text. est in l. 2. C. de dona. inter vir. & vxor. per glo. & Docto. in l. miles ita hæredem. §. mulier. ff. de testam. mili. & sic æquiparatur miles & clericus ac Doctor aduocatus, qui dicuntur milites, vt ff. de sent. & re iudi. in prin. per Ioan. Lopez. in repet. Rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 37. nu. 24. Hinc dicebat Coralius in l. frater a fratre. §. quaeritur. num. 55. ff. de cond. indebi. quod donatio clerici, militis, & aduocati in concubinam ab his facta & collata, qui cum illis rem habent, nullius est ponderis ac momenti, quamuis expressa meritorum nuncupatio subdatur, si merita ipsa non probantur, & de communi attestatur Emanu. Soares Thesaur. recepta. senten. littera D. nu. 193.

24 Sed aduertendum quod meretrici publicae, siue concubinae iam habitae non autem de futura valet promissio siue donatio facta si ambo sunt soluti, & non coniugati. l. donationes in concubinam. ff. de dona. Roman. l. 1. C. vnde vir, & vxor. Ioann. Lopez d. Rabri. de dona. inter vir. & vxor. §. 37. facit text. l. qui concubinam, in princ. & l. legata. §. parui. ff. de leg. 3. Bar. Bal. Ange. post Cynum in l. affectionis. ff. de donationibus, & l. 2. C. de cond. ob turp. causi. licet glo. quam tenet Bald. & Roma. d. l. affectionis velit, quod valeat non quoad actionem, sed quoad exceptionem, sed reprobat a praedictis propter generalitatem illius legis, & etiam, quia speciale est in milite, ergo ius commune est in cõtrarium, sed pro meretricio facto cu nupta, vel vidua, vel virgine, qui de iure ciuili punitur non valet promissio sed donatione facta potior est conditio possidentis, nisi sit miles, vt dictum est supra, verum tamen fideus possit auferre a muliere, vt ait Cinus in l. 2. ff. de cond.

ob turp. cau. & tex. in l. Lucius in fi. ff. de iure fisci. 25 Accedat supradictis quod quidquid sodomiae causa donatum est & receptum propter sodomiam non potest retineri, vt inquit Iacob. Vngardell. in addic. ad summam Angelicam, in verbo sodomia. per l. affectionis. ff. de dona.

26 Tertiodecimo quæro quid de haeretico, & de eo, qui crimen lesae maiestatis commisit, & de eo qui contraxit incestas nuptias & nepharias, & de similibus, poterint ne isti donare? Dic quod non, & de eo qui commisit crimen lesae maiestatis est text. in l. pen. l. vl. C. ad leg. Jul. maieft. & ratio est, quia bona sua sunt confiscata ipso iure. similiter de haeretico, cuius bona sunt confiscata ipso iure, vt c. cum secundum leges, de haeret. lib. 6. Idem de eo, qui contraxit incestas nuptias, scilicet inter ascendentes & descendentes, aut nepharias, id est inter collaterales, uel similes, alias prohibitas nuptias, quia ipso iure bonorum suorum dominium perdit. d. c. secundum leges, & in auth. de incest. & neph. nup. & in auth. incestas.

27 C. de incest. nup. Sed regulariter donatio facta p criminosum post crimen contractum ante sententiam condemnatoriam valet, & istam regulam probat text. in l. post contractum & l. donationes. §. h. ff. de do. ibi Bar. ponit, & ponit eam Pet. a Duena in reg. 226. circa quam vide Bar. in l. si is qui bonis. ff. de acqui. hæred. Sal. in l. si quis post hac. C. de bonis proscript. a nu. 5. vsque ad finem. ubi inquit, quod alienationes ante delictum valent siue necessarieg, siue voluntariieg sint, secundum Accursi. sed secundum Iaco. de Areteo, Cinum, & Bar. distinguendum quod aut bona fide, aut mala fide, aut dubitatur. primo casu ualet, secundo non, tertio praesumitur bona fides nisi secundum Bar. ex sex coniecturis praesumatur cõtrarium, de quo vide Docto. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. vbi ponunt suprad. regulam quod donatio facta per criminosum post crimen contractum ante sententiam condemnatoriam valet, quam regulam limitat Duen. quando delinquendi propositu ex pena suspicione fieret, vt in l. si aliquis. in 2. resp. ff. de dona. cau. mor. & l. in fraudem. ff. de iur. fisci, & in l. sed si maritus. ff. qui & a qui. in fi. & in l. quaesitum. l. j. cod. titu. de quo vide Bar. d. l. post contractum. vbi diligenter examinat eam, & ponit sex praesumptiones, ex quibus donatio ante commissum delictum praesumitur facta metu pena delicti, & in fraudem fisci, vt ibi limitat etiam quando post delictum ante accusationem donauit bona, quae ipso iure publicata erant vt in l. commissi. ff. de pub. & vefti. & in auth. incestas. C. de incest. nup. & nos supra, & Docto. in l. Imperatores. ff. de in. fisci, & in d. c. secundum leges, de haeret. in 6. Tertio limitat quado vt diximus ob delictum esset interdicta bonorum administratio vt in crimine lesae maiestatis & re-petundarum, vt l. ex iudiciorum. ff. de accusa. & d. l. quae situm. Bar. d. l. post contractum, nu. 12. quod tamen non procedere dicunt in alienatione necessaria, vt in l. reo. ff. de soluti. & in l. alienationes. ff. fam. etc. & l. peto. in §. praedium. ff. de leg. 2. quod intelligendum est pro suis alimentis aduocatis, & scripturis ad eum pertinentibus, Bar. d. l. post contractum. ita decla-



declarat sub nu. 12. quem sequitur Didacus in epit. de sponsa. in par. 2. cap. 6. §. 8. nu. 9. quem sequitur Anibal in repe. d. l. post contractum, nu. 381. de dona. & refert Duc. d. re. limita. 3. Quarto limita quando alienatio est irrevocabilis ut actio libertatis facta seruo ut l. qui pene. ff. de manu. ut tenet Bar. d. l. post contractum, num. 12. ibi etiam limitat quando post accusationem non comparet in iudicio, ut l. si. ff. de requi. reis. Roma. post Bar. d. l. contractum, nu. 11. limita etiam non procedere in testamentis, ut l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniur. rup. cuius est ratio quia deficit confirmatio eo quod ante aditionem sententia secuta est. limita pariter in donatione causa mortis, ut l. si aliquis. ff. de donatio. cau. mor. & sic dona. cau. mor. per mortem civilem non confirmatur Seba. Medi. trac. mors omnia sol. par. j. nu. 47. Aliud tamen est in donatione coniugali, ut l. res vxoris. C. de dona. int. vir. & vxor. alias limitationes vide per Bar. & Docto. supracitatis locis, cui alibi veniant repetenda per alium ordinem.

38 Decimoquarto quæro an quemadmodum usurarius manifestus testari non potest nisi præstita cautione iux. formam. c. quanquam, de vsur. in 6. scilicet de restituendis vsuris, nunquid poterit donationem causa mortis facere. & dicendum est quod non maxime si donatio causa mortis esset facta in testamento, vel esset de omnibus bonis vel maiori parte, quia tunc apparet esse factam in fraudem ut per Clarum, §. donatio. q. 6. ibi de magis communi attestatur, ut per Alex. l. discretis. nu. 2. C. qui test. fac. post. Cur. iun. l. eius qui in provincia, nu. 4. in si. ff. si cert. per. Ioan. Dilcct. de arte testa. lib. j. caute. 7. nu. 4. ibi de magis communi, de quo etiam per Michel Crassum tracta. successio. §. donatio causa mort. quæstio. 5. ibi inquit hanc opinionem esse seruandam in iudicando. Rimi de dona. Inst. in prin. nu. 615. Dida. de testa. par. 3. in Rub. nu. 11. Natta l. hac consultis si ma. §. ex imperfecto. nu. 45. C. de inof. testamen. De cæco diximus supra.

39 Decimoquinto quæro quid de Rectore provincie dic quod non potest donari præfidi, seu rectori provincie manenti in provincia, ut l. vnica. C. de contra. iudi. ibi vide quod nec etiam potest emere a subditis, & diximus tracta. emptio. & vendition. & sciendum est quod ille, qui iudici seu præfidi, aut alij officialibus, quibus salarium suum constitutum est aliquid donat, siue ante siue post depositum officium pro aliquo beneficio tempore administrationis præstito tam donans, quam cui donatur conuictus quadrupli pena plectitur, ut l. fina. C. ad leg. Iul. repetit. & intellige glossam veram esse quando occultè datur: scus si palam, per l. j. §. j. ff. de polli. quæ est contra Iudices autem delegati ecclesiastici nihil possunt recipere, nec potest eis donari nisi solum esculentum & poculentum, quod in parnis diebus possit consumi, & mera liberalitate donatum, de quo suo loco dicemus.

30 Idem quasi videtur dicendum de cliente, & aduocato: nam clientis non potest donare aduocato, cum nullum cum litigatore contractum, quem in propriam receperit fidem in eam aduocatus, nullam con-

ferat pactionem, ut inquit tex. in l. quisquis. C. de postul. Intellige ut aduocatus non possit contractum iurare cum cliente lite pendente, sed exigua clientis munus det placidè accipere, ut inqt Sal. d. l. q. §. 9. Decimosexto & vltimo quæro de coniuge, an prohibita sit donatio inter coniuges. dic quod sic, & prohibetur tam maritus donare vxori, quam e contra vxor marito speciali ratione ne mutuo amore se spolient, & amorem coniugalem in questum habeant. l. j. 2. & 3. & per totum. ff. de dona. int. vir. & vxor. ibi Bar. Bald. Ange. Salic. & communiter Doctores, & procedit non solum in donatioe inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis: si quidem ipsa inter coniuges facta nihil valet, ita dicit gl. in l. 2. in princ. in verbo legatum. ff. de dote preleg. quæ dicit ab omnibus esse approbatam Dida. Conar. in Rub. de testa. in 3. par. nu. 2. & procedit etiam si maritus inberet alicui ut daret vxori si maritus renunciando voluit ut perueniret ad vxorem, ut in casu. l. 3. §. fina. ff. de dona. int. vir. & vxor.

Limita in donatione remuneratoria & reciproca, dummodo merita æquiualeant, ut diximus supra. l. quod autem. §. si cui. ff. de dona. int. vir. & vxor. Lupus in solemn. i. repe. Rubr. de do. int. vir. & ux. §. 50. & §. 52. & sequen. vbi limitat etiam ut valeat donatio inter virum & vxorem ad fauorem tertij, ut si maritus se obligauit pro muliere creditori ipsius mulieris, & limitat etiam si fiat donatio inter coniuges ex causa dotis, vel gratia honoris, & dignitatis adipiscendæ, ut in §. 53. & 54. vel si fiat donatio ad refectionem ædium, de quo in l. quod si vir. ff. de dona. int. vir. & vxor. & Pinell. j. par. 3. nu. 66. C. de bo. ma. & limita nonnullis alijs modis de quibus videas Lupum. d. Rub. & d. l. quod si vir, ut in sequen. legibus.

32 Dubium tamen maximum in hoc Doctores faciunt si in ipsa donatione inter coniuges facta appositum sit iuramentum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti, talis donatio confirmetur. & hæc est ardua & difficilis quæstio, in qua videntur esse communes opiniones hinc inde, & dicunt Doctores, & signanter Iulius Clarus, in §. donatio, quæst. 9. quod in hac quæstione Bar. fuit sibi ipsi contrarius, quod non credo ut ostendemus infra. Nam Bar. in l. Scius. §. Augerius. ff. ad leg. fal. tenet quod licet donatio inter virum & vxorem non valeat de iure civili, tamè bene firmatur iuramento, & sic de iure canonico ibi Alex. de communi, idem Bart. in l. si quis pro eo, nu. 17. ff. de fideiuf. & eandem opinionem sunt Abbas cap. fina. nu. 9. de dona. & in c. cum contingat, nu. 30. de iureiur. ibi Imo. nu. 88. Alcia. nu. 204. ibi de communi, Feder. de Senis confi. 104. nu. 3. Abbas confi. 195. nu. 1. vol. 2. vbi dicit hanc esse communem opinionem, Roma. confi. 44. Corne. confi. 41. nu. 6. lib. 3. vbi de communi, Alex. confi. 8. & confi. 158. vol. 2. Franc. Areti. confi. 199. Rube. confi. 25. nu. 5. & confi. 130. nu. 6. Cast. confi. 49. uol. 2. Soc. iun. confi. 44. nu. 6. lib. 2. Cepol. confi. ciui. 8. Ruy. confi. 137. nu. 2. & 7. uol. 4. Gui. Papæ confi. 204. nu. 3. Salic. confi. 40. nu. 30. Anto. Baue. tracta. de iur. iura. num. 38. Cagn. repe. l. fina. nu. 36. C. de pact.

pac. Gome. §. quædã, nu. 19. Inst. de act. Cortain me mo. verbo donatio, il 5. In l. pacta, quæ 8, nu. 5. C. de pact. Claudi. in l. cui bonis, nu. 24. ff. de verbo. obliga. & in l. diuortio. nu. 1. eo. Iaco. de Sancto Geor. in l. profectitia. §. si pater. nu. 4. ff. de iu. doti. Hippo. Rimi in §. 1. num. 272. Inst. de dona. Fortu. Garzi. trac. de vlti. fin. c. illa. 20. nu. 349. Grama. decif. 103. nu. 37. Bertran. de magis communi confi. 215. nu. 4. & confi. 301. nu. 2. Deci. confi. 202. colu. 2. & 232. col. 3. & 240. in prin. Crauet. confi. 81. & 229. Bello. confi. 4. nu. 2. in si. & confi. 87. num. 5. Paris. 86. col. 3. & 7. vol. 3. Rolan. à Vall. confi. 8. num. 16. vol. 1. Petr. à Ducen. reg. 219. in secunda amplia. Ripa. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. nu. 35. & lib. 3. re. spõ. c. 4. nu. 6. & ca. 6. per tot. Didacus Coua. rub. de testa. in 2. par. nu. 10. Lopez d. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 51. in fine. ibi rejicit contrariam opinionem, Franc. Turza. recolle. com. opin. q. 74. de communi, Laure. Kircho. de magis communi Centur. 2. littera D. concl. 77.

Contrariam opinionem tamen, quod talis donatio non firmetur iuramento, dicunt Doctores tenere Bartolum in l. 1. per illum tex. ff. de dona. int. vir. & vxor. hanc opinionem sequitur ibi Bald. Salicet. & Fulgo. & dicunt eandem opinionem tenere Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia, nu. 2. ff. de leg. 3. Ang. in l. si quis pro eo, nu. 2. ff. de fideiuf. Card. clemen. 1. §. porro, nu. 10. de iureiuran. Bal. in l. si quis inquit inos. §. 1. ff. de leg. 1. Sali. l. 2. nume. 75. C. de resc. vendi. Ioan. And. in addi. ad Specu. tit. de dote post diuor. resti. in fili. Corne. confi. 223. nu. 4. vol. 3. Socin. confi. 65. nu. 12. vol. 1. Cur. fen. confi. 66. nu. 3. hanc eandem opinionem sequitur Alcia. supracito eo dicens eam plus sibi arridere, & eam comunè esse dicit Cassane, in confus. Burgu. ar. des doit rub. 4. §. 7. fol. 167. nu. 27. Henri. ca. fina. de dona. inter virum, & vxorem, Castrensi. confi. 65. col. 2. vol. 2. Ang. in auth. si qua mulier. C. ad Vell. ibi Doc. communiter post gl.

33 Sed pro solutione, & concordia animaduerten. quod re vera, Bar. & Doct. in d. §. Titia, si recte inspiciantur, non loquuntur in donatione vera, sed in confessione dotis receptæ, ut si maritus constiteatur se debere vxori sup mille, quæ dicit se ab ea recepisse & iurat, talis donatio non firmatur iuramento, ita loquitur Bar. & Docto. in hac secunda opinione, & ratio est, quia talis confessio præsumitur facta in fraudem legis, & tale iuramentum super eo, quod est de præterito interponitur. Conclusio vero prima, de qua Bart. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuffo. nu. 17. loquitur in eo casu quando iuramentum interponitur super eo, quod est de futuro, & tunc locum habet. d. c. cum contingat. de iureiur. & quæ ibi Doctores tradiderunt ita distinguit Imol. ibi & tenet Currius confi. 95. nu. 4. vol. 2. & Socin. in l. 1. num. 98. ff. solu. matrimo. Dida. lib. 1. resolu. cap. 7. nu. 5. Gratus confi. 55. nu. 4. lib. 1. Lopez de Pala. in rubric. de donatio. inter virum, & vxorem. §. 51. nume. 6.

34 Sed quæro si maritus senex, vel ignobilis facit donationem vxori suæ iuueni pulchra, vel nobili, vel cõ-

fessus fuit ex certa scientia dotem recepisse, quam non recepit, an valeat, & teneat talis donatio. dic quod sic, quia est donatio reciproca, & remuneratoria, quæ non est prohibita, Cast. l. pater puelle. in si. C. de inof. test. Marfi. sing. 50. & in hoc casu est donatio ad recompensationem inæqualitatis, arg. l. quod autem. §. si vir & vxor ff. de don. inter virum, & vxor. rem. ita tenet Bar. in l. si voluntate. C. de dotis prom. nu. 2. idem tenet in l. diuortio. ibi Ias. nume. 9. post Pau. de Cast. Imol. Cur. Alexan. ff. de verbo. obliga. idem tenet Bald. l. 2. §. fina. ff. si certum petatur. Ias. in l. ex hoc iure, nume. 55. ff. de iusti. & iu. Tiraq. in l. cõnubia. in 4. le. nu. 9. & 5. le. nu. 18. & in repeti. l. si vnquam, in verbo donatione largitus, nu. 19. C. de reuoc. dona. Neuiza. Sil. nup. lib. 2. nu. 28. secuta in l. cogredi. §. cõ filio. ff. de vulg. & pupilla, nu. 162. Abbas in c. 1. nu. 8. de adulte. Couar. epito. 4. lib. 2. cap. 3. §. 3. nu. 2. Ibi infert non teneri donatariam vxorẽ soluto matrimonio secundo nubentem hanc donationem remuneratoriã conseruare filijs prioris matrimonij, ita etiam opinatur Ripa l. feming. C. de secun. nupt. nu. 35. sic illam legem intelligens, & Lupus in rep. rubr. de dona. §. 30. & 53. Curt. iun. confi. 6. nu. 20. Clarus. §. donatio. q. 9. Baldus Nouel. trac. de dote ibi de communi in 10. par. nu. 7. Gome. commenta. iur. titu. de dona. tom. 2. c. nu. 14. Michael Crassus commun. opi. cap. 8. quæstio. 6. Lopez in rubri. de dona. int. vir. & vxorẽ, §. 31. Sciendum tamen est & aduertendum, quod suprad. conclusio prima, quæ habet, ut donatio inter virum, & vxorem non valeat, declaranda est, ut procedat quantum ad hoc ut ab initio sustineatur ita quod reuocari non possit, verum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit eo casu donatio ipsa morte mariti confirmatur. l. Papi nianus, ff. de dona. inter virum, & vxorem ibi glo. or din. Bart. & communiter Doctores ibi tex. in l. cum hic status, & quasi per totum. ff. eod. tit. l. 1. & l. etiã & l. à marito & l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum, & vxorem. Marfi. singula. 316. 36 vbi videtur firmare, ut si donatio inter virum, & vxorem confirmetur non solum morte naturali, sed ciuili, vel saltem donatio pendet: nam aliquis timens ne bona sua caperet, & inuaderet fiscus ex aliqua causa poterit facere donationem causa mortis bonorum suorum vxori suæ, postea si contingat, quod maritus sit positus in banno eris, & personæ, vxor poterit defendere talia bona sibi donata ne veniant in fiscum, quoniam iste bannitus quoad ciuitatem suam, vnde exulat, patitur tale exilium, quo maius non reperitur, ideo talis donatio tanquam ex morte mariti confirmatur, quare vxor tali casu potest bona defendere à fisco, dummodo processum fuerit ad plenam traditionem, & tamè bannitus potest dictam donationem reuocare, ut est, tex. vnicus in l. sed si mors. ff. de don. inter virum, & vxor. ita inquit Bal. ad litteram in l. penu. in 9. col. C. de exe. rei iud. ibi subdit quod si fieret reuocatio talis donationis sequuto banno, quod etiam tali casu fiscus non habebit bona, sed inmo remanebit ipsi marito, quia non fuerunt inclusa in cõfiscatione, allegas ad hoc. l. si

l. si deportati ferui. ff. de leg. 3. refert hanc doctrinam, & sequitur Iaf. l. si stipulatus fuerim, in §. cum stipulamur col. pen. ff. de verbo. obli. idem Bal. in l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxor. ibi Alexā. Barto. in l. res vxoris. C. eod. Calt. in l. post contractum, in fine de dona. & de in ingressu religionis, quæ est mors ciuilibis, vide tracta. matri.

37 Dicendum est ergo quod substinebitur donatio causa mortis secuta morte mariti, vel vxoris in vim relicti, & videtur habere vim relicti, & ideo detrahitur de illa falcidia, sicut de legatis: verè tamen & realiter est donatio, & sic species contractus, vt probatur, & colligitur ex supradictis

38 Etis iuribus. Ex quo inferitur, quod si ad hoc, vt talis donatio valeat, & confirmetur morte, non requiritur hæreditatis aditio, vt probatur in l. j. C. de dona. int. vir. & vxor. ibi Bar. & communiter Doctores. idem Bart. & alij in l. sequens quæstio. ff. de le. 2. Calt. in l. scripturam. ff. de leg. j.

39 Sed intellige supradicta, vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenit traditio vera, vel ficta, & si aliquid quod iungatur vice traditionis: alias verò si interuenisset sola promissio non confirmaretur morte (nisi sit donatio reciproca, vel propter benemerita inter coniuges, quæ confirmatur morte etiam absque traditione, debent tamen

40 si merita probari inter ipsos coniuges, si sit facta donatio propter benemerita, Marf. (lingu. 262.) prout declarat Bar. in d. l. Papinianus. ff. de dona. int. vir. & vxor. Cor. consi. 124. littera B. lib. 4. & Calt. con. 138. nu. 1. lib. 1. Cæpol. consi. ciui. 8. nu. 3. Par. consi. 128. lib. j. Socin. reg. 105. Dida. Rub. de testa. in 3. par. nu. 3. & communiter Doctores omnes, & de donatione reciproca vide Castr. in l. si pater. ff. de dona. int. vir. & vxor. de quo meminit Ioann. Lupus in Rubri. de donatio. inter virum, & vxor. col. 235. §. 50. numero 17.

41 Et quoad illud quod dictum est de traditione ficta si quando scilicet aliquid dicatur fungi vice traditionis duo ponuntur exempla. Primum quado in donatione est appositum constitutum, cum constitutum habeat vim fictæ traditionis, vt dicemus infra suo loco, & ideo istud constitutum operatur, vt donatio ipsa morte donantis confirmetur, vt est communis opinio, vt dicit Soci. in l. 1. §. si vir, col. 3. vers. 4. & vlt. ff. de acq. poss. Par. d. consi. 128. nu. 19. & Cæpol. d. consi. 8. nu. 4. Secundum exemplum ponunt Doctores quado non est vera donatio, sed simulata, & præsumpta, vt quando maritus constanti matrimonio confessus fuit se recepisse dotem: huiusmodi confessio præsumitur facta animo donandi, & confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet vim fictæ traditionis, ita glo. dicit in l. quod de suo. glo. fina. C. de dot. cau. non nume. de quo Socy. dicens esse communiter receptam in consi. 79. post nu. 1. lib. 4. & Bal. Nouel. tracta. de dote in x. par. nu. 7. Dida. Coua. lib. j. resolu. capt. 7. post numerum 4. Socyn. l. 1. numero 71. ff. sol. matrimonio.

42 Notandum tamen est quod hæc confirmatio, quæ fit per mortem mariti respectu dominij non

retrotrahitur ad tempus factæ donationis, sed bene retrotrahitur respectu fructuum perceptorum, vt inquit glo. in l. talis scriptura. gloss. fina. ff. de leg. j. ibi Cast. de communi. nu. 4. Alexā. nu. 8. Dida. in d. Rubr. de testa. in 3. par. nume. 5. Crotus in repe. si is qui pro emptore, nu. 15. ff. de vscap.

Accedat quod supradicta debent intelligi quando maritus donat vxori, vel vxor marito de suo patrimonio, & illud diminuendo: secus tamè est si vnus eorum in fauorem alterius donationem, vel renunciationem faceret, quæ tenderet in maximum commodum donatarij, tamen per eam nullum damnum nec diminutionem bonorum suorum, nec patrimonioj incurreret donator, tex. est expressus in l. si sponsus §. si maritus. ff. de dona. int. vir. & vxor. ibi dum dicit si maritus hæres institutus repudiet hæreditatem donationis causa, Iulia. scribit donationem valere, neque pauperior fit qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo depofuit, ibi glo. & communiter Doctores.

Ex qua conclusionem inferitur ad plurima: videlicet quod si maritus hæres institutus repudiauerit hæreditatem, vt perueniret ad vxorem, quæ erat successura ab intestato, valet & tenet repudiatio. si Similiter quod si maritus hæres institutus repudiauit hæreditatem vt perueniret ad vxorem vulgariter substitutam, valet & tenet repudiatio.

43 Item quod si maritus repudiauit legatum, vel fideicommissum, licet in eum per legem fuerit factus dominus, vt perueniret ad vxorem ex causis prædictis, valet & tenet repudiatio talis. Intelligendo dummodo vxor recipiat ex persona propria, & iuris dispositione, puta quia erat successura ab intestato, vel substituta, vel alio titulo, vel iure vocata, ad hoc ne aduersetur tex. in l. 3. §. fina. ff. de dona. int. vir. & vxor. vbi nullo iure proprio vxor erat vocata nec admittebatur: sed tantum fuit admissa de voluntate, & dispositione mariti, qui expressè renunciauit donationi, quæ sibi fiebat, & oneravit donantem, ut daret vxori, & ipse fecit, quo casu dicitur capere ab ipsa marito, & non valet, sed bene valeret si volenti legare mihi causa mortis, mando quod leget vxori. l. sed si vir. §. quod legaturus. ff. de dona. int. vir. & vxor. quia isto casu non fit donatio inter virum, & vxorem, ratio est, quia in donatione causa mortis, vt sine traditione transfertur dominium, reuocabitur tamen l. 2. ff. de dona. cau. mor. secus in legato, quod cedit solum a tempore mortis, vt l. a Titio. ff. de fur. cum simi. Ideo in primo casu quæstio dominio viro non potest donare: sed in secundo, hoc est in legato potest: quia non acquirit nisi morte secuta. Hoc limita verum quando iam aliquis donauerat causa mortis viro, sed quando solum disposuerat donare si mutato proposito ad instantiam viri donet vxori valebit: quia cessat ratio diuersitatis de legato.

De

DE REB. QVAE DONARI possunt, vel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Donari possunt omnes res, quæ in commercium nostrum venire possunt, aut quorum dominium transferri potest, siue sint corporales, siue incorporales.
- 2 Non possunt alienæ res donari, ideo constante matrimonio res dotales vxor non donat.
- 3 Res quæ donantis sunt mobiles, vel immobiles corpore, vel in corpore donari possunt, ita ut spes cedatur, & ius liti gaudi, sed non potentiori.
- 4 Possunt donari res singulares, vel uniuersales in parte, vel in toto, & retentione vsusfructus dominium, & ciuilibus possessio transferri operatur.
- 5 Donatio incerta re, & loco, & quota, non valet, nec ex ea queritur dominium.
- 6 Donatio omnium bonorum presentium valet, quia in futurum aliquid queri potest. Donatio autem omnium bonorum presentium, & futurorum non valet etiam iurata, limitatur.
- 7 Valeret donatio si quis simpliciter donaret bona sua, vel mobilia, & immobilia.
- 8 Donatio facta ab aliquo simpliciter suæ hereditatis non valet.
- 9 An pars hereditatis possit donari.
- 10 Si donator omnium bonorum reseruaui sibi vsusfructum suorum bonorum, an valeat talis donatio.
- 11 Si aliquis faciat donationem causa mortis omnium bonorum suorum presentium, & futurorum, valebit talis donatio.
- 12 An donatio facta de re ecclesiæ à prelato valeat.
- 13 Donatio iuris presentandi facta à patrono, an valeat.
- 14 Patronus non potest promittere presentandam nec de re in specie alieni potestatem presentandi cum uocabit.
- 15 Non potest donari hereditas inuentis.
- 16 An donari possit feudum per uassallum regulariter non sine licentia domini, limitatur. Poterit feudataris obligare feudum pro restitutione dotis quoad feudatarij præiudicium.
- 17 Vassallus potest donare filiam de re feudali.
- 18 Concordatio opinionum contrariarum.
- 19 Poterit vir uxori constituere donationem propter nuptias, vel dare arras in re, quam habet in emphiteusi sine consensu domini.
- 20 Poterit quis facere donationem propter nuptias, vel dare arras, vel concedere sponse, seu uxori, quando non habet alia bona, etiam de bonis subiectis restitutioni.

**Capio** secundam columnam, quæ est inscripta, quæ res donari possunt, vel non, & pro eius declaratione dicendum, quod donari possunt omnes res, quæ in commercium nostrum venire possunt, aut quarum dominium transferri potest, siue sint corporales, siue incorporales. Potest enim & citra corporis donationem valere

donatio, veluti si donationis causa cum debitore meo paciscar, ne ante certum tempus ab eo petam. l. in ædibus. ff. de donatio. quinimo potest donari factum siue purum siue mixtum.

2 Sed animaduertendum, quod non possunt alienæ res donari, ideo constante matrimonio res dotales vxor non donat, nec filius res patris. l. si filius & l. si constante. C. de dona. Bene verum est, quod si alienæ res donentur, si quidem euictio sit promissa, debetur, alias si donatio à traditione cepit initium euictio non debetur. De dolo tamen potest agi si alienam rem sciens donator tradit, si vero à promissione, vel pactione cepit, tunc de euictione donator tenetur. l. Aristo. §. vltimo. vbi gl. ff. de donat. & not. gl. & Docto. in §. alia, Insti. de donat. & tunc donatio erit proprie quoad titulum, licet non quoad dominium, vt per Tiraquell. l. si vnquam. in verbo donatione, nu. 158. C. de reuo. don.

3 Ceteræ verò res, quæ donantis sunt mobiles, vel immobiles, corporeæ vel incorporæ, vt dixi, donari possunt, ita vt spes cedatur. l. 1. 2. 3. & l. si quis argentum, per totam. C. de dona. Ideo & matrimonio constante spem vxor donare poterit, vt not. in l. si constante, & potest quis donare actionem. l. 2. C. de donati. & poterit donari ius litigandi, & actio ipsa, sed non poterit donari potentiori, quia qui donaret incidere in edictum. C. de alien. iud. mut. cau. fac. quæ est prohibita, vt per Cephal. consilio 606. volum. 5. Quinciam potest quis actionem dare in dotem. l. nominibus. C. de action. & obligatio.

Itè potest dare in solutum, & in pignus. l. postquam. de actio. l. grege. §. cum pignori. ff. de pignor. Gomel. commenta. iur. titu. de empti. & vend. sub nu. 6. & nos diximus alibi.

4 Possuntque donari res singulares, & uniuersales in parte, vel in toto, & retentione vsusfructus dominium, & ciuilibus possessio transferri operatur. l. si quis argentum. §. antepenulti. & penul. C. de dona. & l. quisquis. C. eod. Tiraquell. tracta. consitu. in 36. amplia. & Bolognet. consil. 6. numero 18. sed aduertendum quod si donatio in certa re, & loco, & quota non valet, nec ex ea queritur dominium, vel possessio, de quo vide consi. Hip. Rimini. consi. 98. & 99. vol. 1. vbi citat Barto. consi. 74. & alios.

5 Quod autem dictum est uniuersa donari posse procedit dummodo aliquid retineatur, de quo testamentum fieri possit, & non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonij, quod donatur. Hinc est quod si donatio omnium bonorum presentium valet, quia in futurum aliquid queri poterit, argumen. l. si defunctus. C. arbi. tute. Alexan. l. fin. post numerum 3. ibi Iaf. Deci. Cur. Cagnol. & alij. C. de pacty Ruyn. consilio centesimo septuagesimo octauo, numero tertio, libro primo, & consilio 13. numero tertio, libro secundo, Porti. Imolen. consilio trigessimofexto, numero vndecimo, Riminaldus iunior consilio centesimo decimono, numero 76. lib. 2.

Do.

Donatio autem omnium bonorum presentium & futurorum nihil valet, et si fuerit iurata secundum alios quos tribus de causis. Primo quia infert contrariis regulas votum captandae mortis. l. vlti. C. de pac. Secundo quia haereditas institutionem continet, cum haereditas pactis, & conventionibus relinqui non possit. l. haereditas. C. de pac. conue. adeo ut pactum etiam reciprocum nullius momenti sit. l. licet. nu. 9. C. de pac. vbi Bar. Bal. & alij. Tertio quia est contra bonos mores, & adimit facultatem testandi, vt dixi. solet ad hoc allegari. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. ibi Bar. Ang. Cast. Alex. Iaf. nu. 20. & Ripa, Crotus, Butigella, & alij, & est communis opinio, vt dicit Bal. c. in presentia, nume. 36. de proba. quem refert episcopus Lopez in suis allega. pro Marchio Valle fol. 201. Couarr. de testa. in Rubr. par. 2. nu. 4. Cor. consi. 60. vol. 2. col. 3. Cast. consi. 82. in fi. vol. 2. Ripa lib. 3. respon. cap. 14. Roman. consi. 95. Dec. consi. 251. Gratius consi. 70. vol. 1. Franc. Marza. consi. 61. nu. 18. Barto. Alex. Iaf. Dec. Cagno. Bolo. & alij. l. fina. C. de pact. Rimi. Infi. in prin. de dona. nu. 27. Iulii. Clarus. §. donatio. quest. 19. & 20. Socy. reg. 108. vbi ponit istam regulam, & limitat sex modis, Duen. reg. 219 vbi sex modis ampliat, & duas addit limitationes vltra Soci. nempe non habere locum quando donatio fit ob causam dotis, quia tunc est valida fauore dotis, etiam si sit omnium bonorum, vt per Boeri. decis. 353. nu. 10. Item quando dominium bonorum non esset translatum in donarium: quia qui habet dominium potest testari dato quod bona alteri sint restituenda, vt per Tiraquel. vbi refert alios tracta. de iure constitu. 1. par. nu. 74. quae limitatio non est admitenda, vt per Cagnol. d. l. fina. nu. 217. & per Purpu. nu. 256. ibi impugnat Dec. nu. 34. & Purp. nu. 240. & Cagno. sub nu. 237. vbi ponit decem limitationes ad d. reg. principalem: signanter, vt non procedat in donatione omnium bonorum presentium, & futurorum facta ecclesiae, quia ex quo dat ecclesiae propriam personam, multo magis dare poterit bona presentia, & futura, auth. ingressi. C. de sacros. ecclesi. ibi Docto. de communi Dec. consi. 488. nu. 5. limita etiam nisi sit iuramento vallata, & firmata, vt tradit Corne. consi. 252. col. 3. vol. 3. Socy. iuni. consi. 65. nu. 50. & consi. 143. nu. 37. vol. 1. Crauet. consi. 139. nu. 8. Alias limitationes videre poteris per te ipsum ne occurrat eum describere, & nos per alium ordinem omnia dicta per eum reperimus, eo maxime quod non omnes illae limitationes tradite per Cagno. d. l. fina. procedunt & vere sunt.

7 Ex quibus supradictis infertur quod valeret donatio si quis simpliciter donaret bona sua, vt diximus, Corne. consi. 132. littera D. lib. 3. cum in huiusmodi donatione simpliciter facta, non veniant bona postea quaesita, secundum opinionem omnium Doctorum, vt ait Bello. consi. 5. in prin. poterit ergo donator de istis bonis postea quaesitis testari, & disporre. Idem dicendum est quando aliquis etiam verbis vniuersaliter concepit donasset omnia bona sua: adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura, & ideo valebit donatio prout sensit glo.

in d. l. fina. in verbo accommodauerit. C. de pact. ibi Iaf. Cagno. Cur. & alij, & Dec. consi. 225. nu. 5. in fine. Iaf. de communi consi. 5. col. 2. vol. 3. & eadem ratione si quis donauerit omnia bona sua mobilia, & immobilia, valebit talis donatio, Iaf. de communi d. consi. 5. col. 3. lib. 3. Dec. consi. 414. nu. 10. & valet ista donatio, tum quia non veniunt bona futura, tum etiam, quia in donatione omnium bonorum mobilia, & immobilia non veniunt iura, & actiones, quae non dicuntur esse in loco, ex quo sunt incorporalia, vt l. cuius. in prin. ff. de leg. 2. Soc. d. reg. 108. fall. 2.

8 Et ex supradictis etiam infertur, quod donatio facta ab aliquo simpliciter suae haereditatis non valet. ratio est, quia nomen haereditas, comprehendit omnia bona, quia quis tempore mortis sui reliquit & ideo admittitur facultas testandi, vt per Bar. d. l. fi. nu. 4. C. de pac. ibi Iaf. Dec. Cur. Aqué. Cagno. ibi de communi sub nu. 276. Duen. reg. 219. in 4. amplia. Celsus Hugo. consi. 58. nu. 2. vbi extendit, vt non valeat donatio haereditatis etiam si sit causa mortis Dec. l. licet. col. fina. C. de pact. vel si executio illius differatur vsque post obitum donatoris, quia in solo testamento relinqui potest haereditas, vt vult Barto. Bal. Ang. & alij. in l. licet. C. de pact. & si verum est, quod non credo, tamen intellige quando donatur haereditas tanquam ius vniuersale, & sic tanquam ius succedendi, ita forsitan intelligit, & declarat Bar. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. ibi etiam Alex. & scrib. Bal. in l. in donationibus. C. ad leg. falcid. Limitatur in milite, vt d. l. licet, ibi Iaf. qui vult ut procedat tantum in militibus ad discrimen militiae pergentibus, qui bene poterunt donare etiam haereditatem. † Quid autem sit dicendum de parte haereditatis vide Cagno. d. l. fi. sub nu. 277. vbi idem dicendum putat, cum in illa impediatur facultas testandi, & in illa parte donator non haberet haereditatem. Ideo disce cautelam, vt si vis donare, dones partem bonorum, sed non sub nuncupatione, & verbo haereditatis, quod nota.

9 Sed quid si donator omnium bonorum reseruauit sibi vsum fructum suorum bonorum, valebitne talis donatio stante hac reseruacione. In hoc casu Doctores distinguere videntur hoc modo, aut testator reseruauit sibi vsum fructum hoc expresso, ut de eo posset in vita disponere, & non valet donatio, ita consuluit Barto. consi. 76. incipiente, pater filio, & Couarr. attestatur de communi lib. 3. reso. iur. capit. 12. nu. 3. etenim ad hoc, vt donatio omnium bonorum valeat oportet, vt illud quod donator sibi reseruauit, sit eius conditionis, vt de eo testari possit, vt est communis opinio, de qua attestatur Couarr. d. cap. in fi. Aut vero donator simpliciter sibi reseruauit vsum fructum, & tunc donatio valet secudum communem sententiam Doctorum, vt per Couarr. d. c. 13. nu. 4. dicat quid velit Cast. d. l. fin. nu. 10. C. de pact. vbi omnes alij Doctores tenent contrarium, vt inquit Abbas consi. 102. col. 2. par. 2. Areti. consi. 54. col. pen. Socy. consi. 126. col. fina. lib. 3. & in fall. suis reg. donatio. 108. in 3. fall. Rola. Valle. consi. 65. col. 1. vol. 1. Natta, consi. 146. nu. 11.

nume. 11. Menochi. consi. 92. nume. 43. vol. 1. Hier. Gabr. consi. 137. nume. 35. & plenius consi. 139. col. 1. vbi dicit esse tex. in l. 3. §. fina. ff. de lega. 3. Celsus Hugo consi. 37. num. 9. Hippol. Rimi. consi. 119. nume. 70. vol. 1. Iaco. a Sancto Georgio. l. fina. nume. 39. C. de pact. Ruy. consi. 51. columna fina. volu. 1. Iaf. consi. 12. col. 3. volu. secundo, & consi. 163. col. 6. vol. 4.

Quae opinio multo magis procederet quando expressse donator vsum fructum sibi reseruasset cum facultate de eo disponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & nota (vt diximus supra) quod per retentionem vsum fructus transfertur possessio in donarium, (ex natura contractus) proprietarium. l. quisquis. C. de donatio. maxime cum constituto, Tiraquel. tracta. constituti. in 36. amplia. & Bolo. consi. 6. nu. 18. Rimi. iuni. consilio 98. libro primo.

Sed quae opinio an idem procedat in donatione causa mortis, quod in donatione inter viuos, dic quod non, nam si aliquis faciat donationem causa mortis, non est omnium bonorum suorum presentium & futurorum, valet talis donatio: quia donatio omnium bonorum post mortem collata valet, ita tenet glo. d. l. fina. in verbo accommodauerit. C. de pact. quam sequitur Barto. & Docto. communiter, vt ait Dec. consi. 578. numero septimo, in fi. & de communi Imo. in Rubri. extra de testam. numero quinto, Barto. Bald. Aqué. & alij. l. licet. Alexan. consilio 28. volu. 3. Cagno. d. l. fina. numero 278. namque poterit donator ipsa donatione non obstante alium haereditem instituire, qui licet teneatur postea donatio dare iuxta conuenta in donatione: poterit tamen retinere falcidiam.

12 Sed dubitari posset an donatio facta de re ecclesiae a prelato valeat. dicendum quod non vt est text. expressus in capitulo, sine exceptione, versiculo donare. 12. quaestione secunda, & capitulo. 1. de donationibus Petr. a Duen. reg. 220. ibi primo limitat quae do episcopus, & prelatus vellet donare benemeritis vt in capitulo, si quos, duodecima quaestione secunda, quia tunc non videtur donare, sed potius soluere debitum naturae. l. Aquilius Regulus. ff. de don. l. sed si lege §. consuluit. ff. de peti. haeredita. capitulo cum in officijs. de testam. etenim potest prelatus remunerare non concedendo dominium alicuius rei, sed vsum fructum ad breue tempus, vt tenet Innocen. in dicto capitulo, cum in officijs, Bald. in l. iubemus, col. 3. C. de sacrosan. eccles. & haec remuneratio si possit debet fieri de bonis mobilibus ecclesiae: non autem de immobilibus, vt tenent Docto. d. l. iubemus. & c. fina. de pecu. cleri. prout tenet Iaf. consi. 116. vol. 4. & merita debent esse aequiualentia rebus donatis. c. relatum. el secundo, ibi iuxta seruitutis meritum. de testa. Dec. in consi. 174. col. 2. Secundo limitat quando donans rem ecclesiae tantundem donaret ecclesiae, cuius rem donat, & iuxta rei collatae modum. c. consensus, & c. episcopi. de rebus eccl. non alie. & c. iniustum. in §. item si rectores 12. q. 2. Tertio fallit in Romano Pontifice, qui bona vnius ecclesiae alteri ex causa concedere potest

gl. c. constitutus. vers. a quocunq; de relig. domi. & c. 1. 12. dist. ita tenet Prap. in c. non liceat Papa. 12. quaest. 2. facit quod no. Iaf. in l. Barbarius, nu. 3. ff. de offi. prat. Quarto limitat quando episcopus vellet donare consanguineis pauperibus: scilicet pro victu, & vestitu talium, vt c. quisquis. 12. quaest. 2. & c. non satis. 86. dist. dist. facit tex. in c. si cupis. 16. q. prima.

13 Quid autem est dicendum de donatione iuris presentandi, valebit ne talis donatio facta a patrono? Dic quod si est facta cum consensu episcopi ualet, vt tenet Dec. consi. 541. nu. 2. vbi de communi, Meno. consi. 90. vol. 1. Rocchus de Curte. tracta. de iu. patrona. in ver. pro eo. in 2. quaestio. nu. 3. in 15. vol. tracta. Caesar Lamber. trac. de iu. patron. lib. 6. par. 2. quaest. 6. princ. & eadem quaestio. arti. secundo, ibi de communi. Roma singu. 427. & inter communes opiniones ponit Chircouius littera D. nu. 29. cent. 8. Viuius inter suas communes opiniones in ver. donatio. vbi intelligit si est facta donatio priuatae personae: scilicet laico, in quo casu requiritur consensus episcopi, secus si donatur ius patronatus religiosus per laicum, quia tunc potest etiam sine consensu episcopi, capitulo, licet, vbi Abbas de iu. patro. c. illud. eod. c. vnico. de iu. patr. in sexto.

Quae sententia intelligenda est quando donatio de beneficio vacante facta est: secus vero si de beneficio vacaturo. c. fina. extr. de concess. praben. ibi Abbas vlti. nota. nu. 6. ait quod sicut collator non potest promittere beneficium vacaturum, ita nec dare in specie alicui potestatem conferendi antequam vacet. c. constitutus. c. 2. extra de concess. praben. & sic † patronus non potest promittere presentationem alicui, nec dare in specie alicui potestatem presentandi cum vacabit, quia ea ratio, quae est in collatione militat in presentatione: quoniam sperans se presentandum desideraret proximi mortem: quam conclusionem pluribus autoritatibus comprobatur Rolan a Valle, consi. 47. nume. 53. cum seq. volu. primo.

15 Et successiue sciendum & notandum est, quod non potest donari haereditas viuentis. tex. est in l. quidam §. si. ff. de donatio. cuius textus verba sunt, donationem quidem partis bonorum proximae cognatae viuentis nullam fuisse constabat: verum ei qui donauit ac postea iure praetorio successit, quoniam aduersus bonos mores, & ius gentium festinasset actiones haereditarias in totum denegandas respondi, & sic qui donat bona viuentis eius haereditate est indignus, de quo late per Barto. Aquen. Cagnolium, Bolognetum, Iacobum a Sancto Georgio, & alios scriben. l. finali. C. de pactis, ibi videas Cagnolium. l. si emancipati, numero octuagesimo octauo. C. de collatio. vbi extendit non valere dato etiam, quod de vita, vel morte illius cuius est haereditas donata dubitatur, & sic sit incertitudo.

16 Demum quae opinio an donari possit feudum, dic quod regulariter vassallus non potest donare feudum alicui sine licentia domini, vt in cap. 1. §. donare, in titulo qual.

qual. olim feudum alien. poss. lib. feud. & in capitu-  
lo primo, de probi. feud. alie. per Federi. & capit. 2.  
de feud. Limita fauore mulierum, & dotis, in quo  
casu permittitur vassallum posse constituere dona-  
tionem propter nuptias in re perpetuo feudali, vt  
capitu. 1. de inuest. quam Tit. accep. a Sempro. & in  
cap. 1. de eo, qui sibi hæredique suo lib. feud. per quæ  
iura ita tenet Jacob. de Ardizo. in sua summa titu.  
qui. mod. feud. amitta. sub rubrica mulier habens  
feudum, quem referunt, & sequuntur Andre. de  
Iser. & Bald. §. donare, ibi etiam Aluarot. quarta  
col. versicu. capiamus. & Præposi. in secunda colum.  
ad hoc bonus tex. & ibi not. Innocen. & alij in cap.  
nuper. extra de dona. inter vir. & vxor. tenet Rot. de  
cif. 199. quæ hodie reperitur sub titu. de feud. 1. gl.  
& Docto. d. cap. 2. de feud. ibi Andre. Sicul. col. pen.  
notatur in authen. res. quæ. C. communia de lega.  
ibi Iaf. col. 9. per glo. & Docto. in c. quæ in ecclesia-  
rum. de constit. ibi Fely. col. 52. atque adeo sicut  
mulier feudataria potest dare suum feudum in do-  
tem sine licentia domini, & maxime quando con-  
currit inopia, ex quo non habet aliunde facultatē  
Parisi. consi. 16. nume. 3. vol. 1. & consi. 4. eod. vol.  
in si. & Curt. iuni. tracta. de feud. fol. 41. col. 2. Ita  
poterit vassallus constituere donationem propter  
nuptias in feud. ex suprad. iuribus ( dummodo sit  
feudum perpetuum non temporale, Hostien. & Io.  
And. capitu. ex parte. extra de feud. Iquia dos, & do-  
natio propter nuptias æquiparatur, vt in auth. dos  
data. C. de donatio. ante nupti. ita dicit notabiliter  
Bal. in d. §. donare. in secunda col. versicu. sed nun-  
quid filius, quem refert, & sequitur ibi Aluarot. &  
etiam Præposi. ratio videtur esse quia per huiusmo-  
di constitutionem donationis propter nuptias, vel  
arrharum non videtur propriè feudum alienatum  
cum dominium vitale semper remaneat penes mari-  
tum nec ipsum feudum abdicat a se, immo vsufru-  
ctu vitur ad sustentationem sui, & vxoris, & fami-  
liar: secus tamen esset quando dominium esset  
translatum in vxorem quod posset contingere quan-  
do feudum esset datum vxori æstimatum ea æstima-  
tione, quæ facit emptionem. iux. not. in l. si æstima-  
tis. ff. solu. matrimo. & in l. si inter virum. C. deiu.  
doti. tunc enim non præsumitur vassallo facere hæc  
donationem, & si faciat priuabitur vassallo feudo  
ita dicunt Aluarot. & Præpo. dicto. §. donare, & sic  
declarat, & intelligit Bal. ibi. Idem dicunt ipsi si fiat  
pactum inter coniuges de lucrando dotem, & do-  
nationem propter nuptias: quoniam istud pactum  
non potest apponi in præiudicium domini, nisi so-  
lum ad vitam vassalli, vt est tex. ibi not. capitu. nuper  
extra de donatio. inter vir. & vxor. Poterit ergo feu-  
datarius obligare feudum pro restitutione dotis quod  
ad feudatarij præiudicium: non autem domini, vt d.  
§. donare. cap. 1. de inuest. quam Tit. accep. a Sem-  
pro. & cap. 1. de eo, qui sibi, & hæred. suis lice. feud.  
& l. lex vechigali. ff. de pigno. not. tenet Bal. in capitu-  
lo primo, de contr. inuest. columna penultima, versicu-  
lo iuxta, prædicta quæro. lib. feud. Valebit igitur ta-  
lis obligatio quantum ad commodum, quod fenda-  
tarius habiturus erat ex feudo, in quo similiter po-

test fieri executio, vt per Bald. in authen. ei qui iu-  
rat. C. de bon. auth. iud. poss. columna decima sexta,  
versicu. quæro nunquid in rebus, facit bene tex. l.  
pecto. §. prædium. ff. de legatis secundo, de quo per  
eundem Bal. in capitulo primo, col. 3. versicu. quæ-  
ro nunquid, de probi. feud. aliena. per Feder. capitu-  
lo quoniam frequenter. §. in alijs. co. secunda, vt li-  
te non contestata, per Salice. d. authen. ei qui. colu.  
3. versiculo secundo, de quo vide in simili Bald. l.  
etiam. C. de executio. rei iudica. columna quarta. &  
17. ex istis deciditur vulgata quæstio quod vassallus  
potest dotare filiam de re feudali, quam vide in tra-  
cta. feudo. per Jacob. a Sancto Georg. & per Curti.  
eodem tracta. fol. 41. Neque obstat, quod Michael  
Grassus in recolle. commu. opinio. libro secundo, ca-  
pitulo secundo in verbo, feudum, quæstio. 12. dicat,  
quod communis opinio est quod feudum non pos-  
sit in dotem dari sine consensu domini, quia debet  
18 concordari, & intelligi, quod non possit quando  
adsunt alia bona, & sic non concurrat inopia vas-  
salli, & ita intelligit Parisi. dicto consilio 16. nume-  
ro 32. vol. 1. Vel dicas, quod opinio Grassi intelli-  
genda est in feudo temporali: non autem in perpetuo,  
vt dicit etiam Parisi. dicto consi. numero 31. Vel  
dic tertio, quod non potest feudum dari in dotem,  
in præiudicium domini, vt diximus supra, & sic  
erit concordata contraria opinio Grassi, qui licet  
generaliter loquatur: tamen debet restringi, & in-  
telligi secundum Doctores allegatos, ergo cum al-  
leget Parisi. dicto consilio 16. debet intelligi prout in-  
telligit ipse Parisi. sed nos suo loco dicemus tractat.  
feudo.  
19 Idem dicendum est per omnia in emphiteusi:  
etenim eodem modo poterit vir vxori constituere  
donationem propter nuptias, vel dare arrhas in re,  
quam habet in emphiteusi sine consensu domini,  
vt expresse voluit Specu. Ioann. Andre. titulo loca.  
§. nunc aliqua. Hostiensis in summa. titulo loca. §.  
finali, versiculo, nunquid res emphiteusis. Ioann.  
Andre. in capitulo potuit, extra loca. ibi Ioann. de  
Imola columna decima. Salice. l. finali. C. de iure  
emphiteu. ibi Iaf. latius columna quadagesima se-  
ptima. Bald. l. voluntas. C. de fideicommissi. colum-  
na secunda. Pau. de Cast. in l. vsusfructus, ad finem.  
ff. solu. matrimonio. Iaf. dicta authent. res quæ,  
duodecima columna. Alexan. consilio 173. volu. 2.  
sed intellige dummodo non detur æstimata ea æsti-  
matione, quæ facit emptionem; nec apponatur  
pactum de lucrando donationem propter nupti. vt  
dicitur supra in feudo.  
20 Item dicendum generaliter in re subiecta resti-  
tioni: quia eodem modo in illa poterit vir facere  
donationem propter nuptias, vel dare arrhas, &  
concedere vxori, vel sponse, quando non habet alia  
bona, ex quibus potuisset hanc donationem facere,  
alias secus per rex. in auth. ea §. & in corpore vnde  
sumitur: C. com. de leg. vbi tex. dicit ad litterã, sed si  
liberis portio legitima non sufficit ad dotis, seu pp  
nuptias, vel ante nuptias donationis obligationē p-  
mittit res prædictas in ea cã alienare de qb. oibus vide  
Lopez. seu vt alij vocant Lupum, in Rub. de do. int.  
vir.

vir. & vxor. §. 12. 13. & 14. vbi late, & sub §. 15. intel-  
ligit quando donatio propter nuptias realiter fuit  
data, vel concessa: secus si tantum fuit confessata:  
quoniam tunc non soluitur de bonis restitutioni  
subiectis, inferendo, quod si maritus fuit confes-  
sus habuisse dotem ab ipsa muliere, & mulier fuit  
confessa habuisse donationem propter nuptias,  
non habet locum dicta authen. res quæ. quia pro-  
tali dote confessata restituenda non poterunt alie-  
nari res subiecte restitutioni.

DE SVBSTANTIALI-  
BUS, seu quæ requirantur in  
donatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Donatio hodie nudo pacto fieri solet & potest.
- 2 Valet donatio feci promissio de donando etiam si non interuenierit traditio.
- 3 L. si quis argentum, non habet locum in donatione facta.
- 4 Concordatio opinionum secundum Imolam.
- 5 Si quingentorum aureorum summam exceperit donatio insinuari debet etiam si donator uolebat censeri plures donationes.
- 6 Quid sit insinuatio secundum Doctores.
- 7 Quare donationes excedentes summam quingentorum aureorum insinuari debeant.
- 8 Insinuatio a quo & quando, & quo tempore fieri debeat.
- 9 Insinuatio siue fiat a donante, siue a donatario confirmatur donatio.
- 10 Donationis insinuatio poterit fieri quocumque.
- 11 Si statutum mandet fieri insinuationes, poterit fieri quandoque ex interuallo.
- 12 Non possit fieri insinuatio nec donatio validari, quando fuisset res in iudicium deducta, & proposita de inualiditate donati onis.
- 13 An insinuatio possit fieri nemine citato.
- 14 Insinuatio debet fieri in uita donantis, vel donatarij.
- 15 Sunt quedam donationes, quæ insinuationem minime desiderant & quæ sint.
- 16 An donatio pura & simplex, quæ a principio non valuit sit in totum nulla, an autem solum pars excessiua, & in alia confirmetur.  
Donatio, quæ excedit quingentos aureos absque insinuatio-  
ne ualuit in excessu, non autem in totum.
- 17 An insinuatio requiratur etiam in pacto gratuito siue libe-  
ratione simplici.
- 18 Requiritur insinuatio in pacto de non petendo si excedit  
summam 500. aureorum.
- 19 Si filia renunciat hereditati iam quaesita, seu successioni  
requiritur insinuatio.
- 20 An iuramentum suppleat insinuationis defectum.
- 21 Concordatio opinionis contraria.
- 22 De substantia donationis, quæ excedit 500. aureos, est  
insinuatio.

- 23 De substantia donationis est, ut adsit consensus v-  
triusque.
- 24 Nunquid presentia cum taciturnitate inducat consen-  
sum.
- 25 An si aliquis donet absenti cum interuentu notarij, qui  
pro absente stipulatus sit ualeat donatio.
- 26 An sit perfecta donatio antequam tertius ratificet dona-  
tionem stipulatam per notarium.
- 27 Stipulatione notarij facta nomine absentis ius effi-  
caciter acquiritur absenti, & dominium utile trans-  
fertur.
- 28 An possit fieri conuentio, quod aliquo casu aduenient  
res perueniat in tertium absentem, & an possit dona-  
tor huiusmodi pactum reuocare.

Capio tertiam columnam vltimi ordinis,  
pro cuius declaratione dicendum  
est, quod licet in donatione propria facienda olim  
de iure stipulatio requireretur: hodie tamen & nu-  
do pacto fieri potest. l. si quis argentum. §. si autem  
hoc. C. de donatio. Rimi. in prin. de donatio. in glo.  
acquisitionis, nume. 152. quod procedit tam in do-  
natione inter viuos, quam in donatione causa mortis.  
gl. in l. cum pater. §. Meuius. in verbo donabat.  
ff. de legatis secundo. Clarus. §. donatio, quæst. 14.  
Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo libertis, sub nu-  
mero 43. C. de reuo. dona. Et hic limitatur regula.  
l. iurifigentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & donatio  
perficitur eo ipso quod donator voluntatem suam  
in scriptis, vel sine scriptis manifestauerit, si quidē  
in contractibus scriptura ad fidem tantum facien-  
dam requiritur. l. contrahitur. ff. de pigno. exequa-  
turque cum perfecta est venditioni, in qua rem  
venditorem tradere oportet. le. prima. ff. de actio.  
empti. sic & donatori rei tradendæ necessitas  
imponitur.

Et notandum est quod suprad. l. si quis argentum  
non solum habet locum in donatione, sed etiam  
in promissione de donando, & sic valet donatio  
per promissionem etiam si non interuenierit tradi-  
tio, seu stipulatio, & obligat promittentem etiam  
solo pacto nudo interueniente, vt per Socyn. con-  
silio centesimo, post numerum quartum, libro tertio  
Ripa libro tertio respon. capitulo decimo quarto,  
numero primo, & sequen. Gomes. in §. in personã,  
numero trigesimo nono, & sequen. Institutio. de.  
actio. Menoch. consi. 92. nume. 27. lib. 1. & nume-  
42. ibi de magis communi, Ioseph. Ludoui. suis  
commu. conclus. 40. (dicat quid velit Constan. Ro-  
geri. in lin. edibus. §. ex rebus, nume. 15. ff. de dona.  
& Rimi. Initi. de dona. §. 1. nume. 150. qui melius  
contrarium tenuit in Rub. nume. 39.) Aduertendū  
tamen est quod d. l. si quis argentum, non habet lo-  
cum in donatione facti, vt ire Romam, quod animo  
donandi tibi promitto, & quod. l. si quis argentum  
non habeat locum in facto tenuit Barto. in l. iurif-  
gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. sequitur Rimi.  
Institutio. de donatio. §. primo, numero 138. & Are.  
ante eum, & Bar. in extrau. ad reprim. in verbo, nec  
eorum. Sed in contrarium videtur esse gl. ordinaria  
in l. permiffi. ff. de præsc. verb. & in l. si eum. ff. e. &  
Cc 2 Bar.

Bar. in l. qui saxi. ff. de do. l. 10. de Imo. in l. in edib. §. 1. ff. eo. concordat opiniones. videlicet quod si interueniat meru factu, vt qd pmitto ire p te Romā, tunc habet locum opinio prima Barto. sed vbi est factum habens in se admittam traditionem, sit vera opinio glof. & sic secunda opinio, vt videri potest in dicta. leg. qui saxum, & dicta. Je. per misisti, & ibi limitatur etiam alijs duobus modis, de quo late per Imo. an procedat necne in d. l. in edibus. §. 1. Aret. §. in personam, verifaddas tamen, In frit. de actio.

Et animaduertendum, quod in hoc Doctores omnes conueniunt, quod si quingentorum aureorum summa excefferit, donatio insinuari debeat, quod procedit etiam dato quod in instrumento donationis apposita sit clausula, quod donator volebat censeri plures donationes non excedentes summam quingentorum solidorum, cum sit facta in fraudem, Bar. l. Modestinus, nu. 10. ff. de don. Clar. §. donatio, q. 17. Ferr. caut. 33. Rimi. Insti. de dona. §. 1. nu. 222. & 209. Ioseph. Ludou. com. conclu. 17. in fi. Quinimo ampliatur, vt non valeat donatio absq; insinuatione etiam inter coniunctos, neque inter extraneos, Decianus, consil. 32. nu. 51. lib. 3. Barba. consil. 23. nu. 10. vol. 2.

6 Quid autem sit ista insinuatio, dic quod nil aliud est nisi ipsam donationem redigere in actis, seu eam intimare, vel publicare apud acta, vel ipsam donationem facere apud acta iudicis. l. donatio siue directā l. data, vbi Bar. C. de don. Vel secundum Bald. l. fin. colu. 2. C. de dona. ant. nupt. quem sequitur Alban. consil. 4. nu. 89. insinuatio nil aliud est, quam confirmatio siue ratificatio. l. sancimus. §. si. ver. conuati. consil. C. de do. an. nup. Franci. Beci. consil. 66. num. 22. lib. 1. Vel secundum Alb. lillud, post nu. 2. C. de sacrosan. eccle. quem refert Iu. Clarus, d. §. donatio, quaestio. 15. versu. quæro ergo, quod insinuatio est per superiorem autoritatis prælatio, Aretin. in §. alleg. Insti. de dona. Docto. l. in donationibus. C. eo. de quo etiam late per Anto. Gabrie. tit. de dona. lib. 3. cap. 1. & Por. Imo. concl. 40. lib. 1. Ioseph. Lud. d. concl. 17. Petr. a Duen. reg. 224.

7 Quare autem donationes excedentes summam quingentorum aureorum insinuari debeant, quatuor assignantur rationes à Doctoreibus. Prima, vt inter insinuationem, & donationem donans deliberare possit an sibi expediat donationem perficere, vt in Auth. de appella. & int. quæ tempo. in princ. versu. vt liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, col. 4. Secunda est ratio, vt iteratio actus ostendat donationis perseverantiā, vt l. vna. C. de plus petito. sicut dicitur de actu geminato, vt l. Balista, ff. ad Trebel. Tertia est ratio, vt tollatur deceptionis suspicio, vt in l. si decipiendi. ff. ad Velleian. nam si scilicet præsentia amicorum tollit suspensionem fraudis, ita & præsentia iudicis, vt in l. transactione. & l. siue apud acta. C. de transita tenet Guid. Papæ consil. 57. Tiraquel. de leg. conu. gl. 6. nu. 177. vbi inquit quod aperte iudex debet intelligere, quod isti intendere donationem conficere ad hoc vt insinuatio valeat, alias licet interponat decretum non valebit

glof. nota. secundum eundem in l. tutor bonorum versu. amici eius, & iudices scientibus. ff. de bonor. posses. Quarta est ratio, vt occurratur falsis probationum modis, vt in l. fina. C. de fideicommiss. quas rationes ponit Anto. de Canario tracta. de insinuatione. quaestio. 9. numero 18. referens se ad Specu. tit. de instru. editio. §. porro. Petrus à Duen. regu. 224. Rolan. à Valle consil. 70. numero 17. libro secundo. Bero. consilio 56. nu. 9. lib. 1. Sed Barto. in l. Modestinus, nume. 3. ff. de donatio. addit duas alias rationes. Prima ne si fiat clam homines fraudentur, vt l. data. C. de dona. & quia in magnis quantitatibus magna exigitur obseruatio, vt l. fina. & authent. ibi post. C. si certum petatur, & Anto. de Canad. quaestio. nona. Mihi autem videtur omnes rationes reduci posse ad vnum finem, & esse idem per diuersa.

8 Sed quæro à quo & quando & quo tempore debeat fieri ista insinuatio. Respondetur, quod insinuatio siue fiat à donante siue à donatario conualidatur donatio, Corne. consil. 221. vol. 1. Ange. consil. 129. Alex. consil. 157. nu. 10. lib. 2. & multo magis poterit fieri insinuatio ab ambobus, scilicet donante & donatario. Poteritque fieri donationis insinuatio quoadcunque, Corne. d. consil. & Ang. supracit. Alex. consil. 237. in fi. lib. 6. Crauet. consil. 201. nu. 27. Bar. & Docto. in l. in hac C. de dona. ibi Bal. inquit, quod insinuatio ex interuallo perpetuo sequi potest donationem sub numero 5. Soci. consil. 68. nu. 3. vol. 1. & consil. 48. numero 10. vbi inquit non requiritur præsentia donatoris ad solemnitatem, sed ad præstandum consensum, nam actus insinuationis solum requirit donatoris consensum, & iudicis præsentiam, vt est casus in l. secundum diu. C. de dona. Marz. consil. 61. nu. 17.

11 Sed quid si statutum mandet fieri insinuationes poterint quoadcunque fieri etiam ex interuallo. dic quod sic, dummodo in statuto non sit tempus determinatum, quia tunc si esset adiectum tempus, d. insinuatio deberet fieri tempore à statuto determinato, de quo per Franci. Bec. consil. 66. nu. 20. & nisi d. insinuatio fieret infra tempus à statuto præfixum non conualidaretur etiam iuramento, Federi. de Senis consil. 181. Cur. iun. consil. 141. nu. 2. lib. 1. vbi de communi, Clarus §. donatio, quaestio. 18. in fi. Hippol. Rimi. consil. 72. nu. 57. lib. 1. Si vero in statuto posita sunt verba in continenti insinuari debere eo casu non possunt donationes quoadcunque insinuari, sed infra certum tempus arbitrandum à iudice, vt per Menochi. trac. de arbitra. iud. cas. 9. nu. 5. lib. 2. Centu. 1. Dicit quid velit Mandel. alias Alba. consil. 4. num. 50. & practica insinuationis est, quod fiat insinuatio unico contextu: nam donatio redigitur in scripturam, postea publicatur coram iudice etiam absque scriptura, & registratione, nec opus est, quod fiat in loco iudicis, neque opus est causæ cognitione aut decreto, sed sola ipsius iudicis præsentia sufficit, vt per Clarum, d. §. donatio, quaestio. 15.

12 Hoc tamen notandum est, quod non potest insinuatio fieri nec donatio validari, quā fuisset res in iudic

iudicium deducita, & proposita querela de inualiditate donationis, vt per Corne. d. consil. 221. lib. 1. nu. 5. & 6. Franc. Bec. d. consil. 66. nume. 30. Crauet. ta consil. 201. nume. 27. Marfi. singu. 489. Vnde necesse est quod ille, qui vult arguere donationem ob defectum insinuationis præueniat & rem ac nullitatem prædictam in iudicio proponat antequam citetur ad videndum fieri insinuationem, vt declarat Cor. d. consil. 221. nu. 7. lib. 1.

13 Sed quæro an insinuatio possit fieri nemine citato, dic quod sic, vt per Cynum Barto. Bal. Castren. & alios relatos à Tiraquel. in tracta. res inter alios acta, in §. 2. limita. affirmantes insinuationem donationis posse fieri nemine citato, & de magis communi attestatur Ioseph Ludou. d. conclusio. 17. versu. & propterea, vbi inquit quod insinuatio requiritur tantummodo ad effectum, vt proponendo donationes coram iudicibus, vel apud acta, donationes careant fraudibus, quæ fraudes cessant, siue fiant citationes, siue omittantur.

14 Notandum est etiam insinuationem debere fieri in vita donantis, vel donatoris, nec sufficit interuenisse mortis impedimentum, nisi donataria, vel donans protestata fuisset per se non fuisse quo minus expediuisset quod sibi incumbat, Alex. consil. 116. nu. 6. lib. 4. Franc. Becius, d. consil. 66. nu. 26. Et etiam nota quod non sufficit insinuare in loco factæ donationis, nisi in eodem loco sint bona & late per totum consil. Franci. Bec. consil. 62. sed insinuatio debet fieri in loco vbi sunt bona.

15 Sunt tamen quædam donationes, quæ insinuationem minime desiderant, veluti ad pios vsus factæ, & in redemptionem captiuorum, Rimi. Insti. de donatio. §. r. nume. 376. & 385. Barto. in lillud, nu. 4. C. de sacrosan. ecclesi. Fely. in cap. ecclesi. sanctæ Mariæ, nume. 82. de constit. Ias. consil. 169. nume. 8. lib. 3. Clarus §. donatio, quaestio. 17. Rebuff. de priuilegiis scholæ, pri. 64. vbi dicit idem de donatione facta scholari, sequitur Rimi. Insti. de dona. nume. 150. Duen. reg. 224. limi. 6. Paris. consil. 70. vol. 4. nu. 27. Idem dicendum est de donationibus, quæ sunt ab Imperatore, vel ab aliquo ipsi Imperatori, vt no. in d. §. alia. Insti. de dona. ibi Rimi. num. 458. & habetur in l. senatus. C. eod. de dona. Idem in donatione reciproca, seu vicisitudinaria, vel ob causam. gl. est ordinari. & communiter approbata, in l. licet. C. de pact. ibi no. Im. Rom. & alij in l. Aquilius Regulus. ff. de dona. Albe. Salice. in l. fina. C. de pact. Old. cōf. 139. Curti. iuni. consil. 81. nume. 5. Clarus §. donatio quaestio. 16. Simon. de Prætis, consil. 10. nume. 22. (dicat quid velit Pinel. l. 1. C. de bon. mater. in §. 3. nu. 62.) cum supradictæ non sint donationes proprie. Ferr. caute. 33. vbi docet cautelam ad faciendum, quod donatio valeat licet non fuerit insinuata, vide licet quod in instrumento dicas, quod donator facit ipsam donationem pro beneficijs, & seruiijs recompensatione, & remuneratione dignis. Hoc tamen intellige dummodo fiat specialis mentio de meritis, alijs merito, meritorum in genere non sufficit, nisi merita probentur, Berous consil. 57. nume. 10. lib. 1. & ad hoc vt valeat donatio ob merita, & merita di-

cantur æquivalentia rei donatæ, sufficit, quod non sit infra dimidiam rei donatæ, secundum Tiber. De ci. consil. 57. nume. 29. lib. 3. Idem in donatione propter nuptias, seu sponsalitia largitate, quæ non requirit insinuationem, auth. eo decui sum. C. de donatio. ant. nup. not. in l. minoribus. eod. titu. Guid. Papæ, decisio. 325. nume. 2. Anto. de Cana. tracta. de insinu. in secunda par. quaestio. 4. nume. 4. Paris. consil. 17. nume. 24. vol. 2. Petrus a Duc. d. reg. 224. in 2. limi. vbi superius etiam dixerat idem procedere in dote, vt l. fina. §. 1. C. de iu. dot. & l. fina. C. de don. an. nup. & hoc fauore dotis statutum esse inquit sicut multa alia, vt l. 1. ibi Docto. ff. solu. matrimo. Idem dicendum in donatione causa mortis, quæ licet excedat summam quingentorum aureorum insinuationem non requirit. l. fina. C. de dona. cau. mort. ibi glo. Barto. Bal. Ange. Salice. & communiter Doctores, Anto. de Cana. tracta. de insinu. in secunda par. quaestio. 7. nume. 7. Anto. Rube. consil. 59. nu. 1. Marzari. consil. 61. nume. 11. & sequen. & ratio est quia non est proprie donatio, sed æquiparatur vltimæ voluntati, & in vltimis voluntatibus non requiritur insinuatio Duc. d. reg. 224. limi. 12.

Quid autem dicendum est de donatione pura, & simplici, quæ a principio non valet, sed morte confirmatur, vt est donatio inter virum, & uxorem, & inter patrem, & filium, requiritur in loco factæ donationis, nisi in eodem loco sint bona & late per totum consil. Franci. Bec. consil. 62. sed insinuatio debet fieri in loco vbi sunt bona. tenet Bal. in l. si mortis. C. ad leg. falcis. Contrarium tamen est verius, quod immo requiritur insinuatio, vt est tex. formalis, in l. donationes quas parentes. C. de donatio. in vlt. & vxo. vbi deciditur, quod talis donatio debet insinuari, aliàs est nulla, & non confirmatur morte si non fuit insinuata, ibi no. gl. & ratio est, quia donatio, quæ morte confirmatur est pura, & simplex, & merito si est excessiua est nulla sine insinuatione, non sic in donatione causa mortis, quæ vt dixi, habet vim relicti, cum eius effectus conferatur post mortem.

16 Sed dubitare contingit, an talis donatio pura, & simplex, quæ a principio non valet, sit in totum nulla, an autem solum pars excessiua, & in alia confirmetur morte. dic, quod sit nulla in parte excessiua: sed in alia confirmatur morte. tex. in l. sancimus. C. de donatio. & per tex. in l. donationes, la prima. C. de donatio. inter vir. & vxo. ibi ita tenet Odofre. Ioann. Andr. in additio. ad Spec. ti. de donatio. versu. hoc scias, Crotus in l. 1. §. sed si mihi. col. 3. ff. de verborum obligatio. & in l. frater a fratre. col. 17. ff. de cond. in deb. Areti. consil. 17. col. 2. Rube. consil. 123. ita tenet Clarus §. donatio, quaestio. 17. ante eum Gomes. commenta. iur. titulo de donatio. sub numero 17. versiculo, sed ego. Bello. consilio quarto, post numeru vnde. cimū, qaamuis Salice. dicta. l. donationes. post numeru, tertiu teneat, quod in nihilo confirmabitur, & tenent etiam nonnulli alij, sed reprobat eorum opinio communiter, vt per Bello. d. consil. 4.

Et quod donatio, quæ excedit quingentos aureos absque infinuacione, vitietur in excessu, non autem in totum, tenet Aret. & post eum videtur tenere et Rim. in prin. Inst. de do. nu. 220. licet postea. n. 272. teneat contrarium, & tenet eam Bald. Angel. & Salicetus, lege, sancimus, in princip. per illum textum, C. de donatio. Angelus idem tenet in consi. 179. Deci. consi. 239. nume. 2. & 432. nume. 16. Alex. consil. 4. vol. 1. Anto. Rosell. trac. de indulg. nu. 406. Lupus in rub. de donatio. int. vir. & vxo. §. 17. nu. 6. Socin. consi. 48. col. fina. volu. 1. Abbas consi. 84. vol. 1.

Limitatur quando fuisse facta donatio inter personas prohibitas, & suspectas, quia tunc in totum vitietur, Salic. l. donationes, la. j. C. de dona. inter vir. & vxo. Cur. iun. consi. 95. Cassa. conf. 7. nume. 23. Ruyn. consi. 132. col. fina. volu. 4. qui in isto casu debet intelligi, & in hoc casu debet intelligi Hippol. Riminald. consilio 37. numero 72. volumi. 1. & sic contraria opinio, vt vitietur in totum, procedit inter personas prohibitas, atque ideo erit concordata opinio, de quo tantum dabitur Rimi.

17 Præterea quæri solet an infinuatio requiratur et in pacto gratuito siue liberatione simplici facta non expressa causa, dic quod sic si excedit summam quingentorum aureorum, gl. in l. si quis obligatione, ibi Cagno. ff. de reg. iur. Dac. reg. 224. in l. ampliatio, re, Barba. consi. 41. nu. 24. Didac. Couar. lib. 2. res. iur. cap. 4. nu. 8. & quod in pactis liberatorijs requiratur infinuatio de communi attestatur Claudia. l. creditor, nu. 1. ibi Alex. num. 4. Deci. numero 12. C. de pact. ibi etiam Socin. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo, donatione largitus, nu. 173. & num. 176. C. de reuo. dona. Bar. in l. Modestinus, num. 1. cum remissio sit donatio, Riminal. Instit. de dona. §. 1. nu. 300. & 320. & consi. 1. nu. 32. volu. 1.

Idem erit dicendum in donatione præsumpta, vel tacita, vt per Bar. in l. fina. in prin. nume. 3. C. de iure dotium, vbi infert ad confessiones, quas faciunt mariti de dotibus receptis, quæ habent vim donationis tacite, vel præsumptæ, & in ea requiritur infinuatio, vt colligitur ex eadem doctrina Barto. in l. 1. nume. 2. ff. de dona. Cur. iun. consilio 126. Clarus. §. donatio, q. 16. Ioseph. Ludou. d. conclus. 17. vers. an eadem.

Similiter si sit facta remissio ex causa donationis erit necessaria infinuatio, si quidem vbi apparet de intentione, & effectu, non est respiciendum quomodo verba concepta fuerint, Cur. iun. consi. 126. Calca. consi. 25. post nu. 23.

18 Et pariter eadem ratione suprad. conclusio habebit locum, vt requiratur infinuatio in pacto de non petendo, si tamen debitum sit liquidum, vt per Ripam d. l. si vnquam, nu. 39. C. de reuocand. donatio. ibi de communi, & Alex. in l. Nescimus. §. fina. ff. ad legem Falcid. Const. Roger. l. in ædibus, col. 1. ff. de donatio. Tiraquell. in d. l. si vnquam, in verbo donatione largitus, num. 196. cum sequen. secus si non sit liquidum per testes instrumenta aut alijs documentis, sed sit dubium, quamuis postea relinquatur in arbitrium iudicis.

19 Hinc est, quod si filia renunciat successioni iam quaesita, quia tunc donatio est, oportet adhiberi in infinuacionem, secus si filia renunciat futura successioni, quia in hoc non requiritur infinuatio Bald. l. illud, numero 7. C. de sacrosanct. ecclesi. Anto. de Cana. d. tracta. de infinuatio. in secunda parte, quaestio 16. numero 21. Neque etiam requiritur si fiat pactum inter fratres quod vnus alteri succedat, vt le. licet. C. de pact. Duen. d. regul. 224. numero 14. in 12. limita. Neque etiam requiritur in confessione facta in iudicio omnino donandi, quia pro infinuata habetur postquam in iudicio est facta, vt per Anto. de Cana. d. tracta. in secunda par. quaestio 15. nume. 21. tex. in terminis in l. quidam in iure, ibi etiam Barto. ff. de donatio. Bald. d. l. illud, num. 12. Neque etiam requiritur in donatione rei alienæ, cum non sit proprie donatio vt in ædibus §. fina. ff. de dona. nam vsceptionis conditio non est donatio, quia procedit à lege, & non iudicatur donatio, vt concludit Bald. l. post mortem, nume. 14. C. de fideicom. sequitur Roman. le. Modestinus, numero 16. ibi etiam Barto. inquit, quod non requiritur infinuatio in remissione vsurarum futuri temporis, & sic in remissione debiti vsurarij. glo. in §. alia, ibi Areti. Rimi. & alijs. Instit. de dona. Neque in renunciatione litis. Nec in renunciatione, seu remissione hypothecæ. In remissione quartæ, de quo Tiraquell. l. si vnquam, in verbo donatione, nume. 180. C. de reuocand. donatio. Nec si quis donet alicui in refecionem necessariæ domus suæ damnum passæ incendio ruina, de quo per Riminal. Instit. de donatio. §. 1. nu. 442. & sequen. vbi enumerat quindecim casus, in quibus non requiritur infinuatio, & idem dicit ibi gl. de donatione facta militibus à magistro militum, de aliquo mobili, vel sermouenti, siue ex substantia sua, siue ex spolijs hostium, le. secunda. C. de donatio: & idem in donatione scholarum, vt diximus supra.

20 De hoc tantum est maxima controuersia inter Doctores an iuramentum suppleat infinuacionis defectum, adeo quod regula, & conclusio, quod quæcunque donatio excedens summam quingentorum aureorum (quæ faciunt octingenta, secundum valorem auri nostri temporis) debeat infinuari, non habeat locum in donatione iurata. in hac quaestione ego reperi esse communes opiniones hinc inde pro vtraque parte. Sed verior & magis communis opinio videtur illa, quod scilicet donatio non infinuata confirmetur iuramento, cum maxima sit virtus iuramenti, de qua magis communi attestatur Claud. in le. nemo potest, numero vigesimo primo, ff. de legat. 1. Decius, consilio 432. numero 17. & consilio 488. numero 6. Rolandus à Valle consilio 77. numero vigesimo, volumi. 1. Tiraquell. in l. si vnquam, in prefatio. numero centesimo quadragesimo tertio, C. de reuocand. donationibus, Alexander consilio quarto, numero decimo, volumine primo, vbi asserit hanc opinionem esse veriorem. Parisius consilio sexagesimo nono, nu. nanagesimo quinto, vol. 3.

vol. 3. Iaf. consi. 51. vol. 1. Soc. iun. consi. 67. nu. 20. vol. 2. Soc. sen. consi. 78. vol. 1. nume. 2. & consi. 80. Guid. Papæ consi. 32. Ioann. And. in addi. ad Specu. de instru. editio. §. porro. ver. f. d. quid, si renuncians Bero. consi. 13. nu. 16. lib. j. Franc. Marza. consi. 61. nu. 15. & de magis communi attestatur Clarus. §. donatio. quaestio. 18. Ioseph. Ludou. in suis commun. conclus. 17. in 7. limita. Laure. Chircho. recollec. & veriori attestatur. Simon de Pretis, consi. 199. nu. 39. Decianus, consi. 31. num. 160. lib. 1.

21 Intelligenda tamen, atque declaranda, & concordanda hæc magis communis opinio (dato quod Bar. & multi contrarium teneant) scilicet vt donatio non infinuata confirmetur iuramento, procedat quando in specie fuit renunciatum ipsi infinuacioni, tunc quidem potest illi renunciari cum iuramento: sed si non fuit renunciatum infinuacioni, tunc donatio ipsa non confirmetur iuramento, & procedit contraria opinio Bar. & aliorum, & ita intelligunt Doctores vt dicit Corne. consi. 69. littera O. lib. secundo, Clarus, d. quaest. 18. Tiraquell. d. l. si vnquam.

Præterea est declaranda. d. conclusio, vt donatio iurata valeat non obstante defectu infinuacionis procedere vbicunque infinuatio ex forma legis, vel statuti deberet interuenire in ipso actu donationis sed si lex vel statutum requireret donationem ipsam infinuari infra certum tempus, vt puta infra mensem a die celebrati contractus, eo casu iuramentum appositum contractui non confirmaret donationem vbi non esset infinuata infra illud tempus a statuto præfixum, vt inquit Federi. de Senis, consi. 181. nu. 22. Clarus, d. quaest. 18.

22 Ex prædictis ergo colligitur vt regulariter de substantia donationis, quæ excedit quingentos aureos sit infinuatio, & sic scriptura, vt per Azo. in summa. C. de dona. Clar. d. §. donatio quaest. 16. & 15. & sequen. Rimi. Instit. de dona. §. nu. 196. quinimmo quando comparent agnati donatoris tempore infinuacionis repugnant, & contradicentes, puta, quia dicunt dolo, vel fraude extortam, aut calore iracundia emanatam, tunc omnino iudicis decretum est necessarium, vt per Bal. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf. & sic isto casu est de substantia etiam decretum iudicis.

Sed pone quod aliquis donet vltra quingentos solidos, sed detracta gabella non erit vltra summam, debetne illa donatio infinuari. dic quod non, quia tunc valebit absque infinuacione. est tex. in l. quætics. ff. ad leg. falcid. & ibi ita vult Bar. sequitur Imo. in l. si pater §. si quis, ibi etiam sequitur Consta. Roger. in fine. sub nu. 12. ff. de dona.

23 Colligitur etiam ex supradictis, quod de substantia donationis est vt adsit consensus vtriusque, cum donatio non possit fieri nisi interueniente pacto, & sic consensu vtriusque tam donantis quam donatarij. Et hinc est, quod donatio debet fieri præfenti, alias si fiat absentis non valet, tex. est in l. absentis. ff.

de dona. ita volunt Doctor. omnes vt inquit Corn. consi. 73. littera C. lib. 3. Parisi. consilio 88. numero 15. lib. 3.

Intellige nisi interueniat nuncius, vel epistola: nuncio enim, vel epistola interueniente potest donatio fieri absentis, vt colligitur ex glo. in l. nec ambigi. glo. 1. C. de dona. Capici. decisio. 186. nu. 9. Bene verum est quod est necesse, vt talis nuncius sit ad hoc specialiter destinatus a donante, vt diximus tracta. mand. alias non perficitur donatio neque sufficeret, quod aliquis motu proprio notificaret illam donationem donatario, vt per glo. in l. nec ambigi. C. de dona. Roma. consi. 295. nu. 1. Corne. consi. 254. littera A lib. 3. Guid. Papæ decis. 222. nu. 2. & est communis opinio, vt per Clarum quaest. 12. vers. scias tamen.

Quod adeo verum est quod non sufficeret nec esset perfectus donationis contractus quoad acquisitionem dominij etiam si donatarius acquisierit possessionem rei donatæ: nisi nuncius, vel epistola interueniat. Capici. d. deci. 180. post nu. 9. quod videtur procedere etiam in donatione facta ecclesiæ, vel pia causa, vel pauperibus absentibus: nam si aliquis pro ipsis non acceptat, donatio nihil valet, ita glo. in l. illud, in verbo alia causa. C. de sacrosan. ecc. Ruyn. consi. 13. lib. 4. nume. 10. Clarus, d. §. donatio quaest. 12.

24 Sed pone, quod ego donem alicui, qui est præfens & tacet, nunquid talis præfentia cum taciturnitate inducat consensum, ita quod censetur inductum pactum, & consequenter valeat donatio iuxta dispositionem. l. si quis argentum. C. de dona. dicendum, quod sic, & est communis opinio vt inquit Cagno. in l. semper qui non prohibet, nu. 3. ff. de reg. iur. Di. da. Couar. in Rubri. de testa. in 3. par. post nu. 13. Nec valet dicere, quod dispositio. l. si quis argentum non habet locum in donatione præsumpta: quia respondetur, quod hoc casu non est consensus præsumptus, sed verus: quia donatio facta præfenti est verè donatio, seu pactum, vt per Clarum §. donatio quaestio. 14.

25 Verum quæro, ex quo donatio facta absentis non valet, an si aliquis donet absentis cum interuentu notarij, qui pro ipso absente stipulatus fuerit, & acceptauerit, nunquid donatio valeat. dic quod sic, licet enim regulariter alter alteri stipulari non possit, fallit tamen, & secus est in notario, qui bene potest stipulari, & per ipsum quaeritur actio sine cessione. l. 2. ff. rem pupil. fal. fo. per Alex. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. oblig. Bal. l. si a locero, in fine. C. de iu. do. & l. per diuersas. quaest. 14. C. morda. Roma. consi. 513. Dec. consi. 293. Corn. consi. 50. lib. 1. Soc. iun. consi. 62. nu. 4. lib. 3. vbi de magis communi, Clar. d. §. donatio. quaest. 13. Bolognetus consilio 6. nu. 15. Areti. consi. 74. col. 3.

26 Sed quaerunt Doctores an sit perfecta donatio antequam ille tertius ratificet donationem stipulatam per notarium, adeo quod non possit amplius reuocari ab ipso donante. dic secundum Pau. de Castro in consi. 195. post nume. 3. lib. 2. quod non poterit reuocari, quoniam per simplicem reuocationem

nam factam ab ipso donante impediri non potest, quominus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, & de magis communi opinione attestatur Gozad. consi. 87. Clarus §. donatio. quaest. 13. licet multi contrarium teneant, ut Alcia. in cap. cum contingat, num. 324. & sequē. vsque ad 331. & seq. de iureiuran. & sic si premissa ratur donans ante factam ratificationem donatio illa non transmittitur ad hæredes donantis, sed ad hæredes donatarij, etiam non sequuta ratificatione absentis, quia dispositio meri commodi in absentem collata prius sortitur effectum quam ad ipsum perveniat, Deci. consi. 161. num. 10. & 239. nu. 7. Cephal. consi. 33. nu. 13. lib. 1. Burfat. consi. 118. num. 4. & 5. lib. 1. qui de magis communi opinione attestatur, Joseph. Ludov. commu. conclu. conc. 52. in 1. Cas. decisio. Pedemon. deci. 33. sub num. 4. ibi de magis communi opinioneque veriori attestatur, & in fine sub num. 12. redigendo ad veram doctrinā, & concordiam contraria, inquit, quod regulariter ex stipulatione notarij ante ratificationem & ratificationem non acquiritur dominium nec possessio, sed bene actio & ius personale, quod tamen falsum lit favore donationis, quia stipulatione notarij facta nomine absentis ius efficaciter acquiritur absentis, & dominium utile transfertur sine cessione. l. quoties. C. de dona. quaest. sub mo. Deci. 239. numero 7. Craue. consilio 19. num. 5. & Cassan. consilio 53. numero 33.

Limitatur tamen supradicta conclusio secundum Paulum Castren. quando donator non tantum simpliciter ipsam donationem adhuc non acceptatam reuocavit, verum etiam rem donatam in alium cum effectu transulit, tunc enim valet secunda donatio, & non prima, & censetur reuocata prima etiam si prima donatio fuisset facta presenti & acceptanti adhuc esset preferendus secundus donatarius, cui res fuit tradita secundum regulam. l. quoties. C. de rei vendi. de quo alias diximus, secus si res non fuit tradita nec primo nec secundo donatario, tunc in pari causa primus præfertur etiam si secundus accepisset, ut per Clarum d. quaest. 13.

Sed quid si donator donationem non reuocavit neque in alium transulit, sed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret decessit, in hoc casu consulit Castren. quod hæredes donatarij non possunt ratificare huiusmodi donationem in præiudicium hæredum donantis, quibus ius iam erat acquisitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorum bonorum, sed contrarium tenuit Clarus, d. §. donatio. dicendo quod sibi nunquam placuit ista opinio, ex eo quod sequitur absurdum, quod hæres qui representat personam defuncti possit eius facto contravenire. Præterea addit rationem, quæ est quod si ipse donator viuens non potuisset sola reuocatione impedire ratificationem donatarij, ergo tanto minus dicendum est quod poterit impedire sola morte, quæ in hoc casu non infert expressam neque tacitam translationem, & iō in fine tenet quod non erraret iudex qui contra opinionem Pauli de Castro sententiam proferret.

Ego autem non putarem discedendum ab opinione Castrensis, quia ratio quare hæredes donatarij non possunt acceptare & ratificare huiusmodi donationem mortuo donatore est, eo quia amplius non est res integra, & extrema non sunt habilia, cum sit mortuus donator, & actus non potest incipere ab illo tempore in habili. contractus quidem viuente donatore erat in pendentem, & non perfectus, sed in suspenso & si donatarius ratificasset & acceptauisset, perfectionem, & complementum recepisset. Ex quo igitur per accidens & sic per mortem fuit annullatus contractus, merito non debet posse ratificari. Vel potes dicere quod ratificatio & acceptatio est de substantia, seu de perfectione in donatione, & si non fit tempore habili, & sic viuentibus contrahentibus non potest retraheri actus, quia soluitur per mortem, ut diximus in mandato, ut per Sebastii. Medic. suo tract. mors omnia soluit, & sic potest saluari Paulus de Castro. Hinc est quod si ipse donator dum viuere donauerit sibi, & apposuerit pactum in fauorem tertij absentis, hæredes ipsius donatoris non poterunt illud reuocare, quia res non potest dici amplius integra, ut per Dida. Couar. d. c. 14. vari. reso. iur. nume. 17. sic a contrarijs in casu nostro.

28 Quid autem est dicendum si aliquis donet alicui presentem cum pacto quod aliquo casu adueniente res perueniat in alium absentem, poterit ne fieri talis conuentio, dic quod sic, & illi absenti queritur actio sine cessione, siue notarius siue etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro illo tertio absente, & sequuta ratificatione illius tertij est perfecta donatio, adeo quod irrevocabiliter est ipsi absentis ius questum.

Sed dubium est, an possit donator huiusmodi pactum reuocare antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum. dic. quod si notarius pro absente acceptauit non potest amplius illud pactum reuocari in præiudicium absentis, cui mediante stipulatione notarij fuit ius questum, etiam si donator & donatarius concorditer vellent illud reuocare, & est communis opinio omnium ferè Doctorem, ut per Soci. iuni. consilio 118. numero 13. libro 2. Dida. libro primo resol. iur. capitulo 14. numero 11. & nos supra.

Dubitari tamē posset quid si nullus pro ipso absente acceptauerit, poterit ne reuocari. dicendum, quod sic, & poterit donator tale pactum remittere in præiudicium ipsius absentis, dummodo tamen res esset integra, & res adhuc non esset tradita per donationem illi tertio, vel nondum euenisset casus, in cuius euentum donatio in illum tertium collata fuerat, prout voluit Ias. qui Romæ. §. Flavius. num. 17. ff. de verbo. obliga. Dida. in cap. 14. post numerū 13. vari. resol. iur. lib. 1. Clar. §. donatio. quaest. 13. & ita est intelligenda opinio Barto. in d. l. qui Romæ. §. Flavius. nume. 1. & opinio Barto. dicit esse communem Socin. d. §. Flavius. nume. 6. & consi. 115. nume. 12. lib. 4. Ias. d. §. Flavius. nume. 14. & l. 2. num. 66. C. de iu. emphi. quem refert Cagno. in l. id quod nostrum, num. 12. ff. de reg. iur. Dida. d. cap. 14.

cap. 14. Gratus consi. 25. post nume. 29. Ruy. consi. 182. post num. 21. lib. 1. Clar. §. donatio. q. 13. in fi. quamuis adducat contrariam partem tenere Gul. de Benedict. in cap. Raynutius, in verbo, si absque liberis, el. 2. num. 23. Duen. reg. 216. in fi.

DE NATURALIBVS donationis.

§ V M M A R I V M.

- 1 Donatio de sui natura est contractus irrevocabilis & penitentia non admittitur.
- 2 Donatio non presumitur quando alia potest sumi coniectura.
- 3 Quando alia sumi potest coniectura quam donatio illa semper sumitur & potius stultitia, quam donatio presumitur, & etiam potius error, ampliatur, & limitatur.
- 4 Si maritus, vel eius pater mitteret aliquam sponsam, non presumitur donatum si simpliciter missum est nulla facta mentione donationis.
- 5 Illa que donantur a consanguineis & affinis sponse ex parte viri, sunt viri, & remanent marito vel eius hæredibus.
- 6 Non inducitur donatio per verba generalia, quando possumt trahi ad alium sensum.
- 7 Donatio presumitur ob consanguinitatem.
- 8 Presumitur in dubio donatio quando benemerita præcesserunt.
- 9 Presumitur donatio cum mater filium vedemit ex coniecturis.
- 10 Presumitur donatio, cum mater res aliquas extra dotem eius genero nomine filia presente filia tradidit.
- 11 Presumitur donatio in l. unica. §. accedit. C. de rei uxore act. ubi dos data ab extraneo mulieri donata presumitur. ampliatur, & limitatur.
- 12 Presumitur donatio, cum quid a viro nobili, & diuite datur.
- 13 Donatio presumitur in l. Campanus. ff. de oper. lib. ubi libertus, qui sciens se ad operas non tenevi, si passus est se ad illas obligari, donare presumitur.
- 14 Qui paterna amicitia iuuit amici filium impensam non repetit.
- 15 Donatio presumitur ex aliquibus coniecturis. l. uxori. §. uli. ff. de lega. 3.
- 16 Ex natura donationis donator tenetur de evictione quotiescumque donatio incipit a promissione.
- 17 Donator non tenetur nisi in quantum facere potest.
- 18 Si donator diceret se non habere nisi prædium, ex quo percipit alimenta, & non ultra, non tenetur seruari donationem factam.
- 19 Si donatio fuit facta duobus pro indiviso, ille qui habet in ea maiorem partem habet potestatem offerendi estimationem ei qui habet maiorem partem.
- 20 Ante traditionem poterit donator rem donatam alteri nedum donare, sed obligare, & uendere.
- 21 An simpliciter quis donando rem videatur donare rem, vel tantum ius quod habet in ea.
- 22 Maxima est differentia inter contractum donationis &

legatum.

- 23 In dubio si quis tradat alteri rem vel pecuniam, non videtur donare, sed disponere.
- 24 Donata aliqua re, veniunt etiam accessorie de natura contractus.
- 25 Donatarius uniuersalis habetur loco hæredis.
- 26 Qui reperitur detinere bona alicuius potest conueniri, & contra eum tanquam possessorem intentari potest interdictum recuperandę possessionis.

Capio quartam columnam eiusdem ultimi ordinis: pro cuius declaratione,

1 mo dicendum est, quod donatio de sui natura est contractus irrevocabilis, in quo penitentia non admittitur, sicut ceteri contractus nominati non possunt per penitentiam reuocari, ita nec etiam donatio, ad hoc solet allegari. l. Aristo. ff. de donatio. & hanc opinionem esse communem inquit Bertachinus in verbo, donatio reuocatur, versic. 27. & quod donatio perfecta regulariter reuocari non possit, dicit esse communem. Imo. in c. fina. post nume. 25. de dona. quam tamen communem regulam limita, & intellige ut dicemus infra colum. fina. hoc eod. ultimi ordine.

2 Similiter ex natura donationis est ut donatio non præsumatur. l. cum de indebito. ff. de proba. cum vnusquisque acquirere ac ditari velle, & non dilapidare & perdere præsumatur, Barto. l. quæ dotis, sub nume. 7. ff. solu. matri. ubi tradidit regulam, ut donatio in dubio non præsumatur. l. vtrum. ff. de don. int. vir. & vxor. fallit nisi ex modo vel genere aliud inducatur vel præsumatur, & declarat ex modo, id est cursu temporis, & ex gestu negocij, ut l. Procula. ff. de proba. Ex genere potest duobus modis intelligi, ex genere; scilicet rei, ut modica vel parua, ut l. omni no, & l. quod dicitur. ff. de impen. in reb. dota. facta Natta, consi. 147. num. 11. vol. 1. Vel ex genere, id est causa, propter quam datur, vel remittitur, si causa est, quæ respiciat pietatem, vel respiciat lucrum odiosum.

3 Hinc Doctores dicunt, quod quando alia sumi potest interpretatio, & coniectura quam donationis, illa semper sumitur. l. eleganter. §. qui reprobos, ff. de pignorat. actio. l. si cum aurum. ff. de solu. Tirraquel. l. si vnquam, in verbo donatione largitus. nu. 207. cum sequent. C. de reuoca. dona. Hieron. Gabri. consilio 112. Decian. consilio 15. numero 4. libro 3. & consilio 79. numero 37. lib. 2. & consilio 52. numero 6. libro primo. & 43. numero 32. libro 3. & consilio 25. numero 113. lib. 1. & consi. 55. numero 33. lib. 2. Simon de Præis consi. 65. num. 46. Joseph. Ludov. commu. conclu. 9. Immo potius stultitia, quam donatio præsumitur, ut inquit Bal. in l. generaliter. C. de non nume. peru. Ioann. de Amic. consi. 62. nume. 15. Hinc dicitur, stultum & dementem præsumi, qui omnia bona sua donat, Paris. consi. 88. nume. 13. lib. 3. & potius error præsumitur, quam donatio, Deci. consi. 350. nume. 4. & 571. nume. 4. & 644. Bal. consi. 189. in fi. lib. 2. Ias. l. iur. isgētium. §. si cum nulla, nume. 28. ff. de pact. etiam si in facto proprio esset. l. & si me putem, in princip. cum glo.





15 Nonus casus, in quo donatio praesumitur ex quibusdam coniecturis, est in vxori §. ultimo, ff. de lega. 3. quem attingit Alcia. tract. de praesumpti p. 32. num. 1. & in l. 1. & alimentaria. C. de nego. gestis. ubi donatio aliquibus coniecturis facta praesumitur, cum mater alimenta filio praestitit non repetendi animo, sed donandi praestitisse praesumitur. sic in auia erga nepotē. l. Nescennius. ff. de nego. gest. cōcurrentibus fauore alimenti, & ipso sanguine, & rei tenuitate: scus si magna impensa, & inopia donantis, quia repetet. l. verum. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Ioann. de Amicis consilio 39. in fi. Bart. l. Marcellus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Vel si filius esset diues, vel non animo donandi pro testata esset, vel etiam dato quod non fuisset protestata expressē, sed tacite: puta ea quae expendit annotasset & scripsisset, quia tunc videtur habere animum repetendi, & non donandi, vt declarat Ioan. de Amicis consilio 62. sub numero vigesimo primo de quo vide Petrum de Vbal. trac. Societa. in secun. parte. & nos supra tracta. Socie. diximus, vide etiam Menochi. dicto casu 88. in 4. casu, & secundo sub nume. 30. & 20.

16 Item ex natura donationis est, vt donator de cuius tione teneatur, quotiescunque incipit a promissione donatio, secundum magis communem opinionem, de qua Bar. & Docto. in l. Aristo. §. ff. de dona. quamuis contrarium teneat glo. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. obliga. Jac. de Are. & Albe. in l. 1. C. de iure dot. C. d. l. Aristo. Ripa lib. 3. respon. cap. 8. nume. 2. Faber in §. 1. Insti. de dona. Gomez. de contra. cap. 4. sub num. 4. & in cap. 2. sub num. 3. non recedendum tamen est a d. communi opinione Bar. & aliorum, d. l. Aristo. de qua attestatur Rimi. Insti. de dona. §. 1. nu. 105.

Limitat tamen primò d. communis opinio, vt non procedat, quando donatio ipsa non incipit a promissione, sed a traditione, tunc donator non tenetur aliquo modo de euictione, secundum gl. in d. §. 1. Insti. de dona. ibi Rimi. num. 69. ultra quam gl. & Doct. quos citat Aret. ibi, habes aliam in d. l. ad res donatas, quam sequitur Cepolla ibi, nu. 7. Doctores. d. l. Aristo. §. ff. Imo. d. c. ff. de emp. & vendi. Corne. consi. 141. vol. 2. Iaf. consi. 34. col. ff. & consi. 73. colum. fina. volum. 1. Ruy. consi. 184. lib. 1. Bartol. consi. 67. in prin. & ista est communis opinio, teste Aretino d. §. 1. Insti. de dona. Curt. iun. consi. 178. num. 27. de communi Suarez inter communes, littera, D. nu. 189.

Quae communis opinio ampliatur, in tantum procedere, vt habeat locum non solum in donatione, quae incipit a vera traditione, verum a ficta, vt quia donator consensit se donatarij nomine possidere, illud. n. constitutum est actus fictus, & ficta traditio, vt tenet glo. Docto. in lab. emptione. ff. de pact. Bar. in l. si is, qui pro emptore. colum. penultima ff. de vsu. cap. Bal. l. penul. C. pro dona. Corne. consi. 343. col. 2. lib. 1. C. d. consi. 173. colum. 3. ratio huius ampliationis est: quia licet constitutum sit ficta traditio, tamen ex eo transfertur vera & propria possessio, ac si vera traditio interuenisset, vt per Bar. An-

gel. Bal. Fulgo. d. l. ab emptione, in fi. Bar. Imo. Iaf. d. l. si is, qui pro emptore. Roma. l. traditionib. col. 1. C. de pac. Are. in §. per traditionem, col. 1. Insti. de rer. diui. Alex. consi. 83. col. 2. vol. 3. Tiraquel. qui alios cumulat, in tract. de consi. posse. in 2. par. nu. 2. & sub nume. 6. concludit, istam fore magis communem opinionem.

Soblimitatur tamen seu declaratur ista limitatio prima ita ampliata in donatione remuneratoria, in qua donator tenetur de euictione, licet a traditione caperit initium. ita Bar. Alex. Aret. Iaf. & alij communiter in d. l. Iulia. §. qui fundum, Iaf. in l. ex hoc iure, nu. 68. ff. de iusti. & iu. & consi. 34. col. ff. supra cita. Alex. consi. 47. vol. 3. Corne. consi. 154. vol. 3. Rube. consi. 95. in fi. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. nu. 51. Craue. consi. 64. nu. 2. Boe. dec. 67.

Declaratur quoque d. limitatio non procedere, quando promissa foret euictio, siue per stipulationem, vel nudo pacto hodie, secundum Bar. d. l. Aristo. §. ff. Are. Iaf. d. §. 1. Insti. de dona. in addi. ad Porti. Boc. cita. decif. 77. in prin. & ista est communis opinio, secundum Doctores praecitatis locis, quae procederet etiam si verbis generalibus promissa fuerit euictio, vt quia donator promiserit rem donatam bonam facere, ita tenet Cor. consi. 141. nu. 10. vol. 2. & similiter procederet, quotiescunque donator promisit pro suo dato vel facto: dicitur enim de euictione promississe, iux. no. per glo. Bart. Bal. Salic. & Pau. de Cast. in l. si seruus, in prin. ff. de cond. furti. ita tenet Gozad. consi. 60. nu. 16.

Limitatur secundo d. principalis conclusio, vt non procedat per donationem factam per libertum in fraudem patroni, quam licet patronus reuocet, nihilominus donatarius non habet actionem de euictione contra libertum, posito quod donatio caperit a promissione; casus est singularis, secundum vnum intellectum glo. quem Bar. Ang. Castre. Imo. & alij communiter sequuntur ibi, in l. qui res. §. 1. ff. de solu. Roma. in d. l. Aristo. §. si inferens idem esse in patre reuocante alienata per filium in eius fraudem.

Limitatur tertio d. principalis regula, quando euictio sequuta fuerit virtute hypothecae ignoratae, vt quia res fuerat obligata per antecessores donantis, ita Castren. l. si rem meam, in fi. ff. de solu. quem sequitur Afflict. c. 1. num. 8. de le. Conradi, & sic ex supradictis dicitur, & infertur, quod ex natura donationis est, vt donator tenetur ad rem donatam tradendam, §. perficiuntur, Insti. de don. l. si quis argentum. C. de dona.

17 Sed tamen aduertendum, quod pariter ex natura donationis est, vt donator non teneatur, nisi in quantum facere potest, id est habita ratione, ne egeat. l. inter eos. l. ne liberalitate. l. Nescennius. ff. de re iudi. ibi tex. adducit rationem, videlicet ne liberalitate sua inops factus periclitetur. Intellige in donatione propria & ex liberalitate donantis emanata, scus uero in donatione facta ob cam, cum illa non sit proprie donatio, nec liberalitas. l. 1. ubi gl. & Bart. l. Aquilius Regulus. ff. de dona. ibi Rapa. C. d. n.

18 Quare infertur, si donator diceret se non habere nisi praedium, ex quo percipit alimenta, & non vltra,

vltra, non tenetur seruare donationem factam, & donatario asserenti contrarium, scilicet plus habere in bonis in cumberet onus probandi, l. si §. licet. C. de iure delib. tenet gl. in l. cu. de lege, ff. de iudi. qua sequitur Iaf. post alios relatos per eum, Bald. consi. 222. Castren. consi. 72. col. 1. & 2. vol. 1. Alexan. consi. 41. in fi. lib. 3. & consi. 71. col. ff. lib. 4. Gozad. consi. 94. col. 7. Cur. iu. consi. 150. vol. 5. qui asserit, d. glossam in d. l. cum de lege, communiter esse approbatam, & Viui. posuit inter communes opiniones in verbo, donatio.

19 Quineriam ex natura donationis est, vt si donatio fuit facta duobus pro diuiso, ille qui habet in ea maiorem partem, habet potestatem offerendi estimationem ei, qui habet minorem partem, quod si noluerit offerre ille, qui habet maiorem summam, tunc licebit etiam ei, qui minorem summam habet potestatem offerre pretium & totum illam sibi vendicare. l. sancimus. §. ne autem comunione inducitur. C. de dona. tradit. Maccagnenus de Azzoguidi, Bononien. tracta. de communi opinione, lib. 3. c. 7. nu. 32. & nota, quod quando de eadem re facta est donatio duobus, tunc ex natura donationis habet locum. l. quoties. C. de rei vendi. ubi ille praefertur, qui est in possessione, secundum Mar. si. ling. 82. & citat Alex. consi. 14. in fi. volu. 1. & per Clarum §. donatio, q. 13. per Celsum Hugo. consi. 53. & consi. 58. sub numero 6. ubi infert circa hanc materiam,

20 quod ante traditionem poterit donator rem donatam alteri nedum donare, sed obligare, & vendere, adeo quod si secundo res fuit prius tradita, dominium transfertur in eum, per d. l. quoties. C. de rei vend. etenim cum donator ante traditionem remaneat dominus, potest res donatas, quas nondum tradidit, alteri obligare, ita quod si postea tradatur, ad donatarium transibunt cum onere obligationis, per tex. l. si. §. Lucius, ff. de don. ubi est casus expressus, & in l. 4. ubi Bar. hoc not. per illum tex. ff. de feruis exportat. & in l. qui Romae. §. Flauius Hermes, ubi etiam scriben. ff. de verb. obli. idem Bar. in l. 1. C. si a manu. ita fue. alie. Ratio est, quae supra diximus, quia donator ante traditionem remanet dominus, ideo potest rem illam, quam donauit, alteri obligare. l. 1. ad fi. C. de iure fisci. lib. 10. ubi etiam gl. in verbo, perfectam, quae allegat tex. in d. §. Lucius, sed intellige cum limitationibus, quas supra, nisi adfit constitutum, vel promissa sit euictio, & caetera, de quibus vide Bolog. d. consi. 53.

21 Et pro complemento huius articuli quaero, an simpliciter donando quis rem, videatur donasse re, vel tantum ius, quod habet in ea? dic quod ex natura donationis est, quod si tota res est pleno iure donantis, tota res videtur donata, si verò est peritus aliena, distingue, nam aut incipit a traditione, & non videtur donare, nisi tantum vsum possessionem, & detentionem eius, modò fuerit scies, modò ignorans, ita probat tex. in l. Aristo. §. fina. ff. de dona. & l. ad res donatas. ff. de adli. edicto. l. 1. C. de iure dot.

Si verò non est pleno iure sua, nec penitus aliena, sed in ea habet aliquod ius, vel partem, tunc mo-

do incipiat a traditione, modò à promissione, siue sit sciens, siue ignorans, nunquam videtur donare, nisi ius, vel partem, quam habet in ea. arg. tex. in l. si domus. §. fina. ff. de leg. 1. text. in l. serui electione. §. 1. eod. tit. tex. in l. quod in rerum §. 1. eo. tit. tex. in c. quod autem, de iure patr. & ita tenet expressē Bal. in rubr. C. de contrah. emptio. col. 2. quaest. 6. Rom. in l. usufructu. ff. sol. matri. num. 16. Cepolla trac. de serui. in c. de serui. col. 5. nu. 20. Gome. de contra. c. 4. sub nu. 4.

22 Ex quo infertur ibi maximam esse differentiam inter contractum donationis, & legatum, quoniam in legato modò incipiat a traditione, modò à dispositione, semper debetur aestimatio, si res sit penitus aliena, & testator fuerit sciens, sed in contractu donationis, si incipit a traditione, nihil debetur, modò sit sciens, modo ignorans, cuius ratio potest esse fauor vltima voluntatis. Praeterea alia est differentia, quia in legato si testator fuit ignorans, modò incipiat a traditione, modò à dispositione, nunquam debetur aestimatio, sed in contractu donationis, quando incipit a promissione, bene debetur aestimatio, quia debet se obligare dominium transferre, & rem facere donatarij, arg. tex. in l. ubi autem non apparet §. ff. de verb. obli. Gomez. de contract. capitu. 2. scilicet de emptione, & venditione sub nume. 35.

23 In dubio autem, si simpliciter quis tradat alteri rem, vel pecuniam, non videtur donare, sed deponere, vel commodare, vel mutuare, gl. sing. & vnica in l. cum quid. ff. si cer. per. in gl. fina. ibi not. Bar. colu. 3. nu. 11. & 12. Castren. C. d. Alex. Iaf. & communiter Doctores, & refert & reputat singularem glossam illam Ioan. de Imola in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publ. & vectiga.

Quod intellige tamen, nisi ex aliquibus coniecturis, & praesumptionibus praesumatur donatio, quae quidem praesumptio colligitur ex tribus. Primo si quantitas simpliciter data sit parua, & tradens erat diues, & accipiens pauper & coniuncta persona, arg. tex. in c. & si quaestiones, de simonia, quem tex. reputat singularem Abbas, & alij, de quo Gome. de contract. c. 4. sub nu. 5. & nos supra.

24 Subsequenter notandum est etiam, quod ex natura donationis est, vt donata aliqua reueniant etiam accessoria, & pertinentia, quare si dono tibi castrum, censetur donatum merum, & mixtum imperium, & omnimoda iurisdictio, vt per Parisi. consil. nono, numero decimo septimo, vol. 1. de quo nos diximus alio tracta. empti. & venditi: ibi videas.

25 Demum ex natura donationis est, vt donatarius vniuersalis habeatur loco haeredis, & teneatur ad debita & a alienum, quando nullus alius haeres apparet: tunc potest agi contra donatarium vniuersalem, etiam actione personali, vt not. Guid. Papae decif. Delphi. quaestio. 105. ubi allegat legem, si maritus, in princip. ff. de fundo dota. & l. secunda, C. de haeredita. vel actio. vend. & per multas rationes, & iura comprobata. Gulie. de Bened. in sua repet. capitu. Raynuuius.

in verbo, cetera bona, nume. 46. extra de testamen. folio 280.

Quinimo plus dicunt Doctores, quod etiam si aliquis non esset heres, nec donatarius, nec successor vniuersalis bonorum: tamen si ex quo detinere competitur bona illius, potest quicumque contra ipsum tanquam possessorem intentare interdictionem recuperandae possessionis, vt not. Ioan. Faber Insti. de interdi. §. recuperandae, colum. 5. & 6. Roma. con. filio 311. Deci. consilio 136. volum. 1. Angel. consi. 72. Abbas cap. querelam, extra de elect. quæst. Tholof quæst. 59. Guid. Papæ suis decis. q. 576. Celsus Hugo. consilio 13.

DE ACCIDENTALIBVS donationis.

S V M M A R I V M.

- 1 Accidentalia in contractu dicuntur illa, quae esse & abesse possunt, vt pacta.
2 Si apponatur in don. cau. mortis pactum de non reuocando donationem, donatio causa mortis transit inter viuos.
3 Ad iudicandum qualitatem contractus non attenditur sonus verborum, sed effectus rei.
4 Si in donatione causa mortis sit apposta clausula, omnia & singula promiserunt attendere, obseruare, & non contravenire, dicitur factus transitus ad donationem inter viuos.
5 Vbiunque suprad. clausula, de non reuocando, facta in don. cau. mor. est apposta & promissa in verbis substantialibus, censetur donat. inter viuos, secus si accessorie.
6 Si in don. cau. mor. sit posita clausula, pro se & suis heredibus, censetur inter viuos.
7 An valeat pactum appositum in donatione, ut donatio non possit reuocari praetextu alicuius ingratitudinis.
8 An donans possit pactum reuocare, seu remittere donatio in prauidicium ecclesiae.
9 An pactum de donando, imperfet donationem.
10 Accidentalia possunt appellari in contractu donationis, si superuentiant inimicitiae inter donatarium & donatorem.

Accidentalia in hoc contractu donationis dicuntur illa, quae esse & abesse possunt, vt pacta non attingentia contractum in specie, vt inquit gl. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. Aliquando enim pacta apposta ad contractum immutant naturam & substantiam contractus, aliquando non (vt diximus alias) & de aliquibus pactis, quae apponuntur in contractu donationis, diximus supra, in tertia columna huius ordinis. Et pro maiori declaratione huius columnae quæro, si apponatur in donatione causa mor. pactum de non reuocando donationem, an donatio illa causa mortis transeat in contractum inter viuos? Dicendum quod sic, quia attingit substantiam & immutat naturam, ita deci dicit tex. l. ubi ita donatur, ff. de

don. cau. mor. ibi Bar. no. quod pactum & conuentio contra substantiam contractus facit conuentio nem in alium contractum transire, si verborum significatio patitur, & non repugnat. Ego intelligo quando apparet de mente contrahentium, ita expressè consuluit Alex. consi. 14. nu. 2. vol. 1. Ferrat. caut. 30. in l. col. Ias. ira tenet in l. quæ dotis, nu. 3. r. ff. sol. matri. Bal. l. 2. C. de iud. licet contrarium tenuerit. l. fi. C. de pac. nam ad iudicandum qualitatem contractus, non attenditur sonus verborum: sed effectus rei, & hanc dicit esse eam opinionem Dida. Rub. de test. 2. par. nu. 12. & inter cõtes opiniones, quæ huiusmodi pactum faciat transire in donationem inter viuos, ponit Michel Grassus in verbo, donatio, lib. 1. c. 8. q. 1. r. & Rolan. a Valle, consi. 8. vol. 1. Duen. reg. 217. pro quo vide consi. Natta consi. 123. vbi optimè declarat, & verba & clausulas ponderat. Idem esset, si in don. cau. mor. sit apposta clausula, quæ omnia & singula promiserunt attendere obseruare, & non contravenire, & similia, etiam quod non sit dictum, nullo casu contravenire, sed simpliciter dicitur factus transitus ad donationem inter viuos (dicat quid velit Crotus, quem reprobat Dida. d. Rubri.) ita tenet Rolan. d. consi. 8. sub nume. 26. & 37. Boeri decis. 353. Ias. l. non omnis. ff. si cert. pet. col. 2. Bello. consi. 60. nu. 13. Andre. ab Exca, lib. pacto, nume. 151. Mant. consi. 102. Ruy. consi. 123. vol. 1. nu. 5. Chircho. inter commu. opi. cent. 2. littera D. conclu. 80. Thomas Ferrati. tract. caut. 30. Duen. d. reg. 217. & aduertit, quod a quamuis Natta d. consi. 123. sub nu. 6. & 7. post. Deci. consi. 305. & 470. & 521. videatur distinguere cum Bal. in l. cum quis. ff. de condi. ob. cau. quod vbiunque suprad. clausula, de non reuocando, facta in donatione cau. mortis, est apposta & promissa in verbis substantialibus, ipsius contractus, censetur donatio inter viuos: secus, quando est apposta d. clausula accessorie, & respiciendo executionem ipsius contractus: tamen contra Bal. stat. communis conclusio & sententia Doctorum, de qua attestatur Rolan. d. consi. 8. sub nu. 37. Intellige ergo indistinctè, si non adest repugnancia, & apparet de mente.

Idem esset dicendum, si in donatione causa mortis esset posita clausula illa, pro se & suis heredibus: quia tunc interpretatur, vt donatio inter viuos, cum appareat intentionem donantis seu dantis sui se donare inter viuos: quia mentio heredum, magis adaptatur ad donationem inter viuos, cum illa transmittatur ad heredes, quam ad donationem causa mortis, quæ non transmittitur ad illos, si prius decederet donatarius quam donator, vt per Bald. l. secunda C. de iure dot. Rolan. d. consilio sub numero decimo octauo, volumine 1. Thomas Ferrat. dicta caut. 30. Petr. a Duen. dicta regula 217. in tertia amplia. Sed tamen Rolan. intelligit ibi concurrentibus alijs coniecturis, nempe quia alias ipsa donatio non valisset, cum esset facta cum praesentia trium tertium, & sic censetur donatio inter viuos, quando alias non valeret vt don. cau. mor. in qua requiruntur quinque testes, vt late per Rolan. d. consi. 8. Chircho. qui repetit Rolan. cõtes opi. cent. 2. lit.

2. littera. D. conclus. 19 & nos diximus supra, in ordi. diui. ibi late diximus, & in eodem ordine vide etiam de pacto appposito in sponsalium largitate, vt nullo casu ad donantem reuertatur donatio.

Sed quæro, an valeat pactum appositum in donatione, vt donatio non possit reuocari praetextu alicuius ingratitudinis: edicas quod non: tale enim pactum non valet, nec tenet, cum naturali æquitati contrarium sit, vt aliquis impunè ingratitudinis vitium committeret. l. ex eo, ibi, stipulatio contra bonos mores non tenet. C. de iur. stipu. Ange. de Claus. in sua summa, in verbo, donatio, nu. 45. Ripa, l. fi. vbi late C. de reuoc. dona.

Praeterea quæro, an donans possit pactum reuocare, seu remittere donatario in prauidicium ecclesiae, cui post mortem ipsius donatarij acquiri voluit bona donata? Dicendum est quod sic, secundum Bar. in l. qui Romæ §. Flauius Hermes, nu. 1. ff. de verb. obli. Ias. ibi, nu. 15. & 10. de cõi & vera opinione attestatur Diaz de Luco, reg. 111. limitat Ias. r. b. modis & Duen. reg. 216. vbi contra Bar. videtur tenere, & attestatur de magis cõmuni. Tu defende Bar. & concordat, vt diximus supra in 3. col. huius vlti. ordi. ibi vide, an scilicet acceptauerit tertius, nec ne: & ibi etiam vide, vbi de alijs pactis, quæ occurrunt circa donationem.

Sed quæro, an pactum de donando, importet donationem? Respondetur quod sic licet n. pactum de vendendo, non importet venditionem: tamen pactum de donando, importat donationem, & hæc est cõis opinio, vt attestatur Menochi in consi. 92. nu. 27. lib. 1. ibi a contrarijs eam opinionem tuetur, & de cõmuni etiam attestatur Ioseph Ludo. conclu. 40. vbi ampliat eam, vt intantum sit verum, quod promittens non liberaretur præstando interesse, si habet facultatem rei tradendæ, vel dandi, Menochi. d. consi. 92. nu. 62. Intellige tamen, quando quis promittit donare bona sua: secus si promittat donare hereditatem, Ias. l. si ibi Cagn. Dec. & alij. C. de pac. Ias. l. stipulatio hoc modo concepta, nume. 18. ff. de ver. ob. & nos diximus supra, col. 1. hoc eod. ord.

Accidentalia possunt etiam appellari in isto contractu donationis, si superueniant inimicitiae inter donantem & donatarium; & tunc an censetur reuocata donatio, vide Doc. in l. non omnis. ff. si cert. pet. Marf. ling. 136. vbi quod sic tenet, si est donatio cau. mor. sed de hoc nos diximus supra, in ordine diuif. & dicemus infra, col. 1. hoc eod. vlt. ordi.

QVAE ACTIO, SEV QVOMODO AGATUR EX DONATIONE.

S V M M A R I V M.

- 1 In donatione agitur vel ex stipulatione, vel conditione certi, vel ex stipulatu, vel conditione ex lege, & actiones stricti iuris sunt.
2 Qui conuenitur ex donatione, non potest conueniri nisi in quantum facere potest.
3 Donationes reuocantur per conditionem ex lege, vel vti

rei vindicatione Ius reuocandi donationem est personale ab vtraque parte, Donatio ex ingratitudine reuocari potest a donatore, si ipse reuocauit, sed si tacuerit, eius heres facere non potest.

Pro sexta columnae declaratione dicendum, quod agitur ex donatione vel ex stipulatione ne vel conditione certi, vel ex stipulatu, si incertum continetur in stipulatione, vel si stipulatio non intercessit, agitur eadem conditione ex lege, quæ actiones stricti iuris sunt, vt est donatio, l. si quis argentum § vlti. ff. de dona. & l. cum quis eodè, Azo in summa. C. de dona. num. 9. glo. in § sed & si quis, in verbo conuenitur, ibi Ang. Insti. de actio. vbi etiam habetur quod qui conuenitur ex donatione sua, non potest conueniri nisi in quantum facere potest, de quo diximus supra, 4. col. hoc eod. ordi. sed non intelligas in donatione ob causam.

Donationes autem reuocantur per conditionem ex lege, vel vlti rei vindicatione, l. his. C. de reuoc. dona. & ff. de dona. cau. mor. l. si moris causa res donata, & l. cum res. ff. de contrah. empt. Azo in summa. C. de reuoc. dona. nu. 3. & de inofficio. dona. & nos infra, col. seq. ibi etiam vide, quando dicitur rei vindicatio in rebus donatis.

Ius autem reuocandi est personale ab vtraque parte, vt heredibus vel in heredes primordium talium causarum non possit incipere, sed perfici, vt l. vltima C. de reuoc. dona. Azo in summa. C. de reuoc. dona. in fi. & ideo dicebat Sebast. Medices, tracta. mors omnia soluit, quod donatio ex ingratitudine reuocari potest a donatore, si ipse reuocauerit: sed si tacuerit, eius heres facere non potest. l. 1. & vlti. C. de reuoc. dona. Doc. c. fi. de dona. nam donationis reuocatio soluitur morte, & non potest hæres donantis agere de ingratitudine contra donatarium, qua ipse commisit aduersus donantem, Fulg. consilio 213. Berro. consi. 49. nu. 16. uol. 3. Sebast. Medices, d. tract. mors omnia soluit, conclu. 36. vbi limitat, quando constat de voluntate defuncti, qui voluit reuocari etiam per heredem, Guid. Papæ decis. 214. num. 2. Ripa d. l. fi. q. 63. num. 209. C. de reuoc. dona. Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, susceperit, nu. 202. tunc enim praesumitur donationem tacite voluisse ratam manere, Host. in summa de dona. §. qualiter. si quidem (ut dixi) huiusmodi reuocationes sunt personales, nec ad heredes extendi possunt. l. si pater. C. de inoffic. testam. cap. fina. de dona. Salice. l. si totas. C. de inoffic. testam. Corn. consi. 234. volumine 2.

QVOMODO ANNULLATUR & REUOCATUR DONATIO.

S V M M A R I V M.

- 1 Propter undecim causas donatio reuocari potest. Alij addunt alias.

- 2 Donatio causa mortis reuocatur expresse, vel tacite, & quando expresse.
- 3 Tacite reuocatur donatio per penitentiam, & reuocationem tacitam factam a lege, vel ab homine.
- 4 Reuocatur donatio, si donator rem ipsam, quam donauit causa mortis voluntarie nulla necessitate cogente in alium alienauerit.
- 5 Licet donator voluntatem mutauerit & penituerit donasse, si tamen postea contingat illum decedere sine herede ex testamento, vel ab intestato, donatio non cesset reuocata.
- 6 Donatio causa mortis reuocatur etiam tacite, si prius decedat donatarius quam ipse donator.
- 7 Donatio causa mortis reuocatur tacite, si donator fecit donatio non esse infirmus, vel in periculo positus, & conualuit postea, vel fuit liberatus ab illo periculo, vel non intravit periculum. nu. 8.
- 9 Donatore mortuo, si heres eius dicat eum prius conualuisse quam moreretur, id probare debet.
- 10 Si donatio causa mortis fiat a sano non reuocatur, licet incidat postea in infirmitatem.
- 11 Reuocata prae dicta donatione expresse vel tacite reuertitur ipso iure dominium in donatorem.
- 12 Facta reuocatione donationis prae dictae possunt repeti fructus nedum pendentes, sed percepti.
- 13 Donatarius ingratus tenetur restituere fructus perceptos ex praedictis donatis a die ingratitudinis.
- 14 Quomodo reuocatur legatum per inimicitias capitales, quae interueniunt inter testatorem & legatarium, sic reuocatur etiam tacite donatio causa mortis.
- 15 Captela ad illa que admodum donant causa mortis, ut non possit ipsam donationem reuocare.
- 16 Si in donatio. cau. mor. fiat promissio de non reuocando, assumit naturam donantis inter vivos.
- 17 In donatione ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuocatur donatio.
- 18 Donatio propter nuptias non reuocatur, nisi morte vel adulterio.
- 19 Si donatio fiat liberti, reuocatur donatio solatione obsequii non praestiti.
- 20 Si donatio fiat extraneo, ex tribus causis principalibus reuocari potest videtur donatio.
- 21 Quid sit ingratitudo.
- 22 Ingratitudo est, si donatarius atrociter iniurias in donatorem effundat, & atrociter iniuria dicitur tribus modis.
- 23 Atrox iniuria est, si donatarius dixerit, donatorem esse cornutum, maleficum, incantatorem.
- 24 Si donatarius protulerit in donatorem verum conuicium, an donatione priuari possit.
- 25 Si donatarius tenuerit verbis tantum pudicitiam uxoris, vel filiae donatoris, an possit reuocari donatio.
- 26 Donatarius, qui adulterauit uxorem donantis, dicitur intulisse donatori atrocem iniuriam, & donatio reuocatur.
- 27 Si donatarius cognoscat carnaliter concubinam donatoris poterit priuari donatione, tum sit atrociter iniuria.
- 28 Passillus, qui propter iuramentum fidelitatis est obligatus seruare honestatem domino, non tamen priuatur seu do, si concubauerit cum sancticella domini.
- 29 Si donatarius deflorauerit filiam donatoris, dicitur commisisse atrocem iniuriam, idem de rapto proneptae.
- 30 An dicatur atrox iniuria, si donatarius fuerit aduocatus contra donatorem in causa capitali.

- 31 Donatarius, qui inducit in causa criminali, vel magna contra donatorem, si male inducit, non reuocatur donatio propter ingratitudinem, sed si male.
- 32 Donatarius, qui prohibuit testimonium contra donatorem in causa criminali, dicitur ingratus, si sponte.
- 33 Donatarius, si inferat per se vel per alium impias manus in donatorem, priuatur donatione vii ingratus.
- 34 Qui mandat clericum percussit, ita est excommunicatus, sicut ipse, qui percussit.
- 35 Donatarius, qui elenauit manum ut percuteret & non percussit, an sit priuandus donatione.
- 36 Donatarius, qui lacerauit vestimenta donantis, an sit donatione priuandus.
- 37 Si donatarius manum intulit in res, quas donator tenebat, an donatione possit priuari.
- 38 Si donatarius detineat donatorem in vinculis vel carcere absque lesione corporis, an dicatur inferre impias manus.
- 39 Si donatarius detineat donatorem in bello licito, & non inferat iniuriam, non poterit donatione priuari.
- 40 Si donatarius inferat impias manus in uxorem vel filium donantis, non poterit donatione priuari.
- 41 Percutiens uxorem clerici, non dicatur intulisse violentas manus in clericum.
- 42 Si per statutum sit imposita pena offendenti Potestatem, non intelligitur imposita offendenti filium Potestatis.
- 43 Si aliquis promittit se non offendere sub pena, si offendat uxorem tuam, non committitur stipulatio penalitatis.
- 44 Si donatarius se defendendo, vel iocando percussit donatorem, non dicitur intulisse impias manus.
- 45 An donatio possit reuocari si donatarius volens percutere alium, percussit donatorem.
- 46 Si quis percussit clericum, credens percutere laicum, non incidit in excommunicationem.
- 47 An vulnerans donatorem principis, & patrie proditorem, possit donatione priuari.
- 48 Stante statuto, quod licet occidere banitum, an si donatarius occidat donatorem banitum, possit donatione priuari.
- 49 Concordatio opinionum contrariarum. (uari.)
- 50 Tertia causa, ob quam reuocatur donatio est, si graue damnum donatarius in bonis donatoris dedit.
- 51 Quae dicatur grauis iactura.
- 52 Si donatarius non intulit graue damnum, sed inferre tenuit, an possit priuari donatione.
- 53 Quarta causa, ob quam priuatur donatione donatarius est, si aliquod vitae periculum intulerit.
- 54 Quinta causa, ob quam reuocatur donatio, si non fuit adimpletus modus in donatione adiectus.
- 55 Legitimum impedimentum excusat a mora.
- 56 Non reuocatur donatio ex eo, quod donatarius non subuenit donatori in necessitatibus si non fuit dictum.
- 57 An donatarius, qui non adimpleuit conuentum, possit purgare moram.
- 58 Qua actione repetantur donata, quando donatorius non adimpleuit conuentum.
- 59 Si donatarius denegauerit alimenta donatori, pro modo facultatum donatio poterit reuocari.
- 60 Concordatio opinionum contrariarum.
- 61 An per ingratitudinem repeti possint bona donata alteri hypothecata per donatarium. (uari.)
- 62 Concordatio opinionum.
- 63 Donatio facta a matre filio, poterit ab ingratitudinem reuo-

- 64 An per ingratitudinem reuocetur donatio ob causam.
- 65 Donatio facta ecclesiae propter ingratitudinem capituli, vel praebendi, reuocari non potest.
- 66 Beneficium ecclesiasticum non potest auferri ab ingrato.
- 67 Destructa mulieri, an possit reuocari propter ingratitudinem.
- 68 An propter ingratitudinem filiorum reuocetur legitimitas.
- 69 Si donatorem peniteat ingratitudinis, & petat veniam, an firmabit donationem.
- 70 An conditio l. si. C. de reuo. do. possit praescribi.
- 71 Reuocatur donatio ob superuenientiam liberorum.
- 72 In dubio semper praesumitur pater non cogitasse.
- 73 Si donans tempore donationis habeat filium, alii postea superueniant, an reuocetur donatio.
- 74 Quomodo l. si vnquam, loquatur de liberis, tamen procedit etiam in donatione facta extraneo.
- 75 An dispositioni l. si vnquam, possit per patrem renunciari.
- 76 Concordatio, & saluatio Bar.
- 77 Si ipse donans, vel alius tertius, promittat, quod donans nunquam reuocabit, neque contrahentes, si donans reuocet bona donata propter superuenientiam liberorum, non committitur stipulatio.
- 78 Promissio, quod donans non reuocabit recipit intellectus iuris, quod non reuocabit nisi in casibus permixtis.
- 79 An donatio cuiuslibet partis reuocetur natiuitate filiorum.
- 80 Decisio leg. si vnquam, non procedit in donatione ob causam.
- 81 An dispositio l. si vnquam, procedat in donatione causa mortis.
- 82 An dispositio l. si vnquam, habeat locum & procedat etiam in sine naturali.
- 83 Concordatio & saluatio Couarruiae.
- 84 Neque adoptione, neque arrogatione filii reuocatur donatio.
- 85 Si filius naturalis legitimer per subsequens matrimonium reuocatur donatio.
- 86 Legitimat per subsequens matrimonium dicitur vere & proprie nati legitimi.
- 87 Si fuit facta legitimitas per rescriptum principis, an reuocetur donatio.
- 88 Donatio non reuocatur per legitimationem, per rescriptum subsequente.
- 89 Ius acquisitum tertio non potest per legitimationem per rescriptum principis tolli.
- 90 An mortuus filius superstitie patre donatore conualidetur iam reuocata donatio.
- 91 Ob querelam inofficiosa donationis reuocatur donatio.
- 92 Quando dicatur donatio inofficiosa, & consilio.
- 93 Si pater ipse filio aliquid reliquit, an poterit donationem extraneo factam in totum reuocare.
- 94 Concordatio Bartoli.

**Capio** septimam columnam, quae est vltima, pro cuius declaratione dicendum ex mente Doctorum in l. si. C. de reuo. don. & in c. si. de dona. q. propter vnde decim causas donatio reuo-

ri potest. Prima propter defectum causae, propter quae res est donata. c. quod a re, de cler. coniug. Secunda propter conditionem adiectam, c. verum, de cond. appo. Tertia propter dati enormitatem. Quarta cum donatarius manus violentas intiecit in donatorem. Quinta, si donatarius iniuriam fecerit donanti verbalem, aut cum fugauerit. Sexta cum graue damnum rebus donatoris intulit. Septima quando inferre praesumptum vitae periculum Octaua si conuentiones non seruauit donatarius. Nona si donatarius negligit alere donatorem in opem. Decima ex praesumpta voluntate donatoris. Undecima ratione inofficiositatis. Alij addunt, ut donatio reuocetur si forte donauerit iratus. c. si quis irascitur. io. q. 2. Hostien. d. c. si Faber d. l. si. adde tex. l. licitatio, in prin. ff. de publi. & in l. quidquid calore, ibi Dec. Cagno. May ff. de reg. iu. & nos diximus, col. contractus. Reuocatur donatio propter dantis impotentiam. c. filius, de testa. Item si ob turpem causam fuit donatus. c. de regu. laribus, & c. de homicidio, extra de Simo. per Host. d. c. si. & habetur in titu. de cond. ob turp. caus. It. si dolo fuit inductus, 2. o. quae st. 3. c. constituit, & not. in c. fina. de test. Constanti. Rogeri. d. l. donationes. in fine, de don. & de hoc nos diximus columna contractus, in 7. art. ibi videas.

Et pro clariori materiae declaratione distinguendi sunt plures casus, nam aut loquimur in donatione causa mortis, quae dicitur, & appellatur donatio impropria, vel in donatione ob causam, quae est etiam impropria, vel in donatione propter nuptias, vel in donatione absoluta propria inter viuos, & simplici. Si in donatione causa mortis, iterum subdistingue, quod reuocatur aut expresse, aut tacite: expresse per penitentiam, & expresse voluntate donatoris, quia cum donatio causa mortis non sit valida, nec praescripta nisi per mortem eius, merito potest ante liberam reuocari. l. Marcellus. §. Paulus. ff. de do. ca. mor. l. mortis causa donatio, eo. tit. l. qui mortis, eo. tit. cum si. & an tunc requirantur quinque testes, vel sufficienti duo secundum Per. Anch. consi. 75. col. 2. duo sufficienti, de quo vide Dec. in l. no. omnis, sub n. 10. ibi allegat iura pro vtraque parte, & concordat. Tacite reuocatur donatio per penitentiam, & reuocatione tacitam factam a lege, vel ab homine: a lege, quae fuit facta donatio causa mortis in fraudem creditorum, licet re ipsa tantum fini fraudati, non etiam consilio, casus est in l. si debitor, ibi no. Alb. Cast. Imo. Cum. & alij, ff. eo. de do. na. Rim. in prin. Inst. de do. sub nu. 4. 19. Ab homine potest exemplificari, si donator rem ipsam, quando donauit causa mortis voluntarie, nulla necessitate cogente, in alium alienauerit, ex hac. n. alienatione dicitur penitere idem si pignori obligetur res donata a donatore, nisi aliud exprimat. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de do. int. vir. & vxor. & idem donatio ipsa reuocatur. l. illud. ff. de do. cau. mor. Dy. & Bal. l. Stichus qui meus erit. ff. de leg. 1. & est com. opi. vt attestatur Alcia. Alex. d. l. non ois, ibi etiam Iaf. nu. 4. ff. si cert. peta. Did. de testa. in rub. in 3. par. nu. 18. Clarus. §. donatio, quae st. vlt. verbi. sciendum Marfi. ling. 136. Natta, consi. 127. nume. 13. Cassa. in consue. Berg. in tit. de succel. Rub. §. 5. nu. 4. Rom. consi. 129. Dd 3 Ruy.

Ruy. confi. 123. nu. 4. vol. 14. confi. 7. numc. 15. vol. 3. Rimi. Infti. de dona. in prin. nu. 399. Aduerte tamen in hoc proposito, & nota decisionem Ange. in sua disputatione, incipiente, Alfenus miles, quod licet donator voluntatem mutauerit, & sic illum pernituerit: si tamen postea contingit illum decedere sine hærede ex testamento vel ab intestato, donatio non censetur reuocata, & mouetur per tex. in l. 1. ff. qui sine manu. ad liber. peruc. & de communi attestatur Didacus in d. Rubri in 3 par. nu. 24. & Clarus, §. donatio, q. si. & addi. ad Bar. in d. l. non omnis, ex mente Alex. de quo Marfi. sing. 63. incipiente, donatio Gulie. de Bened. in cap. Raynatius, in uerbo, testamentum. 4. col. pen. de testa. Iaf. confi. 138. col. 3. vol. 4. Ripa. l. qui Romæ. §. Flauus. ff. de verb. obli. nu. 19. & Maria. Soci. sub nu. 88. ibi de commu. Aret. in prin. Infti. titu. de dona. circa finem, & ibidem Rimi. sub nu. 390. ubi limitat nonnullis modis, quos videre poteris per te ipsum.

6 Quinetiam donatio causa mortis reuocatur etiã tacite, si prius decedat donatarius quam ipse donator. l. 1. ff. de dona. cau. mor. l. si mortis causa res donata, eod. tit. tex. in d. l. non omnis, ibi Bar. Iaf. Dec. Alcia. & alij, ff. si cer. pet. tex. in §. 1. ibi Rimi. Infti. de donatio.

7 Similiter reuocatur tacite donatio causa mortis, si donator fecit donationem, cum esset infirmus, vel in aliquo periculo positus, & postea conualuit, vel fuit liberatus ab illo periculo, quia statim ipso iure censetur reuocata donatio. d. l. non omnis, & l. si hæres, ibi Iaf. ff. de condi. causa data. Corne. confi. 126. nu. 10. vol. 1. Rimi. in prin. Infti. de don. in 3. no. nu. 17. & debet intelligi de prima infirmitate, & primo periculo, non vltiori, per reg. l. boues. §. hoc sermone, ibi Tiraq. ff. de ver. sig. eod. loco.

Quod tamen intellige & declara hoc modo, quod licet donatio possit fieri tam a sano quam ab infirmo, dum tamen fiat mentio mortis, ut per Ripam respon. 1. nu. 7. tit. de dona. Tamen in hoc est differentia, quia si fiat ab infirmo vel existenti in aliquo periculo notabili & inflati, tacite ipso iure reuocatur donatio per conualescentiam, vel eo ipso quod euasit ab illo periculo, vel si illud non intrauit: exempli gratia, si aliquis erat iturus in longinquas partes, & non iuit, vel reuersus fuerit: tunc, n. tacite censetur reuocata donatio tanquam causa non sequuta. l. senatus §. nec dubitare. l. 3. ibi glo. Bar. Castren. l. si mortis causa, la. 2. ff. de donat. cau. mor. Deci. confi. 86. numc. 5. Cache. decif. Pedem. 118. intelligendo ut ibi, sub numc. 7. quando scilicet ea causa & ea mente donatum est, ut reuocetur non secuta morte, vel periculo cessante: secus si aliud sit actum, vel pactum sit appositum in contrarium, quod non reuocatur, licet reconualescat, ut per Rimi. in prin. de don. numc. 28. Infti.

9 Hoc tamen notandum circa hanc conualescentiam, quod donatore mortuo, si hæres eius dicat eum prius conualuisse quam moreretur & per consequens fuisse reuocatam donationem, id probare debet, alias donatarius haberet intentionem fundatam, quod ex infirmitate, qua donator donauit, decesserit, ut pulchre voluit Paris. confi. 115. col. 2. uol. 4. & Rimi. de dona. d. loco.

10 Si verò dicta donatio causa mortis fiat a sano, non reuocatur, licet post ea incidat in infirmitatem, vel in periculum, vel ab ea vel eo euadat, vel sit liberatus. d. l. non omnis, ibi Cast. magistraliter declarat, & communiter moderni, & est tex. in l. si is seruus. ff. de don. int. vi. & vxo. ibi, donec aut vir moriatur, aut suspicione mortis, propter quam donauit liberetur, ibi Doctores, & est tex. in l. apud Celsum. ff. de doli excep. Baldui. in prin. de dona. & ibidem Rimi. sub nu. 22.

Quod intellige, quando fuit facta donatio præfenti, secus si abienti, quia tunc cum in omnibus equi paretur ultimæ voluntati, non reuocatur per conualescentiam, vel euasionem a periculo, sicut nec vltima voluntas reuocaretur, arg. tex. in l. si. C. de posth. hère. infti. ita tenet & declarat Castren. & alij in d. l. non omnis, quod esse menti tenendum dicunt.

Omnia suprascripta declaranda sunt, quando est facta mentio mortis in verbis dispositiuus, denotantibus substantiam actus, & dispositionis, ut si quis dicat, dono tibi talem rem, vel pecuniam post mortem meam, uel cum moriar: vel quia est mihi timor mortis: quoniam tunc est mera donatio, & potest reuocari expressè vel tacite, & habent locum omnia suprascripta, secus tamen si est facta mentio mortis in verbis executiuus demonstrantibus dilationem & terminum solutionis, ut si quis dicat, dono tibi talè rem vel pecuniam soluendam post mortem, vel dono tibi fundum retento usufructu pro uita mea, quia tunc non intelligitur esse don. cau. mor. sed uera & propria donatio inter uiuos & per consequens non poterit reuocari, arg. tex. l. Sapia. §. si. ff. de don. cau. mor. & l. Sapia. ff. de dote preleg. l. si cum moriar. ff. de condi. indel. l. 1. ut actio ad hære. & contra hère. tex. cū materia in l. quidam testis. ff. de leg. 1. ita tenet Bald. in l. 2. C. de iud. dot. col. 2. idem Bald. l. si mortis. Cad leg. Falsi. nu. 3. Roma. l. quæ dotis. ff. sol. matr. nu. 8. ibi Alex. nu. 12. Iaf. nu. 35. Segur. repe. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. pos. col. 3. Alex. confi. 14. vol. 1.

11 Et sciendum atque notandum est, quod reuocata prædicta donatione expressè vel tacite reuertitur ipso iure dominium in donatorem, & cõpetit ei rei vendicatio, & similiter condicção ob causam vel sine causa. l. si mortis causa res donata, cum l. seq. ff. de dona. cau. mor. ibi gl. & Docto. communiter. Pau. de Cast. in d. l. si mortis causa res donata, & ibi Ioan. de Imo. & alij Doctores.

12 Præterea est sciendum, quod facta reuocatione huius donationis, possunt repeti fructus nedum pendentes, sed etiam percepti a tempore donationis. l. cum quis. ff. de cond. cau. data, non secuta. dum inquit, cum quis mortis causa donationem fecisset, cū conualuisset donator, condicet fructus quoque donatarum rerum & partus, & quod accreuit rei donatæ, repetere potest, ibi notant Docto. Bal. Barto. Ange. Castren. Cuma. Alexan. Iaf. & est tex. in l. uideamus, la. 2. §. idemque est. ff. de usur. ibi Doctores, & tenet Bar. in l. si mortis causa, ff. de dona. cau. mor. Iaf. l. si hæres. ff. de condicçãoe causa da. uide etiam Ripam l. fina.

13 l. fina C. de reuo. dona. quæstio. 66. ubi inquit, quod donatarius ingratus tenetur restituere fructus perceptos ex prædictis donatis a die commissæ ingratitude, exemplo ingrati hæredis, qui omisit vltimam necem defuncti. l. 1. C. de his quib. ut indig.

14 Sed quæro, an quemadmodum legatum reuocatur per inimicitias capitales, quæ postea interuenerunt inter testatorem, & legatarium, iux. dict. §. si. cum lege sequen. ff. de adi. lega. reuocetur etiam tacite donatio causa mortis: dicas quod sic, ut per Iaf. in l. non omnis, numero quarto. ff. si cert. pet. Alex. ibidem, in prin. & Alcia. Marfi. singula. 136. in fi. Vngarel. in additio. ad summam Ange. in verbo, donatio, littera F. Rim. Inftitutio. in princip. titu. de donatio. numero 401. Intellige, si inimicitia obueniunt culpa donatarij: secus si donantis, Barto. in l. cum tabulis. §. primo. ff. de his, quib. ut indig. quæ sequitur, & defendit Rim. in principio de donatio. numero 415. dicat quid uelit Iaf. Ripa, & Ioann. de Ami.

15 Et pro complemento huius materiæ volo tibi docere cautelam ad illam queandum donantem causa mortis, ut non possit ipsam donationem reuocare, quam cautelam posuit Ferrar. tracta. caute. 30. scilicet, quod facias, ut per notarium in instrumentum donationis fiat mentio hæredum donatarij: videlicet, talis vir donauit talem fundum, vel talem rem Titio pro se, & hæredibus suis. etenim talis clausula facit ut tali casu, cum sit facta mentio hæredum donatarij in donatione causa mortis, donatio censetur inter uiuos, & non causa mortis. ratio est, quia donatio inter uiuos bene transmittitur ad hæredes, non autem donatio causa mortis, quia illa non transmittitur ad hæredes, si contingat donatarum mori ante ipsum donatorem. Vnde cum in ipsa donatione sit facta mentio hæredum, in dubio censetur donatio inter uiuos, ita tenet Bald. l. secunda, columna secunda. C. de iure dot. ibi etiam Salice. Iaf. d. l. non omnis, columna quarta ff. si cer. peta. Alexan. consilio decimo quarto, volu. primo. Aret. consilio 24. Lancelot. Decius. l. quæ dotis. col. 5. ff. solu. matrimonio. Ruy. consilio nonagesimo octauo, numero 16. volu. primo. Crauet. conli. 214. Boeri. decifio. 353. Roland. a Valle, consilio octauo numero decimonono. volu. primo. Ferrar. d. caut. 30. in fine, ubi etiam docuit aliam cautelam, ut in donatione causa mortis fiat promissio de eam non reuocando, tunc assumit naturam donationis inter uiuos, & donatio inter uiuos appellatur, l. si alienam, in fine, & in l. ubi ita donatur, ibi Barto. & scriben. ff. de donatio. causa mor. & nos diximus supra, in 5. col. vlti. ordi. & hoc maxime procederet, si iuramentum intercessisset, Castren. consilio centesimo primo. Areti. confi. 74. Rolan. consilio octauo, volu. 1. & est communis opinio, ut per Michael Graf. recolle. commu. opinio. libro primo, capitulo octauo, quæstio. vndecima. Chirchoui. Centu. 2. littera D. conclus. 80.

17 Si vero loquimur in donatione ob causam, si causa non est secuta ipso iure reuocatur donatio, & donanti cõpetit rei vendicatio. l. prima. C. de dona.

ob cau. & est communis opinio, secundum Curt. iuni. consilio 126. numero decimo quarto, cum regula sit, quod cessante causa, cessat effectus, vulga. l. adigere. ff. de iure patrona. c. cum cessante, cum simili. & de hoc nos diximus supra alias.

18 Si vero propter nuptias sit donatio, non reuocatur nisi morte, vel adultério. §. est & aliud, Inftitu. de donatio. & l. vltima. C. de repud. ubi glo.

19 Venio modo ad donationem absolutam, & simplicem, & propriam. & primo sciendum est, quod si fiat donatio liberto, reuocatur donatio sola ratione obsequij non præstiti, ut per glo. in capitulo finali, de donatio. & l. fina. C. de reuo. dona. & donans non modo rem donatam, sed rem, quæ pro pecunia empta est, repetere potest. sed libertas non reuocatur solo obsequio non præstito. l. solo. C. de libera. causa.

20 Si verò donatio ista fiat extraneo, tunc ex tribus causis principalioribus reuocari posse videtur: scilicet, vel causa ingratitude donatarij. Secundo propter superuenientiam liberorum. Tertio, vel quia donatio, sit inofficiosa. De prima causa ingratitude nis est tex. in l. fina. C. de reuoca. donatio. ubi late per Ripam. & ratio est illius legis, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere, cum ingratitude sit praua cordis intentio, suum benefactorem non agnoscens, secundum Ripam, d. l. fina. numero 18. quæstio. 1. Vel secundum Albe. de Rosa. in l. secunda. C. de libe. & eor. libe. ita depingenda est, quod ingratitude sit virtutum dispersio, beneficiorum perditio, animæ inimica, desiccans fontem pietatis, & rorem diuinæ misericordiæ. Sed Diuus Bernardus in sermo. 50. super Canticis, quem referunt Canonistæ in capitulo finali, de donatio. ita describat ingratitude uem, ut sit ventus vrens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fluentia gratiæ. & licet exempla ingratitude multa esse possint, cum ingratitude possit contrahi in omitendo, & faciendo, id est non reddendo bona pro bonis, & reddendo mala pro bonis, & ingratitude, quæ omitendo incurritur, tres habet gradus, secundum Senecam, Positiuū comparatiuum, & superlatiuū. Ingratus est, qui beneficium non reddit; ingrator, qui dissimulat; ingratus omnium, qui obliuiscitur. vnde versus, *Dicitur ingratus acceptor immemor omnis.*

*Ex cuius merito requiritur tributio nulla.*

Sed in materia proposita causæ ingratitude nis quinque tantum ab Imperatore recensentur in dicta. l. fina. concordat capitulum fina. de donatio. ubi quatuor causæ recensentur, vna omissa, quæ his versibus per Albe. de Rosa. includuntur.

*Quinque modis perdo tibi quæ donata fuisse.*  
*Infero si damnum grauiter donantis in ære:*  
*Si per me sit huic atrox iniuria facta.*  
*Et sua persona naturali uulnere tacta.*  
*Quando siue uita crudeliter insidiabor.*  
*Ingratum factum dic me, si fregero pactum.*

Sed Ripa summat sic, Atrox iniuria damnum, im pia dextra, fides fracta, pericula necis, ingratiū faciunt.

22 Prima ergo causa erit, si atroces iniurias post factam donationem donatarius in donatorem effundat, & secundum glo. tribus modis iniuria dicitur atrox, vel ex facto, loco, & persona, vt in §. atrox, Institutio. de iniur. & in l. prætor edixit, §. atrocem. ff. de iniur. & quando dicitur atrox iniuria, ponit Menochi. tract. de arbitra. iud. cas. 263. libro 2. Centu. 3. vbi quinque ponit exempla, sed in hoc loco atrox iniuria dicitur respectu verborum, & infamiae l. i. §. iniuria. ff. de iniur. cū de atroci iniuria, quæ sit re ipsa in corpus, vel in patrimonium loquatur. d. l. fina. in sequentibus

23 causis: † exemplum ergo erit de ista atroci iniuria, si donatarius dixerit donatorem esse cornutum, argumen. tex. & glo. in l. si inimicitiae. ff. de his, quibus vt indig. & pariter dicitur atrox iniuria si appellauerit eum maleficum, & incantatorem, ideo reuocatur donatio. l. i. §. fin. ff. de obseq. à lib. & ibi gl. summa sola acerbitate conuicij reuocari potest donatio. l. vni. C. de ingr. libe.

24 Sed quid si donatarius protulit in donatorem verum conuicium, licet acerbum, priuari ne poterit donatione? crederem quòd sic, per tex. in d. l. fina. in sui generalitate, & in sui ratione cum legis lator videatur considerare solum ingrati tudinem iniuriantis suum benefactorem. Quidam tamen ita distinguunt, aut non interest reipublicæ conuicium publicari, exemplum, quando donatarius exprobat donatori, quòd est cornutus, & tunc donatarius iniuriarum tenetur, quia iniuriosum est nostros defectus detegi. l. 2. C. quando, & qui. quar. pars debet. lib. 10. merito potest donatio ne priuari. Aut reipublicæ interest conuicium publicari, exemplum, si dicatur donatorem esse maleficum, hæreticum, proditorem, falsarium, & similia, tunc non tenetur donatarius iniuriarum, & consequenter nec donatione priuabitur. ita tenet Bar. in l. eum, qui nocentem. ff. de iniur. Cinus Petrus in l. si non conuicij. C. de iniur.

Alij autem distinguunt aliter, quòd aut donatarius conuiciatus est donantem extra iudicium, aut in iudicio. primo casu constat, quòd animo iniuriam di conuiciatus est, vt quia famosum edidit libellum, & tunc iniuriarum tenetur, & sic propter iniuriam donatio poterit reuocari, quia veritas conuicij non eximit iniuriantem ab actione iniuriarum. l. i. C. de famo. libel. l. 3. C. de offic. recto. prouin. ibi & si veræ voces sint, nec ad libidinē, &c. Aut constat, quod non est conuiciatus animo iniuriandi, sed potius animo corrigendi, & tunc non tenetur iniuriarum, nec donatio poterit reuocari, quia ex affectu facientis pensatur. l. illud, §. 1. ff. de iniur. le. qui iniuriæ. ff. de fur. nam qui fratrem suum corrigit, & reprehendit, retributionem meretur, non penam, quia elemosinæ genus est, errantes reprehendere. 45. distinct. capitulo, tria sunt. Aut dubitatur, quo animo conuiciatus sit, & tunc ad coniecturas recurrendum est, si quidem in rixa, & criminosè conuicium contulit, tunc iniuriandi animo prolatum videtur: si autem modestè conuiciatus est, nulla rixa præcedente, tunc animo cor-

rigendi, per notata per Bald. in l. r. col. 4. C. de ser. fugit. Alexan. conf. 128. lib. 4. In dubio enim verba intelliguntur prolata in bonam partem, vt per glo. & scriben. l. 2. C. de his, qui vt indig. Deci. conf. 189. col. 2. & 7. nisi qualitas personæ conuiciantis locus, tempus, vel conuicium, quod exprobatum fuit, aliud demonstrat, cum ex personis hominum sint dicta pensanda, l. 1. C. si quis imper. maled. etenim si meretrix meretricem conuiciat, si usufructuarius usufructum, tunc non animo corrigendi conuicium prolatum putandum, qui eadem facit, quæ corrigi, erroris magister dicitur, non corrector. c. nos si in competet. c. 2. q. 7. per Abb. c. nouit, col. 14. in fine, de iud.

Secundo casu, quando in iudicio, & tunc si conuicians conuicium probat, non tenetur iniuriarum quia iuris executio non habet iniuriam. L. iniuriarum, ff. de iniur. l. nullus videtur. ff. de reg. iur. c. nouit, de appell. ita distinguit notanter Io. And. in add. ad Sp. tit. de iniur. post princ. sequitur Panor. & Moder. in c. cum te, de re iudi, vide tamen de hoc Couar. variarum resolutio. iur. capitulo 11. lib. 1. numero 8. cum seq.

Sed iuxta prædicta quærunto Doctores, quid si donatarius verbis tantummodò tentauerit pudicitiam vxoris, vel filiam donatoris, an possit reuocari donatio ob ingrati tudinem, quasi sit atrox iniuria? & concludunt non posse dici atrocem iniuriam, si blandis verbis tentauerit, per tex. in l. item apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniur. Præterea non dicitur atrox iniuria, quia ex hoc non læsit dignitatem donatoris, nec eum infamem reddidit, quod requiritur, vt dicatur atrox iniuria. d. §. atrox, Institutio. de iniuris. secus esset dicendum, si essent verba nominatoria & iniuriosa, & consequenter notandum, quod † donatarius, qui adulterauit vxorem donantis, dicitur intulisse donatori atrocem iniuriam, & poterit reuocari donatio. l. codicillis. §. matre. ff. de lega. 2. ex quo tex. elicitur, quòd qui adulterat vxorem donatoris, grauius eum offendit, quam si eius filiam interemisset, quod non est credendum, & idem dicendum, si sponsam donatoris deflorauerit. d. l. item apud Labeonem. §. sponsam. ff. de iniuri. & lege, propter violatam. C. de adulter. Idem est dicendum, quòd scilicet donatarius possit priuari donatione, si cognoscat carnaliter concubinam donatoris, quia hæc est atrox iniuria, cum perturbetur sanguis, vt Ripam. l. fina. quæstio. 111. secus si donatarius cognouisset ancillam donatoris, non potest priuari donatione, quia ista non videtur atrox iniuria, cum non dicantur tales ancillæ, secundum Barto. l. fina. C. de concub. ex quo non retinentur in schemate concubinatus, & ad id facit, quod voluit Andre. de Iser. & Aluarot. in capitulo primo, §. primo, quibus modis feud. amitta. vbi

28 concludunt, quod vassallus, † qui propter iuramentum fidelitatis est obligatus seruare honestatem domino, non tamen priuatur feudo, si concubuerit cum fanticella domini. quod etiam voluit Præposit. Alexandri. in capitulo. de

de forma fidei. columna secunda, quæstione quinta. Sed quid si deflorauerit filiam donatoris, dicitur ne ista atrox iniuria? dic quod sic, & idem si deflorauerit neptem, vel proneptem, in istis terminis loqui videtur. l. codicillis. §. matre. ff. de lega. secundo. Sed quid si donatarius deflorauerit forem donatoris, vel eam adulterauerit? & in hoc distingue, vtrum cognouerit forem donatoris nuptam, & extra domum donatoris, & tunc non priuatur, cum vassallus non priuatur feudo, capitulo primo. §. primo, quibus mod. feud. amitta. vbi quantum ad forem exigitur, quod cognouerit eam in domo domini, licet quantum ad filiam, vxorem, vel nurum priuatur feudo quocunque loco se immiscuerit, secundum Bald. Aluarot. & alios communiter, an cognouerit forem in nuptam in domo fratris donatore manente, & isto casu donatarius priuari potest donatione, quia honorem, & substantiam donatoris tangit, cum indigeat maiori dote. Sed quid si foror sit maritata, sed moretur in domo fratris vnâ cum marito? ista non est grauis iniuria, & ideo non potest reuocari donatio. Prædicta tamen semper intelligenda, si scienter donatarius se immiscuerit, secus si ignoranter, vt quia inuenit filiam donatoris in suo lecto, credens eam esse vxorem suam, tex. in capi. in lecto. 34. quæstio. prima. ignorans enim non delinquit. l. ignorans. ff. loca. l. ex maleficijs. §. fina. ff. de actio. & obligatio. Item intellige prædicta, si contra volentem donantis talia attulerit: secus si eo volente, quæ volenti, & scienti non fit iniuria, neque dolus. l. prima. §. vique ad eo. ff. de iniur. l. cum donationis. C. de trah. factio. Item intellige, nisi vxor, filia, oror, & similes palam corporis sui quæstum facerent, iux. tex. in l. palam. ff. de ritu nupti. quia tunc donatarius non videtur inferre atrocem iniuriam: quamuis Andre. de Iser. in dicto capitulo primo. §. primo, qual. feud. amitta. dicat, quòd vassallus adulterans vxorem, aut filiam, aut forem domini, priuatur feudo etiã si sint meretrices, quod si verum est credo esse verum in feudo propter iuramentum fidelitatis: secus in donatione. Item intellige prædicta, nisi donator et adulterasset, vel deflorasset vxorem, aut filiam donatoris, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. viro atque vxore. ff. sol. mat. c. intelleximus. de adulter.

30 Sed quæsi solet, an dicatur atrox iniuria, adeo vt possit priuari donatione, si donatarius fuerit aduocatus contra donantem in causa capitali? Doctores in hoc articulo videntur distinguere, quod aut donatarius sponte aduocat, vel consulit contra donantem in causa famosa, & magna contra veritatem, & tunc tanquam ingratus priuari potest, aut iuste consulit, vel aduocatur, & tunc aut sponte, & vt ingratus priuandus est, aut coactus, & tunc necessitas eum excusabit, vt per Ripam. d. l. fina. quæstione nona, vbi tenet, quòd etiam dato, quod aduocatus dicatur ingratus beneficiorum acceptorum ab eo contra quem aduocat: tamen talis ingrati tudo non est de expressis & specificatis in illa. l. fina. nec de similib. & propterea nullam infert iniuriam, & ideo non esset priuandus donatione.

31 Idem dicendum de donatario, qui iudicauit in causa criminali, vel alias magna contra donantem, si quidem aut iuste iudicauit, & tunc non est reuocanda donatio propter sententiam iustam: quia munus iudicandi necessarium est. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mone. & hono. aut iudicauit iniuste, & tunc aut per dolum, & tunc licet reuocare donationem, aut per imperitiam, & tunc aut consuluit peritiores, & venit excusandus, aut non consuluit peritiores, & non excusatur, sed potest donatione priuari, & quod dictum est de causa criminali, idem procederet de causa ciuili, quando donator grauem iacturam suæ substantiæ passus fuit, quia poterit reuocari: secus si nullum, vel modicum damnum passus fuit, quia non poterit reuocari, vt per Tiraquel. tracta. de iudi. in rebus exiguis.

32 Sed quid de donatario, qui perhibuit testimoniū in causa criminali contra donantem, an dicatur ingratus taliter, quòd possit donatione priuari. Ripa dicit, quòd sic, in d. l. fina. quæstio. octaua. per tex. in l. qui cum maior. §. sed si non accusauerit. ff. de bonis liber. facit tex. l. post legatum. §. his verd. ff. de his, quib. vt indi. quod intelligit Barto. & glo. & alij esse verum, si donatarius, siue legatarius sponte perhibuerit testimoniū: secus si coactus. Et hæc de prima causa dicta sint, si autem vis scire omnes casus in quibus quis tenetur actione iniuriarum, vide Afflic. super 3. feud. de pace iuram. firman. §. iniuria punitur.

33 Secunda causa est, si donatarius impias manus in donatorem inferat, & idem si pedes impios, prout Card. & alij dicunt, in capitulo finali, de donatio. ad ducentes decisionem glo. in simili, in cap. si quis suadente diabolo. decima septima, quæstione quarta in verbo, maius. facit tex. in l. qua actione. §. primo. ff. ad leg. Aquil. cum tex. in d. l. fina. consideret magis effectum, quam modum. Quod procedere videtur non solum si ipse donatarius intulerit impias manus, sed inferre fecit ab alio, quia ingratus est, qui iniuriatur per alium benefactori suo, sicut qui per se ipsum. l. prima. §. deiecit. ff. de vi, & vi arma. cap.

34 cum ad sedem. de resti. spoli. Etenim † qui mandat clericum percuti, ita excommunicatus est, sicut ipse, qui percuteret, capitulo mulier, de sentent. excommu. & si vassallus fecerit percuti dominum per aliam priuatur feudo, sicut si ipse percussisset, secundum Iacob. Aluarot. in capitulo primo §. porro, quæ fuer. prima cau. benef. amit. facit tex. l. hec verba. ff. de aduoc. & capitulo secundum, de cler. pug. in duello. & reg. qui per alium facit, de regu. iur. libro sexto.

35 Sed quid si non percussit, sed eleuauit manum, vt percuteret donantem, an donatione erit priuandus. dic quod si queritur, an priuari possit donatarius, quasi impias manus intulerit, dicendum est quod non potest priuari, quia manus, quæ non percussit, non potest dici impias: si vero queritur, an priuari possit, quia iniuriatus sit donatori, quoniam qui eleuat manum in alium, quasi verberaturus, tenetur iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. primo. ff. de iniur. quem tex. dicit non esse alibi ibi Barto. & Iaf. in l. i.

- l. prima. §. primo, in fine. ff. quod quis. iur. tunc considerandum est, an ex tempore, loco, vel persona dici possit atrox iniuria, vel ne, vt in §. atrox, Instit. de iniur. & in l. prator. §. atrocem. ff. de iniur.
- 36 Quid dicendum, si non percussit corpus: sed scidit, vel laceravit vestimenta, quibus donator indutus erat? dicas quod aut donatarius laceravit, vel scidit vestimenta, volens offendere personam, licet non offenderit, & dicitur intulisse impias manus in donatorem, & per consequens poterit priuari donatione, aut solum volebat lacerare vestes, & non offendere personam, & tunc solum tenetur iniuriari. ita videtur velle Bar. in l. illicita §. quod illicita. ff. de publici. Ripa. d. l. fina. in 15. quæst.
- 37 Sed quid si donatarius manū intulit in res, quas donator in suis manibus tenebat, an propter hoc reuocari possit donatio? Dic quod si querimus, an donatarius priuari possit tanquam intulerit impias manus in donatorem. dicendum quod non, quia impia manus dicitur, quæ læsit corpus: si autem querimus, an donatarius priuari possit, quia rem de manu abstulerit, tunc si ex rapina graue damnū, & magnam iacturam intulerit substantiæ, reuocari poterit donatio, aliàs non.
- 38 Sed quid si donatarius detineat donatorem in vinculis, vel carcere absque lesione corporis: an dicatur inferre impias manus in eum, adeo vt possit reuocari donatio? dicendum quod per detentionem donatoris non est reuocanda donatio ex eo capite, quia donatarius intulerit impias manus in donantem, sed ex alio capite, quia intulit atrocem iniuriā, quoniam detinens indebitè, dicitur inferre iniuriā detento. l. si vero. §. fina. ibi Ange. & alij not. ff. qui satisfida cogan. ex quo inferitur per Ripam, quod si donatarius detinet donantem in bello licito, cui post capturam nullam inferat iniuriā, quod ex hac causa non priuabitur donatione, quia iuste eū detinet, neque per talem detentionem dicitur inferre iniuriā capto, cum iure permitente eum detineat. l. iniuriarum. §. primo. ff. de iniur. si tamen nollet eum datis fideiusoribus de soluendo talem consuetam relaxare, diceretur illi iniuriari. d. l. si vero. §. fina. quæ iniuria consideratis circumstantijs poterit dici atrox, iux. tex. d. §. atrox, de iniur. Inst.
- 39 Sed quid si donatarius intulit impias manus in vxorem donantis, vel in filium? videretur dicendum, quod ex quo vxor, & maritus sunt vnum corpus & vna caro, & pater & filius censetur vna & eadem persona, vt possit priuari donatarius in contrarium tamen videtur esse veritas, quia maritus dicitur cum vxore vnum corpus quantum ad bona matrimonij, sed quoad reliqua, nō sunt vnum corpus.
- 40 Ideo Felynus dicit in capitulo secundo, columna secunda de fo. compet. quod percussit vxorem clericum, non dicitur intulisse violentas manus in clericum: & propterea non incidit in canon. si quis suadente diabolo, decima septima quæstione quarta. & quoad illud, quod diximus de filio, censetur vnus cum patre, per fictionem, & filius non potest dici donator, cum non donauerit: ideo dicebat Bal. lege prima. C. si rell. prou. quod si per statum sit
- imposita poena offendenti Potestatem, quod non intelligitur talis poena imposita offendenti filium Potestatis, quia persona filij non est vere persona patris, & statuta maxime odiosa non habent locum in casu ficto. l. tertia. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & dicebat Ioann. Andre. in regu. frustra, de reg. iur. in Mercuri. decisum fuisse in publica disputatione, quod si aliquis promittit te non offendere sub poena, postea si offendar vxorem tuam, non committitur stipulatio penalis, sequitur Aret. l. quarta. §. Cato, columna penultima. ff. de verb. obligatio. sed an retractari possit tanquam atrocem iniuriā fecerit donatarius. dicerem hoc esse in arbitrium iudicis, qui debet considerare qualitates, & circumstantias iniuriæ, quo animo, iux. tex. in d. §. atrox in d. §. atrox Institutio. de iniur. & tunc reuocari poterit, si malo animo. Hoc tamen aduertendum est, quod si donatarius se defendendo, vel iocando, seu ludendo percussit donatorem, non dicitur impias manus intulisse, & per consequens non poterit priuari donatione, vt per Ripam, d. l. fina. 19. & 20. quæstio. & idem dicendum, si donatarius ebrius inferat manus violentas in donantem, etenim non poterit priuari donatione, quia non dicitur ex proposito, & propter dolum inferre manus impias in donantem, vt per Ripam dicta lege finali, quæstio. vigesima secunda.
- 45 Sed queri possit, an donatio possit reuocari, si donatarius volens percutere alium casualiter percussit donatorem, & ita distinguantur aliqui, quod aut volebat verberare aliquem quem poterat licite verberare, & tunc quia dabat operam rei licite constat eum non peccasse. l. si cum seruo. ff. de iniur. aut volebat pulsare alium contra iuris dispositionem, & tunc quia dabat operam rei illicita: videtur iniuriā intulisse donatori, & sic priuandum esse donatione per tex. in l. eū, qui. §. si iniuria. ff. de iniur. & l. scientia §. penultimo. ff. ad legem Aquiliam. Barto. in l. respiciendum. §. delinquant, in fine, de pgn. Sed Ripa. d. l. fina. tenet contrarium, & bene, quia in casu legis fina. requiritur animus, & propositum, & dolum ex parte donatarij, & quod donatarius, qui casualiter non ex proposito verberauit donantem, non videatur labem ingratitudinis incurrisse, que nisi ex vitio animi, & mala intentione contrahitur, & allegat de cisionem, quod si quis percussit clericum credens percutere laicum, non incurrit excommunicationem: quia animum percutiendi clericum non habebat, secundum Hostien. Abba. Card. & communiter scriben. in cap. si vero, lo secundo, de sentent. excommuni.
- 47 Demum querit Ripa in 25. quæstio. an vulnerans donantem, principis & patris proditorum, possit priuari donatione? & dicit quod nō: quia plus debemus patri, quam donatori, & idem dicendum est a fortiori, in principis hostem, & patriæ proditorem.
- 48 Sed dubium est, an stante statuto quod liceat impune occidere bannitum, an si donatarius occidat, vel vulneret donantem bannitum, possit donatione priuari? Ripa, d. l. fina. arguit pro & contra, & non decidit

- decidit hanc quæstionem. & pro parte, quod possit donatione priuari, adducit tex. in l. si adulterium cū incestu. §. liberto. ff. de adulte. vbi dicitur, quod licet bertus non potest occidere patronum deprehensum in adulterio vxoris, quem aliàs potuisset, si patronus non esset: quia cuius famæ, multo magis vitæ parcendum est, & per illum tex. tenet Dinus, Albe. Angel. ibi, quod libertus stante prædicto statuto non potest impune offendere patronum bannitum. ergo nec donatarius donatorem, nec filius patrem, nec vasallus dominum, sequitur idem Alberi. in quarta par. statu. quæstione sexta, & quæstio. ne 27. Gandi. tracta. Maleficio. sub Rubri. de Bannitis, Capol. consilio quinto, Ange. Auth. de incest. nup. in principio. Nellus tracta. bannitorum, in tertia par. 2. temporis, quæstio. 63. vbi ex hoc inferit, quod nec frater poterit offendere fratrem bannitum. Itē nec vxor maritum suum. Contrarium tenet Barto. lucerna iuris, in dicto §. liberto, vbi concludit, quod stante prædicto statuto filius potest impune occidere donatorem, sequitur Pet. de Anch. lo. de Anania in Rub. de his, qui fil. occide. Felyn. in capitulo. quæ in ecclesiis, columna secunda, de constitut. dicens, quod ante factam statutum amplectenda est opinio Dini, contra Barto. post factum autem statutum, opinio Barto.
- 49 Ego autem ita posse concordari opiniones crederem, & tenendo opinionem Bartoli tanquam verisimam, ita distinguo, an pater vel donatarius sit bannitus propter simplex homicidium, vel propter assassinium, vel proditorem patriæ, principis, & similia, si quidem erit bannitus propter simplex homicidium, tenenda prima opinio, vt non liceat occidere, & si occiderit poterit priuari donatione: si autem fuit bannitus propter atrocissimum delictum, tunc procedit opinio Barto. quod poterit filius occidere patrem, & per consequens multo magis donatarius donatorem, nec priuabitur donatione, & hanc credo fuisse mentem Barto, quæ mens elicitur & comprehenditur ex lege, quam allegat in l. minimè. ff. de reli. & sump. fune. qui tex. loquitur in proditore patriæ, & in eo qui defendendo patriam occidit patrem, secundum glo. ibi, & Capol. consilio quinto, tenet Barto. opinionem, & Salice. l. prima; C. de his, qui pat. vel liberos occid. & ita inquit etiā fuisse consultum per collegium Perusinum, & hæc de secunda causa dicta sint.
- 50 Tertia est causa, si graue damnum donatarius in bonis donatoris dedit, ibi dum dicit, vel iacturæ molem ex insidijs suis ingerat, quæ non leuem sensum substantiæ donatoris imponat. Sed querunt Doctores, quanta debeat esse substantiæ iactura ad hoc vt sit locus renouationi donationis? Respondetur, quod d. l. fina. exigit, vt non sit leuis: sed tex. in capitulo finali, de donatio. requirit, quod sit grauis: sed difficultas est inuestigare, quæ dicatur grauis iactura? quidam enim dicunt esse damnum maioris partis bonorum, cum deceptus ultra dimidiam iusti pretij in venditione dicatur grauiter læsus, lege secunda. C. de rescin. vendit. capitulo, cum dilecti, de emptio. & vend. & nos supra, tracta, emptio. & ven-

- ditio, in septima colum. vltim ordine diximus. Alij dicunt, quod damnum plusquam in tertia parte bonorum dicitur magnum, & graue damnum, aliàs dicitur modicum: exemplum est in eo, quod dicitur in conductore, cui non est facienda remissio, nisi propter graue damnum. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. dicitur autem modicum, quod non excedit tertiam partem pensionis, secundum Panormi. in capitulo, propter sterilitatem, de loca. & nos supra tracta. loca. Alij putant iacturam sextæ partis bonorū graue esse damnum, sicut dicitur enormiter læsus, qui in sexta parte fuit damnificatus, secundum Bar. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. Alij dicunt, quod istud graue damnum est arbitrariū: quoniam damnum quinquagesimæ, vel centesimæ potest esse graue consideratis varijs circumstantijs, & respectibus, capitulo, apostolica, de donatio. nam quæ causa parua, vel magna dicatur, relinquatur arbitrio iudicis, vt per Menochi. tracta. de arbitra. iudi. cas. 72. lib. 2. centu. 1. & quæ læsio enormis censetur in laudo arbitri, vt per eund. Menoch. in cas. 73. ead. centu. & lib. ista ergo opinio erit seruanda, vt scilicet sit in arbitrio iudicis, pro qua iactura bonorum illata donatori possit reuocari donatio, vt per Ripam, dicta l. fina. de donatio. Fallit in matre donatrice transunte ad secunda vota, quæ nullo modo potest donationem reuocare, nisi filius donatarius molitus sit iacturam totius substantiæ, vt in authen. quod mater. C. de reuoc. dona. & diximus alibi, quæ authentica procedit etiam in patre secundo nubente, vt per Ripam, d. l. fina. quæstione vigesima sexta, numero 96. idem tenet Azo. in summa. C. de secun. nup. Aret. consilio 72. Roma. consilio 182. Soc. consil. 34. libro primo, & 114. libro quarto Deci. consil. 87. ratio est, quia ita pater, sicut mater transcundo ad secunda vota, iniuriatur filijs primi matrimonij, immo magis iniuriatus est pater, vt patet ab effectu. §. si vero expectet, in Authenti. de nupt.
- 52 Sed querunt Doctores, quid si donatarius non intulerit graue damnum & iacturam, sed inferre tætauerit, an poterit priuari donatione? dicunt quod non: quia Imperator, d. l. fina. vtitur verbis denotantibus effectum, non autem conatum, vt sonant illa verba, ex insidijs suis inferat, aliud est inferre, aliud voluisse inferre. l. item apud Labeonem. §. tenetur, ff. de iniur. ita tenet Ioann. Andre. Card. Imola, in capitulo fina. de donatio. cum regulariter non puniatur affectus, hoc est conatus, nisi sequatur effectus, l. prima. §. fina. ff. quod quisque iur. cap. finali. de sponsali.
- 53 Quarta causa est, si donatarius vitæ periculum aliquod intulerit, quod procedit etiam quod effectus non sit sequutus: nam dato quod donatarius præparauerit venenum, vt donatorem interimeret, aut aliter præparauerit insidias, & non effectuaerit: tamen poterit donatione priuari, quia dicitur talis periculum vitæ intulisse, prout tenet expresse Abbas dicto capitulo finali, columna prima, facit tex. in l. prima, in fine, de parricid. ibi not. Barto. contra quosdam monachos, qui voluerunt venenare Abbatem,

Abbatem, quod veniant puniendi perinde ac si venenum dedissent, facit. l. eiusdem. ff. ad l. Cor. de fidei. & est speciale in odium criminis.

Quinta causa est, si non fuit adimpletus modus in donatione adiectus, & sic propter inobservantiam pactorum conventorum, quæ dicitur etiam causa ingratitudinis, vt per Bal. consi. 18. lib. 1. Ripa d. l. fina. quæst. 28. & notandum est, quod si agebatur inter partes, vt donatio, & conventiones gerebantur in scriptis, si donatio, & conventiones non reperiantur scriptæ non poterit donatio reuocari, cum partes non habuerint contractum pro absoluto, nisi scriberetur. l. contractus C. de fide instrum. l. fin. cum au. th. ibi posita, C. si cer. pet. Arc. in consi. 160. in 2. dubio. Sed dubitat Ripa, quid si actum sit quoddam donatio & pacta fiant in scriptis, & reperiantur in instrumento donationis, quod prætermisæ sunt aliqua conventiones, de quibus ante scripturam actum erat, an per inobservantiam earum conventionum, quæ scriptæ non reperiantur, possit donatio reuocari. & ita distinguit, quod aut conventiones non fuerunt scriptæ per obliuionem notarij, & hoc constat, & tunc tenet, donationem posse reuocari, quia omisum scribi per errorem habetur pro scripto. l. quoties. §. sed si non in corpore. ff. de hæred. inst. l. item quia. in fine, de pac. Aut conventiones non fuerunt scriptæ, quia tempore recitatio contractus nihil dixerunt notario de illis conventionibus, & tunc iterum distinguit: aut constat per obliuionem partium non fuisse scriptas, nec recitatas, & tunc etiam propter inobservantiam talium conventionum reuocari posse existimat. l. si bonorum. ff. de serui. vrb. præd. l. si tibi liberum. ff. de actio. empti. Aut non constat, & tunc subdividendum est, aut in continenti contractus redactus fuit in scriptis, aut ex intervallo. Primo casu locus erit reuocationi tanquam minus scriptum sit quæ conuentum, nec enim præsumitur partes incontinenti voluisse discedere à conuentis. l. Titia. §. idem respondit. ff. de ver. obli. d. l. item quia, in fine, de pact. Aut ex intervallo, & tunc præsumitur ab illis recessum conventionibus. l. p. retentionem. C. de vsu. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. per Imol. l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. insti. per Bar. & Moder. d. §. idem respondit. Præterea sciendum est, quod dato, quod dictæ conventiones, & pacta fuerint nuda, tamen si non obseruentur, poterit reuocari donatio, cum ex pacto nudo donatio competat actio ad res donatas. l. si quis argentum. §. fina. C. de dona. & nos supra in prin. ergo etiam donatori competet actio ad conuenta reuocanda. Quinta etiam potest dici, quod semper conventiones nuda appollitæ in contractu donationis vestiantur coherentia contractus. l. petens ibi Bal. C. de pac. l. lecta. ff. si cer. pet.

Sed quid si donatarius fuerit impeditus legitimo impedimento adimplere conuenta, an donatio reuocari poterit? dic quod non, vt d. l. fina. in verbo, minime implere voluerit, & Clarus in c. 1. §. est & alia, quæ fuer. prima causa benef. ami. etenim legitimum impedimentum excusat à mora. l. sciendum

ff. de vsur. & consequenter à pena, quæ incurritur propter moram. l. 1. §. 1. ff. si quis cautio.

56 Hinc dicitur, non reuocari donationem ex eo, quod donatarius non subuenit donatori in suis necessitatibus, vt promiserat, si non fuerunt dictæ necessitates ipsi donatario, cum ignoratitia eum excuset à vitio ingratitudinis, arg. l. si ignorans. ff. loca. ita consuluit Corn. consi. 102. lib. 3. & ex hoc inferitur etiam, quod donatio facta alicui, si nupsit Titio, non reuocatur, si non stetit per donatariam, quominus nupsit. l. 1. C. de insti. & substit. Ripa d. l. fi. q. 3. nu. 108.

57 Sed quærunt Doctores, an donatarius, qui non adimpleuit conuenta, possit purgare moram? & regulariter dicunt, quod sic, ex æquitate, maxime canonica, permisa est moræ purgatio. l. si seruum. §. sequitur. l. si ita quis. §. Seia cauit. l. interdum. §. fina. ff. de verb. obli. Doctores in l. si insulam. ff. de verbo. obli. Hippo. Bonacossa tract. de æqui. Canonici conclu. 9. & intellige, & declara, nisi obstat vnus de illis casibus, quos memorat Ripa in d. l. si insulam. ff. de verb. obli. in fine, & sunt casus 18. Primum interesse singulare, quod est passus aduersarij propter moram impedit purgationem moræ. Secundum deterioratio iuris aduersarij causata propter moram. Tertium longum tempus post diem appositæ ab homine. Quartum dies & pena appositæ in obligatione ab homine. Quintum nouatio obligationis & solutionis. Sextum litis contestatio. Septimum geminatio moræ. Octauum pena, quæ ex pacto potest simul cum principali non euitatur beneficio purgationis. Nonum executio facta à lege, vel ab homine. Decimum iuramentum. Vndecimum maleficium propter quod mora commissæ est. Duo decimum clara trasulio principalis obligationis in penalem de persona stipulantis in alium. Decimum tertium defectus conditionis. Decimum quartum resolutio contractus causata propter moram. Decimum quintum renunciatio purgationis. Decimum sextum prohibitio legis. Decimum septimum impossibilitas reponendi in pristinum statum. Vltimum deuolutio iuris in alterum propter moram à lege factam. Sed de æquitate canonica, vt dixi, admittitur purgatio moræ, non obstante iuramento, vbi mora est commissæ in re modica, cuius moræ prætextu aduersarius vult extorquere magnam penam. ita intelligendū. c. suam, de penis, de quo Deci. consi. 138. alias non admittitur purgatio. Alij dicunt, quod admittitur purgatio moræ, non obstante iuramento ad euitandas penas legales, secus quoad euitandas conventionales. ita Corne. consi. 121. lib. 1. alij aliter, de quo vide Ripam d. l. fina. quæstio. 32. numero 110. & vide Gratium respon. 93. numero 76. lib. 1. & Ioann. Bolognetti. consi. 16. in 3. articu. ibi optime examinat, quando moram purgare non liceat, vide etiam Cagno. l. si quis maior. C. de transa. Parisi. consi. 19. vol. 2. Menoch. tract. de arb. iud. cas. 7. num. 3. Anton. Gabrie. commu. conclus. lib. 3. titu. de transa. conclus. 1. nu. 12. Bonacof. d. tracta. de æqui. Cano. conclu. 9. vbi alios infinitos congerit in hac materia.

Vtrum

58 Verum dubitari posset, qua actione reperantur donata quando donatarius non adimpleuit conuenta? dic vt supra, quod possunt repeti conditione ob causam, vel etiam conditione ex lege fina. declarando, vt per Ripam, d. l. fina. quæstio. 35. & sequè. Sed animaduertendum est, quod in vno casu datur rei vendicatio, nempe si donatarius non præstet alimenta donatori, quæ ex pacto, & conventionibus præstare tenetur. potest donans rem suam vendicare. l. 1. ibi Bald. C. de donatio. quæ sub mo. & est speciale fauore alimentorum. Ripa d. l. fina. q. 87. numero 129. Quod procedere videtur etiam in ecclesia: nam ab ecclesia, cui est facta donatio cum pacto, quod debeat alere doctorem, possunt res donata vendicari propter alimenta non præstita, prout consuluit Roma. consilio 284. Federi. de Semis, consilio 189. vbi inquit, quod d. rector ecclesiæ potest compelli officio iudicis, vt restituat vineam alienatam contra voluntatem donantis, qui in casu alienationis voluit vineam ad se reuertit. sed Doctores dicunt, quod est verum, quando præstatio alimentorum fuit causa finalis ipsius donationis: quoniam nisi apparere possit, quod donator non fuisset aliter donaturus, non reuocatur donatio, capitulo verurum, de conditio. apposi. Ripa, d. l. fina. quæstio. trigesima octaua.

Et sic supradictis quinque causis stantibus, quærunt Doctores, an solum propter quinque supradictas causas possit donatio reuocari, an etiam ob alias similes, seu maiores expressis? dicunt quod sic, ita tenet glo. in dicta. l. fina. in verbo voluerit, & hæc est communis opinio, vt inquit Ripa, d. l. si na. quæstio. quadragesima prima, post numerum 144. Menochi de arb. iud. cas. 103. lib. secundo, cen. 2. & in simili videmus, quod filius potest à patre exheredari non solum ob causas expressas, in athen. aliud quoque capitulum, sed ob similes, vel maiores, & quæ sint istæ alie causas, dic quod iudicis arbitrio relinquuntur, vt per Menochi, de arb. iud. d. cas. 130.

59 Quare potest inferri, quod si donatarius donatori indigenti alimenta denegauerit pro modo facultatum vtriusque, & pro modo rei donata, quod donatio poterit reuocari prætextu ingratitudinis, cum negans alimenta necare quodammodo videtur. l. necare. ff. de liber. agno. ita tenet glo. d. l. fina. in verbo, voluerit, Salic. ibi attestatur de communi, & Tuli. Clarus §. donatio. quæstio. vigesima prima. de magis comuni: sed gl. in l. in condemnatione. ff. de regu. iur. dicit hoc non reperiri in re cantum, & credit contrarium. Prima tamen opinio est magis communis, vt dixi: Sed pro concordia possumus dicere, quod si donas ex ipsa donatione factus est inops tunc donatarius tenetur eum alere, & quatenus non alat reuocabitur donatio, ita intelligatur glo. in dicta. l. finali, secus si non esset factus inops propter ipsam donationem, ita loquitur glo. in l. in condemnatione, & sic erit concordata contraria opinio, ita concordat etiam Constan. Rogeri. in l. qui in donatione. ff. de donatio. & ideo dicebat Cinus,

dicta. l. fina. C. de reuo. donatio. quod si fuit donata magna quantitas, tenetur donatarius alere donatorem, & si non alit potest priuari, & reuocabitur donatio.

61 Et pro complemento huius materiae quærendū est an per ingratitudinem repeti possint bona donata alteri hypothecata per donatarium? dicere quod non, per l. his solis. C. de reuo. dona. vbi si filius antequam sit ingratus alienet in alium fundos, & res donatas à matre, tale alienatum mater reuocare non potest obtentu ingratitudinis subsequenti. Contrarium tenet Ripa, d. l. fina. quæstio. 42. quia resolutio iure datoris resoluitur ius acceptoris. l. lex vctigali. ff. de pigno. l. tertia. ff. qui. mod. pign. vel hypo. sol. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem addicti. Ad tex. in l. his solis. respondeas, quod bona hypothecata vel pignoratata non dicuntur proprie alienata. alienatum. ff. de verbo. significa. per Pau. de Cast. in l. in ambigua. ff. de legi. Ange. in l. benignius. codi. titu. Bal. capitulo primo. de aliena. feudo. & capitulo primo. §. aut si libellario. qui. mod. seu. amittatur.

62 Ego autem pro concordia sic dicerem, quod si res sit pignoratata, vel hypothecata per donatarium pro tribus partibus, vel saltem plusquam pro dimidia dicatur alienata, & sic non poterit reuocari per donatorem: si autem sit pignoratata, vel hypothecata pro paruo pretio, & sic infra dimidium, tunc possit reuocari, cogita tamen.

63 Sed quid dicendum in donatione facta à matre filio, poteritne ingratitudine reuocari? dic quod sic, nisi post mortem domini mulier uiuat inhonestè, vel nubat secundo: sed si filius antequam sit ingratus, alienet in alium, vt dixi, tale alienatum mater obtentu ingratitudinis subsequenti non reuocat, vt in l. his solis, ibi Bald. C. de reuo. donatio. cum athen. sequen. cuius textus verba sunt, quod mater filio donat ex ingratitudine non reuocatur, postquam trāsit ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis: prima si vitæ eius insidiabitur. Secunda si manus impias in eam intulerit. Tertia si focus substantiæ molitus est iacturam.

64 An autem supradicta conclusio, quod donatio per ingratitudinem reuocari possit, procedat etiam in donatione ob causam, seu remuneratoria & ob benemerita, maxima est hæsitatio inter Doctores: si quidem Guillem. de Cuneo, & Bald. in l. si sibi pecuniam. ff. si certum. petatur, quos refert Roland. a Valle, consilio decimotertio, numero decimo, volumine primo, tenere videtur, quod sic, & ita tenere etiam videtur Pinellus C. de bonis mater. in tertia parte, numero sexagesimo. Sed contraria opinio est communis, & tenet eam glo. in dicta. l. fina. in verbo, inueniatur, & l. si pater. §. primo. ff. de dona. na. ibi Constan. Roger. col. 1. vbi inquit, quod in dubio præsumitur donatū propter benemerita, si præcesserunt, & allegat. l. si verò, non remunerandi. §. in de Papi. ff. man. Ripa. d. l. fi. q. 43. & 44. ibi de communi, Alex. consi. 40. lib. 4. Gui. Papæ. consi. 114. & sequ. Rom. consi. 26. ratio est, quia donatio ob causam, & remuneratoria non est proprie donatio, nisi dicas, quod

E c

quod reuocatur donatio ob causam propter ingrati- tudinem in eo , in quo donatio excedit causam : quia in excessu est propriè donatio, Corn. conf. 45. lib. quarto.

65 Idem dicendum est de donatione facta ecclesiæ, quæ propter ingrati- tudinem prælati, vel capitulo re uocari non potest, quia donatio facta ecclesiæ, cen- setur facta Deo, capitulo verum . de condi. appof. qui non potest esse ingratus, Ripa de communi, li- bro secundo respon. cap. 28. nume. 20. idem Ripa, d. l. fina. quæstio. 52.

66 Sed quid dicendum de beneficio, poterit ne au- ferri beneficium ecclesiasticum ab ingrato eidem collatum ? videretur dicendum, quod sic: quia collatio est donatio. c. relatum, de præben. ideo si ille, cui contulit beneficium prælati commisit aliquam in gratitudinis causam in personam conferentis, vide- retur posse priuari. In contrarium est veritas, quia collatio beneficii non potest dici donatio: quæ fit nullo iure cogente: sed illa collatio fit ex necessitate officii, ergo &c. ita tenet Ioann. Andre. Cardina. Imola Panor. & alij communiter d. c. fina. de dona. Ripa, d. l. fina. quæstio. 48. nu. 160. Clarus. d. §. dona- tio, q. 21. in fine.

67 Sed quid in dotè tradita mulieri, poterit re- uocari per ingrati- tudinem ipsius mulieris ? Ripa inquit quod sic in præiudicium mulieris, non viri, declarando, vt per Ripam, dicta. l. fin. quæstio. quin- quagesima prima, nisi sit tradita dos amore Dei. Ef- fet & hic dicendum de mandato, an scilicet propter ingrati- tudinem reuocetur mandatum, de quo vide eundem Ripam, dicta. l. fina. quæstio. quinquage- sima, vbi tenet quod sic. & an ingrati- tudine patris contra donatorem noceat filio donatario, habes per Ripam, dicta. l. fina. quæstio. 53. cum sequen. vbi

68 latè. Restat, vt dicamus de legitimatione, ¶ an scilicet propter ingrati- tudinem filiorum reuocetur legitimitas? dicas quod sic, ita Bal. cap. 1. §. filij nati, si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. vass. quem sequitur Cremien. singu. 19. l. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, numero quinquagesimo quarto. Soarez thesa. recepra. in verbo, legitimitas, nume. 103. & ratio est: quia libertas æquiparatur legitima- tioni §. primo, in Auth. vt libe. de care. & authen. quib. mod. natu. effi. ci. legit. §. si quis ergo, & in §. li- ceat, sed libertas ob ingrati- tudinem reuocatur, er- go, & legitimitas, Gerard. de Petra sancta, singu. 1. Moder. Galli in consue. Paris. titu. primo. §. tertio. Tiraquel. dicta. l. si vnquam in verbo donatione lar- gitus, numero 234. C. de reuoca. dona. & hæc omnia intelligenda sunt in legitimatione, quæ ex- scripto Principis, & simili: nam legitimitas, quæ fit ob matrimonium subsequutum, non reuocatur ob ingrati- tudinem, secundum Roma. singu. 222. & pro- cedit suprascripta in his, quæ ipsum patrem eiusq; bo- na respiciunt: quoniam in cæteris adhuc iudicatur filius legitimus, etiam si patri ingratus existit, ex his quæ Pau. de Castro notat in l. ex facto, ff. de vulga- ri, & pupil.

69 Sed dubitari posset, quid si donatarium peniteat ingrati- tudinis, & petat veniam, an firmabit dona-

tionem sibi, vt non possit ab eo reuocari. & deci- dunt Doctores quod non, vt per Ripam, d. l. fina. in quæstio. 67. nu. 226.

70 Denum quæro, an conditio ex dicta. l. fina. C. de reuo. dona. possit præscribi, dicendum quod sic, vt per Ripam, quæstio. 69. sed quanto tempore præ scribatur, Doctores dicunt non præscribi minus spatio triginta annorum, sicut alia conditiones. l. omnes. l. licet. C. de præscriptio. triginta, vel qua- draginta anno.

71 Secunda causa principalis ob quam reuocatur do- natio est superuenientia liberorum, de quo habetur in l. si vnquam. C. de reuo. donatio. vbi donatio facta libertis a patrone filios non habente natis libe- ris statim reuocatur, & ratio est ob amore affe- ctumque paternum in liberos: quia si donans cogi- tasset, se filios suscepturum, verisimiliter non donaf- set, argumen. l. cum auus. ff. de cond. & demonstra. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. tale pactum, §. fina. ff. de pact. vt per Dinum, & Ioan. Fabr. Barto. dicta. l. si vnquam, per Ripam, sub numero secundo & per Tiraquel. in præfatio. d. l. sub numero tertio, & Archidia. decima septima quæstio. vltima. §. fina. Constant. Roger. in l. donationes. §. species obserua- ta, numero 25. ff. de donatio. & idem, si donans ha- beret filios viuos, quos falso rumore ductus credat esse mortuos: nam ob filios repertos reuocatur donatio, cum militer ratio decisionis. d. l. si vnquã, Balita decidit in l. prima, col. tertiam. C. de inofficio. donatio. per tex. in l. si quis ita. §. si quis cum ignora- ret. ff. de testa. tutela. facit decisio Ioann. Andreæ ad Specu. ritu. de instru. editione. §. nunc autem, in vl- tima additio, vbi vult quod si Rex instituerit secun- do genitum credens primum, qui peregrè profes- sus erat iã lógo tempore esse mortuum, postea pri- mus mortuo patre reuertatur, quod poterit reuo- care donationes factas ecclesiæ per secundum, per l. si mater. C. de inof. testa. l. si pater. C. de hære. insti. Ripa. d. l. quæstio. 5.

72 Et animaduertendum est, quod in dubio semper præsumitur pater non cogitasse de liberis donando secundum Bar. approbatum per Doct. in l. Titia. §. Imperator. ff. de le. 2. vt inquit Soci. in l. 7. in prin. ff. sol. mat. et si donatio fieret in cõtractu matrimonij, & ideo reuocatur natiuitate filij, prout consuluit Corne. conf. 30. lib. 4. & conf. 11. lib. 3. ita tenet Ri- pa. l. fina. in 2. quæstio. ¶ sed quid si donans tempo- re donationis habeat filium, alij postea superue- niat, an reuocetur donatio? Ripa. d. l. si vnquam. q. 6. allegat pro & contra, & ex mente Pau. de Castro in l. 1. C. de inof. do. ita opinioniones contrariæ concor- dabantur, quod aut donans habebat filium natum exosum, & tunc donatio reuocatur natiuitate alterius filij, & hæc opinio fuit Ang. in d. l. si vnquam, aut non habebat filium natum exosum, & tunc non reuocatur, quæ distinctio non placet Ripæ, ideo ali- ter dicebat concordando, qd aut donans habebat fi- lium natum exosum, & donatio solù reuocatur pro- portionibus filiorum superuenientium, ar. l. si q. ff. de iu- re cod. si verò filij nati exosum nõ hēbat, donatio in totū reuocatur: quæ subest æquitas. d. l. si vnquã,

73 ita

ita per Ripam d. 6. quæst. in fi.

74 Et animaduertendum, ¶ quod & si dicta lex si vnquam, loquatur de libertis, tamen pro- cedit non solum in donatione facta libertis, sed etiam in donatione facta cuilibet extraneo, cum ratio decidendi militet magis in extraneis qui- bus pater minus donasset, si de posthumis cogitasset, quàm in proprijs libertis, cum attendatur mens, non verba legis, & hæc est communis opi- nio, secundum gl. Bar. & Doct. d. l. si vnquam, ibi Ri- pa in 2. quæst. Tiraq. qui plures cumulat, in d. l. si vnquam, in verbo, libertis, sub nu. 41. & sub num. 72. vbi inquit, quod hæc opinio est sequenda in consu- lendo, & iudicando, Iul. Clarus. §. donatio, quæstio. 22.

75 Modo quæro, an dispositio d. l. si vnquam, pos- sit per patrem renunciari, puta si pater dicat, quod donat bona sua, & vult, quod propter superuenien- tes liberos non possit reuocari donatio. Bar. in l. Ti- tia. §. imperator, nu. 7. tenet quod potest pater in præiudicium filiorum renunciare beneficio d. l. si vnquam, & de communi attestatur Socin. consilio 147. nume. 17. lib. 1. & consil. 263. nume. 13. lib. 2. quem refert Natta, consil. 25. nume. 1. Ripa d. l. si vnquam, quæstio. 51. Tiraquel. qui plures citat, ead. l. si vnquam, in præfati. nume. 88. & 171.

Sed contrariam partem, quod d. imò pater nõ pos- sit renunciare d. l. si vnquam, in præiudicium filio- rum, cum eorum fauore sit inducta, tenent multi Doctores, vt dicit Socin. in l. cum auus, col. 19. ff. de condi. & demonst. Alcia. in l. pacta, quæ contra. C. de pact. Paris. consil. 73. numero 32. lib. 1. & dicit Gratus in consil. 50. num. 65. lib. 1. quod super hac quæstione est tanta disputatio, quod indiget consti- tutione Imperatoria, cum discerni nõ possit, quæ sit magis communis opinio, Tiraq. d. l. si vnquam, in præfati. nu. 89.

76 Ego autem non discedere ab opinione Barto. sed pro concordia ita intelligenda est opinio Bart. vt procedat, quando in specie fuit renunciatum di- spositioni d. l. si vnquam. tunc enim si donans erat maior 25. annis, potuit renunciare. secus si erat minor, quia tunc non potest renunciare, si fuit appositum iuramentum. Opinio autem contraria procederet, quando in genere tantum fuit renun- ciatum omnibus legibus, omni iuris auxilio, nulla facta mentione dispositionis. l. si vnquam, & tunc non censetur renunciatum, etiam si cum iuramen- to, cum iuramentum non porrigatur ad incogni- ta, nec augeat obligationem vltra consensum, & sic non obstante tali renunciatione donatio reuoca- tur superuenientibus liberis, quia talis generalitas non extenditur ad casum verisimiliter non cogita- tum, & præuisum, Bal. l. 1. quæstio. vlt. C. de inof. do- natio. Ripa d. l. si vnquam, in 3. quæstio. & hæc di- stinctio videtur fuisse de mente Bar. in d. §. Impera- tor. Sed expressè tenuit Ripa d. 3. quæstio. latè per Tiraquel. in d. l. si vnquam, in præfati. sub numero nonagesimo septimo, vbi diffusè pertractat hanc quæstionem.

77 Præterea est sciendum, quod si ipse donans, vel

alius tertius promittat, quod donans nunquam re- uocabit, neque contraueniet, imò eam perpetuò ra- tam & gratam habeat sub pena tantundem solue- di de suo proprio, si donans repetat bona donata propter superuenientiam liberorum, non committi- tur stipulatio, vt tenet Tiraquel in fine d. l. si vnquã & Ripa per plures rationes d. l. si vnquã, in 4. q. quod inquit esse diligenter notandum pro marito, qui promittit, quod vxor sua nunquam contraue- niat renunciationi, quam fecit de bonis paternis ex maternis in fauorem fratrum suorum, nam si ratio ne enormissimæ læsionis obtinuerit partem suã, vel supplementum legitimæ maritus non tenebitur, vt singulariter voluit Corne. consil. 11. colum. 4. lib. 3. Soc. consil. 215. lib. 2. ratio est, quia promif- sio ¶ quod donans non reuocabit recipit intelle- ctum iuris, quod non reuocabit, nisi in casibus à iu- re concessis, & iusta, & legitima de causa, secundū Bar. in l. quidam cum filium. ff. de verb. obl. & qua- libet promissio, & obligatio de non contrauenien- do, semper intelligitur rebus sic existentibus, & ista donatio videtur facta sub conditione reuocandi, si postea liberos susceperit, per Tiraq. in d. l. si vnquã, in fine, C. de reuo. don. & tex. est in l. quod seruus, ff. de cond. ob ca. & in quacunq; dispositione sem- per videtur excepta causa à principio verisimiliter non cognita. qui cum tutoribus, in fine, & l. ma- ter decedens. ff. de inoffi. testam. Intellige, nisi ver- ba promissionis, & stipulationis repugnarent, & ali- ter sonarent.

79 Sed quærūt Doctores, an donatio cuiuslibet par- tis reuocetur natiuitate filiorum ? & dicendum est, quod sic: quinimo dispositio d. l. si vnquam, proce- dit non solum in donatione cuiuslibet partis quo- titatiuæ, sed etiam in donatione cuiuslibet rei sin- gularis, prout tenet Barto. in d. l. Seia, §. Imperator. ff. de lega. secundo, Alber. de Rosa. Bald. in leg. si vnquam, Iaso. in authen. ex causa, colum. 4. C. deli- be. præte. Corne. consil. 206. colum. 7. lib. 3. Alexa. consil. 71. lib. 4. & est communis opinio, de qua Ri- pa d. l. si vnquam, quæstio. 8. & Tiraquel. ad le. in verbo, omnia, vel partem aliquam, nume. 24. refert. Didacus lib. 2. resolu. iur. c. 19. circa finem, Clarus. §. donatio, q. 22.

Intellige tamen partem aliquam, idest nota- bilem, & talem, quam verisimiliter donator non donasset, si de liberis cogitasset, nam lex, si vn- quam, non habet locum respectu rei modicæ, In- nocen. capitulo vltimo, extra de donatio. Iaso. lege, generaliter §. 1. colum. 4. in fine. §. lmita. C. de in- stitu. & substitu. Tiraquell. de iud. in rebus exigu. cas. 53. & sic erit arbitrio iudicis, considerata qua- litate patrimonij, & qualitate personarum, pro- ut voluit Alexand. d. consil. 71. & Soci. consilio 22. lib. 4. & consil. quinquagesimo tertio, colum. 5. eo- dem lib. Corne. consilio quarto, lib. 3. colum. 4. & quod sit arbitrium, firmat Socin. consil. 20. col. fina. lib. 3. Menochi. tracta. de arb. iud. lib. 2. Centu. 2. casu 133.

Sunt tamen quidam, qui distinguant inter donationem factam libertis, & donationem  
Ec 2 fa.



factam extraneis, primo casu volunt, quantuncunque minimam reuocari, secundo vero casu nolunt reuocari, nisi donatione omnium bonorum, vel dimidia, prout distinguit Angelus, dicto. §. Imperator, quem refert Corne. dicto consilio quarto, & Soci. consil. 53. sed huiusmodi differentia communiter reprobat, quia eadem ratio, quae militat in liberis, militat in extraneis, vt diximus etiam Docto. d. l. si vnquam.

80 Animaduertendum est tamen, quod decisio. d. l. si vnquam, non procedit in donatione ob causam, & in donatione rem uneratoria, quae non sunt propriae donationes, vt per Ripam in l. si vnquam, quaestio. 13. & 14. declarando vt per eund. ibi sub numero trigesimo. Tiraquel. ea. lege, & in gloss. in verbo, donatione largitus, nu. 68. & nos supra diximus

Quid dicendum, si in donatione assertum sit per donatorem, se donasse tam propter benemerita, quam consanguinitatem, an tunc propter superuenientiam liberorum reuocabitur donatio? Soci. d. consilio 295. tenet quod sic, quia arbitrandum est, quod donator potius motus est ad donandum ex causa consanguinitatis, quae est naturalis, quam ex causa meritorum, quae est accidentalis, argumen. l. qui habebat. ff. de tuto. l. tutor. §. qui tutoribus ff. de excusatio. tuto. quae decisio tamen non placet Ripae,

81 Sed dubitari posset, an dispositio. d. l. si vnquam, procedat in donatione causa mortis? & de hoc est decisio Pedemontana in decis. 120. quod non procedat, cum dicta. l. si vnquam, loquatur in propria donatione: sed donatio causa mortis sit impropria, & haec est vera, & magis communis opinio, vt attestatur Cacheranus d. decisio. de quo vide etiam Ripam d. l. si vnquam, quaestio. 10. & Tiraquel. in glo. donatione largitus, sub numero 245. vsque ad numero 259. & nos diximus supra, in ordi. diui.

82 De hoc tamen maxima est controuersia inter Doctores, an dispositio dicta. l. si vnquam, vt reuocetur donatio per superuenientiam liberorum, habeat locum, & procedat etiam in filio naturali. nam Ripa dicta. l. si vnquam, quaestio. 28. videtur tenere, quod sic: sed Tiraquel. in eadem lege, in verbo, susceperit, numero secundo, & etiam sub numero 62. tenet contrarium, dicens in donatione facta a matre veram esse opinionem Ripae, non sic in facta a patre, & cum Ripa tenet Couarru. qui maximae est auctoritatis his nostris temporibus, in epitom. de spog. fa. in secunda par. capitulo 8. §. 4. numero 14. Tiraquello autem adharet disertissimus, & eruditissimus Cardina. Paleotti, in suo solemn. tracta. de nohis, & spurijis, capitu. 2. 4. quid tenendum. Ego teneo (salua semper veritate) opinionem Tiraquel. & Cardinalis Paleotti, & mihi videtur haec opinio verior, & forsitan communis, & ideo dico quod ad hoc vt reuocetur donatio per superuenientiam liberorum, filij non debent esse adoptiui, aut spirituales, vel alias ficti, vel naturales tantum, sed debent esse filij legitimi, & naturales, & licet Ripa in dicta. l. si vnquam, quaestione vigesima octaua, hanc conclusionem disputet: tamen quaest. 29. tenet opinionem Tiraquel. & tenuit ante Oldra. consil. 278. Bal. c. in-

83 notuit, nu. 8. de electio. & consil. 129. † Et saluando, & concordando Couarru. qui magna est auctoritatis, & Canonista, debet intelligi quando apparet quod donans voluit donationem reuocare, etiam per superuenientiam liberorum naturalium, & sic non in dubio. & quod haec fuerit mens Couarruic elicitur ex illis verbis, ex donantis praesumpta voluntate, pro quo faciunt dicta per Rimi. iuni. consil. 46.

84 volu. primo. † Quare retenta hac Tiraquelli opinione, quae est verior, & communis, infertur quod neque adoptione, vel arrogatione filij reuocatur donatio: quia d. l. si vnquam, debet intelligi de filijs legitimis, & naturalibus. l. filium definimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & non de filijs fictis, vt sunt adoptiui, & ita consuluit Alexan. consilio 40. col. prima, lib. 4. & Ripa d. l. si vnquam, in vigesima quarta quaestione.

85 Quid autem erit dicendum, si filius naturalis legitime per subsequens matrimonium, an tunc reuocabitur donatio? dicas, quod sic, secundum Bal. in l. 1. col. fina. C. de inoffi. donatio. arg. c. tanta, qui filij sunt legitimi idem Bal. in cap. innotuit, de electio. Alexan. & Ias. in Rubri. de libe. & posthu. Ange. & Salice. in l. si totas. C. de inofficio. dona. Boeri. dec. 150. Didacus Couar. in epitom. de sponsa. secunda par. cap. 8. §. 2. nu. 29. ibi citat Socin. iuni. consil. 54. vol. 1. col. 2. Math. de Afflic. cap. 1. §. naturalis, in 5. nota. ad finem, si de feu. fuer. contro. de quo etiam And. Tiraquel. in d. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, a nu. 52. vsque ad nu. 84. & adest decisio Pedemon. decisio. 121. & de communi attestatur Michael Grassus, lib. 2. commu. opinio. quaest. 3. in verbo, filius, & pater. & per Ripa. d. l. si vnquam. q. 3. 2. vbi dicit, se credere esse verissimum in filijs naturalibus natis post donationem. Ego autem credo esse verum, etiam in filijs naturalibus natis ante donationem, & legitimitatis post (saltem quoad legitimam,

86 vt ait Didacus Couar. supradictus) quia † legitimitati per subsequens matrimonium, dicitur verum & proprie nati legitimi, quantum ad effectum iuris, Paulus de Cast. in l. si. C. de his, qui veni. impet. Ant. in c. innotuit, de elec. Alex. de communi. l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 18. ff. ad senatus. consil. Trah. Boe. dec. 240. nu. 16. Viuius lib. 1. com. opi. 123. Soarez sent. rece. littera. L. num. 124. Ideo admittitur ad fonda primogeniti, & alia, & excludit substitutum sub conditione, si institutus decesserit sine filijs natis ex legitimo matrimonio, vt per Dec. consil. 155. Paris. consil. 13. numero 40. vol. 2. Apostillator ad Alexan. consil. 5. vol. 7. vide Ant. Rosel. tracta. de legitima. post Lud. de Sardinis, qui fecit pariter tractatum, Couarru. de sponsa. in epitom. 2. par. c. 8. §. 2. in fine, vbi reprehendit Alcia. qui volebat distinguere, an testator esset extraneus, vel coniunctus, de quo vide Rolan. consil. vlti. lib. 2. Burs. consil. 12. nu. 8. & consil. 18. Decian. consil. 42. nu. 15. lib. 1. Mantii. trac. de coniec. ti. 12. nu. 14. Menoch. consil. 16. nu. 18. & 105. lib. 1. Iose. Ludou. conclu. 27. limi. 1.

87 Sed pone, quod fuerit facta legitimatio per rescriptum Principis naturalium, seu spuriorum filiorum, reuocabitur ne donatio? Vt quod non, quia speciale est in legitimatone,

tionem, quae fit per consequens matrimonium, vt per eam reuocetur donatio, vt ait Alexan. & Ias. in Rubri. de libe. & posthu. Salice. & Ange. in l. si totas. C. de inoffi. dona. ergo ius commune est in contrarium, & non attenditur in alijs casibus, praeterea legitimatio per rescriptum Principis, non est vere legitimatio, & legitime, Dec. consil. 484.

Sed Ripa dicta. l. si vnquam, quaestione trigesima ita distinguere videtur, quod in spurijis natis, & legitimitatis post donationem locum habet opinio Socini in consil. 226. volu. 1. & aliorum tenentium donationem inter viuos legitimatone reuocari, sed in filijs spurijis natis ante donationem, & legitimitatis post, procedit opinio Bal. & aliorum tenentium puram donationem legitimatone non reuocari, quam conclusionem diffuse pertractat Tiraquel. in d. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, a numero 52. vsque ad numero 84. vbi relatis hinc inde opinionibus, cum distinctione Ripae pertractare videtur.

Sed animaduertendum, quia ista distinctio Ripae non videtur vera, cum communis Doctorum conclusio sit, quod † donatio non reuocatur ex legitimatone per rescriptum subsequuta, vt expressit sensu Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum, numero decimo quarto, versi. pro declaratione. ff. de libe. & posthu. vbi dicit sibi videri, posito quod legitimatio retrotrahitur tamen ius quaesitum alteri non tolli, & maxime non citato, sequitur Alexand. post Bal. Salice. & Ange. colu. fina. versicu. circa tertium, dicens Doctores commuiter ita concludere, & Soci. ci. co. titu. in Rubri. ibi in fine, dicens ita esse communem conclusionem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & ibi Ias. numero quarto, & in d. §. & quid si tantum, numero 127. quos refert, & sequitur Marti. Lauden. in tracta. de legitima. col. 20. & idem Ias. in l. si is qui pro empto re, numero 264. ff. de v. sic. & Seifel. in d. §. & quid si tantum, colu. penulti. versicu. 3. quare Alexan. & Ioann. Crotus in repeti. d. §. colu. 37. numero 56. in fine, & in istis terminis de spurio nato ex vxorato, & legitimitate, consuluit Curti. consil. 74. columna vigesima quarta, in principio. Soci. iuni. consilio 52. numero quinto, & sexto, volu. 1. idem firmat Cast. in d. l. fin. in fine. C. si quid in frau. patro. Rube. consilio 111. Ruy. consil. 96. numero 4. & consil. 106. nu. 7. & consil. 79. numero 2. volu. 3. Curti. iuni. in l. 1. numero nono. C. de pact. Dec. in l. posthomo, numero 18. C. de bono. possessio. contratab. dicit decisionem Socini. d. consil. 226. esse contra communem opinionem. idem dicit Paris. consil. 72. numero 24. lib. 1. Cacher. deci. Pedemo. decis. 121. per plures rationes, quam opinionem verissimam esse credo in filio spurio,

88 vt ait Didacus Couar. supradictus) quia † legitimitati per subsequens matrimonium, dicitur verum & proprie nati legitimi, quantum ad effectum iuris, Paulus de Cast. in l. si. C. de his, qui veni. impet. Ant. in c. innotuit, de elec. Alex. de communi. l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 18. ff. ad senatus. consil. Trah. Boe. dec. 240. nu. 16. Viuius lib. 1. com. opi. 123. Soarez sent. rece. littera. L. num. 124. Ideo admittitur ad fonda primogeniti, & alia, & excludit substitutum sub conditione, si institutus decesserit sine filijs natis ex legitimo matrimonio, vt per Dec. consil. 155. Paris. consil. 13. numero 40. vol. 2. Apostillator ad Alexan. consil. 5. vol. 7. vide Ant. Rosel. tracta. de legitima. post Lud. de Sardinis, qui fecit pariter tractatum, Couarru. de sponsa. in epitom. 2. par. c. 8. §. 2. in fine, vbi reprehendit Alcia. qui volebat distinguere, an testator esset extraneus, vel coniunctus, de quo vide Rolan. consil. vlti. lib. 2. Burs. consil. 12. nu. 8. & consil. 18. Decian. consil. 42. nu. 15. lib. 1. Mantii. trac. de coniec. ti. 12. nu. 14. Menoch. consil. 16. nu. 18. & 105. lib. 1. Iose. Ludou. conclu. 27. limi. 1.

89 rio, vt scilicet † ius acquisitum tertio non possit per legitimatone per rescriptum principis tolli regulariter absque citatione, & particulari expressione, prout consuluit Rimi. iuni. consilio quadragesimo sexto, per totum, lib. 1. sed in naturali filio legitimitate tenendum, quod si sit natus post factam donationem, & legitimatus, vt reuocetur donatio de quo supra.

Quid autem dicendum sit de legitimitate per obla-

tionem curiae, vide Ripam, d. l. si vnquam, quaestio. 31. numero 83. vbi tenet, quod legitimatone spurij per oblationem curiae non reuocetur donatio.

90 Dubium est tamen, an mortuis filijs superstitute patre donatore conualidetur iam reuocata donatio ex quo filij sunt mortui? Rimi. iuni. consil. 46. sub numero 59. videtur simpliciter tenere, quod non: sed de hoc nos diximus supra, & Ripa. d. l. si vnquam, al legat pro & contraria tamen haec quaestio dependet ex coniecturis, an voluerit reuocare necne. Ideo distinguendum, an donator ante natiuitatem filiorum tradiderit res donatas donatario, aut non tradidit: Primo casu, si donator nunquam donata repetit, vel non declarauit aliter animum suum: tunc reconualidatur donatio, & opinio Raphaelis procedit in l. Titia. §. Imperator. ff. de lega. secundo. si quidem cum patre potuerit donata repetere, vel animum suum declarare, & non fecerit, praesumendum est voluisse donationem confirmare, & in ea persistere, argu. l. cum tacitum. ff. de probatio. & l. naturaliter. ff. de testamen.

Secundo casu, quando non tradidit, procedit opinio Barto. in dicto §. Imperator, post Marti. de Fano, quod non reconualidatur: quia retinendo bona donata penes se, vsque ad diem obitus sui, tacite apparet, quod noluerit comprobare, & renouare reuocatum donationem, ita debet intelligi Corne. consilio 176. colu. fina. volu. secundo. Barto. consil. 235. Lapus fecit testamentum, de quo late per Tiraquel. in d. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, a nu. 137. vsque ad 170. vbi videas.

91 Tertia causa principalis ad reuocandam donationem ultra remedium. l. si vnquam, de quo supra, est etiam aliud remedium a iure repertum, nempe quae relata in officio donationis, de qua in titu. de inofficio. donatio. & in l. Seia. §. Imperator, ibi scriben. ff. de legatis secundo. & pro materia declaratione Doctores ita distinguunt, quod aut quis donat extraneo omnia bona sua, vel partem eorum, quam partem si de filijs excogitasset verissimiliter non donasset, & in hoc casu donatio ipsa per remedium legit. si vnquam, in totum reuocatur superuenientibus filijs donatori, de quo nos diximus supra, & de hoc vide consilium Berard. Bombi. consilio quinquagesimo quinto, in fine. Aut verò pater habebat vnicum filium, & donauit illi omnia bona sua, vel eorum partem, quam verissimiliter non donasset si alios filios suscepturum cogitasset, & in hoc casu si alij filij superueniant donatio reuocatur vsque ad legitimam tantum ita procedat textus in lege, si totas. C. de inofficio. donatio. de quo etiam vide dictum consilium Bombini quinquagesimum quintum, & Docto. in le. prima, & toto tit. C. de inofficio. donatio. & Francisc. Areti. consilio quadragesimo septimo. Aut verò quis non agit ad reuocationem donationis sub praetextu, quod donans verissimiliter si de ipsis filijs cogitasset donationem non fecisset, sed tanquam quod donatio ipsa sit inofficiosa & tunc dicitur donatio inofficiosa, quoniam donans non retinet patrimonium tantum, quantum cap. legitimam filiorum, & in hoc casu adhuc est distinguendum.

quia si talis donatio est facta vni ex filijs, & tunc, si-  
ue donatio sit inofficiosa re tantum, siue sit inoffi-  
ciosa re, & consilio, nunquam reuocatur, nisi vsque  
ad legitimam aliorum filiorum. l. si liqueat. C. de  
inofficio. dona. ita per Bar. in l. Titia. §. Imperator.  
ff. de lega. 2. Picus in l. post contractum. post nu. 3.  
ibi de communi. ff. de do. Bertran. consi. 179. post  
nume. 8. lib. 2. in 2. par. Aut vero est facta extraneo,  
& tunc, si est inofficiosa re tantum, reuocatur so-  
lummodo vsque ad legitimam, tex. est in l. 1. & 2. &  
3. C. de inoffi. donatio. Si vero est inofficiosa re &  
consilio, reuocatur in totum, ita tenet Barto. post  
Vgoli. in d. §. Imperator, post nu. 1. sequitur Dynus  
B. d. Imo. & magis communiter Doctores, Bar. Sali.  
Ange. Castren. l. 1. C. de inoffi. donatio. & de com-  
muni per Areti. consi. 47. post nume. 3. Soci. inter  
consilium. Curt. seni. consilio primo, numero tren-  
tesimonono. Paris. consi. 72. num. 28. & 37. nu. 26.  
lib. 1. Natta, consi. 126. nu. 3. Picus. d. l. post contra-  
ctum, nu. 6. Iaf. in auth. vnde si parens, circa finem,  
C. de inoffi. testa. Roma. consi. 27. Ioan. de Amicis,  
consi. 31. in 1. conclusionem, ibi de magis com-  
muni.


92 Dicitur donatio inofficiosa re, & consilio, quan-  
do pater ex proposito illam facit ad præiudicium fi-  
liorum, & sic ultra læsionem, quæ re ipsa interuenit,  
concurrit etiam animus, & consilium paternum in  
damnum filiorum, & reuocatur non solum si om-  
nia bona donauit, sed etiam si partem eorum, & etiã  
in donatione vnius magnæ rei, etiam si mille sibi re-  
seruasset donator, vt consuluit Ioannes de Amicis  
d. consi. 3. concl. 3. nu. 13. & supra dicta de inoffi-

crois donationibus reuocandis locum habent nõ  
solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in  
donatione iuramento confirmata, quæ non obstan-  
te iuramento reuocari potest. ita dicit Barto. in d. §.  
Imperator, nu. 5. & est communis opinio ab omni-  
bus recepta, vt ait Curti. seni. d. consi. 1. nume. 15.  
quem refert Didacus lib. 1. reso. iur. cap. 19. si qui-  
dem cum dispositio. tituli de inofficio. dona. sit in-  
troducã fauore filiorum non debet iuramentum  
patris aliquid operari in eorum præiudicium.

93 Sed dubitant Doctores, quid si pater ipsi filio ali-  
quid reliquit, an poterit donationem inofficiosam  
extraneo factam in totum reuocare? Et respondet  
quod non, sed hoc casu solummodo reuocatur vsq;  
ad legitimam, ita Bar. d. §. Imperator, post nume. 1.  
Bertra. de communi, consi. 38. nume. 3. lib. primo,  
in secunda parte.

Quæ conclusio locum habet in his tantum, quæ  
pater titulo donationis in alium transfuit, sed si  
pater aliquid alienauit titulo oneroso, eo casu non  
est locus reuocationi, quamuis Barto. l. non vsque  
adeo, post nu. 1. ff. si quis a paren. fuer. manu. teneat  
contrarium, quod imò reuocare potest vsque ad le-  
gitimam. Sed magis communis est opinio, quod  
nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legiti-  
mam, vt inquit Rubens. d. §. Imperator, nume. 30.  
Picus. d. l. post contractum, nu. 14. & 15.

94 Concordari tamen potest, & intelligi. Bar. quan-  
do apparet, quod ille tertius fuisse particeps frau-  
dis: tunc locus est reuocationi, saltim vsque ad legiti-  
mam, vt declarat Clarus post Doctores, in dicta  
quæstione penultima, secus si non sit particeps.



TRACTATUS  
DE NVPTIIS, SPONSALIBVS  
ET MATRIMONIO.  
PETRI NICOLAI MOZZII  
MACERATENSIS. I. V. D.

Qui pos- Que sit Substan- Natura- Acciden- Que a- Quomo- Qui pos- Que sit Substan- Natu- Acci- Que Quo-  
sunt con- res in tialia for lia spõ- talia spõ- tio de- do solua- sint cõtra res in tialia ralia denta actio modo  
trahere contra- malia ten saliorũ. salio. tur pro tur spõs. here ma- eontra- mati- mati- lia ma detur solua  
spõsalia. ctu Spõ essentia- sponsa- trimoniũ ctu ma- monij. monij trimo p ma tur  
saliorũ. lia. libus. nij. trimo- nij. trimo- nio. mo.

Licita spon- salia.	Illicita spons. salia.	Verum matri- monium.	Præsumptum ma- trimonium.	Pure & absolute con- tractum matri.	Sub conditio- ne contractũ.
Sponsalia pu- re contracta.	Adiecta die contractus.	Sub con- ditione.	Legitimum & nõ ratũ matr.	Ratum sed non le- gitimum matri.	Legitimum & ratum.
Simplici spon- satione.	Fidei da- tione.	Iuramento firmata.	Datione ar- rarum.	Anuli subar- ratione.	Non consummatũ per verba de præsentĩ.
Nuda spon- salia.	Firmata & robo- rata.	Carnale ma- trimo.	Spiritua le.		
	Vel per verba de fu- turo vt sponsalia.		Vel per verba de præ- sentĩ vt matrimonium.		

NVPTIAE.

S V M M A R I V M.

- 1 Nuptias consensus, non concubitus facit
- 2 Nuptie dicuntur a nubendo idest velando.
- 3 Quomodo intelligatur illud, quod mulier imaginem Dei non habeat seil vir.
- 4 Contractus nuptiarum dupliciter considerari potest.
- 5 Consummari quando dicantur nuptie.
- 6 Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio & dicuntur sponsalia a spondendo.
- 7 Sponsalia dicuntur non tantum futuri coniugalis consensus promissio: verum etiam dicitur ipsa mutui coniugalis consensus datio.
- 8 Verbum sponsalia, significat etiam manera qua a sponso sponsa dabantur.
- 9 Sponsalia sunt instituta de iure gentium.
- 10 Sponsaliorum alia nuda & simplex. Alia firmata & roborata est species.
- 11 Sponsalia contrahuntur aut re aut verbis aut litteris aut consensu secundum Lancellottum.
- 12 Sponsalia aut contrahuntur pure aut adiecta die aut sub conditione.

- 13 Contractus sponsalium dicitur omnino purus & sine omni conditione, ex quo non fuit expressa certa conditio licet sint multae conditiones.
- 14 Conditiones appositae contractu sponsalium possunt esse licitae & illicitae.
- 15 Sponsalia & matrimonia sunt illicita de per se interdum & non ratione conditionis appositae.
- 16 Clandestina matrimonia & sponsalia tolerantur si ex liquida & legitima probatione iudici de illis constet nec sit aliud impedimentum.

**I**nter contractus, qui consensu contrahuntur nuptiarum quoque locum habent: cum dicat iureconf. l. nuptias. ff. de regu. iuris quod nuptias consensus non concubitus facit. concor. c. 1. & c. cum locum. ext. de sponsa. & l. sufficit & l. sponsalia. ff. de spons. & c. fi. de spons. duo. c. sufficit. c. cum initiatur cum sequenti. 27. q. 2. cap. vnico. de uoto in 6. cum alijs simili. Ideo non incongrue de nuptijs hic dicendum venit.

- 2 Dicuntur autem nuptiae a nubendo, idest velando: vel quia iure velantur, cum in ecclesijs a sacerdotibus obuelantur, vel quia puellae pudoris gratia se obnubere debent: quare cum veniret Rebecca, vidit Isaac deambulantem, & cum interrogasset quis esset cognito quod ipse esset cui duceretur vxor de scendia & caput suum cepit obumbrare, docens ve recandia in nuptiis preire, vt inquit Ambros. in libro de Patriar. relatus a Gratiano in cap. nec illud 30. q. 5. & cap. hec imago 33. quast. 5. vbi habetur quod mulieres velate incedere debent, cum imaginem Dei non habeant, tamen non per hoc inferitur quod mulier non sit facta ad imaginem, & similitudinem Dei respectu rationis, & intellectus, cum dicatur in Genes. cap. 2. faciamus adiutorium simile sui, & ecclesiast. cap. 17. versu c. creauit ex ipso adiutorium simile sibi consilium, & lingua, & oculos & aures, & cor dedit illis excogitandi & disciplina intellectus repleuit illos &c. Ideo ego intelligo supradicta, vt mulier imaginem Dei non habeat, sed uir, quia uir habet dominium & imperium in muliere. & in caeteris animantibus, & in hoc est similitudo, sed mulier est subdita viro, & sic non est ad similitudinem Dei, & hac de causa mulieres velate, & cum submissione incedere debent. Vel dic quod ad imaginem Dei homo factus est, quia per hominem Deus gloriatur, & homo per mulierem, cum ex homine mulier sit facta, & creata, ideo est subdita viro, & in hoc est similitudo, vt inquit Apосто. ad Corinth. cap. 11. Sed hodie mulieres non incedunt amplius velate, quinimo confutudo est, vt se detegant, & se comant, & ostendant non solum caput, sed etiam manillas.
- 4 Contractus nuptiarum dupliciter considerari potest, primo cum incipit initiari, nempe cu per verba futuri temporis nuptiae promittuntur, sicut fit in sponsalibus. Secundo quando per verba presentis temporis nuptiae promittuntur, tunc nuptiae dicuntur contrahi & existere iudicantur, etiam absq;

concubitu si fiant consensu legitimo. d. l. nuptias. ff. de reg. iur. & nos infra.

- 5 Consummari autem dicuntur nuptiae, seu matrimonium cum coniunctionem animorum sequitur coniunctio corporum. Nos igitur in pertractatione huius tractatus, seu materiae hunc ordinem seruabimus. Primo. n. de sponsalibus, & sic de nuptijs per verba de futuro, verba faciemus, non recedendo tamen pro materia ordine nostro solito. Postea de sponsalibus per verba de presenti, & sic de matrimonio verba faciemus: sponsalia enim de presenti, sunt idem, quod & sic de matrimonio non consummatum, vt declarat Goffre. in summa tit. de sponsa. nume. 6.
- 6 Et quoad primum sponsalia habent se ad matrimonium, vt quoddam praebulum, & sunt futurae nuptiarum promissio, & dicuntur sponsalia ex eo quod antiqui solebant spondere & stipulari sibi vxores, & futuras vxores sibi per stipulationes spondebant, nam ita fuit mos veteribus. l. 1. 2. ff. de spo. l. sponsio. ff. de verb. signi. ibi Alcia. c. nostrates 30. q. 5. Abbas & alij in rub. de spon. Host. & Goffre. titu. de sponsa. Dida. Coua. in epit. de spon. cap. 1. Et hinc dicitur sponsus quasi promissus, & sponsa quasi promissa, & haec quidem sponsalia frequenter nuptiaru federa praecedebant, quae varijs modis apud gentes firmabantur, inquit enim Lactantius Firmianus lib. 2. diui. Institut. cap. 10. aqua & igni nuptiarum federa contrahi solere, eo quod humore & calore animantium fetus corporentur, de qua solennitate habetur in l. penul. ff. de dona. inter virum & vxorem. ibi Budr. & Plutar. in problema. Roman. c. 1. & de varijs ritibus antiquorum habetur apud Quintum Curtium lib. 8. & Alex. ab Alex. dier. genia. lib. 1. cap. 28. Ludou. Celi. Lectio. antiqua. libro 15. cap. 15. & 17.
- Nos autem qui catholicam fidem sequimur seruare debemus morem & ritum, quem tradidit & docet rex. in cap. aliter & c. nostrates & c. famine 30. quast. 5. & formam concilij Tridenti. 24. sessio. de reforma. matri. de qua infra.
- 7 Et est aduertendum quod quandoque sponsalia dicuntur non tantum futuri coniugalis consensus promissio, quae sponsalia de futuro proprie dicuntur, maxime apud iureconsultos, verum etiam dicitur ipsa mutui coniugalis consensus datio, quae sponsalia de presenti dicimus. Vnde sponsam eam dicimus, quae vere matrimonio est adiecta, quod in sacra scriptura, & in iure canonico sepe reperitur. c. tertio loco. de praesumpti. cap. 2. & c. fin. de spon. duo. c. coniuges. cap. qui desponsaram. 27. quast. 2. non ex eo tantum quod futura traditio corporum promittatur, vt credit Abbas, cap. penul. de spon. & Feli. in Rubr. de sponsa. colum. 2. sed & quod matrimonium per sponsionem, idest per stipulationem, vt moris est, contrahatur per interrogationem & responsonem. cap. pen. de spons. quod apud veteres fieri etiam solebat, nam vxor interrogabatur a viro an vellet sibi esse paterfam. authore Boetio libro 2. Topiconum, quem Alcia. retulit in l. pronunciatum. §. matrem; ff. de verbo. signi. Tiraqu. de legi. connubi.

- 8 Praeterea aduertendum est istud verbum sponsalia, significare etiam munera, quae a sponso sponsae dabantur. l. 1. c. si nup. ex rescri. per. & rubr. in l. 1. c. si rect. prou. spon. dede. lib. 3. C. Theodo. & in veteri testamento Regum cap. 18. scribitur, non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantum centum praeputia Philistinorum.
- 9 Quo autem iure sponsalia sunt instituta declarat Bald. Nouell. tracta. de dote in 3. princ. q. 6. vbi inquit quod sponsaliorum contractus de futuro est de iure gentium, cum perficiatur solo consensu. l. 4. ff. de sponsa.

**DIVISIO SPONSALIORUM.**

**Sponsaliorum** sunt duae quasi species, quarum alia nuda, & simplex. Alia firmata seu roborata dici & appellari potest. Nuda seu simplex est illa, quae simplici sponsione fit, vt accipiam te in meam vxorem, vel accipiam te in meum virum, & sic cum nulla interueniente arrha sponsus & sponsa inuicem se obligant ad contrahendum. cap. si inter, extra de spon. Firmata seu roborata pluribus modis dici potest, & primo si fidei datione contrahantur sponsalia. c. 2. & c. is qui fidem, extra de spon. Secundo iuramento interposito. c. de illis. c. ex litteris Siluani capit. veniens, de sponsa. cap. si quis desponsauerit. 17. q. 2. cap. de illis de cond. appo. & fidei datio & iuramentum aequiparantur vt c. peruenit de fidei ius. & c. iuramenti 22. quast. 5. glo. c. praeterea de spon. in verbo, interpositione fidei, & in c. ad aures, quod met. cau. Fely. d. c. 2. num. 15. de spon. ibi optime declarat limitando more suo. Tertio firmantur sponsalia datis arrhis sponsalitijs: scilicet pecunia, vel alijs rebus vt l. arrhis. C. de spon. & sic quando aliquid nomine arrhae aut pignoris loco vtriusque & altera tantum parte aliquid datum est. Quarto anuli subarratione vt in c. tua ext. de despon. impuber.

- 11 Sed dicebat Paul. Lancellott. in suis Insti. canonice titu. de sponsa. quod sponsalia contrahuntur quatuor modis; nempe aut Re, aut verbis, aut litteris, aut consensu. Re contrahuntur sponsalia per nudam subarrationem, vel anuli immisionem, vt in casu supradicto. Verbis autem contrahuntur si inter virum & mulierem promissio super futuro matrimonio intercesserit, veluti altero alteri mutua voce dicente, ego te accipiam in meum virum & maritum, ego te in meam vxorem; litteris vt per epistolam, vt cum absentes inter se de futuris nuptijs per epistolam paciscuntur, quod ipsum fieri poterit per nuntium vel procuratorem specialiter ad hoc constitutum, qui nec poterit alium substituere nisi specialiter sit

commissum, vt late diximus tracta. manda. in ordi. diuis. Consensu contrahuntur sponsalia, vt cum pubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus etatem prudentia non supplet, matrimonium per verba contraxerint de presentilicet enim verba in praesens matrimonium sonent, tamen iuris interpretatione resoluantur in sponsalia de futuro, quo casu dicta sponsalia, licet contrahentes matrimonium celebrare intenderent, coniugium quod ab initio etate impediente vt matrimonium non tenit per aduentum pubertatis minime conualefcit, nisi per carnis copulam subsecutam, vel alium modum contrahentes cum perseuerantia eiusdem voluntatis ad pubertatis tempora peruenisse euidenter constituerit. Et ideo in hoc casu dicuntur sponsalia contracta consensu: quia si consideremus & spectemus verba, non sponsalia, sed matrimonium ipsum contractum videri poterit; iura tamen uolunt eos, qui cum non possent coniugium de facto contraxerunt, voluisse etiam in casu, quo possent, contrahere, ideoque saltem vt sponsalia valere conuentionem, & sic in hoc casu attenditur effectus potius quae modus. Mibi autem videtur supradicta distinctio nimis generalis, cum possit deseruire etiam omnibus contractibus, vt dixit Imper. Insti. §. fina. de obli. & nos colum. Re inscripta, diximus late. Igitur alio modo.

- 12 Rursus sponsalia diuidendo, dicas quod aut contrahuntur pure, aut adiecta die, aut sub conditione. Pure contrahuntur sponsalia quando vir & mulier se inuicem futuros coniuges pollicentur, & hoc casu nullus consanguineorum aliquo pacto alterum ex contrahentibus matrimonio sibi copulare poterit: immo qui contraxerunt vt se inuicem recipiant, & mutua coniugali affectione pertractent, ecclesiastica censura moneri & compelli possunt, nisi rationabilis causa obstat vt infra dicemus.

- 13 Et sciendum est, quod contractus sponsalium dicitur omnino purus, & sine omni conditione ex quo non fuit expressa certa conditio, licet sint multae tacitae & subintellectae conditiones, de quibus in cap. quemadmodum de iure iura. facit. l. conditiones extrinsecus. ff. de condi. & demonst. Abb. & Feli. & scriben. post glo. in cap. 2. de sponsa. limita tamen nisi exprimeretur illa tacita conditio, quia tunc facit actum conditionalem, secundum Domini. in c. 1. in si. de spons. in 6. Fely. qui plures citat in d. c. 2. de sponsa.

Adiicitur dies sponsalibus, cum quis intra certum temporis spatium aliqua se ducturum in vxorem conuenit, in qua specie si per eum non steterit quominus infra prefixum terminum cum eadem matrimonio contraheret, licite poterit transire ad nuptias alterius. c. sicut. de spons. Abb. in c. de illis, numero 5. de spons. fact. l. illa stipulatio. ff. de verbo. obli. Sub conditione celebrantur sponsalia, cum quis si quid fiet uel contigerit se contracturum pollicetur, veluti si dictum fuerit, ego te in vxorem accipiam si centum mihi dederis, vt in cap. de illis extra de cond. appo. vbi Titius iurauit accipere mulierem in vxorem, si centum sibi donauerit, centum non

non datis, recipere non tenetur, nisi postea pure co-  
seuserit, vel eam cognouerit, quia tunc a conditio-  
ne recessum videtur. Vel potest poni exemplum,  
vt in c. super eo, eo. tit. de cond. appof. vbi contrahens  
matrimonium sub conditione non reprobata non  
compellitur matrimonium consummare ante condi-  
tionis euentum. Vel exemplifica in c. seq. incipien-  
per tuas, vbi sponsalia fuerunt contracta sub condi-  
tione si pater viri sponsalibus consensisset. sed tamē  
vir ante conditionis euentum desponsatam cognouit.  
& sic a conditione recessit.

14 Rursus istae conditiones appositae in contractu  
sponsaliorum, possunt esse licite, & illicitae, & sic ap-  
probatae a lege, & canonibus, & reprobatę, licite erūt  
illę, si decem dederis, vel si pater tuus consenserit,  
& similia, de quibus supra, & infra dicemus. Illicite  
erunt illę, si furtum feceris, vel homicidium.

Vel exemplifica, vt in c. 1. & in c. vlti. de cond. ap-  
po. vbi in contractu sponsaliorum, vel matrimonij  
appositę fuerunt conditiones, si generatio prolis e-  
uitetur, verbi gratia, si quis promittat mulieri se du-  
cturum illam in vxorem si fetum conceptum vene-  
no extinguat, vel donec inueniatur alia vxor melior  
honore, vel diuitijs, & similes conditiones reproban-  
tur, quia sunt turpes, & contra substantiam sponsa-  
liorum, & matrimonij, & vitiant sponsalia, & matri-  
monium contractum, c. solet 32. quęst. 2. gl. & Doc-  
d. c. fina. de cond. appof. de quib. nos late dicemus  
infra de matri. in ord. diuifio.

Si autem conditiones appositae in sponsalibus, &  
matrimonio sint turpes, & impossibiles, sed non co-  
tra substantiam matrimonij, vt in conditione supra  
di. si furtum feceris, vel hominem interfeceris, quę  
dicitur conditio turpis, & impossibilis dicitur illa, si  
celum digito tetigeris, & similes, tales conditiones  
turpes, vel impossibiles non impediunt matrimo-  
nium, sed pro non adiectis habentur, & ita debet  
intelligi, c. 1. ext. de cond. appo. de quo dicemus in-  
fra de matrimo. Est tamen aduertendum, quod in-  
terdum sponsalia, & matrimonia sunt illicita de per  
se, vel ob aliam causam, & non ratione conditionis  
appositę, vt sunt illa sponsalia, & matrimonia clan-  
destina a iure reprobata, quę clandestina sponsalia  
dicuntur illa quando extra presentiam hominum,  
aut nullis adhibitis testibus facta sunt ita vt eorum  
probatio difficilis sit. c. 2. ext. de cland. despo. nam ea  
potissima causa est; quod talia sponsalia prohibean-  
tur, quia si contrahentium voluntas forte ex aliqua  
occasione, vel offensione mutetur, iudici non pote-  
rit fieri fides ad statuendum ius inter eos, qui con-  
tracta sic sponsalia esse contendunt: vnde postea  
quoque accidit, vt contra conscientiam venire non  
possit, nec quietis animis alias nuptias contrahere  
possunt. Optima igitur ratione clandestina matri-  
monia, & sponsalia prohibentur, ne detur occasio fa-  
ciendi contra conscientiam, & iudicis cognitio pro-  
pter obscuritatem contractus impediatur, nihilomi-  
nus sciendum est, quod clandestina matrimonia,  
& sponsalia tolerantur, si ex liquida, & legitima pro-  
batione iudici de illis constet, & non aliud legitimū  
impedimentum in contrahentes esse videatur, c. 1.

& 2. ext. de cland. despo. de quo nos infra de matri-  
monio dicemus plenę, & de hoc est Sacrosanctum  
Concilium Triden. in 24. Sess. de reforma. ibi  
videas.

**QVI POSSINT  
contrahere sponsalia, seu inter quas  
personas cadere possint sponsalia,  
vel non.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Sponsalia possunt contrahi inter illas personas, inter quas  
consistere potest matrimonium.
- 2 Ad matrimonium contrahendum vir debet esse atatis  
14. annorum, & ad contrahendum sponsalia sufficit  
ętas septem annorum.
- 3 An atas septem annorum possit suppleri contrahentium  
malitia.
- 4 Concordatio, & conciliatio opinionum contrariarum.
- 5 Quilibet habilis post septimum annum completum po-  
test sponsalia contrahere, & potest per se & per nū-  
cium & per procuratorem, per patrem, & matrem.
- 6 Si pater sciente filio contrahit sponsalia pro filio tacente  
tenent sponsalia.
- 7 Speciale est in patre, vt nomine filia ipsa presente sponsa-  
lia per patrem contrahantur, secus in tutore est di-  
cendum.

**Capio** modo primam columnam vltimi  
ordinis, pro cuius declaratione scie-  
dum est, quod sponsalia possunt contrahi, & cele-  
brari inter omnes illas personas, inter quas confi-  
stere potest matrimonium. I. oratio. ff. de spons. de  
quibus plenę dicemus in prima col. vlt. ord. tracta.  
matrimo. infra, non tamen e contra, quilibet valens  
contrahere sponsalia, potest contrahere matrimo-  
nium, si quidem ad matrimonium contrahen-  
dum vir debet esse atatis quatuordecim anno-  
rum, & ad contrahendum sponsalia sufficit, vt tam  
vir, quam femina sint atatis septem annorum, cum  
in sponsalibus contrahendis sit satis ipsos sponfos  
intelligere quid agant, vt l. in sponsalibus. ff. de spon-  
sa. c. litteras. c. accessit. c. ad dissoluendum, de despo.  
impu. atas enim septem annorum ideo sufficiens vi-  
detur ad sponsalia, quia voluntas, quę in naturali  
consensu quiescit, cadit in impuberem, qui atatem  
septem annorum compleuit. l. infanti. C. de iu. deli.  
tradit Zaf. in quęsti. 2. de Iudæ. Couar. in epito. de  
sponsa. c. 2. nu. 2. in fi. in 1. par. Hęc tamen atas ita  
perfecta esse debet, vt non sufficiat septimum an-  
num esse inceptum, nisi annus completus sit. c. litte-  
ras. de despo. impu. & c. seq. Did. Cou. d. c. 2. num. 2.  
vbi hoc suadet etiam ex verbis iurium, quę exigunt  
septem annos in sponsalia contrahentibus, in quo  
casu no sufficit annum esse inceptum, sicut esset si  
iura permitterent sponsalia contrahi posse ab exi-  
stentibus in septimo anno, allegat glo. commu-  
niter

muniter receptam in Clemen. fina. de eta. & quali.  
Abbas in c. cum in cunctis, in prin. nu. 6. de electio.  
Fel. in c. cum vicissimum, de offi. deleg. col. penu. &  
Bar. in l. si cui legetur, ibi etiam scriben. ff. de leg. 1.  
& hanc distinctionem communem esse fatetur Cor-  
ne. consil. 217. in 1. vol. Nihilominus dies vltimus  
anni vtroque casu sufficit esse inceptus licet non  
dū sit completus. l. qua atate. ff. de testa. quā legē al-  
legat ad hęc rē Abb. c. attestations, de despo. impub.

Dubium verō maximum subortum fuit inter  
3 Doctores canonistas, † si masculi & femina non  
dum compleuissent septem annos: sed essent sex an-  
norum, & sic in fantes, nihilominus haberent liberi  
arbitrij vsu, an isti possunt contrahere & celebra-  
re sponsalia validē inter se, adeo vt ista atas septem  
annorum possit suppleri contrahentium malitia, &  
precoeci iudicio. Abbas in cap. iuuenis, de spons. nu.  
5. videtur aperte tenere quod ad validitatem spon-  
saliorum præcisē requiratur septennium, cum in ta-  
li atate præsumatur discretio, & tunc exeat quis in  
fantiam, & quod huiusmodi atas septem annorum  
non possit suppleri per malitiam, quod probat, nā  
vbi certa atas requiritur respectu discretionis, illa  
præsumi non potest, vt patet expressē in etate sta-  
tuta ad confessionem testamenti, vt habetur in l.  
qua atate. ibi scribentes. ff. de testam. & idem in tu-  
tela vel cura, in quibus casibus atas annorum tan-  
tum consideratur. C. quan. tur. vel cur. esse debe. &  
Insti. qui. mod. tut. finia. & pro hac opinione facit  
doctrina Archidia. in cap. si annum de iudi. in 6.  
quod vbi lex requirit certum tempus annorū, sem-  
per requiritur perfectio, nisi aliud exprimatur, se-  
quitur Bald. in c. cum vicissimum. de offic. delega.  
Arct. in l. qua atate. ff. de testam. idem Abbas in c.  
cum in cunctis iun. glo. in verbo. exegerit nume. 6.  
de electio. & hanc opinionem tenet Brunell. in tra-  
cta. de spon. conclu. 4. quod scilicet malitia non sup-  
pleat etatem ad sponsalia, facit etiam pro hac opi-  
nione, quia si impubes ante legitimam etatem reli-  
gionem profiteatur solenniter, professio est nulla.  
cap. primo de reg. in 6. etiam si maxime discretus  
sit puer, & doli omnino capax. glo. communiter ap-  
probata in cap. postulasti de regu. quam sequitur  
Abbas in cap. significatum, eodem titulo, & in cap.  
attestations de desponsa. impub. Card. clem. fina.  
de eta. & qual. q. 3. & summa Siluest. de Prie. in ver-  
bo religio. 2. quęst. 12. & in verbo religio. 3. qua-  
stione secunda. Caieta. verbo votum. vers. imperfe-  
cto ergo. &c.

Contraria tamen opinio videtur esse verior se-  
cundum Doctores, & tenere videtur glo. & Doct.  
in d. iuuenis, quod immo discretio suppleat etatem  
si proberur ista discretio & malitia, quę de iure nō  
præsumitur, vt per Archidia. cap. sponsalia. 30. qō.  
2. & clarius id tenet glo. in cap. sponsam, de spon.  
& glo. 30. quęst. 2. & de communi attestatur Præ-  
po. ibi in d. c. iuuenis, & Ioan. Andr. & Diuus Tho.  
in 4. distinct. 27. quęstio. 2. art. 2. & summa Armil-  
la in verbo, sponsalia, numero 4. Francus in c. vno,  
in princ. de spon. in 6. Bal. consil. 44. in 4. volum. Di-  
da. Coua. qui sequitur hanc opinionem tanquam

veriorem, in epit. de sponsa. cap. 2. sub numero ter-  
tio, & rationem ibi assignat, quia quemadmodum  
in matrimonio malitia supplet etatem, ita pariter  
debet supplere in sponsalibus, & per hanc rationē  
Dida. firmare videtur hanc opinionem, & allegat  
etiam l. sponsalibus. C. de spon. qui tex. cum loqua-  
tur de iure ciuili, in materia matrimonij & sponsa-  
liorum non debet attendi.

4 Ego autem pro concordia & conciliatione ista-  
rum opinionum, sic distinguendo dicerem, ex men-  
te etiam forsā Archidiaconi in c. 1. de desponsa.  
impu. nempe vt opinio vltima, quę communiter vi-  
detur, procedat, quando duo concurrunt, nempe cū  
malitia supplente etatem, quod fuerit cognita puella,  
seu præsumatur illam tentatam fuisse, quoniam  
isto casu ratione publicę honestatis, & ex eo quod  
ex cohabitatione præsumitur fuisse cognitam, & in  
coniugę reputabatur, quia vir fortasse tenebat eam  
nō solum in domo, sed etiam in cubili, ideo sponsa-  
lia præsumantur, & tenent sponsalia, & hic videtur  
intellectus verus & genuinus illius cap. iuuenis, in  
quo se fundant Doctores, cum alibi nō reperitur  
textus, qui imo ad sint textus in contrarium in ter-  
minis. Alia verō & contraria opinio procedere de-  
bet, quando non aderat vrgens præsumptio, quod  
puella fuisset attentata & cognita, & in isto casu,  
quamuis puella p̄coeci iudicio, & liberi arbitrij vsū  
videretur habere: tamen crederem sponsalia non ef-  
se iudicanda, nec atas septem annorum isto casu  
posset suppleri malitia contrahentium, sed deberet  
expectari donec & quousque puella compleuisset se-  
ptimum annum, prout loquuntur & volunt cano-  
nes regulariter, quam distinctionem, & declaratio-  
nem memorię teneas, quia non reperies ita declara-  
tum apud Doctores, & rationi Couarruię superius  
allegatę, quę multum videtur stringere, potest &  
debet ita responderi, quod non procedit compara-  
tio per eum adducta, & similitudo est diuersa: quo-  
niam in matrimonio est expressē concessum per ca-  
nones etatem malitia suppleri posse, sed in sponsa-  
libus e contrario est expressē prohibitum, vt in c. lit-  
teras. cap. accessit, supra adductis, & sic non esset vl-  
terius quærendum, quia sic visum fuit Pontificib.  
statuere, & semper statuentes censentur moti plurib.  
rōnib. licet rationes nō assignentur, tamē rationes  
perscrutando, possumus dicere quod Pontifices  
fuerunt moti, quia a communiter accidentibus pos-  
sunt reperiri, prout repertę fuerunt plurimę puellę,  
& multi adolescentes, qui & si minores sint duo-  
decim vel quatuordecim annorum, respectiuē ta-  
men erunt aptę, & potentes ad coeundum & con-  
cipiendum, cum per experientiam videamus adole-  
scentulos minores quatuordecim virgam erigere &  
semen emittere, & mulieres minores duodecim an-  
norum recipere nullo labore instrumentum & mē-  
brum viri, & interdum grauidas reddi, vt legitur de  
illo puero nouem annorum, qui reddidit nutricem  
suam prægnantem, vt dicit gl. 20. q. 1. & legitur de  
alia puella in nono anno concepisse & peperisse in  
decimo anno, vt recenset Coras. lib. 6. miscellan. iu.  
cap. 23. nume. 4. Calca. consil. 121. nume. 16. late per  
Tira.

Tiraquel. de legi. connubia. l. 6. nume. 25. Brecheus. l. pueri. nume. 10. ff. de verbo. signifi. Menochi. trac. de arbi. iudi. lib. 2. centu. 1. cal. 17. nume. 52. & nu. 33. ibi plures citat.

Secus verò in alio casu, quia nunquam vel raro repertum fuit, quòd puella & pueri habuerint perfectum consensum & iudicium ad sponsalia contrahendum ante septimum annum completum, & dato quod aliqua, vel aliquis possit reperiri, noluit tamen Pontifex providere pro casu singulari & specialissimo.

Adde supradictis, & est alia ratio, quòd in isto casu sponsaliorum nulli sit prejudicium, sed bene in alio casu, in quo alteri posset afferri prejudicium: nè pè in illis adolescentulis proximis pubertati, quam pubertatem per malitiã suppleri posse, statuit summus Pontifex, ex quo forsã aliqua mulier reperiri posset prægnas, quo casu matrimonium non debet rescindi in prejudicium honestatis publicæ potestatis prolis, &c. merito ergo Pontifex in isto casu matrimonij prouidit, & in altero casu sponsaliorum noluit prouidere, cum militet diuersissima ratio, parcat mihi Dominus Couarruias, alioquin eruditissimus, ex quo pro veritate, Deo dante, scribere cogor.

5 Quilibet ergo habilis post septimum annum completum potest sponsalia contrahere, & potest per se & per nuntium per procuratorem, per patrem, & matrem, & per quemlibet, & sciendum est quòd pater pro filio, & mater pro filia, & tutores & curatores pro pupillis, & etiam alij possunt contrahere sponsalia sine mandato alterius: hoc est quamuis non habeant mandatum a principio, sed non sunt sponsalia, donec ille, vel illa sciuerit & ratum habuerit. & hoc secundum canones, qui non requirunt, nisi si consensus contrahentium, capitulo, cum locum, de sponsa.

6 Aduertendum tamen est, quòd si pater sciente filio, contrahit sponsalia pro filio, ipso tacente, licet aliter non consentiat expressè, tenent sponsalia, quia taciturnitas operatur isto casu consensus; vt cap. vnico. §. fina. de despon. impub. in 6. Secus tamè est in alijs ab ipso patre & matre, quia non sufficit sola presentia, sed oportet alter consentiat expressè vel tacitè per cohabitationem, vt in cap. ad id, quod de sponsa. Abbas in capitu. nonne, de præsup. & cap. 1. in vlti. nota. extra. de matri. contr. contra interd. ecclie. Marf. sing. 147. & nos infra de matrimonio dicemus melius.

7 Ex quo elicitur, vt dixi supra, vt speciale sit in patre, vt nomine filii ipsa presente sponsalia per patrem contrahantur, scilicet si sit presens, & non contradicat, vt per Innocen. in d. capitu. ad id quod, de sponsa. l. sed ea. cum sequen. ff. de spons. Secus tamè in tutore est dicendum, dicat quid velit glo. dicto cap. vnico, in verbo, sponsalia, de despon. impu. quæ corrigitur in nouel. per Ioanni. Andr. vt not. Abbas in capitulo ex parte, in 1. not. numero secundo, de restitutione spoliatorum, vbi post Innocen. & Hostien. querit, an pater possit contrahere sponsalia pro nepote, & ipsam obligare? & decidit conclu-

dendo, quòd ex sponsalibus contractis per parentes, obligantur filij, si expressè vel tacitè consentiunt, vel si sunt presentes & tacent. idem Abbas consi. 63. & sic taciturnitas in parentibus operatur consensus, in alijs verò adtentibus non sufficit sola presentia illorum, de quorum sponsalibus agitur, sed oportet quòd aliter detur consensus tacitè, vel expressè, ut dicto capitu. ad id quod, & hæc est vna differentia (in matrimonio contrahendo) inter parentes & alios consanguineos.

**QVAESIT RES IN contractu sponsaliorum.**

Esset sub hac columna secunda videndum, quæ sit res. super qua cadunt sponsalia, & super qua masculus & femina contrahere sponsalia intendunt, verum quia de hac eadem re dicemus infra trac. matrimonij, in secunda colum. vlti. ord. ne bis idem repetamus, & frustra paginas deni gratè contingat, ibi videre poteris. Hoc tantummodo dico, quòd res in isto contractu sponsaliorum, est corpus viri, & mulieris: nam secundum Doct. sponsalia dicuntur a spòdeo, id est promitto, ex eo quod futura traditio corporum promittatur, vt voluit Abbas in c. penul. de spon. Felin. in Rubr. de spons. colum. 2. Dida. Couar. in Epit. de spon. cap. 1. & nos diximus in prin. huius trac. nume. 6. & dicemus infra, colum. 2. ul. ord. trac. matrimonij, & in hoc differunt sponsalia a matrimonio, quia matrimonium est mutua corporum traditio vtriusque coniugis ad copulam maritalem, & sic fit traditio de presenti. At verò in sponsalibus non fit corporum traditio, sed traditionis pmissio: non enim sunt idem, tradam tibi equum vel trado tibi illum, vt declarat post alios Ioseph Angle. Hispanus in Flosc. Theolo. parte prima de sacramento matrimo. articulo quarto, conclusio. secunda.

**DE SVBSTANTIALIBVS formalibus, seu essentialibus sponsaliorum.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Ad contractum sponsaliorum duo de essentia requiruntur, materiale, & formale.
- 2 Solus consensus est, qui sponsalia & matrimonium facit.
- 3 Consensus legitimus debet declarari verbis.
- 4 Consensus sufficit etiam exprimi signis.
- 5 Si quis promittat quatuor puellis unam earum se accepturum, non contrahuntur sponsalia, nisi aliqua earum factò specialiter in eum consenserit.
- 6 Si pater iurauit alicui dare vnã de filiabus suis, sponsalia non sunt contracta, tenetur tamen pater vnã dare.
- 7 Si pater promisit dare vnã determinatè, & si illam non posset dare alteram, tenetur dare primam, & ad hoc bona

*bona fide laborare.*

- 8 Si quis alicui promisit, quod eam desponsabit, si promissio fuit quod desponsaret eam de futuro, non erunt sponsalia antequam desponsaret eam.
- 9 Sponsalia facta per metum cadentem in constantem virum, ipso iure non tenent, etiam si sponsalia sint iurata.

In contractu sponsaliorum duo principaliter de essentia requiruntur, sicut etiam requiruntur in contractu matrimonij, de quo infra dicemus, & primum est materiale, & fundamentale, scilicet quòd personæ sint legitimæ, & personæ dicuntur hoc loco legitimæ non quòd sint ex legitimo matrimonio procreatæ, quia spurij, & ex adulterio nati sponsalia, & matrimonium contrahere possunt sed dicuntur legitimæ, id est habiles, vt vir & mulier qui legibus coniugij sponsalia, & matrimonium contrahere non prohibentur, hoc est, vt sint etatis septè annorum, vt supra diximus, col. 1. hoc eo. ordi. siue quæ non habent impedimenta dirimentia sponsalia, de quibus infra, colum. 5. & vlti. hoc eo. ord. Secundum est formale, seu substantiale requisitum, nempe consensus legitimus, prout declarat Viglieri. Grana. sub cap. 16. de matrimo. §. 7. versicu. 5. solus enim consensus est, qui facit matrimonium, & sponsalia, vt c. 1. & c. cum locum, de sponsa. & c. fina. de spon. duo. & c. sufficit, & cap. cum initiatur, cum mult. sequen. 27. quæstio. 2. & c. vnico, de voto. in 6. Lupus in c. per vestras, §. 55. nu. 4. de don. int. vir. & vxo. & nos supra diximus.

3 Et iste consensus legitimus debet declarari verbis, quia vera sponsalia contrahuntur his verbis, quibus ad futurum matrimonium consensus promittitur. c. penul. ibi not. Abbas, & Præpo. c. ex litteris Sancti Siluani. c. sicut, de sponsa. c. iurauit, de proba. ibi Abb. Dida. Coua. in epit. de spon. c. 3. in prin.

4 An verò si iste consensus coniugalis debeat necessario exprimi verbis, vel sufficiat exprimi signis? dic quod sufficit signis, secundum communem opinionem, de qua vide, quæ dicemus infra, columna matrimonium inscripta, in prin. & col. 3. vlti. ordi. tract. matri.

Sed stantibus prædictis videamus, quomodo iudicandum sit de aliquibus verbis, & signis, quibus sponsalia contrahi solent, vel non, & primo quæro, quid si quis promittat quatuor puellis vnã earum se accepturum? dic quod non contrahuntur sponsalia, argu. in cap. ex sponsalibus, eod. titu. lib. 6. nisi aliqua earum factò specialiter in eum consenserit.

6 Sed quid si pater iurauit alicui dare vnã de filiabus suis, secundum Hosti. & Goffre. sponsalia non sunt, sed tamen pater tenetur vnã dare, quod limitata, si vna earum voluerit, quia tenetur pater per tale iuramentum ad faciendum, quod in eo est, & non plus, not. in gl. in cap. ex litteris, & in cap. sicut, de spon. & licet de iure ciuili promittens factum alienum non obligetur, nisi specificè promiserit se facturum, & curaturum, vt Institi. de inut. stipu. §. si quis alium, tamen, quando promittit cum iuramen-

to etiam simpliciter, tenetur præstare operam, quã potest, sicut si specificè se obligasset. c. ad nostram, de iur. iuran. & l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. poterit tamen dare, quam voluerit. le. in alternatiuis. ff. de regulis iuris & §. præterea, Instituti. de actio. & si omnes, præter vnã moriantur, tenetur dare illam, argumè. l. 2. ff. de eo, quod cer. loco. sed si vnã obtulit, & ille non acceptauit, est absolutus à promissione, & à iuramento. l. si in emptione. §. si emptio. ff. de contrahen. emptio. & l. cum is, eodem. & si vnã ex illis carnaliter cognouerit, nullam aliam poterit habere propter contractam affinitatem, immo quod plus est, si contemplatione præcedentis contractus commixtio esset facta, matrimonium esset. c. significauit, de eo qui dux. in matrimo. quod secundum Panor. in c. ex litteris, de spon. est verum non tantum virtute sponsaliorum quantum ex præsupposito consensu. c. is, qui, de spon.

7 Sed quid si promissit vnã determinatè, & si illam non posset dare, alteram: secundum Hosti. tenetur dare primam & ad hoc bona fide laborare. cap. ad audientiam, de spon. quod si non potest, subdistingendum est, quia si prima consensit sponsalibus expressè, vel tacitè, aliam habere non poterit, quia inest publicæ honestatis iustitia, etiam si illa prima sponsalia forte propter consanguinitatem aliquam non tenuissent, si verò non consensit, tenetur dare secundam, c. ex litteris, de spon. el. 2. c. ex parte, de rest. spo.

8 Sed quid si quis alicui promiserit, quòd eam desponsabit. Dic quod si promissio fuit, quòd desponsaret eam de futuro, non erunt sponsalia antequam desponsaret eam, secundum Vinc. Do. Anto. in capitulo, is qui, de spon. si verò promissio fuit, quòd desponsaret eam, scilicet per verba de presenti, talis promissio sponsalia facit, secundum Cardina. in dicto capitulo, is qui, & si sumus in dubio: tunc in locis vbi primo consueuerunt accipere per verba de futuro, non erunt iudicanda sponsalia per talem promissionem: secus vbi desponsatio solet vocari acceptio de presenti. Sed quid si quis vir desponsaret aliquam mulierem, vel e contrario per iuramentum factum metu iusto, id est cadente in constantem virum, secundum Riccard. sponsalia ipso iure non tenent in foro conscientie, vel exteriori, de quo infra videas, columna tertia, vlti. ordi. tracta. matrimo. ibi plene.

**DE NATURALIBVS sponsaliorum.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Ex promissione sponsalium vnus obligatur alteri ad contrahendum matrimonium, si sponsalia tenentur bona fide laborare.

- 2 Sponsalia interdum transeunt in matrimonium, & interdum non.
- 3 Quamuis sponsus destituerit sponsam, ex quo tamen non fuit commissio seminis subsequuta, non est iudicandum pro matrimonio.
- 4 Sponsalia, quando transeunt in matrimonium per oscula, amplexus, iocalia, cohabitationem & copulam.
- 5 Post concilium Tridentinum sponsalia de futuro per nullam subsequentem copulam matrimonium efficiunt sine solemnitate precedentia.
- 6 Plura sponsalia contrahi possunt, non plura matrimonia.

**Capio** quartam columnam, que est inscripta de naturalibus sponsaliorum, &

- 1 primo sex natura sponsaliorum est, ut ex promissione sponsalium vnus obligetur alteri ad contrahendum matrimonium, si sponsalia tenuerunt, ut quia in eate debita fuerunt contracta: quoniam, secundum D. Thom. & Theolog. peccat mortaliter non soluens promissum, nisi legitimum impedimentum interueniat, nec potest alter eorum contrahere cum alia persona in foro poli, si tamen contraxerit per verba de presenti, tenet matrimonium, secundum c. sicut, extra de sponsa. sed debet agere penitentiam de fide mentita, & multo magis si interueniat iuramentum. c. l. iterum, de secundo. eod. de sponsa. de quo nos dicemus infra.
- 2 Preterea ex natura sponsaliorum est interdum non transire in matrimonium, & aliquando transire, si quidem sponsalia verbis & mente de futuro et pura iurata non transeunt in matrimonium per cohabitationem vel traditionem ad domum, presentiam in virgine; nec per oscula, & quod plus est, nec per nixum ad copulam, probatur hoc per c. fina. de sponsa. & per Docto. Canonistas plene ibi, & in c. primo, de mat. contra. contra inter. ecclie. & probatur ex dictis per Franci. de Arctio, consi. 144. & sic transire videntur solum per copulam carnalem, secundum Gemit. in c. v. hico. de despo. impu. libro 6. Pano. in c. adolescentis, de sponsa. Immo mirabile dicit Tan. in c. fi. quod isto casu si quamuis sponsus destituerit sponsam, ex quo tamen non fuit commissio seminis subsequuta, non est iudicandum pro matrimonio, & rationem reddit ibi Panormi. quia cum copula sequens inducat matrimonium ex presumptione iuris deuiantis a communibus regulis, non debemus istam presumptionem seu fictionem extendere ad casus non expressos, & hanc opinio videtur communissima, pro qua videtur tex. et glo. in c. vnico, de despo. impu. in 6. idem tenet Innoc. in c. attestaciones, de despo. impu. & Ant. & Gemit. d. c. vnico, Panormi. dicto cap. fina. & de communis attestatur Siluest. de Prier. matrimonium. 2. numero decimosexto.
- 4 Sponsalia vero verbis & mente de presenti, sed iuris interpretatione de futuro propter minorem etatem utriusque vel alterius contrahentium, si perueniant ad etatem legitimam & interueniant oscula, amplexus, iocalia & similia, transeunt in matrimonium, ut est tex. cum glo. in d. c. vnico, de despo. impu. lib. 6. vbi gl. exemplificat, ut quia simul habitauerunt, vel se coniuges nominabant, & amplexauerunt ut coniuges, & sic in isto casu transeunt sponsalia in matrimonium, preter copulam, ut per Gemit. in c. si infantes, de despo. impu. lib. 6. ibi tex. expressè dicit, quod sponsalia amborum infantium, vel alterius tantum efficiantur verum matrimonium, si in pubertate, & sic superueniente maiore etate, intercesserint oscula, amplexus, & munera, cohabitatione mutua seorsum, traditio ad domum, & similia: ex quo per ista signa elicitur nouus consensus, & relinquitur iudicis arbitrio; & tanto magis procederet supradicta & absque dubio, si interuenisset copula, vel nixus ad copulam, ut per tex. & glo. & scrib. d. c. si infantes, & per Ant. de But. attestaciones, de despo. impu. per Silue. de Prier. post alios Summistas in verbo, matrimonium. 5. nu. 5. & licet maxima sit discordia inter Doctores, ex quo alij dicunt censendum esse matrimonium si copula interfuit, vel traditio ad domum, non autem alijs casibus, tamen, ut dixi, erit arbitrium iudici, qui debet considerare animum, consuetudinem, qualitatem, signa antecedentia & subsequencia, & in dubio matrimonio fauendum est. Tenuit tamen Rota Romana decis. nouis, tit. de sponsa. decis. vnica seu decis. 462. quod cohabitatio superueniens post infantiam & pubertatem ratificat matrimonium per infantes contractum, ita tenet etiam Archi. in c. vbi non est consensus. 3. o. q. 2. & hęc opinio videtur equior, licet contrarium teneat Io. And. c. vnico, de despo. impu. in 8.

runt, vel se coniuges nominabant, & amplexauerunt ut coniuges, & sic in isto casu transeunt sponsalia in matrimonium, preter copulam, ut per Gemit. in c. si infantes, de despo. impu. lib. 6. ibi tex. expressè dicit, quod sponsalia amborum infantium, vel alterius tantum efficiantur verum matrimonium, si in pubertate, & sic superueniente maiore etate, intercesserint oscula, amplexus, & munera, cohabitatione mutua seorsum, traditio ad domum, & similia: ex quo per ista signa elicitur nouus consensus, & relinquitur iudicis arbitrio; & tanto magis procederet supradicta & absque dubio, si interuenisset copula, vel nixus ad copulam, ut per tex. & glo. & scrib. d. c. si infantes, & per Ant. de But. attestaciones, de despo. impu. per Silue. de Prier. post alios Summistas in verbo, matrimonium. 5. nu. 5. & licet maxima sit discordia inter Doctores, ex quo alij dicunt censendum esse matrimonium si copula interfuit, vel traditio ad domum, non autem alijs casibus, tamen, ut dixi, erit arbitrium iudici, qui debet considerare animum, consuetudinem, qualitatem, signa antecedentia & subsequencia, & in dubio matrimonio fauendum est. Tenuit tamen Rota Romana decis. nouis, tit. de sponsa. decis. vnica seu decis. 462. quod cohabitatio superueniens post infantiam & pubertatem ratificat matrimonium per infantes contractum, ita tenet etiam Archi. in c. vbi non est consensus. 3. o. q. 2. & hęc opinio videtur equior, licet contrarium teneat Io. And. c. vnico, de despo. impu. in 8.

**ADVERTIT** tamen, quod post Concilium Tridentinum, sessio. 24. c. de reforma. mat. sponsalia de futuro per nullam subsequentem copulam, verum matrimonium efficiunt, quoniam matrimonium sine presentia parochi & testium, & absque denuntiationibus in ecclesia factis, est clandestinum, & ipso iure nullum, & ex consequenti copula subsequens sponsalia sine tali solemnitate contracta, verum matrimonium non facit, ut declarat Iose. Angle. super 4. Mag. senten. de sacra. mat. ar. 4. sed ante concilium Tridentinum sponsalia de futuro per copulam affectu maritali superueniente verum matrimonium efficiiebantur, quando, si ambo actuali aetate & intentione consentandi per illam copulam matrimonio coniungebantur: hoc enim erat olim ius commune, ut constat c. is, qui fidem, & c. de illis, & c. per tuas, de sponsa. & per Iose. Angle. suprad. loco.

Demum sciendum est ex natura sponsaliorum esse, ut plura sponsalia contrahi & celebrari possint. l. 1. c. de spon. plura autem matrimonia non possint. l. et qui. c. de adul. de quo dicemus infra, trac. de mat.

**DE ACCIDENTALIBVS Sponsaliorum.**

**Accidentalia** sponsaliorum sunt illa, que esse & abesse possunt ad contractum, preter subiecti corruptionem, ut sunt arrhe, pignora, pacta non attingentia contractum in specie, & alia similia, de quibus dicemus infra, tracta. de mat. col. 5. vlt. ord. ibi videas.

QVAE

**QVAE ACTIO DETVR pro sponsalibus, seu quomodo agere quis possit.**

**PRO** declaratione huius sextae columnae sciendum est, quod pro sponsalibus contractis nulla datur actio: quia in foro contentioso, qui sponsalia contraxerunt, non compelluntur matrimonium contrahere: quoniam matrimonia debent esse libera, cum matrimonia contracta malum exitum habere soleant. In foro tamen poli ille, qui sponsalia contraxit, tenetur regulariter sub peccato mortali contrahere matrimonium, quia tenetur soluere promissum, ut diximus supra, & secundum Dium Thomam 4. senten. distin. 27. quaestio. 2. intellige, nisi ad hanc iusta causa non seruandi, ut dicemus infra, col. seq. Aduertendum tamen, quod interdum contrahens sponsalia per censuram ecclesiasticam esset ad matrimonium contrahendum compellendus, & hoc ratione publici commodi: quia tunc iudici obedire tenetur, v. g. quando publicum bonum futurum speratur, ut est alicuius regni conuersio ad fidem, ut notauit Ioseph Angle. Vale. Flol. Theo. super Mag. sent. 4. de sacra. mat. arti. 3. in 3. difficulta. Quae actio autem detur, seu quomodo agatur ex matrimonio, dicemus infra, de matrimo. col. 6. vlt. ordi. vbi videas.

**QUOMODO SOLVANTVR seu annullentur sponsalia.**

**S Y M M A R I V M.**

- 1 Sponsalia soluantur, aut sine peccato, aut cum peccato, vel aut ipso iure, aut facto.
- 2 Homines in foro contentioso qui sponsalia contraxerunt, non compelluntur matrimonium contrahere.
- 3 Soluantur sponsalia per mutuum consensum contrahentium.
- 4 Si sit appositum iuramentum in sponsalibus, an mutuo consensu solui possint sponsalia absque peccato.
- 5 Distinctio & conciliatio opinionum.
- 6 Sponsalia soluantur per ingressum religionis professione sequuta.
- 7 Intellectus ad c. commissum, de sponsali.
- 8 sponsalia soluantur per sacrum ordinem, & propter votum simplex.
- 9 Sponsalia soluantur fornicatione sequuta.
- 10 Si sponsa, qua diues erat tempore sponsaliorum ad pauperem redacta sit, non debet deueniri, sed sponsus tenetur eam ducere in uxorem, si nihil dare promissit.
- 11 Sponsalia soluantur, quando sponsa promittit dare certam quantitatem pro dote non dando.
- 12 Sponsalia soluantur, si sponsus sit absens, & uageur per orbem, si expectetur per triennium.
- 13 Sponsalia soluantur lapsu temporis in sponsaliorum contractu constituti.
- 14 Si ante matrimonium contractum alteri superueniat grauis infirmitas, soluantur sponsalia.

- 15 Si superuenit astitas, soluantur sponsalia.
- 16 Propter capitalem inimicitiam superuenientem soluantur sponsalia.
- 17 Soluantur sponsalia, quando alter eorum efficitur hereticus. Item si alter post pubertatem petit absolui, & propter aliquam causam rationabilem.
- 18 Soluantur sponsalia per secundum contractum matrimonij.

**Quot** modis sponsalia soluantur, Doctores varij varia dixerunt, nam Dida. Couar. in Epit. de spon. c. 5. septem modos distictè enumerat, quos septem casus breuiter & succintè reassumpsit Sebalti. Medices, in trac. mors omnia soluit parte 2. concl. 10. n. comp. mutuo consensu, fornicatione sequuta, si sponsus sit absens & uageur per orbem, lapsu temporis constituti ad matrimonium contrahendum, per matrimonium subsequens, per ingressum religionis professione sequuta cum ex solo impuberis dissentio sponsalia sunt facta in minori etate. Glosa autem in c. de illis, in verbo, per eas, de sponsa. uidentur decem dinumerare casus, in quibus soluantur sponsalia, videlicet.

*Lepra superueniens, iuror, ordo, sanguis, & absens. Lesaque uirginitas, membri damnum, minor etas. Ac heresis lapsus fideique remissio prioris Sponsos dissociant, & vota futura retrahunt.*

Ego autem ex dictis Doctorum omnium reperio sponsalia dissolui pluribus alijs casibus, & sunt plura quam sexdecim casus, ad pauciores tamen possunt reduci & redigi, & posset talis distinctio fieri, nempe ut sponsalia soluantur, aut sine peccato & licite, aut cum peccato & illicite. Licite soluantur sponsalia in casibus, in quibus ius & canones permittunt absque peccato mortali. Illicite in casibus, in quibus canones non permittunt dissolutionem sine peccato. Alij dicunt quod sponsalia soluantur aut ipso iure, aut facto hominis, ut per Lancellot. Insti. canon. tit. de sponsa. Itaque pro declaratione predictorum omnium premitendum atque sciendum est, quod in foro contentioso qui sponsalia contraxerunt non compelluntur contrahere matrimonium, secus in foro conscientie. Videamus ergo de aliquibus casibus, in quibus sine peccato sponsalia dissolui possunt, & postea videbimus de aliquibus casibus, in quibus sine peccato sponsalia dissolui non possunt, & primus casus esse potest, si soluantur sponsalia per mutuum consensum contrahentium quemadmodum ceteri contractus. c. 2. ext. de spon. gl. in l. tibi Cyn. C. de spon. quod procedit tam de iure ciuili, quam canonico: nihil enim tam naturale est, sicut vnium quodque dissolui genere, quo ligatum est. l. nihil. ff. de reg. iur. Quod intellige, cum vterque sponsorum in diuertendo consentit: ceterum, si alter eorum hoc consentiat, alter dissentiat, tunc is, qui dissentit, peccat mortaliter, si sine causa rationabili recedit. Non obstat de sponsa, c. 27. q. 2. quia ille tex. loquitur in matrimonio de presenti, sed dubium tamen magni inter Doctores subortu fuit, quid si sit appositum iuramentu in sponsalibus, an per mutuum consensum poterunt solui sponsalia absque peccato? Gl. in c. praterita, de sponsa. tenet quod non potest sine peccato.

F f 2 Sed

Sed illa gl videtur communiter esse reprobata, vt attestatur Abbas Panormi. ibi, & Dida. Couar. in epit. de spon. par. 1. cap. quinto. vbi plures citat, & ita tenet etiam Iose. Angl. Vale. in Flos. Theol. su per Mag. senten. in 4. distinc. 26. de sacra. matrimo. articulo quarto. & quod possint dissolui sponsalia etiam iurata, tenet Deci. consilio 368. colum. vlti. & consilio 603. nume. 4. Gozad. consilio 2. nume. 1. Ruy. consi. 203. nu. 3. libro. 1. Menoch. consi. 15. nu. 1. vol. 1. Imò sponsalia confirmata per sententiã dissolui per subsequens matrimonium cum altero contractum, respondit Soci. iun. consi. 30. lib. 2. & hæc communis opinio intelligenda est in foro fori, sed in foro poliſimih placet distinctio illa, quam facit Abbas, d. c. præterea, tribuendo eam Innocentio. sed allegat eum ad balistam, & sequitur etiam Felin. in d. c. præterea, sub nume. 34. tribuendo eam Diuo Thomæ, in 2. secunde qd. 89. ar. 9. in resp ad secundum argumentum, & ante Felin. hanc distinctionem videtur sequi Ange. de Claua. in summa in verbo, sponsalia, numero vigesimo, & tribuit eã pariter Innocentio, sed non citat locum, & distinctio talis est, quòd aut ille, qui promittit iuravit intuitu Dei aliquam mulierem accipere in vxorem, & tunc non potest illa mulier remittere iuramentum, & sic peccat mortaliter contrahendo, aut vero non intuitu Dei, & propter eius complacentiam, & tunc possunt se absoluere, ratio autem non assignatur a Doctoribus, sed ego crediderim illam esse, quoniam quando promittitur principaliter Deo, sapit quodammodo naturam certi, quinimo est votum, puta si quis promittat ducere in vxorem mulierem pauperculam amore Dei, & hoc promittat Deo, quia isto casu promissio nõ est facta principaliter mulieri, sed Deo, ideo mulier non potest remittere, secus in altero casu, & hanc fuisse mentem Doctorum credo licet Doctores non se declarent, nisi subsecurè. Hinc est quòd inquit Mart. Nauar. in suo enchir. cap. 12. sub nu. 59. quòd coniux potest remittere pactum inter eos, non tamen votum.

Cui tamen doctrinæ videtur obstare diuisio eiusdem Nauaræ in cap. 22. de sacramen. matrimonii, sub nume. 25. vbi tenet quòd sponsalia soluuntur etiam si principaliter iurata sint propter Deum, & exemplificat, cum quis iurat se matrimonium contracturum cum aliqua paupercula ob amorem Dei, & ob cleemosinam, & allegat Cardi. d. cap. præterea, de spon. Dicebat tamen quidam meus amicus, nomine Cæsar de Borrociis, cum quo aliquando sermonem conferre contigit, se putare ita esse subdistingendum, quòd aut promissio erat facta principaliter Deo, licet ad fauorem tertij, verbi gratia si dicatur, promitto Deo accipere talem in vxorem, & tunc putabat esse promissionem factam Deo, & sapere votum, quòd per partem remitti non poterit sine dispensatione Pontificis. Aut promissio est facta principaliter ad fauorem tertij, vt si dicatur, promitto tibi accipere te in vxorem amore & intuitu Dei, & tunc poterit per partem remitti huiusmodi iuramentum, quan vt isto casu nihil principaliter fuerit promissum Deo, & sic illa verba, amore Dei

erunt causa impulsiva, & non causa finalis, & isto casu Nauarra forsan loqui voluit, non videtur tamen curandum de verbis, sed de animo, & in conscientia considerari debet mens promittentis.

6 Secundus casus est, quando aliquis intrat religionem professione sequuta, etenim si matrimonium ante copulam ita soluitur & quoad vinculum. c. 2. c. ex publico, de conuer. coniug. c. ex parte, eod. titu. ergo a fortiori sponsalia ita soluuntur, scilicet ante copulam, etiam altero inuito, post copulam non nisi de consensu, ex mente Doctorum omnium. Aliquantulum tamen obstare videtur c. commissum. de sponsa. cui textui respondetur, quòd licet tex. dicat ibi per modum consilij, quòd tutius foret matrimonium contrahere, & demum religionem ingredi, non tamen id ita fieri præcipit, nec promissor sponsaliorum contrahere tenetur, si velit religionem profiteri, ita Præposi. & Abbas ibi, quoniam & si iure certum sit posse tutè sponsam ingredi religionem dimissa sponsa, & tutius esse contrahere ac demum religionem profiteri, ex hoc non sequitur hoc esse necessarium, sed de consilio, & sic potest quis dimissa sponsa tutè religionem profiteri, quãuis tutius sit cum ea contrahere, fidem præstitam, & iuramentum absolvens, & postea monasterium ingredi. Vel dic, quòd illud verbum, tutius, exponitur seu debet exponi a Pontifice respectu faciendi experientiam sui, ad hoc ne si ipsum postea pœniteat, ad seculum redire contingeret.

Vel intellige illud. c. commissum, ex mente gl. In no. & aliorum, quia sponsus nolebat statim deliberatè religionem profiteri: sed id in animum abque voto induxerat, & ideo Papa consuluit, vt contrahat, & sic fidem seruet, & postea si velit religionem profiteatur, quasi secus dixisset Pontifex si statim deliberato animo religionem ingredi vellet ex mente glo. ibi. & nota quòd hoc casu ille, qui dedit arras, non perdet eas & illas quas recepit restituet solum in siplum. l. Deo nobis. C. de epi. & cleric. & hoc fauore religionis videtur statutum.

8 Ex quibus subinfertur ad tertium casum, videlicet vt sponsalia soluuntur propter susceptionem sacri ordinis, secundum D. Anto. post Io. And. in Rubri. de sponsa. facit 27. q. 2. §. ecce.

Iterum subinfertur ad quartum casum, ut propter votum simplex castitatis soluuntur sponsalia. c. veniens, qui cleri. vel uouent. matri. contr. poss. secundum communem intellectum, sed dubium est, quando appositum est iuramentum in sponsalibus, & tunc votum simplex de castitate non soluit sponsalia iurata, quia eguale vinculum est iurum, & iò illud, quod procedit obtinet, & inquit gl. si. in d. c. ueniens, q. Panor. dicit esse singularem, quòd sponsalia de futuro non tolluntur per votum simplex castitatis se quens. & dicit Inn. in d. c. veniens, quod sicut votum solenne non valet post matrimonium consummatum, vt c. quidam, de conuer. coniug. ita nec votum simplex post contracta sponsalia. hanc eandem opinionem tenuit Host. in c. rufus, qui clerici vel uouent. vbi dicit, quòd si votum præcedit sponsalia, non tenet, si autem uotum sequatur, tenent sponsa-

sponsalia, non votum, nisi solè nizer, alias compelleretur contrahere. & si nõ contraheret, peccaret mortaliter, vt in c. ex parte, de conue. coniuga. sequitur etiam D. Anto. & etiam Abbas motus hac ratione, quia cum sit orta obligatio sponso, non debuit nec potuit aliter in præiudicium suum vouere castitatem, arg. d. c. ex parte, & hæc opinio videtur magis recepta, quamuis non transeat absque difficultate, secundum Card. d. c. veniens. Adde tamen, quòd ille, qui voluit peccauit, cum videatur temerariè processisse, quãdo quidem compellatur contrahere: aut si vult euitare peccatum, oportet quòd votum solè nizer. Bene verum est, quòd si alter solueret sponsalia per matrimonium contractum cum alia, vel per ingressum religionis, teneretur iste vouens seruare votum, de quo infra tract. matrim. colum. fina. plenè dicemus.

9 Quintus potest esse casus, in quo sponsalia absq; peccato soluuntur fornicatione sequuta, nam si sponsa cum alio fornicatur, sponsus non tenetur contrahere cum ea matrimonium, immo absolui potest ab illa promissione. c. quemadmodum, de iur. iura. vbi secundum Abb. & Docto. idem videtur dicendum, si sponsalia sint iurata, not. glo. in c. sic quippe, 27. quæst. 2. Docto. in c. de illis, ibi Præposi. de sponsa. quòd intellige, si ille voluerit, cui est facta iniuria, si quidem sponsus vellet non obstante fornicatione sponsam accipere in vxorem, esset sponsa cogenda cum eo matrimonium contrahere, alioquin ex fornicatione sponsa consequeretur commodum, sic ex aduerso, si sponsus fornicetur, non tenetur sponsa cum eo matrimonium contrahere, Abbas, d. capit. quemadmodum, in princ. idem Abbas in consi. 48. vol. 1. imò si ipsa sponsa vi præcisã esset cognita, ad huc non teneretur sponsus eam accipere in vxore, sed petere posset sponsaliorum dissolutionem glo. in c. raptor, 27. quæst. 2. glo. in d. c. quemadmodum, vers. oculos, in fine. quem sequitur ibi Ioan. Andre. Abbas, Imola, & cæte. Docto. non enim cogendus est quis contrahere bigamia iurum nondum præstito coniugali consensu, Abb. c. discretionem, de eo, qui cogno. conf. vxor. suæ, post alios ibi. In sponsa tamen de præsentis secus esse asserit Abbas in d. c. discretionem, quòd ipse intelligo, vt matrimonium non dissoluatur, sed quoad thorum dissolui posset propter fornicationem commissam metu, & sic vi conditionali. Credit tamen Dida. Couar. secus esse, si sponsa cognita, & oppressa esset vi præcisã, tamè Abbas in consi. 4. vol. 1. in vtroque casu vult à prædicta pœna sponsam de præsentis, vel vxorem immunem esse: sed quamuis ipsa sponsa, quæ diues erat tempore sponsaliorum ad paupertatem redacta sit: nihilominus tenetur sponsus eam ducere in vxorem, gl. d. c. quemadmodum, vers. oculos. quæ intelligenda est, quando nihil dare promissit ipsa sponsa in dotem sponso, si quidem promississet, non tenetur sponsus cum ea contrahere, nisi id daretur ita Ioan. And. Ant. Imo. & alij d. c. quemadmodum, in princ. per tex. c. de illis, de cond. appos. iuxta communem eius intellectum, & l. si ita stipulatus fuero, te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verb. oblig. in fi.

11 Et sic sextus infertur casus, vt sponsalia soluuntur quando sponsa dare promittit certam quantitatem pro dote, & non potest dare, sic soluitur sponsus ab obligatione, secundum Io. And. d. c. de illis, de condi. appo. Idem dic de quacunque alia conditione interueniente, si conditio deficit.

12 Septimus potest esse casus, in quo specialia soluuntur. si sponsus sit absens, & vageur per orbem, dummodo expectetur per triennium, si nescitur in quo loco sit. l. 2. C. de repud. si vero sponsus sit infra prouinciam, expectari debet per biennium l. 2. C. de sponsa. ibi not. Aduerte tamen, quòd si absentia sit necessaria, ex iusto impedimento debet expectari quousque cesset illud impedimentum. l. saepe. ff. de sponsa. nisi ex periculo fornicationis iudex det licentiam sponsæ contrahendi matrimonium cum alio, argum. capitu. fina. de eo, qui cogn. consan. & hanc distinctionem factam de iure ciuili, esse etiam seruandam de iure canonico, tenet Ioan. Andr. Hostien. & Anto. in c. de illis, de sponsa. Siluest. de Prior. in verbo, sponsalia, quæstio. decima, de quo etiam Hostien. Ioã. And. & Abb. c. sicut, de sponsa. Contrariam tamen videtur esse verius, quòd imò de iure canonico dictæ leges minimè procedant, & sponsa non tenetur expectare vagantem per orbem, sed posse petere licentiam ad contrahendum matrimonium, per tex. in c. de illis, verbo, liberum sit, de cond. appo. & hanc opinionem sequitur Præposi. Card. & Abbas in d. ca. de illis. iudicis tamen autoritas in hoc casu requiritur, videlicet ad dissoluenda sponsalia, & iudicis ecclesiastici autoritatem esse necessariam, siue sponsalia sint iurata, & siue simplici promissione firmata, tenet Henricus & Præpo. d. c. de illis, de sponsa. glo. in c. de illis de despon. impu. Dida. Couar. in epit. de sponsa. in 1. par. cap. 5. numero 7. ibi credit tamen sponsum in loco propinquo absentem, vel expectandum, vt infra certum tempus contrahat matrimonium per rationem textus. c. de illis, & non esse temere sponsalia soluenda. ego autem credo esse verum hoc de consilio, non autem de iure. At in quibus casibus requiratur autoritas iudicis ad dissoluendum sponsalia, vide addi. ad glo. in capitulo de illis, vbi per ingressum religionis, & matrimonium de præsentis ipso iure soluitur & sponsalia, aliàs regulariter requiritur iudicis autoritas.

13 Oñaus est casus, in quo soluuntur sponsalia lapsu temporis in sponsaliorum contractu constituti ad matrimonium contrahendum, quando enim alter statuto tempore non comparet ad perficiendum matrimonium, soluuntur sponsalia, & secundum Do. Thomam non peccat contrahendo cum altero, vel altera, si ex parte eius non stetit, quin matrimonium locum haberet, & libere sine alia licentia potest contrahere. ideo text. in capitulo sicut, de sponsa. & ibi glos. dicit esse speciale in matrimonio, vt post lapsum terminum ille, qui promissit non sit amplius obligatus: quoniam sponsalia habent tacitam conditionem, vt mutuo dissenso dissoluantur: quare si sponsus requirat a sponsa, vt matrimonium contra-

hat certa die, & ipsa nolit, ipse vir requirens erit li-  
ber a sponsalibus, si ipse velit huic dissensui consen-  
tire, vt intelligit Præpo. & Cardina. d. capitu. sicut.  
quam opinionem intellige veram, secundum Dida-  
cum Couar. primo, quando apparet alterum requisitum  
esse vt contrahat, & tamen ille requisitus non  
vult illo tempore, nec alio contrahere: tunc enim  
dissensus colligitur; quia posset esse quod non vel-  
let contrahere illo tempore sibi inhabili; sed alio  
tempore vellet, & sic non sequitur cum dissensisse,  
Secundo procedit tex. d. cap. sicut, quando terminus  
adijctur sponsalibus ad limitandam obligatio-  
nem, & ad eam restringendam, ita vt lapsa termino  
expiret; tunc enim extinguitur obligatio: ille tamē,  
per quem stetit, tenetur ex illa culpa, vt d. capitulo  
sicut, & probatur in l. si fideiusor. §. fina. ff. mand.  
obligationum §. 1. ff. de actio. & obliga. l. damni. §.  
Sabini. ff. de damno infecto. In dubio autem, secun-  
dum Anto. Abba. & Prepo. dicto capitulo sicut, ter-  
minus tempore sponsaliorum appositus ad contra-  
hendum censetur adiectus causa restringendę obli-  
gationis, quia nullus contractus est iniurus perfectę,  
sed ille terminus ad initium alterius contractus da-  
tur, ideo tunc terminus restringit ita obligationem,  
vt eo lapsa non duret, quod etiam notauit Archid.  
in capitulo nuptiarum, 27. questione secunda, Abb.  
& Imola in capitulo cum dilecti, de dolo & contu-  
ma. & hinc Alexan. & Docto. l. in salam. ff. soluto ma-  
trimo. notant quod vbi dies adijctur causa iteran-  
dę obligationis, non est locus purgationi morę. l.  
traiectus §. de illo. ff. de actio. & obliga. arg. l. com-  
missoris. C. de pact. inter empt. & vendi. Secus ergo  
erit, vbi dies adijctur obligationi iam perfectę &  
contractui consummato, quo casu dies potius cen-  
setur adiecta ad solēnizandum effectum obligatio-  
nis. quam ad extinguendam ipsam obligationem. l.  
Celsus. ff. de arbit. cap. cum dilecti, de dolo & contu-  
ma. ex quo Abb. in d. capitu. sicut, dicit quod si  
contractus iam sponsalibus ex interuallo tractetur  
de die nuptiarum, lapsus illius diei non liberat spon-  
sum a promissione & sponsione matrimonij con-  
trahendi, etiam si ipse illo die paratus esset contra-  
here, & hanc declarationem sequitur Dida. Couar.  
quamuis displiceat Præposito.

14 Nonus casus est, si ante matrimonium contra-  
ctum alteri superueniat grauis infirmitas, quę eum  
multum debilitet, vt paralisis, vel multum defor-  
met, vt cęcitas; vel si amittit nasum, & huiusmodi;  
vel contra bonum proles, vt lepra, quę prolem solet  
infricere, sicut etiā morbus Gallicus & huiusmodi,  
hęc enim dimirunt sponsalia, capitulo literas, de  
coniug. lepro. capitu. sicut, & cap. quemadmodum,  
ibi glo. de iureiuran. ne scilicet alter alteri displiceat,  
& malum exitum tale matrimonium habeat. In-  
tellige supradicta, si turpitudō aduenit post contra-  
ctum, secus si tempore contractus inerat, sicut nec  
contrahens potest allegare suspectum debitorem  
propter paupertatem precedentem facit l. si credi-  
tor es, ff. de priui. credi. l. fina. C. de sponsa. ibi Bart.  
& Panormi. in cap. quemadmodum, de iureiuran.  
& sic infertur, quod ob lepram, & morbum Gallicū

matrimonium non potest separari, quamuis spon-  
salia solui possint, argumen. capitu. si vxorem, & ca-  
pituli, si horrendus, 32. q. 5. Alex. l. si cum dotem §.  
si maritus. ff. soluto matrimo. Nauarra sua summa,  
c. 22. de sacram. mat. sub nu. 22. & quod non pos-  
sit ob morbum leprę separari matrimonium, quam-  
uis lepra sit contagiosa. capitulo primo, & 2. de con-  
iug. lepro,

15 Decimus casus est, quando superuenit affinitas,  
vt quia alter consanguineam alterius interim co-  
gnouit, 27. q. 2. c. si quis sponsam, & c. in litteris, de  
eo qui cogn. cōsan. vxor. suę. Intellige, si affinitas co-  
trahatur in primo & secundo gradu sanguinis, nam  
alij gradus non impediunt ob reformationem con-  
cilij Tridentini, scilicet. 24. c. 4. Ad probandum autem,  
an superuenierit affinitas, sufficit sola fama. c. super  
eo, de cōsan. & affin. & secundū Host. sufficit unus  
testis. c. super eo, de testi. tamen secus si matrimo-  
nium fuisset consummatum, vel contractum per ver-  
ba de presenti. Sed quid si superueniat impedimen-  
tum publicę honestatis, dirimet ne spōsalia? Dic op-  
non, cum non sit quid maius, cum sequatur, vt vo-  
luit summa Armilla in verbo, sponsalia, num. 12. &  
Ange. de Claua. sponsalia, num. 35. Siluest. de Prier.  
sponsalia, nu. 10.

16 Undecimus casus est propter capitalem inimi-  
citiā superuenientem inter sponsum & sponsam,  
potest alter petere separationem, secundum Host.  
in summa de spons. per rationem. c. 2. de spon. & c.  
requisisti, eod. nam de duob. malis maius est fugien-  
dum, quod enim quis non diligit, facile contēnit,  
12. q. 3. c. presens clericus, & 31. q. 2. §. 1.

17 Duodecimus casus est, quando alter eorum effi-  
citur hereticus, quia est fornicatio spiritualis, 28. q.  
1. c. non solum.

Decimus tertius casus est, quando sponsalia fue-  
runt contracta ante annos pubertatis, & alter post  
pubertatem petit absolui antequam aliquem tacitū  
consensum habuerit in pubertate. c. de illis, il primo  
& c. a nobis, de despo. impu. etiam si nulla sit causa,  
quare velit absolui post pubertatem, secundū Pa-  
nor. in d. c. de illis, secus si pubes contraxit cum im-  
pubere, quia ipse resilire non potest, similiter nec  
impubes ante pubertatem.

Decimus quartus casus est generaliter propter  
causam rationabilem superuenientem, quę si a prin-  
cipio fuisset, impediisset ea contrahi, vt per Silue.  
de Prier. in verbo, sponsalia, col. si.

18 Decimus quintus casus est per secundum contra-  
ctum matrimonij, & ita faciens peccat mortaliter,  
si sine rationabili causa, sicut quando alter contra-  
hit cum alio per verba de presenti, vel per verba de  
futuro, carnali copula subsecuta. cap. si inter virum,  
de spon. cap. secundo, de spon. duo. si autem aliquis  
cognita prius altera post coitum contrahit cum ea  
sponsalia, non propter hoc soluuntur priora, sed  
oportet certum sequi contractum sponsaliorum. c.  
veniens. il 2. de spon. si ē quis post prima sponsalia  
contracta simpliciter contrahat secunda cum iura-  
mento nō soluuntur prima propter tale iuramentū  
c. sicut ex litteris, de spon. & c. in malis, pmis. 22.

q. 4. & contrahendo secūdo peccauit mortaliter, vt  
dixi, quod limita nisi subesserit noua cā recedendi  
a primis, vt diximus. & sciendum est quod solet  
quæri, vtrum alter sponforum possit altero inuito  
recedere a sponsalibus non iuratis. & dicit glo. in  
l. prima. C. de sponsa. quod sic, etiam de iure canoni-  
co, & sequitur Cinnus ibi, & idem videtur sentire  
Gratia. licet dubie, vigesima septima quæstione secū-  
da §. sed aliud §. fina. non obstante. c. desponsatam,  
vigesima septima quæstione secunda, quia vt alias  
dixi, loquitur in matrimonio de presenti, nec lege  
prima. ff. ex qui. causis infra. irrog. vbi sponsa efficitur  
infamis, si bina sponsalia contrahit, quia verum  
est, nisi priorib. sponsalibus renunciaret, quādo autē  
non renunciaret, habet locum. l. 1. C. de sponsa. quod  
vni desponsata, alteri nubere prohibetur. Non ob-  
stat, etiam quod nudum pactum compellit obserua-  
re, vt capitulo primo, de pact. quia istud est speciale  
in matrimonio propter rationem litterę, vt sit om-  
nino liberum, argumen. capitu. requisitum, de spon-  
sa. quod not. Innocen. capitulo, veniens, de iurciur.  
& ista sunt vera, quando noua & rationabilis causa  
emergit, quę si fuisset a principio impediuisset, vt  
diximus supra.

DE MATRIMONIO.

SVMMA RIVM.

- 1 Matrimonium dicitur magis a matre quam a patre, & de alijs allusionibus ibi videas.
- 2 Matrimonium est viri, & mulieris conuentionio indiuiduę vitę consuetudinem continens.
- 3 Prima perfectio matrimonij, quę solo consensu causatur significat vniōnem spiritus inter Deum & iustam animam. Secunda perfectio, quę ex carnali copula significat vniōnem inter Christum, & Ecclesiam.
- 4 Qualis debeat esse consensus in matrimonio.
- 5 Consensus in matrimonio certus, liber, potens, debet esse.
- 6 Consensus debet esse expressus per verba de presenti matrimonio.
- 7 Vir, & vxor a principio debent esse animi, vt nunquam sepaventur.
- 8 Matrimonij contrahentes ambo debent esse eiusdem sectę, & fidei.
- 9 Quo iure institutum fuerit matrimonium.
- 10 Matrimonij institutio diuersimode considerari potest.

Descendo modō ad columnam, quę est inscripta matrimonium & sic dicendum est de nuptijs per verba de presen-  
ti, iuxta diuisionem superius traditam, & pro eius  
1 declaratione sciendum est, quod matrimonium  
dicitur magis a matre, quam a patre ab effectu, quā  
si matris munium, idest officium. Innocen. capitu-

lo tertio, de sponsa. Silue. de Prier. in verbo matrimo-  
nium, primo, in principio, & Diuus Thom. quarta  
distinctione vigesima septima. Vigle. Gran. super  
Mag. senten. capitulo decimosexto §. septimo, & sic  
dicitur matrimonium a maiori onere, quia femi-  
nis maximē incumbit officium educandę prolis  
in vtero & extra, donec per se quodammodo stare  
possit, & hinc inquit tex. in capitulo ex litteris, extra  
de conuer. infidel. quod mater ante partum est o-  
nerosa, in partu dolorosa, post partum laboriosa, de  
quo etiam per Goffred. titulo de sponsa. numero  
decimosexto. At secundum Isido. Matrimonium di-  
citur a matre & nato, quia per hoc efficitur aliqua  
mater nati. Alij autem dixerunt matrimonium dici,  
quasi matrem muniens, quia mulier per matrimo-  
nium habet iam a quo muniat, & defendatur, scilicet  
virum. Vel dic matrimonium, quasi matrem  
monens, ne virum derelinquat alteri adhærere. Vel  
matrimonium quasi materia vnus, qui in eo fit cō-  
iunctio ad prolem materialiter educandam: prima  
tamen allusio est communior, & magis recepta.

Dicitur præterea matrimonium, connubium, &  
coniugium, quasi a coniunctione mutua. Item &  
confortium, licet vltimum magis conueniat seruis,  
inter quos proprius est contubernium, vt inquit  
glo. tertia. Institutio. de patr. potest. & sic matrimo-  
nium diuersimodē dicitur diuersis ex causis: propte-  
rea quod ratione essentię, idest coniunctionis ma-  
trimonium dicitur coniugium, ratione causę, idest  
desponsationis, vel consensus matrimonium dicitur  
nuptiæ, ratione finis, idest proles, dicitur matrimo-  
nium, vt declarat Silue. de Prier. in verbo, matrimo-  
nium. l. in principio.

2 Matrimonium a Doctoribus communiter sic  
diffinitur, vt sit viri, & mulieris coniunctio indiui-  
duam vitę consuetudinem continens, diuini hu-  
manique iuris communicatio, capitulo secundo, vi-  
gesima septima quæstione secunda, ibi glo. in ver-  
bo, retinens. Innocen. in capitulo tertio, de sponsa.  
& Impera. Institutio. de patr. potest. in principio, iun-  
cta. l. prima. ff. de ritu nupt. & quamuis per diffini-  
tionem per Imperatorem traditam Institutio, mi-  
nimē sint appositā verba illa, diuini humanique iu-  
ris communicatio, tamen supplēda est lex per alte-  
ram legem, & vetus ad nouam legem debet trahi, l.  
sed & posteriores. ff. de legi. & l. non est nouum,  
cum seq. eod. & ex duarum legum coniunctione va-  
lidum est argumentum. l. Gallus. §. ille casus, ibi Bar-  
to. ff. de lib. & posthu.

Dum ergo dicitur in diffinitione, coniunctio, in-  
telligendum est de animorum coniunctione, non  
corporum, cum consensus, non concubitus nuptias  
faciat. l. nuptias. ff. de regu. iur. capitulo matrimo-  
nium, vigesima septima quæstione secunda. Bene ve-  
rum est, quod quoad consumationem matrimonij  
copula carnalis requiritur, capitulo sufficit §. fina.  
vigesima septima quæstione secunda, & hęc secun-  
da matrimonij perfectio effectum de inre diuino  
fortitur. Hinc dicitur ante sequentem carnalem co-  
pulam matrimonium dispensari posse, seu diuidi au-  
thoritate pontificia; consumatum vero carnali co-  
pula



pula per Pontificem dirimi non posse. & ratio est, quia primo casu sortitum est effectum matrimonii ex dispositione ecclesiae, contra quam Papa dispensare potest. Secundo casu ex dispositione diuina, contra quam Pontificis nulla est auctoritas, ut inquit gl.in c. ex publico, extra de conuer. coniug. declarando tamen, ut dicemus infra, colum. septima, ultimo ordine.

3 Et prima perfectio matrimonij, quae solo consensu causatur, significat unionem spiritus inter Deum & iustam animam: Secunda, quae ex carnali copula fit significat unionem inter Christum, & Ecclesiam per carnis assumptionem, de quo Io. primo, & est textus in c. debitum, extra de bigam. & aliquid per glo. & Docto. Insti. de patr. potesta. §. 1. per Siluest. matrimonium primo, col. 2.

4 Et iste consensus debet esse non cohabitationis, quoniam inter fratrem, & sororem matrimonium esset, cum simul cohabitare consensissent, non est consensus in carnalem copulam, quoniam inter Ioseph & Virginem Mariam verum matrimonium non fuit, sed debet esse indiuiduae consuetudinis inuicem habenda, hoc est, ut ita vir se exhibeat uxori, sicut illam sibi exhiberi cupit, ita ut vir nec sine uxoris consensu religionem profiteri, vel ordinationibus vacare possit, ut inquit tex. in d. c. sufficiat. & iste consensus (licet multi contrarium dixerint) etiam in loqui valentibus nati, alijsve iudicijs manifestari potest, propterea quod multae sunt, quae verbis exprime- re receduntur astantium praesentia, ut inquit gl. in c. tuae fraternitatis, extra de spons. vbi Abbas hoc communiter teneri asserit. & licet tex. in c. cu apud. eo. tit. dicat quoad ecclesiam necessaria esse verba in matrimonio contrahendo, limitando in mutis, qui cum loqui nequeant, sine verbis matrimonium contrahere possunt, de quo in l. mutus. ff. de iu. do. tamen intelligendum est hoc propter aequipollens impleri posse, verba enim ad exprimendum consensum requiruntur, qui si aliquo modo exprimat factis est. l. si ita. ff. quan. dies leg. ced. & l. vltima. §. vltimo. ff. mand. Siluest. in verbo, matrimonium, il. n. 3. & melius in verbo, matrimonium, il. 2. sub nu. 7. Dida. Couar. in epito. de sponsa. in 2. par. c. 4. col. 1. & 2. quem refert etiam Viuius in recollect. commu. opinio. verbo, matrimonium, q. 488. & ante omnes gl. in c. tuae, quae a prima opinione recedere videtur, ut ibi notat Host. Ant. Card. Abbas, & Prapo. & Io. de Imo. in repe. illius cap. col. 7. Doct. c. cum apud, ibi Abbas gl. Host. Alex. consi. 146. col. 8. volu. 5. & Arret. consi. 13. col. 2. attestatur de communi, Boeri. decif. 1. nu. 18. & consi. 40. nu. 21. Soci. iun. consi. 29. col. 2. vol. 2. & Diuus Tho. distin. 27. q. 1. art. 2. du dicit, verba requiri, signa, tamen verbis aequalere, sed de hoc nos infra dicemus suo loco.

5 Propterea consensus iste debet esse certus non errans, siquidem error matrimonium impedit, nil. n. consensui est magis contrarium, quam error. l. si p errorem. ff. de iurif. om. iud. pro cuius intelligentia sciendum est, quadruplicem esse errorem, personae, conditionis, fortunae, & qualitatis. Personae quoties crederem cum Berta contrahere, & cu Seia contrahere,

veluti quia per procuratorem contraheret, aut noctis tempore. Conditionis, quoties me cum libera contrahere putarem, & seruum ducerem. Fortunae, quoties me cum diuite contrahere putarem, & inops esset. Qualitatis, quando me pulchram ducere putarem, & cu deformi me contraxisse reperirem. Primi duo errores vere matrimonium viciant, vltimi vero non. Ideo si cum virgine me contrahere credebam, & corrupta reperiatur, matrimonium non soluitur, quia error qualitatis esset, ut probat tex. in cap. 129. q. 1. Hinc dixit Spe. tit. de test. in inte. nu. 5. quod si minor contrahit matrimonium cum vetula exdentata, non potest petere restitutionem in integrum.

Item debet esse talis consensus liber, aliis matrimonium esset nullum, adeo vt licet alteri contractus metu facti valeant. §. 1. Insti. de excep. quia voluntas coacta, voluntas est. l. si mulier. §. penu. quod met. cau. licet detur restitutio, vt ibi, tamen ab initio matrimonium metu contractum est nullum ipso iure, c. cum locum, vbi Abbas, extra de spons. atque ideo si iuuenis nocte in lecto deprehensus cu puella eam accipere cogatur, matrimonium est nullum, nisi nouo consensu concilietur. c. veniens, extra de sponsa. declarat. In. in l. si Titia, col. penul. ff. de ver. bo. obli. Nec ob. quod auxilium dari non debet ei, qui se posuit in necessitate, l. si mulier, in prin. ff. quod met. cau. quoniam respondetur, illud in proposito limitari, ne maius malum sequatur, siquidem vir posset uxorem quam duxisset inuitis interficere, vt inquit gl. post tex. in d. c. cum locum, & sic in summa adesse consensus debet cu libertate, vt late dicemus infra. col. 3. pen. ord. clandestina enim matrimonia improbantur inhihenturque sacerdotibus eis interesse, & qui asserit talem dispositionem, probare debet cum de occultis ecclesia non iudicet, ca. 1. & 2. vbi gl. ac toto tit. extra de cland. desp. & nos infra. Debentque esse per verba de praesenti expressus, aliis si dicerem, accipiam te in mea uxorem, sponsalia sunt l. 1. cum seq. ff. de spons. & diximus col. sponsalioru, supra Dicitur maris, & foeminae, quoniam in eodem sexu matrimonium non consistit. l. cum vir nubit in foemina. C. de adulte. Item dicitur maris, & foeminae in singulari, quoniam nullus plures viros, nec vna plures viros habere potest. §. affinitatis, cum seq. Insti. de nup. Nunquam enim fuit licita antiquis patribus polygamia, vt per D. Bonauen. Riccar. Scot. & Theolo. 4. sent. dist. 33. & licet aliquando diuina reuelatione, & dispensatione ante legem Moysi vnus habuerit plures viros, vt legitur de Abraham, Jacob, & alijs, vt habetur in cap. gaudemus, de diuor. tamen illud fuit peculiari diuina dispensatione intrinsecus per reuelationem factam. Nec ob. quod dispensatio in lege naturae circa huiusmodi non reperitur scripta, quia talis debet esse dispensatio, qualis est lex, si ergo lex naturae scripta est in cordibus hominum, ita debet esse eius dispensatio, vt declarando respondet Vigle. Grana. cap. 16. §. 7. vers. 12. nu. 215. post Magist. senten. & Diuum Thom. q. 1. art. 2. Io. May. q. 1. in 4. senten. dist. 33. Palud. 1. art. 1. Did. de spons. c. 7. in 2. par. §. ibi de comuni. Ambro. Catari. lib. 5. Contra. Caieta. cap. de matrimo.

mo. & id confirmat Colenien. concilium, explicans dispensationem hanc a summo Deo necessam fuisse ad praeuocandum vni viro, scilicet Christo plures viros, scilicet sinagogam, & gentium multitudinem, veluti in vno corpore esse iungendos, nunquam tamen etiam per dispensationem diuinam vni viro licuit plures habere viros: est enim contra principalem matrimonij fidem, nempe prolis bonum: nam multitudo virorum prolis bonum impedit, vt in metricibus patet, vt cum vir sit caput mulieris, teste Diuo Paulo, esset monstrum, si vnum corpus multa haberet capita, de quo per Diuum Bonauen. in 4. distin. 2. arti. 3. quae est. 1. Diuus Thom. 1. & 3. quae est. 100. art. 8. Duran. quae est. 3. Castren. lib. 2. de l. peni. cal. §. 2. prin. Ioseph. Angl. Vale. super Mag. senten. in 4. dist. 33. arti. 1.

7 Dicitur indiuiduam vitae consuetudinem continens, quia a principio huius debent esse animi, vt nunquam matrimonium diuidant: licet ex post facto interdum hoc contingat, vt Insti. de nup. §. si vxor. & toto tit. ff. de diuor. & dicebat Gul. quod debet intelligi de matrimonio consummato per carnalem copulam: quia ante posset separari in casu religionis, vt infra dicemus. Sed pro intelligentia sciendum est, quinque iura considerari, primum forum quo cautum est libera esse diuortia etiam sine causa. Secundum ius Codicis, quo ex causis quibusdam tantum diuertere licebat. Tertium ius Authen. redditae sunt pauciores. Quartum iure scilicet alio Authen. pauciores quoque redditae sunt. Quintum vero est ius canonicum, quod in proposito seruandum est, quod decisum est, nulla ex causa praeter fornicationem, diuortium fieri, & hoc casu matrimonium non dirimitur, sed tantum fit separatio thori. similiter ex causa consanguinitatis: sed tunc non dirimitur, sed per eam nullum fuisse declaratur, vt inquit glo. in Rub. de diuor. & in l. diuortio, in principio. ff. de ne. go. gest. & in l. consensu. §. sin autem. C. de repud. quid igitur importent haec verba, indiuiduam vitae consuetudinem continens, supra dictum est, per tex. in c. sufficiat. 27. q. 2. hoc est, quod huius esse debent propositi, vt a principio simul viuant.

8 Dixi, communicatio diuini iuris, quoniam ambo esse debent eiusdem sectae, vel eiusdem fidei, hoc est ambo Christiani, vel ambo Iudaei. Religionis tamen diuersitas matrimonium non viciat, cum sint ambo eiusdem sectae, vel fidei. l. nemo, & l. ne quis. C. de Iudaeis. l. si legibus. C. de episco. audien. Abbas cap. primo, not. 1. de sponsa. & per hoc excluditur consuetudo, quae cum concubina habetur: licet enim parui inter sit inter uxorem, & concubinam. l. item Labeo. §. 2. ff. de lega. tertio, concubinusque de iure civili permittitur sit. l. antepe. ff. de concub. tamen talis consuetudo diuini iuris communicatione caret: eo enim attento omnis fornicatio peccatum est, iuxta illud decalogi, non mechaberis.

Dicitur humani iuris communicatio, quia vxor forum viri sortitur, ibique est conuenienda, vbi vir domicilium habet. l. de iure, in fine. ff. ad munic. secus in concubina, secusque in minus legitime copulata, vt inquit glo. in l. ff. de ritu nup. & in §. 1. Insti.

de pat. potest. Hancque consuetudinem serui quoque contrahere, & habere possunt, ita tamen, vt seruitia debita patrenis non denegentur. c. primo, & toto tit. extra de coniu. seruo. licet iure civili matrimonium inter seruos non concedatur, Insti. cod. in prin. inter eos enim contubernium contrahitur. l. cum ancillis. C. de in cest. nup. glo. tertia. Insti. de patr. pote.

9 Quo autem iure institutum fuerit matrimonium vide Mag. senten. in 4. senten. ibi Scot. D. Bonauen. Riccar. & D. Thom. qui diuersas videntur tenere opiniones, vt refert Ioseph Angl. Vale. in flos. Theol. par. prima de sacram. matrimo. arti. 2. Tu dicas quod matrimonium institutum fuit ab authore naturae in paradiso terrestri ante peccatum, quando formata Eva de costa Adae Deus duxit eam ad Adam, qui liberè accepit in sociam coniugalem, siue vxorem, & dixit, hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suae, eruntque duo in carne vna, quibus datus dicit Deus, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, licet per anticipationem, secundum August. haec verba recitentur Genes. capitu. 1. & si perseverassent in gratia in paradiso terrestri fuissent honorabiles nuptiae, & thorus immaculatus. Atque ideo ego dicerem, quod origo, & institutio matrimonij dupliciter potest considerari. Prima institutio in paradiso terrestri facta fuit, vt esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiae, ex quibus sine ardore concupiscentiae conciperent, & sine dolore parerent. 2. quae estio. secunda, cap. his ita. Secunda institutio post peccatum Adae, propter carum cepit concupiscere aduersus spiritum, extra paradysum facta fuit ad illicitum motum eliminandum, vt infirmitas humana in ruinam turpitudinis pro-na coniugij honestate exciperetur, vt inquit tex. in c. sicut non omnis, 2. q. 2. & sic matrimonium, quod primo in officium naturae institutum erat, factum est in remedium ad reprimendam concupiscentiam ne esset homo sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus, sed sciret vnusquisque vas suum possidere in honore, & sanctificatione, vnde Aposto. vnusquisque habeat suam propter fornicationem. ita videtur declarare Vigle. Grana. suprad. capitu. 16. §. 7. versic. primo, de quo nos etiam diximus alibi, scilicet, col. contractus inscripta, in 3. articu. ibi videas.

10 Sed animaduerte, quia matrimonij institutio diuersimodè, & pluribus modis considerari potest, & primo considerari potest quoad virginem, & matrimonium est de iure diuino. Secundo quoad motum, vel instinctum, quo homo in foemina mouetur, & econtra, est de iure naturali, Insti. de iure natu. in prin. Tertio quoad consensum est de iure gentiu. Quarto quoad verba, quae hinc & inde exprimi debent, vel quoad alia signa, secundum communem opinionem, de qua supra, & est de iure canonico. c. cum apud, extra de sponsa. Quinto quoad prohibitionem, tunc quoad ascendentes vel quoad primū gradum collateralium, prohibitio est de iure diuino, nec dispensare potest eis Papa, secundum aliquos sal.

saltem de potestate ordinaria, licet videatur posse de potestate absoluta, secundum alios, de quo dicemus in fra. Quo autem ad reliquos gradus est iuris civilis vel canonici. Quo vero ad causam finalem, matrimonium est iuris naturalis, homo enim nubere cupit, ut cum se perpetuum non agnoscat, iuxta eum debere. ff. de ser. vrb. præd. per posteros conferetur. Hinc est magis amari filium a patre, veluti eius conservationem, quam econtra, ut inquit glo. in l. isti quidem, in fine. ff. quod met. cau. & in l. liberorum, in fine. ff. de vrb. signi.

DE DIVISIONE MATRIMONII.

SUMMARY.

- 1 Matrimonium alterum est carnale, alterum spirituale, et equiparatur regulariter.
- 2 In uno casu argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, non procederet.
- 3 Matrimonium carnale, aut est non consummatum, aut consummatum.
- 4 Matrimonium aliud est legitimum, sed non ratum, ratum, sed non legitimum, legitimum, & ratum.
- 5 Matrimonium aliud est verum, aliud presumptum.
- 6 In iure non solum reperuntur matrimonia presumpta, sed etiam sponsalia.
- 7 Matrimonium aliud est putativum, aliud verum.
- 8 Regulariter matrimonium putativum habet privilegia veri matrimonij.
- 9 Matrimonium aliud fit, & contrahitur pure, aliud sub conditione.
- 10 Conditiones in matrimonio, aut sint honeste, aut turpes. Indifferentes, aut impossibiles, secundum aliquos. at secundum alios sunt addenda alia genera conciliatio ibidem.
- 11 Concordatio, & conciliatio opinionum.
- 12 Ad hoc ut conditio quælibet suspendat matrimonium, septem requiruntur.
- 13 Sifuit adiecta conditio super copula, ut si quis dicat, accipiam te in uxorem, si virginem te inuenero, an valeat talis conditio.
- 14 An valeat illa conditio, sum contentus accipere te in uxorem, & desponsare cum hac conditione, ut mihi promittas non esse amplius meretricem.

**Diuisio** matrimonij talis est: nempe, ut matrimonium alterum sit carnale, alterum spirituale. Carnale dicitur illud, in quo carnali copula intercedente vir & vxor intermiscetur, & de isto matrimonio ad præsens dicere nostri est instituti. Matrimonium spirituale dicitur illud, quod sine carnali copula contractum in spiritu consistit: exemplum in monialibus, & alijs, qui Deo virginitatem vouerunt: Ita enim honesta res est matrimonium spirituale contrahere, & ingredi monasterium, sicut matrimonium carnale celebrare, ut

Authenti. de sanctis. Episc. §. sed & hoc præsent. colla. nona. in d. secundum Aposto. perfectior est status virginalis quam coniugalis: quamuis regulariter hæc duo in iure exequuntur, ut inquit glo. vlti. in §. primo. Instit. de nup. & de primo matrimonio loquuntur omnes tituli de nuptijs: de secundo omnes de religiosis tituli loquentes mentionem faciunt, & validum est argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale. c. sicut vir. 7. q. 1. c. quæ Christo. 27. quæstio. prima. c. inter corporalia, de transla. episc. voluit Cardina. in clemen. prima, in §. quem etiam, in tertia quæstio. de concess. præb. vide Bertachi. in verbo, professio, in 1. r. versicu. facit in argu. glo. in cap. aut facta, in verbo, parentem, de peniten. distinctio. prima, quæ dicit quod eadem pœna punitur occidens patrem spiritualem, qua punitur occidens patrem naturalem, quam glo. ad hoc refert & sequitur Paris de Putco in tracta. sindicatus, in 16. car. in tertia col. & hinc etiam dicimus, quando mulier ingreditur monasterium, & religionem, quod tunc contrahit matrimonium cum ecclesia, seu cum Christo. d. c. quæ Christo, cum similibus. & quod a pari procedat matrimonium carnale, & spirituale, optimè facit illa decisio Doctorum volentium, quod si testator in testamento suo relinquit filiam mille, si nupserit, & sex centum si religionem intrauerit, quod si ipsa filia intrauerit religionem, tamen debet habere mille, ac si matrimonium carnale contraxisset, & voluit Ioan. Andre. in additio. ad Specu. titu. de sta. monacho. sub Rub. & canonista. in capitulo, in præsentia, de probatio in vigesima columna. & Bald. in l. secunda, vbi vide Soci. de his, quæ pœnæ nomi. relinq. & Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta, columna septima, versicu. venio ad idem. ff. de verbo. obligatio. & Abbas in repeti. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, col. trigesima prima, de constitutio. Alberi: de Rosa. in prima par. statu. quæst. 105. & quæstio. sequenti. & Bald. in d. c. in præsentia, in 6. col. versicu. sed quid si testator, Ias. in auth. si qua mulier, in 2. & 3. col. C. de sacrosan. eccle. Mathes. in notab. suis 52. quod incipit, nota quod si testator, Hippol. de Marfi. in Rubri. de fideiussu. columna vigesima. Et adeo verum est procedere argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, ut statutum puniens aliqua pœna cognoscentem mulierem nuptam, haberet locum in cognoscete monialem, ita dixit quidam Dionisius de Perusi. in confi. suo 20. incipiente, & si doctrina cœcum illuminet, quem refert, & sequitur Maria. Soci. in cap. qualiter & quando, il secundo, quæstio. octava. articu. penul. quos refert & sequitur in cap. non satis, de simonia, licet istud dictum reprobet ipse Fely. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutio. in 31. col. nihilominus opinio dicti Mariani est communior, & favorabilior ecclesijs, & personis ecclesiasticis, ut inquit Marfi. singu. 215. & hanc opinionem tenet Bal. in capite, causam matrimonij, in vlti. col. de probatio. Hinc etiam dicunt Doctores, quod sicut vitatur matrimonium carnale per metum, ut infra, ita matrimonium spirituale: nempe in ingressu religionis facto

per filium, vel filiam coactè propter reuerentiam paternam vitatur tale matrimonium, & talis ingressus, ita dixit glo. singularis in cap. præsens clericus. 20. q. 3. quam glo. pro valde notabili refert, & sequitur Ias. in §. quadrupli, in 9. col. in fine. Instit. de actio. vbi dicit, illam glo. esse perpetuo not. quia sæpe contingit de facto, quod filia inuitæ, ex quo fortè sunt difformes, aut claudæ, propter reuerentiam patris ingrediuntur monasterium, aut virginitatis habitum suscipiunt, quod per hoc vitatur ingressus, & professio, ita quod sine præuaricatione potest deferri, & deponi, ad quod etiam dicit videndum esse textum in cap. cum virum, & ibi Anani. extra de regu. & Imola in l. si cum dotem, in §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. tex. in cap. 1. ibi gl. & Abb. extra quod met. causa, de quo etiam per Alexan. in d. §. eo autem tempore, in pen. colu. & per Ias. in authen. ingressi, in 1. col. C. de sacros. eccle. pro quibus etiam facit, nam si filia propter nimiam reuerentiam patris iurat, tale iuramentum eam non obligat, ita notab. dixit Bal. in l. etiam. C. ad Velleian. & in l. pactum, quod dotali, in 3. col. in princ. C. de colla. quem refert & sequitur Alberi. Catanus in tractatu suo, violantes, in verbo mulier, in 9. car. in 2. col. & faciunt dicta per Dec. in confi. 219. incipiente, viso puncto, in 3. col. in fine, versu. septimò adduco.

2 In vno tamen casu tale argumentum de carnali matrimonio ad spirituale non valeret, nec procederet, quando esset damnosum, vel contrarium ecclesie, per doctri. Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. vbi dicit, quod si maritus relinquit uxorem suam dominatam, massariam & usufructuariam, donec caste, & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, si ingrediatur monasterium, non perdit legitimum, & tunc cessat d. argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, quia esset contra ecclesiam, quod dicitur pro singulari refert, & approbat Cremen. sing. 141. incipiente, maritus relinquit, & dixit istud dictum fortè non esse alibi.

Et sic habes quod licet valeat regulariter argumentum de matrimonio carnali ad spirituale: interdum tamen non procedit, quia & si in multis conuenientias, & differentias ponunt Ioan. And. & Io. de Imo. in rep. c. tæ, de sponsa. & inter alias differentia est ista, quod licet matrimonium carnale solo consensu, qualitercunque declarato alio modo, quam per verba possit contrahi ut volunt omnes in d. c. suæ, & nos dicemus plene infra in tertia colu. vlti. ordi. tamen in matrimonio spirituali necessaria sunt verba, d. c. quia propter, & c. si quis iusto. §. siua de electib. refert & sequitur Nico. Boeri. decisio. prima, numero septuagesimo septimo, vbi plures alios citat.

Rursus matrimonium carnale duplex est: nempe non consummatum, quod scilicet factum est per verba de presenti sine copula, & consummatum per copulam. Primum, secundum glo. in cap. ex publico, de conu. coniug. significat conformitatem fidelis animæ ad Christum, ut diximus supra, & in

paradiso est institutum: secundum verò significat coniunctionem ecclesie ad Christum per incarnationem, ut diximus alibi.

4 Iterum vtrunque, vel proprie non consummatum, secundum mentem Ray. quem refert Silue. de Prier. in verbo, matrimonium, primo, est triplex, quorum primum dicitur legitimum, sed non ratum, ut est matrimonium, quod contrahitur inter infideles, legali tantum institutione, vel prouinciæ moribus, & ideo istud matrimonium dicitur non ratum, quia sine fide, & dissolui potest dato libello repudij, lege forti, & non lege poli, quam non sequitur. Hinc dixit Augusti. non est ratum coniugium, quod sine Deo est, & habetur in cap. si quis iudat cæ, in fine. 28. quæstio. prima, & in cap. quanto, cum sequen. extra de diuor. Silue. de Prier. matrimonij. 1. numero quinto, Lancello. Instit. cano. tit. quæ matri. imped. poss. §. ex his, Dida. de sponsa. par. 2. cap. primo. §. vnico, numero quarto, Marquar. Sufan. tract. de Iudæ. par. 2. capitulo tertio, nume. 16. vide etiam Abb. d. cap. quanto, ibi inquit, quod matrimonium inter infideles est verum, non tamen ratum, & indissolubile, sicut inter Christianos id contingit propter baptismum, qui indissolubilitate matrimonij ponderatur: nam vbi non est fides Christiana, matrimonium non habet suum significatum, cum matrimonium consummatum denotet vnionem & conformationem, quæ est inter Deum & Ecclesiam per assumptionem carnis humanæ: vnde sicut figuratum est indissolubile: quia carnem, quam Deus assumpsit, nunquam dimisit: ita & matrimonium illud figurans debet esse indissolubile, sicut figuratum: hoc autem cadere non potest in matrimonio infidelium negantium assumptionem carnis. Ideo in eis cessat ratio indissolubilitatis. Secundum est econuerso ratum, sed non legitimum, scilicet quod est inter fideles & legitimas personas, inter quas semper est ratum matrimonium, cum coniugia semel inter eos contracta nunquam solui possint, sed sine legitima solemnitate ecclesie contractum, ut in locis supradictis per Didac. Lancello. & alios. Tertium verò est matrimonium legitimum, & ratum, quod scilicet inter fideles, & legitimas personas, & cum legitima solemnitate contrahitur, ut probatur dicto capitulo si quis Iudaicè, iuncto. c. quanto, & sequen. de diuor. & per Silue. de Prier. Lancello. Dida. Couar. d. c. 1. §. vnico, de sponsa. & alios supradictos, & citatos.

5 Præterea alia reperitur diuisio nempe, ut matrimonium aliud sit verum, aliud presumptum, de quo per Goffred. in summa de sponsa. sub numero decimo sexto, in fine. Verum matrimonium est illud, quod contrahitur inter personas legitimas per verba apta ad matrimonium contrahendum, & nullum subest impedimentum. Presumptum est matrimonium, ut cum inter personas legitimas interuenit tractatus de contrahendo, fidei datio, vel iuramentum, vel promissio, vel si interuenierit verba apta ad matrimonium contrahendum: habet tamen tractatum in euentum conditionis, vel arbitrij alieni, & succedit copula carnalis, in quo casu præsumitur

præsumitur recessum ab omni conditione, vel modo, & generaliter ab omni eo quod matrimonium suspendebat, seu differebat, vt c. commissum, extra de spon. & c. ad infra de cond. apposi. & c. de illis, de eo qui du. in mat. quam poll. per adulte. & c. si significauit, & sic contractus de futuro præcedente cum copula carnali sequenti inducit matrimonium præsumptum, & si deficient verba solita, & statuta ad matrimonium contrahendum, vt in c. is qui fidē, de spon. & c. adolentes, cod. & est in his casibus præsumptio iuris & de iure, immo fictio, quæ non admittit probationem contrariam, vt per Goffred. d. loco. Sed hoc hodie procedere non videtur, sed potius censetur correctum per sacrosanctum Concilium Tridētinum, sessi. 24. de refor. mat. c. 1. ex quo cessat matrimonium, per quod olim fiebat, vel præsumebatur fieri post copulam sponsalia consecutam, vt per Nauar. in summa sua, c. 2. de sacra. ma. tri. nu. 85.

6 Et est aduertendum, quia in iure non solum reperitur matrimonium præsumptum, sed etiam sponsalia præsumpta, & interpretata, vt est in casu, quando ob defectum ætatis inter masculum, & feminā, qui intendebant matrimonium contrahere, non valet vt matrimonium, quia non reputatur consensus legitimus, impediēte ætatis defectu, tunc contrahuntur sponsalia iuris interpretatione, quamuis ex conceptis verbis matrimonium censendum foret, c. vnico. §. 1. de despon. impu. in 6. Dida. Cou. in epit. de spon. c. 3. colu. 1. & 2. vbi nouas dat rationes ad regulam illam, quod non valet vt ago, nec valere debet, vt potest.

7 Est & aliud matrimonium putatiuum ad differentiam veri matrimonij, & est putatiuum matrimonium, quia reputatur coniuges, qui in veritate coniuges esse nō potuerant, vt per Lupum in rub. de donatio. int. vir. & vxor. §. 36. in prin. & regulariter matrimonium verum & putatiuum æquiparatur, vt probatur in c. debitum, de bigam. Hinc dicitur qd sicut per se cundum matrimonium verum contrahitur bigamia sic etiā per matrimonium putatiuum. Item sicut per matrimonium verum contrahitur publica honestas, vt in c. sponfam fratris, de spon. & c. litteras, & c. accessit, de despon. impu. sic etiam per matrimonium putatiuum, vt c. ad audientiam, de spon. Item sicut per matrimonium verum legitimantur filij antea nati, vt in c. 1. & c. tanta, qui filij sint legi. ita per matrimonium putatiuum data ignorantia alterius coniugū, vt est tex. singularis in c. ex tenore, eo. tit. Cassad. de ci. vnica, nu. 5. de spon. & dicebat Lupus, d. rub. in §. 36. qd nō valet donatio facta inter coniuges constāte matrimonio, non solum quando matrimonium est verum, sed etiam si est putatiuum, glo. & Doc. in c. fi. de do. int. vir. & vxor. Iaf. in l. eam quam, colu. 8. C. de fideicomis. & est text. in l. 3. §. videamus, ff. de do. int. vir. & vxor. Ex quibus supradictis infert ibi

8 Lupus ad multa similia, quod. † regulariter matrimonium putatiuum habet priuilegia veri matrimonij, gl. in l. dotale, ff. de fundo dota. & in rubr. ff. sol. mat. & in l. 7. §. si. ff. de priui. credi. & in l. 1. r. C. de do. ob cau. & in l. asfiduis. C. qui poti. in pig. habeat. in

gl. mag. in si. & in §. si aduersus, Insti. de nup. Hinc est, quod res empta ex pecunia dotis, est dotalis. I. si cum dotem §. si. ff. sol. mat. & vxor putatiua in sua dote habet priuilegia dotis tacitæ hypothecæ in bonis mariti, sicut vxor vera, gl. not. in l. asfiduis. C. qui poti. in pig. habeat. & habet etiam alia priuilegia dotis, & quemadmodum vxor vera propter adulterium perdit dotem, sic etiam putatiua. c. plerunque, de donatio. int. vir. & vxor. & l. consensu, in verbo, animum, in fine. C. de repud. de quo per Lupum d. rub. ibi plura ponit exempla post Bal. Nouel. trac. de dote. Campeg. & alios, sed nos infra trac. dotis.

Demum est hic addenda alia diuisio, circa quam matrimonium cadere potest, & consideratur, quātū ad modum, quo contrahitur dupliciter, scilicet quātū ad verba, & signa, quæ in foro causarum considerantur, & quantum ad intentionem, quæ attenditur in foro animæ, & vtroque modo contingit dupliciter, scilicet pure, siue absolute, & sub conditione, purè & simpliciter contrahitur, & celebratur matrimonium per verba de præsentī, & quotiescunq; nulla adijcitur conditio. Sub conditione autem contrahitur quotiescunq; aliqua adijcitur, & apponitur conditio tacita, vel expressa. Tacita puta in sponsalibus, de quibus diximus. Expressa, vt si quis contrahat cum aliqua sub ista conditione, si pater suus erit contentus, & huiusmodi, & non erit matrimonium, donec conditio impleatur, & si nunquam impletur, nunquam esset matrimonium: & quod matrimonium contrahi possit sub conditione, est tex. in c. super eo, & c. per tuas, de cond. appo.

Sed pro perfecta declaratione sciendum, quod conditiones in matrimonio, secundum aliquos Doctores, possunt esse in quadruplici genere, videlicet honestæ, turpes, indifferentes, & impossibiles: At secundum alios Doctores, erunt addenda alia genera conditionum, quæ possunt incidere circa matrimonium. Quædam enim sunt generales, vt si Deus voluerit, si vixerimus: Quædam verò sunt necessariae, sine quibus impediretur contractus matrimonij, vt si est Christiana, aut non affinis, vel consanguinea, & huiusmodi, quam conditionem appellarem necessario subintellectam, quæ conditio non facit matrimonium conditionale, si exprimitur, quia legatum factum sub ista conditione, si hæres adierit hæreditatem, non est conditionale, cum necessariò subintelligatur. I. hæc verba testatoris. ff. de leg. 1. & l. conditiones, & l. aliquando. ff. de condi. & demon. & est communis opinio, de qua Silue. de Prie. in verbo, matrimonium, §. 3. nu. 3. ex quo infertur, quod non est conditionale, matrimonium, vel sponsalia, dicendo, contraho cum tali si consentiat illa in me, vel similia. Idem dicendum est de conditione, si Deo placuerit, dicant quid velint alij.

Quædam vero sunt necessariae in se, vt si sol oriatur cras, vel tali tempore eclipsabitur luna, & isto casu, ex quo conditio omnino est exitura, non facit matrimonium conditionatum, erit tamen in diem, si non intendebant tunc contrahere, sed in tempus conditionis, quia licet stipulatio sub conditione, quæ omnino est exitura, non sit conditionalis, est tamen

in diem ita quod non debetur aliquid, antequam veniat facit. I. hæres meus, in prin. de cond. & demō. & ita vt tenere Diuus Tho. in 4. dist. 28. art. 2. q. 3. quæ refert & sequitur Ioseph Ang. Val. super Mag. sent. in 28. dist. par. 1. concl. 2. & ita tenet etiam Silu. de Prie. in verbo, Matrimonium. 3. sed contrariam opinionem vt refert gl. in c. per tuas, in verbo, præsumendum, in fine, de cond. app. Ideo pro concordia dicas, vt supra, qd erit matrimonium in diem, si non intendebant tunc contrahere: sed in tempus conditionis. Alia opinio quando intendebant tunc contrahere. Intellige si per verba de præsentī, quia si per verba de futuro erunt sponsalia v.g. si in contractu dies sub conditione necessaria, siue contingenti proponatur, vt si dico, contraham tecum qn pater meus morietur: nam isto casu non statim verum matrimonium, sed sponsalia efficiuntur: quia etsi conditio sit necessario futura: consensus tamen non est de præsentī, sed in diem signatam.

Quædam verò sunt impossibiles in se, vt si cælum digito tetigeris, & iste conditiones in matrimonio habentur pro non adiectis, & non vitiant matrimonium, & tales contrahentes sunt veri coniuges. c. si. de cond. appo. & tenet etiam Sotus in 4. sen. dist. 29. q. 2. art. 14. & Angl. dist. 28. vol. 1.

Quædam verò sunt contingentes inhoneste trā id est non contra substantiam matrimonij, vt si furtum feceris, vel occideris hominem, & non vitiant matrimonium, sed habentur pariter pro non adiectis. c. fina. de condi. apposi.

Quædam verò inhonestæ, & contra substantiam & bona matrimonij, vt contraho tecum donec inueniam meliorem, quæ conditio est contra substantiam matrimonij, qd est inseparabile, & ideo si quis contrahat cum intentione aliquando se separandi, seu cum consensu ad tempus vitiat matrimonium, secundum Pet. de Palude, Silu. de Prie. in verbo, matrimonium 4. nu. 5. & c. fi. de cond. app. Intellige tñ & limita ex mente Inn. Ant. & Pan. si talis conditio deducatur in pactum expressum ab vtroq; coniuge, secus si talis conditio sit retenta in corde: aut etiam expressa per vnum reliquo contradicente, aut tacente, vt singulariter voluit Inn. d. c. fi. vbi distinguit, an vterq; consentiat conditioni appositæ contra substantiam, & tunc matrimonium non tenet: si autem contradixit alter, tenet si processum sit ad consummationem eius, & idem dicit si alter tacuit fauore matrimonij, & sic tacens habetur pro contradicente. Idem dicendū de pacto appposito, si generationem proli euites, qd est contra bonum proli, vel si pro questu te adulterandam tradideris, quod est contra bonum fidei.

Quædam verò sunt contingentes & honeste, quæ in matrimonio apponi possunt, & nō apponi, vt si pater meus voluerit, aut si dicas, accipio te in vxorē si dederis mihi centū, & hæc suspēdūt matrimonium, & si diceris, qd ista conditio, si dederis mihi centū, videt, vt non possit apponi in contractu matrimonij, iuxta tex. in l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero. ff. de verbo. obli. ibi Bar. in sumario inquit, qd inter sponsum, & sponfam non valet promissio ex causa lucratiua, qd in matrimonij tempus conferitur. Rñdetur, qd est vt

rum, nisi talis stipulatio fiat causa dotis, vel nisi sub sit iusta causa perendi illud, videlicet in recompensationem nobilitatis aliquid exigat, vt declarat Pan. in c. de illis, de cond. app. & de hoc nos latè diximus trac. sta. donati. col. 1. vl. ord. & dicemus infra, hoc eo. ordine, col. 5. Sed quid si pendente tali conditione vnus ex contrahentibus contrahit matrimonium cū alia tertia persona, sub eadem conditione, quale matrimonium debet præualere? vt illud in quo citius fuit impleta conditio: dic tamen vt per Silu. de Prie. matrimonium. 3. nu. 6. ibi plures opiniones ponit, sed si prius cum vna sub conditione, & postea cum alia pure contraxit, debet remanere cum secunda, Silue. de Prie. matrimonium 3. nu. 10. etiam si sit consanguinea primæ vxoris: quia nulla publicæ honestatis iniustitia orta est, pro quo vide tex. ibi Docto. c. de illis, de cond. appo. An autem, quando conditio contingens de futuro verbo de præsentī appositā impletur, sit ne nouus consensus necessario præstādus, vbi gratia, contraho tecum si dederis mihi centum. Doctores in c. de illis, de cond. appo tenent non esse necessarium tunc nouum consensum, & inter Theologos tenet hoc solus Palu. in 4. dist. 29. art. 5. q. 2. Sed contrariam sententiam tenent omnes Theologi in 4. dist. 28. Quare pro concordia posset dici, vt Theologi intelligant de tacito saltem consensu, sed Canonistæ & alij de expresso, qui consensus expressus non est necessarius, sed sufficit tacitus per copulam, vel cohabitationem. Vel distinguitur inter forum fori, & forum poli. nam ratio est, secundum Theologos, quia cum matrimonium sit sacramentum, nullum sacramentum potest sub conditione concipi: neque enim minister potest sacramenti effectum suspendere: quare vt fiat sacramentum necessarius est nouus consensus: tamen sufficit, vt dixi, tacitus per signa, cum matrimonij consensus sufficiat exprimi per signa, secundum communem opinionem, vt diximus aliās, & dicemus infra. Ideo mihi videtur, vt nulla adfit contrarietas. Hinc est, quod si consanguinei contrahunt cum hac conditione, si Papa dispensabit, adueniente dispensatione, non erit necessitas de nouo contrahere, secundum Cald. quem refert Silu. de Prie. matrimonium, 3. §. 9. & sic sufficit qd tacite de nouo consentiat per signa, tractando eam rāquam vxorem: quia si postea tacite non consentiret, procederet opinio Theologorum, quod opus est consensu saltem tacito. Et in summa conditiones generales non suspendunt contractum. Necessariæ autē semper intelliguntur appositæ matrimonio, nec vitiant istum contractum, siue apponantur, siue non apponantur. Necessariæ verò in se si apponantur statim est matrimonium, secundum Diuum Thom. in quarto, distinctione vigesima nona, quia talia futura iam sunt præsentia in suis causis. Impossibiles autem habentur pro non adiectis, nec vitiant contractum, & similiter inhonestæ tantum: quare nec matrimonium vitiant, nec sponsalia, cap. fina. extra de cond. appo. Sed inhonestæ contra substantiam vel bona, si apponantur, nihil agitur, sed annullant contractum. c. in ter cætera. 2. 2. q. 4. & c. aliquando. 3. 2. q. 2. & c. solet quæri, & d. c. fina. vbi etiam expresse patet

de illa conditione, si te adulterandam &c. tamen si postea talis conditio remittatur, & sequatur copula carnalis, iudicabitur pro matrimonio, & similiter pro matrimonio iudicabitur, si alter tantum coniugium eam ponit, & reliquus contradicit, aut tacet ut d. c. aliquando, & diximus etiam supra. Honestas autem, si apponatur, non vitiat contractum, sed suspendit, usque in euentum conditionis, etiam si fuerit contractum per verba de presenti, ut in c. super eo, extra de cond. appo. & interim si cum alia contrahit, absolute tenet, licet postea conditio veniat. conditio ergo videtur habere vim sponsaliorum, ex quo per matrimonium pure contractum tollitur matrimonium procedens conditionatum. Quod autem inquit summa Pisanella, quod suspendit contractum usque in euentum conditionis, nisi interim consensus de presenti, aut carnalis copula fuerit subsequuta, quia videtur a conditione recessisse, ut in c. de illis, & c. super eo, & c. per tuas, de cond. appo. intelligitur, quod conditio fuit appolita in contractu sponsalium de futuro, ut in d. c. pater, vel de consensu absoluto. Sunt autem prædicta de mente sancti Thomae, Innocentii, Ioan. And. in summa confessio, Siluest. & aliorum, sed tamen notandum est primo, quod ista dicta sunt de conditionibus propriis, id est de futuro, quia si sint de presenti, statim est matrimonium si sunt, vel non est si non sunt, siue sint honestæ, siue non, nisi sint contra substantiam matrimonij, aut bona eius, & de istis conditionibus honestis potest, exemplificare in conditione illa, si patri suo placuerit. Sed dubitant Doctores, quid si pater sit mortuus eo tempore, quo apponitur ista conditio? dic secundum Vinz. non valere matrimonium, quia mortuus non est consensus, neque placitum, cap. si gratiosè, de rescrip. lib. 6. Verum Io. And. distinguit, & melius, quod si iste filius sciebat suam patrem esse mortuum, ista conditio habetur pro impossibili, & non adiecta: quare tenet matrimonium, c. sine, de cond. appo. si vero filius hoc ignorabat, cum animus, & mens sua non esset contrahere de presenti, sed suum arbitrium conferre in alterum, non erit matrimonium. Sed quod si pater sit viuus, & apponatur supra, conditio, & antequam pater consentiat, filium perueniat dicens, est secundum Vuer. non esse matrimonium, quia non videtur, ut debeat dici consensus nisi dixerit quousque pater consentiat; tamen antequam transeat ad secunda vota, compelli debet ut illum accipiat, ex quo semel filius consentit, sub conditione, quæ exitur ex mente Host. Ber. Io. And. & Sil. de Prier. & aliorum facit in ar. c. de illis, de desp. imp. si vero pater primo dissentiat, & postea assentiat, erit matrimonium, secundum Io. And. quia prædicta conditio verificari debet de primo consensu patris per l. huges, §. hoc sermone, ff. de ver. sig. l. hæc conditio, la piccola, ff. de eod. & dem. sed summa Rosel. & melius, in distictis concedit esse matrimonium, dummodo contrahentes, hoc est maritus, & vxor perseverent in proposito primo, ut voluit Card. c. super eo, de cond. appo. Sed quid si pater nec expresse consentit, nec expresse dissentit contradicendo? Card. & aliqui Docto. in d. c. super eo, videntur tenere verum matrimonium;

quia taciturnitas habetur pro consensu favore matrimonij, & hanc opinionem sequitur summa Rosel. Alij autem tenent contrarium, quod immò non sit matrimonium, ut per summam Ang. in verbo, matrimonium, & Silu. de Prier, matrimonium, 3. & est ratio, secundum eos: quia conditio debet adimpleri in forma specifica, l. qui coheredi, §. 1. & l. Meuius ff. de cond. & dem.

11. Ego autem pro concordia & conciliatione dicere primam opinionem procedere in dubio: quando, si non apparet, an consentiat, vel dissentiat: tunc in dubio fauendum est matrimonio: secunda opinio, credo ut procedat, quando sumus ultra taciturnitatem patris, & est etiam aliqua coniectura, ut dissentiat, & sic erit arbitrarij iudicis, meo quidem iudicio saluo semper meliori iudicio, & in hoc & in ceteris meremittens iudicio S. Matris Ecclesie Romanae.

12. Tandem in summa dic, quod ad hoc ut cogitio quælibet suspendat matrimonium, septem requiruntur, quæ ponit Ang. de Clauasio, & refert Sil. de Prier. in hoc inter se concordantes in suis summis, in verbo, matrimonium, & primum est ut conditio sit appolita in principio contractus: nam si primo esset matrimonium contractum pure, & postea apponeretur conditio, non posset cum suspendere, vel rescindere, c. dixit, 3. q. 1. facit quod no. Ant. & Pan. in c. 1. de cond. appo. Secundum, quod in conditione verba expresse consentit: quare si vnus ponat conditionem, si alter expresse non consentiat, quamuis taceat, erit matrimonium purum, ut c. si, de cond. appo. & tenet matrimonium, licet conditio esset contra substantiam matrimonij sequuta copula, ut not. Inp. & Pan. in d. c. si, c. aliquando, 3. q. 2. saltem quo ad ecclesiam, & ratio esse potest: quia cum descendit ad copulam videtur recedere a conditione, ex quo utraq; pars non consentit turpitudini, & ideo caute la est pro mulieribus, ut quando viri apponunt conditiones, tales mulieres taceant: quia erit matrimonium purum, ut docet Ant. & Pan. in c. cum Mattha. de cons. Tertium, quod conditio non sit necessaria futura, de quo dic ut supra diximus: Aut quod non sit turpis vel impossibilis: quoniam habetur pro non adiecta, excepta illa, quæ est contra substantiam, aut bona matrimonij. Quartum, quod non interueniat consensus de presenti absolutus post conditionem, & ante eius euentum, ut in c. super tuas, de eod. app. Quintum, quod non interueniat carnalis copula ante eius conditionis euentum: quia sic statim erit matrimonium, si fuerat contractum per verba de presenti, sub illa conditione, etiam si præcesserat conditionis defectus, dummodo alter esset ignorans: puta quia contraxit, si patri placuerit, & pater contradicit: tamen alter ignorabat hoc, & consentit in copulam, ut no. D. Ant. in c. per tuas, de cond. app. adducens in simili not. in c. ex parte decani, de rescrip. & similiter Hostien. ibidem, quod tamen verum esse intellige, quoad presumptionem fore contentiosam, & etiã in foro conscientie, si ambo matrimonialiter intēdebāt copulā, alias nō.

13. Sed stantibus præmissis antequam veniamus ad sextū, qro, quid si sint adiecta conditio super copulam, si quis dicit, accipio vel accipiam te in vxorem, si virginem

virginem te inuenero, & secuta copula non inueniatur virgo, valebitne talis conditio? & secundum gl. in c. per tuas, de cond. appo. & ibi Præpo. col. pen. videtur dicendum quod ista conditio habeatur pro non adiecta tanquam turpis, & sic erit matrimonium pure, ut est etiam de mente Hostien. Innocent. & Bernar. sed bene verum est, quod de mente Card. d. c. per tuas, & Doctorem, ita distinguendum est, quod si illa conditio ad actum illicitum referatur, scilicet si femina permiserit ab eo carnaliter cognosci, & sequuta copula erit matrimonium, quinimo si fuerit contracta sponsalia sub illa conditione, secuta copula, erit matrimonium, secus si talis conditio referatur ad actum licitum, ut accipiam, vel accipio te in vxorem, si virgo inueniatur per aspectum matronarum atque obstericum, quia ista reputatur honesta conditio, & per consequens debet suspendere matrimonium, & sic poterit apponi, & mulier, quæ mentia est, decepta debet remanere, ut per Siluest. de Prier. matrimonium 3. nu. 8. Arcti. consi. 82. col. pen. Didac. de sponsa. 2. par. cap. 2. in fine. & in dubio intelligi debet de conditione licita: sed ista distinctio posset oppugnari, quia interdum puella cadendo, ludendo frangunt panniculum, & amittere videntur virginitatem, tamen quia hoc de raro contingit, non est considerandum, ideo non discedas à communi distinctione.

14. Sed iterum quæro, quid dicendum est de illa honesta conditione, Sum contentus te desponsare cum hac conditione, ut mihi promittas non esse amplius meretricem, ut contingit interdum de facto, ut refert Bombinus, consi. 3. 1. & huiusmodi conditio non potest impleri, nisi in ultimo vite spiritu, cum viuentem muliere semper possit fieri, & esse meretricem: ideo videtur huiusmodi conditio impeditiua matrimonij, cum opus sit expectare mortem mulieris, & per mortem soluatur matrimonium, & non possit esse inter mortuos matrimonium: ideo Ferrac. caut. 7. & Petrasanta singu. 21. & Abbas, capitu. fina. de cond. appo. & Berard. Bomb. consi. 3. 1. dant pro cautela, ut ad impediendum matrimonium apponatur huiusmodi conditio, ut refert Bombi. de quodam suo amico, qui nimis puellam diligebat, & puella eum fingebat diligere, & tandem inter se concluderunt, ut peruenirent ad rem veneram, qui fuerunt comprehensi in re venera à consanguineis, sed vir statim hilari fronte dixit consanguineis, quod erat contentus eam in vxorem accipere, sed volebat, quod tres testes essent præsentis, & notarius, qui de hoc faciat actum matrimoniale, sicuti fieri solet, & adueniente notario, & testibus, ita dixit, quia puella hæc dedit mihi talem horam, ut cum ea concubitum agerem, ideo sum contentus eam desponsare cum hac conditione, ut mihi promittat non esse amplius meretricem, & sit cautus vir, quod mulier illa conditionem acceptet, & sic non valebit matrimonium, de quo per Abb. in c. de muliere, in secundo not. de sponsa. sed vir debet esse cautus, ut amplius concubitum cum muliere non exerceat, quia censetur recessisse à conditione, ut per Bombi. d. consi.

35. Ferra. 7. & alios.

Sextum requisitum ad hoc ut conditio quælibet suspendat matrimonium est, ut conditio sit proprie non modus, & si vis scire, quæ sit differentia inter contrahere sub conditione, vel modo, aut causa, vel demonstratione, vide supra in trac. donat. in ordi. diuisi & exemplum de conditione est, si dico, vendo fundum istum, si hoc vel illud feceris, alioquin reuocetur. De causa exemplum si dico, vendo quia hoc est, vel fuit. De demonstratione exemplum, si dico, vendo tibi fundum, quem emi à Titio: tamen si contractus fiat sub conditione, non tenet non exta te conditione, ut de matrimonio dictum est, si autem fiat sub modo, statim tenet: sed modo non seruato poterit reuocari. Dicit ergo Vuerua, quem refert Silue. de Prier. quod licet matrimonium, vel sponsalia sub conditione contrahi possint, non tamen sub modo ita scilicet quod illo non seruato dissoluatur, quia si rite fiant non dissoluantur. At secundum Petr. de Palude in 4. idem de modo, sicut de conditione dicendum est, excepto ut infra: nam si est contra ius matrimonij, & apponitur in ipso contractu, vitiat contractum, ut accipio te vt procrees venena sterilis, secus si apponatur statim post contractum: si vero sit impossibilis habeatur pro non adiecto, & pure tenet contractus, ut si dico, accipio te, vt missam celebres, vel coelum digito tangas: si vero sit necessarius habeatur pro impleto, ut accipio te vt moriaris: si vero sit inhonestus, similiter habeatur pro non adiecto & matrimonium tenet, ut accipio te vt fure ris: si vero sit possibilis & honestus, non suspendit obligationem, ut conditio: quia de natura modi est, ut posterius impleatur, tamen tenetur implere celebrato matrimonio. f. is cui imponitur, nisi sit appositum solum eius fauore, ut accipio te cum centum aureis, ut habeas vnde emas tibi fundum: quia non tenetur talis ante, vel post emere, ut l. Titio, ff. de cond. Cum vero in contractu matrimonij sit appositio causæ, siue vera sit, siue falsa, secundum eundem Petr. de Palude, Ang. de Claua. & Silu. de Prier. habeatur pro non adiecta, pure intelligitur contrahi matrimonium, & si militer sponsalia, ut accipio vel accipiam: quia pater tuus desponsauit te mihi, vel me tibi, etiam si hoc non sit verum est matrimonium, vel sponsalia, etiã si causa ponatur in futurum, ut accipio te in vxorem quia dabis decem pro dote, nisi esset necessaria siue contineret impedimentum, puta contraho tecum, quia es libera, quia si esset serua, non valeret matrimonium. similiter contraho tecum, quia es Petrus filius Francisci, & huiusmodi: quia si esset error conditionis, vel personæ vitaret matrimonium, & idem est, quando in tali contractu ponitur demonstratio: quia siue sit honesta, siue inhonestas, siue contraria matrimonio, siue non, siue de presenti, siue de futuro, per se nunquam impedit matrimonium, vel suspendit, sed habeatur pro non adiecta, ut accipio vel accipiam filiam tuam, quæ procurauit venena sterilitatis, vel quæ est sterilis, aut quam audiui esse diuitem, & huiusmodi, quia falsa demonstratio non vitiat legatum l. falsa, ff. de cond. & demonstrat. nec consequenter matrimonium, nisi

interueniret error conditionis, aut substantiæ, vt accipio filiam tuam, quæ est libera: quia si esset ancilla, & hoc ignorabat, non valet matrimonium, & idem si demonstratio referatur ad substantiã, quia error substantiæ, & conditionis impedit, non autem error qualitatis, de quibus supra. Septimum quod requiritur ad hoc, vt conditio qualibet suspendat matrimonium, est vt conditio non sit de præsentia, vel de præterito, sed de futuro: quia si non est de futuro, non est proprie conditio, vt l. institutio talis. ff. de cond. & institutio licet vitiet, si non fuit, vt dicit ibi glo. sed debet esse de futuro. Adde octauum & vltimum, vt conditio sit licita & honesta, quia si turpis haberetur pro non adiecta, vt dixi superius.

QUI POSSINT CONTRAHERE MATRIMONIUM, VEL NON.

S. P. M. M. A. R. I. T. M.

- 1 Impuberes reperiuntur prohibiti contrahere matrimonium ratione ætatis.
2 Proximus pubertati, quis dicatur.
3 Concordatio, & conciliatio opinionum.
4 Habilis ætate, sed inhabilis coitu, an possit contrahere matrimonium.
5 Furiosi & mente capti non possunt contrahere matrimonium.
6 Ebrius non potest contrahere matrimonium.
7 Surdus, mutus, cæcus, & similes, prohibiti sunt contrahere matrimonium.
8 Conciliatio, & concordatio opinionum.
9 Qui vtroque testiculo caret, & qui impotens est ad coeundum, non potest matrimonium contrahere.
10 Concordatio opinionum.
11 Senes, an possint contrahere matrimonium.
12 Frigiditas, & sterilitas in muliere, non impedit matrimonium.
13 Valet matrimonium cum muliere arcta, quæ per incisionem potest fieri apta.
14 An seruus prohibitus sit contrahere matrimonium.
15 An raptor possit contrahere matrimonium, cum rapta.
16 Matrimonium videtur prohibitum inter personas, quæ honeste uxores esse non possunt.
17 Conciliatio, & concordatio opinionum.
18 An possit contrahi matrimonium ab illo, qui iam animam agit.
19 An presbiter possit contrahere matrimonium.
20 Qui sunt minores ordinis, & qui maiores.
21 Presbiter in minoribus ordinibus constitutus, potest matrimonium contrahere, & retinet privilegium clericale, & quæ sint privilegia clericalia.
22 Matrimonium contractum ab illo, qui est in peccato mortali, & excommunicato, valet.
23 Vagabundus, an possit contrahere matrimonium.
24 Incestuosus videtur prohibitus matrimonium contrahere.
25 An possint contrahere matrimonium Iudeus, Infidelis,

- Saracenus, & similes, vt heretici cura Christianis.
26 Ex magna causa potest Papa dispensare in matrimonio cõ infidelibus contracto.
27 Matrimonium tenet inter catholicum, & hereticum.

Matrimonium

contrahere potest, qui potest cõsentire in carnalem effectum, nisi expresse prohibeatur: edictum enim de matrimonio, est prohibitorium. c. cum apud sedem, de spons. Inn. c. 3. de spons. sed vt deamus de singulis, qui prohibiti reperiuntur, & qui non. Primo reperiuntur prohibiti, impuberes ratione ætatis, vt in §. 1. Inst. de nup. c. tuæ fraternitatis, de sponsa. quod intelligitur communiter in masculo ante quatuordecim annos, in femina ante duodecim. §. 1. Inst. qui. mod. tute. fini. & l. minorem. ff. de ritu nup. c. puberes, de desp. imp. & c. attestaciones, eod. & hoc in matrimonio, si quidem sponsalia contrahi possunt in septimo anno, vt dixi alibi. l. in sponsalibus. ff. de spons. Hoc tamen in matrimonio dictum non procedit de iure canonico, quo sola potentia coeundi, seu carnalis copula consideratur. c. puberes vbi canonizat, extra de desp. imp. & sic proximus pubertati, si malitia supplet ætatem, poterit contrahere matrimonium, & proximus pubertati, secundum tex. & glo. in c. continebatur, in verbo, proxima, de desp. imp. dicitur, quando vir attingit decimum tertium annum cum dimidio expleto, & in femina annum vndecimum cum dimidio. At secundum aliam glo. proximus pubertati dicitur masculus, cū est decem annorum cum dimidio, femina cum est in nono cum dimidio. gl. in §. furiosus. Inst. de iur. stipu. & §. in summa. Inst. de obl. quæ ex delict. nascunt. Sil. de Prier. in verbo matrimonium, §. nu. 4.
3 Pro cõcordia posset forsan dici, qd prima opinio in decimotercio anno cum dimio loquens, intelligatur de pubere: nempe, vt proprie sit pubes, quamuis distet per sex menses, quia sex menses non habentur in consideratione, & fingitur completum esse 15 annu, & sic erit perfecta pubertas, & hæc opinio vñ etiam ex mente Ioseph Angl. super Mag. sent. in 4. dist. 36. art. 1. & seq. Alia vero opinio poterit intelligi in proximo pubertati, & sic proximus pubertati, secundum communem opinionem, de qua est attestatur Abbas c. continebatur, de desp. impub. dicitur masculus in decimo anno, cum dimidio, & femina in nono cum dimidio, quia post pueritiã, que contingit in septimo anno, restant septem anni vsque ad pubertatem in masculo. vnde ex quo excedit medietatem illius temporis, videtur magis proximus pubertati quàm infantia, & idem in femina, quæ pubescit in duodecimo anno, intellige, & respectu matrimonij tenet, quod si fuit cognita dum est in decimo vel vltra, satis præsumitur mulier viri potens, vt matrimonium dicatur consummatum: si autem non fuit cognita, non est disputandum de ista proximitate: quia oportet, quod masculus compleuerit quatuordecim, femina autẽ duodecim annos, vt cõsultuit Ale. de Neuo, cõf. 1. nu. 10. & p Abb. d. c. cõtinebat, quis Ant. Hof. c. attestones, dicat resquẽdũ esse

esse arbitrio iudicis, quam opinionem videtur sequi etiam discretissimus Menochi. præceptor meus solemn. & celebri tractatu de Arbi. Iud. libro secundo, centu. 1. cas. quinquagesimo septimo, ibi diffusè, & plenè refert sex Doctorum opiniones circa conclusionem istam, & tandem concludit esse arbitrium, vide eum.
4 Sed quæro vtrum habilis ætate, hoc est quatuordecim annorum, sed inhabilis coitu, possit matrimonium valide contrahere? & dicit glo. in capi. puberes, de despon. impu. quod non, sed Doctores ibi communiter tenent contrarium, vt Panor. refert glossam reprobando, quia ex quo ætas est legitima, nec apparet de perpetuo impedimento, matrimonium tenet, alias sequeretur quoddam impotens ad coeundum propter infirmitatem matrimonium contrahere non posset. itaque iste adolescens debet expectare vsq; ad pubertatem plenam, quæ est 18. annorum, quæ adueniente si generare non posset, & mulier instaret propter dissolutionem matrimonio nij, dissolutio fieri posset, quia tunc præsumeretur esse impedimentum perpetuum, & hæc opinio Doctorum videtur æquior & sequitur Silu. de Prier. in verbo, matrimonium, §. nu. 7.
5 Secundò reperiuntur prohibiti furiosi, & mentecapti. c. neque furiosus. 3. 2. quæst. septima, & cap. dilectus, de sponsa. & ratio est, quia de substantia matrimonij est consensus. c. sufficiat. c. omnis. 27. q. 2. at furiosi non possunt consentire, cum consensu careant arg. 15. q. 1. ergo & c. ita videtur ex mente Magistri in 4. dist. 34. ibi Thom. arti. 4. & facit in argu. l. furiosum. C. qui testa. face. poss. clem. 1. de homi. itaque si furia præcedit matrimonium, impedit illud, & dirimit. Limita tamen, quia aliqui furiosi possunt contrahere matrimonium: scilicet, hi, qui habent dilucida intervalla, vt c. dilectus, extra de sponsa. facit arg. c. quamuis. 7. q. 1. Limita etiam, nisi furor & amentia ob infirmitatem ex post facto & post matrimonium superueniat: quia tunc coniugia, & matrimonia solui non licet. c. hi, qui matrimonium. 3. 2. quæstio. 7. D. da. Couar. in epit. de spons. cap. secundo, nu. 5. & 3. vbi plures citat, & refert, & furor probandus est, quia quilibet præsumitur sanæ mentis. l. 2. C. qui test. face. poss. & l. nec codicillos. C. de codicil. & furor probatur ex actibus, & signis exterioribus, vt per Didac. Couar. d. cap. secundo, de quo vide infra, col. fina. hoc eod. vlti. ordi. ibi plene.
6 Tertio videtur prohibitus ebrius: quia matrimonium ab ebrio minimè contrahi posse videtur ob consensus defectum, si ebrietas illa illum consensum impediatur, ita Henr. Boic. in cap. dilectus, de despon. & Soci. cõf. 47. volu. 3. Deci. cõf. 1. 12. Ripa. l. fi. C. de reuo. dona. q. 22.
7 Quarto videtur in iure prohibitus surdus, mutus, cæcus, & similes: si quidem tales non possunt contrahere, & si contrahunt, non tenet matrimonium, sed dirimitur, secundum aliquos. & ratio assignatur, quia qui nunquam vidit, nec audiuit, nec potest scire, quid sit matrimonium, non potest contrahere, nec consentire in matrimonium, ita videtur

tur tenere Ang. de Claua. matrimonium. 3. imped. 18. Ego autem dico, quod mutus, & surdus, & cæcus non reperiuntur in iure prohibiti, & ideo poterunt contrahere, vt est tex. in c. cum apud sedem de spons. vbi inquit tex. quod mutus, surdus, & ceteri, qui non prohibentur, nec reperiuntur prohibiti, matrimonium contrahere possunt, & reddit ibi rationem summus Pontifex: quia ad matrimonium contrahendum solus consensus sufficit illorum, de quorum quarumue coniunctionibus agit, & quæ verbis non possunt, signis valent declarare.
8 Pro concordia, & conciliatione ex mente forsan Host. Abb. & aliorum ita distinguendum est, quod ille tex. in d. c. cum apud, debeat intelligi de surdastro, & mutastro, & sic de illis, qui possunt aliquantulum consensum suum ostendere, & de his loquitur tex. Inst. quib. mod. non est permis. face. testa. §. ite surdus, qui bene possunt facere testamentum, & sic etiam contrahere matrimonium. Opinio autem Ang. de Cla. debet intelligi de illo, qui nullo modo potest exprimere consensum suum, & in dubio si eēt difficile discernere, an possit exprimere cõsensum necne, hoc casu tutum esset Papam consulere, vt dicit Host. & Pan. d. c. cum apud, quia videtur impossibile, qd si fuit mutus, & surdus a natura, licet in ista natura sentiat quid sit copula, quod sentiat quid sit matrimonium, secundum ius: ergo difficile eēt, quod in illo posset consentire. Hinc dixit gl. singularis, in l. qui id quod §. mutus. ff. de don. qd licet mutus possit donare, vt vult tex. ibi, tamen mutus, & surdus a natura donare non potest, & tamen minoris præiudicij est donatio, quàm matrimonium, & Host. loquit de muto & surdo, nõ de cæco simul.
9 Quintò reperitur prohibitus, qui vtroq; testiculo caret, & qui impotens est ad coeundum, & ad copulam. c. qd sedem, de frigi. & malef. vbi deciditur qd sicut puer, qui non potest reddere debitum, nõ est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur, facit c. a nobis, de desp. imp. & c. his, qui 3. 2. q. 8. Quod quidam sunt castrati, quidam verò casti nati, id est frigidi, & isti non possunt contrahere matrimonium d. c. hi, qui. ibi gl. & si sint impotentes perpetuo, ecclesia dat triennium ad experiendum efficaciter, si impedimentum sit perpetuum, necne. Alij castrati, id est spadones, bene possunt contrahere matrimonium, secundum aliquos. Alij dicunt melius: quæ nec isti possunt contrahere, cum cognoscere vxorẽ non possint, & exiguntur in matrimonio tria bona proles, fides, & sacramentum re, vel spe, vt 27. q. 2. cap. omne. Quare dicas ex mente glossæ, d. c. hi qui, quem sequitur Panormita. in cap. secundo, de frigi. & malef. (quamuis Siluest. de Prier. in verbo, matrimonium. 18. post Angel. de Clauas. dicat communem esse in contrarium) quod si habet virgam erectam, siue resoluat sperma, siue non, est matrimonium, & potest contrahere matrimonium, quia talis satisfacit mulieri, sicut mulier satisfacit viro, siue resoluat, siue nõ, nec requirit se p i matrimonio eẽ liberã pcreatione: qm sufficit, vt qd nõ euitet plẽ. Alex. de Neuo, cõ. 9. nu. 5. Vel dicas 3. q. si frigiditas eãdeo,

vt in illo modo permittat coire hoc est secundum Petrum de Palude, quod sit talis, vt impediatur actus perpetuum, tunc impeditur matrimonium: secus si impediret effectum, & non actum, qui est emissio feminis in vase: nam tunc non esset impedimentum, & ideo talis posset contrahere matrimonium, etiã si esset spado utroque testiculo carens: ex quo enim erigitur virgam, & emittit semen, habet actum generandi, licet non habeat effectum, vt expresse tenet Ange. de Clau. matrimonium. 3. impedimento 19. sed hæc opinio quoque a Doctoribus videtur reprobata, ex quo mulier posset dicere, volo effici materfam. Atque ideo non discedendum est ab opinione illa, quæ est quod qui utroque testiculo caret, est impotens, & inhabilis ad matrimonium, cum non possit generare, & sic deficit vnum ex tribus bonis supradictis. Limitari tamen potest hæc opinio ex mente aliquorum Doctorum, nisi mulier hoc scilicet contraheret cum tali spadone, & impotenti: quia tunc teneret matrimonium, cum hoc introductum sit ad fornicationem euitandam, & sic erunt concordatæ opinioniones contrariæ, & sic erunt communis opinionis Doctorum procedat, quando mulier ignorans contrahit cum tali. Contraria verò opinio contra communem, quando mulier scit impedimentum generationis, & ita videtur etiam conciliare Jacob. Vngar. in additio. ad Ange. de Clau. matrimonium. 3. nu. 11. Dicit tamen Ioseph. Angl. super. 4. Mag. sent. dist. 34. in 9. dubio, quod mulier, quæ nupti eunucho, & libidinosè mutuo osculantur, & amplexantur, sunt in statu damnationis, nisi quoad thorum separentur, quia inter eos non est verum matrimonium, quare eunucho viuente, si alteri nuperit, erit verum matrimonium, cum esse eunucho sit impedimentum perpetuum: secus in viro habente mulierem arctam, quæ per iucisio nem sine periculo referari potest, non vult tamen iuri suo cedere, quia poterit illam sine mortali peccato libidinose tangere, cum sint veri coniuges, ex quo impedimentum est temporale.

11 Sexto quæro, quid dicendum est de senibus, & potest ne senes contrahere matrimonium? Per textum, & rationes supradictas videretur dicendum, quod non, quoniam generare non possunt, & naturali calore defecerunt. Contrarium tamen est verius. I. sancimus. C. de nupt. glo. c. nuptiarum, in verbo, in quibusdam. 27. quæst. 1. quia matrimonium in senibus dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium, vt ibi, & supradicta non intelliguntur de tali impotentia senium, sed eorum, qui facti sunt, & quod perpetuo impotentes sint: rat senes alii quando beneficio mouetur ad coitum, vt docet, & ostendit experientia, & legitur de Masinissa in 86. anno genuisse Mathimatum, Pli. lib. 7. nat. hist. c. 14. Tiraq. de leg. connub. leg. 6. nu. 14. Menoc. de arb. cas. 86. nume. 61. lib. 3. cent. vide eundem, cas. 58. & seq. ibi quis censetur ad generandum impotens esse arbitrarium iudicis inquit, de quo videtur Alexandrum de Neuo, consi. 9. vbi consuluit, matrimonium ex desperatione proli non posse dissolui. Adde, quod qui contrahit cum senec, non est igno-

rans eius naturæ, & sic matrimonium tacite approbatur a muliere absque copula, vel saltem rara.

12 Sed quid dicendum est de mulieribus frigidis, & sterilibus? & ex mente Doctorum omnium dicendum est, quod frigiditatem, & sterilitatem in muliere non impeditur matrimonium, sed bene arctitudo inreferabilis impedit, & dirimit. Ideo concludunt Doctores quod mulier contrahere potest in quacunque ætate senili, vel complexionem, & dispositionem, modo pari possit ingressum viri ad claustrum pudoris. Et si sit lis super arctitudine mulieris statuitur iuramento viri afferentis se cognouisse vxorẽ, nisi ipsa probet oppositum per aspectum sui corporis, vt per Sil. Prier. matrimonium. 6. nu. 1. Et sic notandum est ex supradictis, quod valet matrimonium cum arctitudine, & per incisionem potest fieri apta: sed nisi facta incisione, & si ante incisionem quis ducit eam tunc facta incisione duret, primus consensus sufficit ad matrimonium: si autem non duret, vel de nouo non consentiat in eam, aut eam carnaliter non cognoscat, potest ab ea recedere, & aliam ducere, & si nolit pati incisionem, non est cogenda, si timetur periculum mortis, de quibus vide trigesimaliter quaestione prima, & Summa confes. lib. quarto, titu. decimosexto, de impo. eoe. quaestio ne sexta, & secunda, & sequen. Angelica, matrimonium. 3. impedimento decimosexto. Silue. de Prier. matrimonium. octauo, numero decimosexto, si autem mulier est arctata vni, & apta alteri, secundum Guil. & Docto. poterit contrahere cum illo, cui apta est: sed cum alio, cui non est, non tenet matrimonium de quo vide Summam Confes. dicto loco, quaestio ne nona, & intellige, nisi possit succurrere consilio Medicorum, vt supra dixi, & dicemus late infra, columna fina. hoc eod. ordine. de quo vide etiam doct. Alex. de Neuo, consi. 9. ibi inquit in muliere duo solum esse impedimenta matrimonij, masculinum, & arctitudo, sed in viro multa esse impedimenta.

14 Septimo quæro, an seruus prohibitus sit matrimonium contrahere? & videtur dicendum quod sic, de iure ciuili, quo iure matrimonium inter seruos non conceditur, vt Institutio. de nupti. in princ. ibi glo. 1. & l. cum ancillis. C. de ince. nupt. & in Auth. de nupt. si vero ab initio, col. 4. inter eos enim seruos contubernium contrahitur, non matrimonium. d. l. cum ancillis, glo. tertia. Institutio. de parr. potest. facit similis text. in §. sane, il secundo. de cler. coniug. vbi matrimonium contractum per Sacerdotes, dicitur contubernium, & illicitum: sed ibi improprie vocatur contubernium, vt inquit ibi glo. quia contubernium proprie est inter seruos de iure ciuili. Nihilominus de iure canonico (quod in materia matrimonij debet attendi, iuxta doctrinam in capitulo penul. & fina. de secundo. nupti. Deci. in l. nuptias, num. 7. de reg. iur. Rolan. a Valle, consi. 93. nu. 14. vol. 3.) est matrimonium & contrahitur etiam inter seruos, & potest contrahi etiam inuitis dominis, ita tamen vt seruitia debita patronis, & dominis non denegentur, est text. in c. 1. ac toto titu. extra de coniu. seruo. glo. 1. Institui. de nupt.

Octauo

15 Octauo quæro, an raptor sit prohibitus matrimonium contrahere? dic quod de iure ciuili non potest puella rapta matrimonium contrahere cum suo rapto. l. unica. C. de rap. virg. & etiam de iure canonico, secundum veteres, vt statutum fuit in Calcedoenf. concilio, vt habetur in c. de puellis. 26. quæst. 2.

Hodie secus est de iure canonico, quia potest consistere matrimonium inter raptam & raptorem, vt c. denique, & c. tria. ead. dist. Silue. de Prier. in verbo, lex. §. 10. & est text. in terminis, in c. si. extra de rapto. & intellige, vt ibi, scilicet vt possit consistere matrimonium inter istos, vbi datur libera facultas in contrahendo, ita decernit sacrosanctum conciliũ Trident. sessio. 24. cap. 6. ibi decernit sancta synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, quod si rapta à raptore separata in loco tuto & libero constituta illum in virum habere consentierit, eam raptor in vxorem habeat & c. de hoc, vi de etiam Alex. de Neuo. consi. 8.

16 Nonnō matrimonium videtur prohibitum inter personas, quæ honestè & absque dedecore nostro nobis vxores legitime esse non possunt, vt si nobilis ducat concubinam, scortum, scemicam, & alias vilis conditionis, ita multi Doctores tenere videntur, adeo vt Socin. iuni. consi. 52. nume. 11. volum. 1. dicat hanc esse communem opinionem, & ab ea non esse recedendum asserat, vt refert ad longum Duen. reg. 348. in 2. limita. & reg. 350. in 8. fallen. Marcus Mantua Apophtheg. 100. Aldobran. §. aliquando, nume. 12. Instit. de nupt. & facit text. in l. imperialis. C. de nupt. §. præsentis. text. in terminis, in l. humilè. C. de ince. & in uul. nupti. & facit text. in Auth. qui. mod. natu. effi. legi. in §. sed aliud. Ruyn. consi. 8. nu. me. 20. vol. 3. & consilio 92. Curt. iun. consilio 136. Bar. J. 3. C. de nupt. Bar. l. penu. ff. de concu. & l. si rogatus. ff. de manu. iud. Cagn. l. si qua illustris. C. ad Orf. num. 6.

Contraria tamen opinio est communior & verior, vt demonstrat idem Duen. d. reg. 350. in 6. amplia. & hanc opinionem sequitur Ripa. l. si vnquam numero 55. C. de reuoc. dona. Barth. Socin. Matth. de Assi. Cur. Iun. Tiraquel. prout refert ibi Duen. ad locis, & de communi attestatur Villalobos in re colle. commu. opin. in verbo, matrimonium, nume. 47. Lauren. Silua. in consi. 3. nume. 44. & adest decif. Gili. Cassado. decif. vnica, numero 7. titu. de spon. & pro hac opinione est textus in c. inter opera charitatis, de sponsa. vbi sine distinctione personarum permittitur cum publica meretrice contrahere matrimonium, est que charitatis immensæ, & per illum text. ita decidit Cassado. & est text. in c. integritas, in §. fina. & in capi. non est culpandus, 32. q. 1. vbi etiam cum meretrice & persona ignominiosa matrimonium contrahi potest. cap. quemadmodum, versicu. alioquin, de iur. iuran. & meretrice dicitur illa, quæ palam libidinem exercens quaestum facit, cuiusve turpitudine venalis est publice, ut inquit Iureconsul. l. palam, ff. de ritu nupti. Abbas capitulo, cum decoram, de vita & honest. cleri. Dida. Coua. de sponsa.

in secunda parte, capitulo 8. §. 11. ibi declarat plenè referendo quæ dicatur meretrice, & c. in hac secunda opinione tenet decif. Pedemo. 154. Emilia. col. 31. Pau. de monte Pico. §. Titia, cum nuberet. ff. de leg. 2. nume. 66. vbi allegat infinitos Doctores contra Ruy. d. consi. 92. Alcia. trac. presu. reg. 2. pres. 5. nu. 6. Bonacossa trac. de seruis & famu. q. 249.

17 Itaque pro conciliatione & concordia dicas, quod prima opinio procedere posset de iure ciuili, quo iure prohibetur esse matrimonium inter tales, & procedunt textus allegati in contrarium, nempe l. imperialem, & l. humilè, supra d. ut affirmat Cur. Iun. consi. 138. nume. 9. Alia, & secunda opinio, procedit de iure canonico, & de communi attestatur Crauetta consilio 166. nume. 8. Soarez recolle. commu. opin. in verbo legitimus, numero 128. & quod ius canonicum in materia matrimonij seruandum est etiam in terris subiectis Imperio, dicit glo. Instit. de nupt. §. 1. & glo. in §. 1. Instit. de grad. & late Roma. in repe. auth. similiter. in 47. colum. cum sequen. C. ad leg. Falci. & late per Moderniores in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. & cano. in cap. per venerabile, extra, qui filij sint legi Felin. in Rub. de sponsa. col. 2. & ver. 8. Siluan. consi. 3. nume. 32. & est text. ibi Archi. in cap. huic nobis. 2. questio. 3. & quod leges ciuiles non sint allegandæ, nec attendendæ in foro canonico, quando canonibus contradicerent, est text. in cap. 1. 10. distinc. per Docto. cap. 1. de noui operis nunc. glo. in c. si adiutorium, 10. distinc. per Bened. Capr. suis regu. conc. 16. Bene uerum est, quod secundum aliquos Doctores, quando filius duxit vxorem personam inhonestam, potest exheredari & priuari alimentis, vt per Paris. consilio 29. numero 66. libro 3. Menoch. consilio 69. libro primo Decif. Pedem. 154. numero 3. Iaf. pro communi. l. 2. §. quid si pater. ff. soluto matrimo. Ruy. consi. 131. num. quarto, libro quarto, Ioseph Lu. conc. 1. in fine.

18 Decimo quæro, an possit contrahi matrimonium ab illo, qui iam animam agit, dic quod sic, secundum communem opinionem, de qua Emanu. a Costa in l. cum tale. §. si arbitrato, ampli. 4. nume. 2. de condi. & demonst. Soarez verbo, matrimonium, numero 87. & Viuius inter communes opiniones, in verbo, matrimonium, quaestio. 492. lib. 2. de quo per Ioan. Andr. in reg. sine culpa, libro sexto Cy in l. nuper. C. de natu. libe. Bal. in l. Gallus, in princ. quaest. 5. ff. de libe. & posth. Deci. in c. si pro debilitate, numero 7. ff. de offic. delega. Albe. d. l. nuper, Paris. consilio 29. numero quarto, volum. secundo, Prepo. & alij. c. tanta, qui filij sint legi. Didacus Couar. de spons. secunda parte. cap. 8. §. 2. numero 11. & nos dicemus infra, col. 4. §. 12.

19 Vndecimo quæro, an presbyter possit contrahere matrimonium? dic quod si est presbyter in sacris ordinibus constitutus, non potest matrimonium contrahere, quia ordo sacer matrimonium præcedens tanquam habens implicitum notum solenne ex cõstitutione ecclesie illud impedit, & di. imit. capit. si quis eorum, distinc. 42. & cap. erubescant. cap. placuit. cap. lectores, ead. dist. 32. c. 1. 2. 3. de cleri. con. iug. & cap. Ioannes, ibi gl. & Doct. co. & c. 1. & 2. & per

per tot. titu. qui cleri. vel vouen. matrimo. cont. pos. cap. vnico, de cleri. coniug. libro sexto. quod procedit tum in clerico Latino, tum in Græco, licet Græcus possit uti matrimonio contracto, non contrahendo, capitulo, cum olim, & cap. nonne, si quis eorum. 3. 2. distinc. & etiam si crederet ad id se non teneri, cum sit supina & crassa ignorantia, Ioan. And. d. cap. cum Ioannes, in secunda quæst. & etiam si esset depositus ab officio, cap. dictum. 81. distinc. vt no. in capitulo primo, in fine, qui cleri. vel vouentes, licet per degradationem perdat priuilegium clericale, capitulo secundo, de pæn. libro 1. Ioann. Andr. d. cap. Ioannes. tamen sic degradatus non poterit matrimonium contrahere, cum retineat caracterem, capitulo quodquidem. 1. quæstio. 1. Imola & Anto. d. c. Ioannes, de communi. Limita in coactè ordinato ad sacros ordines: nam si coactio fuit abfolutè, caracter non imprimitur, & ideo potest contrahere matrimonium. capitulo maiores. §. fina. de baptis. Idem si non erat doli capax, idest nondum adultus; Vel si non erat baptizatus, cum suscepit sacros ordines. ca. 1. de presbi. non baptiza. de quibus per Capram suprad. loco.

Possit etiam limitari, nisi ex dispensatione Pontificis presbiter, vel monachus ducat uxorem: quia Papa potest dispensare cum monacho, vt ducat uxorem, Ioan. in reg. femel Deo, de regu. iur. in sexto Innocen. in cap. cum ad monasterium, de statu mona. Bal. in l. si filius, ff. de adop. Petr. de Ancha. in cap. 1. colum. 5. de constit. Abbas in capit. ex publico, de conue. coniug. Natta consilio 33. sub numero 4. volum. primo. Si verò est presbyter in minoribus ordinibus constitutus, potest matrimonium contrahere, quia minores ordines non impediunt, nec dirimunt contractum matrimonium. d. cap. primo, & secundo & tertio, cum aliis suprad. ita declarat distinguendo Bened. Capra, suis regu. & conclus. 97. vbi distusè materiam istam pertractat.

**20** Qui autem sint minores ordines, & qui maiores declarat tex. in cap. primo, de cler. coniuga. nempe minores ordines esse infra subdiaconatum, supra verò diaconatum esse maiores, concordat cap. placuit, distinc. 3. 2. ibi placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, secundum priora constituta etiam abstinere ab vxoribus: Cæteris verò clericos ad hoc non cogi, ita declarat etiam Capra, dicta conclus. 97. Potest igitur in minoribus ordinibus constitutus matrimonium contrahere, & si contrahit cum vnicà uirgine, retinet priuilegium clericale, si tonsuram & vestes retinet clericales, capitulo unico, de cleri. coniug. libro sexto. Non tamen retinet beneficium ecclesiasticum, nec illud recipere potest, quia ex beneficio ecclesiastico tenetur quis ad ordinis executionem, ut d. c. unico.

Limitatur, secundum Capram, nisi aliquis accepisset ordinem minorem, puta acolitatum, credens, quod esset sacer ordò, & putando quod teneretur ad continentiam, quia tunc cum ponderetur plus animus, quam effectus, capitulo nuper, & capitulo fina. de biga. non poterit contrahere matrimonium propter affectum intentionis, cum opere subsequuto, ut in si.

d. capitulo. Quod secus est in simplici voto, si quidem continentiam uouens simpliciter, quamuis ex animo obligetur, tamen si matrimonium contrahat, tenebit matrimonium. Nam & si habuerit in animo uouere & solennizare votum, tamen in veritate nõ solennizauit, & sic non deuenit ad intentionis & effectus executionem, capitulo veritate. 8. distinc. hinc est quod tale votum non solenne non dirimit matrimonium postea contractum, vt capitulo vnico, de voto, libro 6. & idem uoluit Ioann. Andr. in d. cap. Ioannes, de cleri. coniuga. in secunda quæstione, & post eum Imola, dicens idem esse, si aliquis proficatur religionem aliquam, quam credit approbatam, & non sit, vt ex hoc non solennizetur votum, per notata in d. c. vnico.

**21** Sed quia supra diximus, quod presbiter in minoribus ordinibus constitutus potest matrimonium contrahere, & si contrahat cum unica uirgine retinet priuilegium clericale, si tonsuram & vestes retinet clericales, non aliàs, quæro quæ sint ista priuilegia, quæ retinet? dic quod sunt duo. Nam si aliquis clericus, puta Franciscus, contrahit matrimonium cum aliqua uirgine, puta Berta, quæ non fuerat corrupta, & prius iste Franciscus non contraxerat matrimonium cum aliqua, amittit priuilegia clericalia, exceptis duobus, uidelicet, quia adhuc retinet priuilegium cap. si quis suadente. 1. 7. quæstione quarta: propterea quod si quis uerberaret talem clericum, manus uolentas iniiciendo, incurreret sententiam excommunicationis, a qua non posset absolui, nisi a Papa, si iniuria esset grauis.

Itè aliud, & secundum priuilegium retinet, vt nõ possit conueniri coram iudice seculari, tam ciuilitèr quam criminalitèr, capitulo si diligenti, de fo. com. peten. & d. capitulo vnico, ibi glo. de cleri. coniug. In alijs omnibus priuilegijs reputatur laicus, ideo ut laicus tenetur ad tales, tributa, & exactiones, & alia munera, de quibus habemus in l. secunda. C. de epi. & cleri. & cap. fina. de uita & honesta. cleri. a quibus eximuntur clerici. Ex quo inferitur, ut talis clericus coniugatus nõ possit neque etiam esse uicarius episcopi, quia iurisdicctio ecclesiastica non cadit in laicum, cap. secundo, de iudi.

Itaque iste clericus coniugatus incedens in habitu, exceptis duobus priuilegijs, reputatur laicus, de quo habetur in cap. vnico, de cleri. coniug. per Capram, d. conclus. 97. numero 65. & melius sub numero 82. cum sequen. Quinimo interdum iste clericus coniugatus, etiam si incedat in habitu & tonsura, amittit supradicta duo priuilegia, nempe quando exercuit per annum artem buffonis, siue mimi, vel histrionis, ut cap. primo, de uita & honesta. cleri. libro sexto. Item quando exerceret artem tabernarij, vel macellarij, & tertio monitus non desisteret, ut clem. 1. de uita & hone. cleri. Item quando faceret homicidium, vel aliud delictum, propter quod incurreret irregularitatem, prout no. in c. primo. de apost. Item, quando immisceret se negotijs secularibus, si fuit ter monitus & non desistat, cū tunc non gaudeat his priuilegijs, cum hoc tendat in opprobrium cleri, ut clericus tonsuratus exerceat negocia secularia.

secularia, glo. in d. c. Ioannes, in si. ibi Imola & per Capram d. conclus. 97.

**22** Duodecimo quæro, an possit contrahere matrimonium ille, qui est in peccato mortali, siue ille, qui est excommunicatus? Et dicendum quod sic; non dubium enim est, quod matrimonium contractum ab eo, qui est in peccato mortali, ualeat & teneat, & de communi attestatur Dida. Couar. in epito. de spons. in 2. par. c. 6.

Sic pariter matrimonium contractum ab excommunicato, validum est, tex. in c. significasti, de eo, q. dux. in matri. quam poll. per adul. Franc. in c. decreuit, de heret. in 6. & in c. 1. col. 3. de exceptio. cod. libro, Feli. in Rub. de sponsa. col. 5. nu. 8. Ioan. Mair. in 4. senten. distinc. 2. 9. ad si. & ita tenet etiam Nauarra, in sua summa, cap. 22. de sacram. matrimo. numero 81. ibi inquit, quod tenet matrimonium contractum ab excommunicato, quamuis peccat mortalitèr, & ideo consuluit vt quærat ante matrimonium absoluoem: quia omnis excommunicatus etiam minori excommunicatione, à percipiendis sacramentis prohibetur, cap. si celebrat, de cleri. excom. mu. minist. & quod matrimonium contractum ab excommunicato teneat, nor. glo. in cap. illud, 95. distinc. & in cap. alma mater, de senten. excommuni. libro 6. ver. sacramentis, & probat hoc optimas tex. in capitulo cum illorum, de senten. excommu. vbi professio facta ab excommunicato, omnino ualida est, quod Abbas idem no. & post eum Feli. dicens eum textum singularem esse, atque idem Feli. cap. fina. colum. secunda de excep. Abbas, capit. veritatis, de dolo & contum. nume. 3. 5. idem in cap. ex publico, de conuer. coniuga. etiam si excommunicatus per scriptum principis ab eo impetratum tempore excommunicationis profiteatur religionem; hæc n. professio ualida est, secundum Ludouicum Gomez. in c. 1. nu. 3. 2. de rescrip. in 6. contra Feli. in d. c. cum illorum, & in d. c. fina. cuius opinio quoad effectum professionis falsa est, ut inquit Dida. Couar. d. cap. 6. de spons. in 2. par. epit. ibi etiam inquit quod matrimonium contractum a petiuro cõtra iuramentum ualeat, & firmum est. c. de illis, de sponsa. & cap. sicut, cod. titu. & glo. in cap. mulieri, de iur. iuran. glo. in capitulo fina. de procu. in 6. actus enim spiritualis, cuius laicus capax est, contra iuramentum factus ualeat, ut notat Imo. in capitulo dilecto, de præben. Dec. in cap. cum accessissent, de consitu. num. 6. Alexã. consil. 16. vol. 3. col. 2. idem Imo. in c. cum contingerat, de iur. iur. nu. 81. immo etiam actus spiritualis, qui in laicum cadere non potest factus contra iuramentum, ualidus est, Abb. d. c. dilecto, ibi de communi, de quo dicemus alibi suo loco.

**23** Decimo tertio quæro, an possit contrahere matrimonium uagabundus? Respondetur quod non, nisi seruatis his, quæ habentur in summa Siluest. de Prier. in verbo, matrimonium, 6. nu. 7. uer. quartu. & melius in Concilio Tridentino, 24. sessio. cap. 7. ibi hæc habentur uerba, Multi sunt qui uagantur & incertas sedes habent, & ut improbi sunt ingenui prima uxore relicta, aliam & plerumque plures illa uicte diuersis in locis ducunt, cui morbo cupiens

sancta Sinodus occurrere omnes ad quos spectat parte ne monet, ne hoc genus hominum uagantium ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiã seculares hortatur, vt eos seuerè coarcent; parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs inter sint, nisi diligentem inquisitionem fecerint, & re ad ordinariam delata ab eo licentiam id faciendi obtulerint.

**24** Decimo quarto uideatur prohibitus incestuosus matrimonium contrahere, qui incestuosus nec etiã poterit exigere debitum a coniuge, de quo uide infra, col. si. hoc eod. ulti. ord. in 1. 2. impedimento, & Ang. de Claua. matrimonium. 3. & in verbo, incestus. §. 5. qui dicit hoc uerum non solum in incestuoso de vxoris consanguinea, sed uniuersaliter, & sequitur Nauarra in suo Enchiri. c. 22. nu. 74. & uidentur tenere ferè omnes canonistæ cum Panor. & Prepo. & c. 1. & 2. de eo, qui cogn. confan. ux. suæ. facit. c. si duo. 3. 5. q. 6. ibi habetur, consanguineos matrimonio coniunctos separari debere, & posse matrimonium contrahere, si iuuenes sunt, significãdo, ut ait glo. indigere dispensatione, si scienter contraxerunt, quæ tamen propter iuuentutem dari potest, facit. c. de incestis. 3. 5. quæstio. 3. ibi incestuosos, nullo nomine coniugij deputandos. facit cap. fina. 3. 5. quæstio. 8. per quæ iura mouetur Nauarra. At summa Rosella hoc uerum esse intelligit, cum quis cognoscat consanguineam vxoris, vel cognoscatur a consanguineo uiri, si est mulier, vt addit Archidia. & hæc est opinio Riccardi Aret. & Diui Thomæ, in 4. distinc. 34. quæst. 1. arti. fina. Sotus distinc. 37. artic. 2. Anto. 3. parte, cap. 4. titu. 1. Siluest. de Prier. matrimonium. 7. impedimen. vlti. Alfonso Castro libro primo de potest. leg. penã. cap. 7. ad finem. Dida. Couar. in epito. de spons. cap. 6. numero quarto in prin. & est communis opinio, de qua attestatur Nauarra, dicto loco, non obstante quod non sit minus, sed maius peccatum, cognoscere proprias consanguineas, vel permittendo se cognosci a propriis, si sint mulieres, quia dicit Archi. quod non reperitur hoc in iure cautum de propriis consanguineis, sed de consanguineis coniugis tantum.

Alij dicunt, quod non tantum maritus iniuriatur matrimonio per incestum cum consanguinea propria, quantum cum consanguinea uxoris, & quod incestus ponit impedimentum non tantum ratione culpæ, quam ratione affinitatis, quam causat.

Ego autè in re tam ualde dubia non audeo meam proferre sententiam, sed si casus eueniret, ego consulerem, ut impetraretur dispensatio, teneo tamen quod super tali impedimento dispensare potest & debet episcopus, si timeatur incontinentia. c. anti. qui. c. in adolescentia. 33. q. 2. c. ex litteris. il primo. de eo, qui cong. conf. ux. suæ, Palud. in 4. dist. 34. q. 1. colam. 3. summa Anto. 3. par. titu. 1. cap. 15. §. 4. Nauarra in suo Enchiri. c. 22. de sacra. matrimo. nu. 75. & hum. 8. 5. ibi inquit, quod episcopus dispensare potest in matrimonio a se prohibito, aut a suo inferiori, imò etiam in impedimento incestus, & in omnibus alijs impedimentis, quæ impediunt, & nõ dirimunt, iuxta mentem, Palud. in 4. dist. 28. q. 2. & summa

Sūma Ant. 4. par. tit. i. c. 16. §. 4. exceptis votis castitatis, & religionis, in quibus etiam ipse non sine magna difficultate & causa dispensat, quamuis Panor. & Præpos. teneant in d. c. 1. episcopum non dispensare in incestu cum consanguinea, sed cum affine, de quo dicemus infra aliquid. col. fi. hoc eo. vlt. ord. in 1. 2. impd. & impe. 5. & ead. col. fin. in 7. impedimento criminis incestus, ibi for san reperies conciliationem opinionum.

25 Decimoquinto quæro, quid dicendum sit de infidelibus, Iudæis, saracenis, & similibus, & hæreticis & Christianis, poteruntne isti contrahere matrimonium, hæc quæstio habet plura capita, & primum caput est, quod inter ipsos infideles potest esse matrimonium, tex. est in c. gaudemus, de diuor. Archi. & alij in c. Iudæi. §. verum, 28. q. 1. Marquar. de Susanis trac. de Iudæ. & Sarac. par. 2. c. 3. nu. 2. etiam si sint dispares in cultu, vt Saraceni cum Tartaris, & Iudæi cum Paganis, nisi prohibeantur aliquo iure positivo, & ex mente D. Thomæ est intelligendum, secundum quod matrimonium est in officium, non secundum quod est sacramentum, vel secundum quod est ordinatum ad prolem secundum perfectionem naturæ, non autem secundum perfectionem gratiæ: atque ideo dicendum est, quod inter eos est matrimonium, sed non est perfectum, hoc est legitimum, sed non ratum, vt declarando diximus in ord. diuis. Ex quo inferitur, quod Iudæus transiens ad sectam Saracenorum non venit puniendus: quoniam cum ambæ istæ sectæ tolerentur à Christianis, si vtrobiq; sint in statu damnationis, non est quoad eos curandum, & cum secta Saracenorum sit minus mala quam Iudæorum, iuxta verbum Domini dicentis, Matth. 11. tolerabilis erit Sodomæ in die iudicij, quam vobis. non est ergo puniendus, qui viâ minus malam eligit, & ita tenet Oldra. confi. 51. & idem repetit Alb. in rubr. de Iudæ. col. i. & Io. And. in addi. ad Spe. rub. de Iudæ. circa fi. Ioan. de Ana. in c. ex speciali, in fine, de Iud. Roma. sing. 687. incipiente, cras Christus, vbi etiam de Christiano faciente se Iudæum, & qualiter puniatur, vide cap. contra Christianos, de hære. in 6. & c. Iudæi, de Iudæ. Aliud & secundum caput est, quod matrimonium infidelium est nullum, si contractum sit contra legē Dei: idest in gradibus prohibitis, Leui. c. 18. Vel contra legem naturæ, secundum Doctores omnes. similiter si sit aliquod statutum contra ea annullando matrimonia, quia licet talia statuta nihil possint contra matrimonium, vt est sacramentum: secus in quantum est fecdus humanum, ex mente Petri de Palude in 4. dist. 39. & etiam ex mente D. Thomæ. Itaq; si tales conuerterentur, necesse foret eos de nouo contrahere matrimonium. Aliud & tertium caput est, quod nullus etiam fidelis & baptizatus contrahere potest cum infideli, idest non baptizato, nempe Pagano, vel Iudæo, vel etiam Cathumino, credente omnes articulos fidei, & si contrahatur matrimonium, nullum est, 28. q. 3. §. ex his. & q. 1. c. caue, & c. cum nō oportet et. c. si quis & nos infra, col. fi. dicemus in septimo impedimento, & ratio est, quia coniugium, quod sine Deo est,

non est ratum, c. 1. 28. q. 1. & puniuntur ita contrahentes matrimonium scienter pena capitis. le. ne quis Christianum. C. de Iudæ. iuxta declarationem traditam per Marqu. de Sufa. trac. de Iudæ. & in fide. par. 2. c. 3. nu. 15. Neque obstat, si diceres oppugnando quod tempore legis Moſis licebat fidelibus contrahere cum infidelibus, præterquam cum Cananeis. quorum conuersionis spes nulla erat, & legitur de Iosepho, qui contraxit matrimonium cum Aegyptiaca, vt habetur Gene. c. 41. & de Moſe cum Madianite, Exodi. 3. quia & si tunc promissum erat tamen tempore nouæ legis, & Evangelij prohibitum est matrimonium cum infideli, quia in tali desunt omnia bona matrimonij, & primum bonum prolis educandæ ad cultum diuinum, quoniam quilibet coniugum niteretur prolem ad proprium cultum inducere. Secundo deficit bonum fidei, quod non est, vt tantum seruetur fides hominibus etiam Deo siue ad Deum, & propter Deum, quia timore & amore Dei seruanda est fides coniugij, quod cessat in infidelibus. Tertium bonum sacramenti, quia non est ibi perfecta significatio Christi ad ecclesiā: ideo fidelis cum infideli contrahere non potest matrimonium. Adde, quia baptisimus est ianua omnium sacramentorum: ille verò qui baptisimi sacramentum non suscepit, non potest suscipere aliquid aliud sacramentum, vt est matrimonium, vt habetur Exod. capitu. trigesimo quarto, & Deutor. 7. vbi Dominus prohibuit dicens, non accipies uxorem filijs tuis de filiabus alienigenarū, ne traducant eos post Deos suos, & de filiabus puellis, ne cum in fidelibus coniungantur decretum fuit in concil. Eli bertano, ca. 16. & concil. Toleta. 109. can. 14. & de his vide Tertullia. lib. 2. ad vxor. & Marqu. de Sufa n. d. trac. de Iudæ. & infidel.

26 Ex magna tamen causa, potest in his per Papam dispensari, secundum Gasp. quia hæc prohibitio est iuris positiuæ, licet Card. teneat oppositum. sponsalia verò sub conditione, si alter infidelis conuertatur, bene valent, secundum omnes Doctores, vt d. ca. caue, & seq. & nota, quod si contrahatur matrimonium cum Iudæa, vel infideli Pagana, non habet locum pena, de qua in Cle. 1. de consa. & affi. secundum gl. ibi in verbo, eos & Cardi. An autem filius natus ex Christiana, & Saraceno, si postea Saracenus fiat Christianus, efficitur legitimus, cum non potuerit tempore natiuitatis esse matrimonium inter eos? vide Docto. in c. tanta, qui filij sint leg. ibi per Abbat. colum. fina. qui tenet quod non efficiatur legitimus natus ex Saraceno, si postea efficiatur Christianus Saracenus, quia matrimonium non potest retrahi ad tempus natiuitatis, secundum Ioan. Andre. de quo vide infra, columna 4. hoc eod. ordi.

27 Ex quibus inferitur, & elicitor, vt matrimonium teneat inter catholicum, & hæreticam, vel scismaticum baptizatum, secundum communiter Doctores, licet peccet contrahens cum tali hæretica. Ideo D. Thom. dicebat, quod hoc impedimentum non dicitur disparitatis fidei, sed cultus, quod scilicet respicit exterius seruitium, atq; ideo requiritur paritas,

tas, quantum ad fidei sacramentum, idest baptisimum. Vnde etiam, secundum Ray. si alter coniugū labatur in infidelitate, reliquus contrahere non potest, siue interueniat copula, siue non, quia in utroque casu fidelis tenetur continere, argu. c. quæstio, de diuor. & in capi. quanto, eo. & c. caue, ibi Io. a Turce Crema. 28. q. 1. post D. Tho. in 4. dist. 29. & Marquar. de Susan. d. tra. de Iudæ. in 2. par. c. 3. Bene verum est, quod potest coniux catholicus, vel catholica discedere a cohabitatione coniugis Luterani, vel Luteranæ, ad suam hæresim inducentis, per capi. 2. de diuor. non tamen nouè contrahere potest, vt per Nauar. in suo Enchi. cap. 22. sub nume. 2. 2. ibi idem inquit, vt possit coniux discedere a cohabitatione, si inducatur ad aliud peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi, ita etiam per Palud. in 4. dist. 39. q. 1. col. fi.

Sed vltimo quæro, an valeat & teneat matrimonium a Christiana cum infideli simulatè baptizato? & dicas quod sic, neque separatur matrimonium, si is ad infidels auferit, nisi illius morte secuta, de quo vide Bero. quæst. fami. quæstione secunda. numero 2. & 4. ubi optimè declarat, & inquit de facto contigisse.

QVÆSITRES IN  
contractu matrimonij.

S Y M M A R I V M.

1. Quid sit res & sacramentum in matrimonio.
2. Res in contractu matrimonij videtur esse corpus coniugum.
1. Pro declaratione huius secundæ columnæ quæro, quid sit res, & quid sit sacramentum in matrimonio? & secundum Hiccard. in 4. dist. 26. artic. 4. quæstio. 2. quem refert Ange. de Claua. Matrimonium 1. nume. 3. & Siluest. de Prier. matrimonium. 1. dicendum est, quod expressio consensus per verba de præſenti, est sacramentum tantum, sed Siluestrina inquit, quod verba exprimentia consensus est forma, & materia sunt actus exteriores tantum, vnde dicti actus sunt sacramentum tantum. Res & sacramentum est uno consensu & mutua obligatione causatum per consensum mutuū per verba de præſenti expressum: hæc enim est respectu significationis exterioris, que est per sensibilia signa, & est sacramentum duplicis rei: scilicet charitatis, quam significat, & dispositiuè efficit, & unionis Christi & Ecclesiæ, quam significat, sed non efficit, ipsa autem charitas est res tantum, & non sacramentum, obligatio uerò interior per mutuū consensum expressa siue coniugatio exterior, est res & sacramentum.
2. Mihi autem videtur (considerando rem ipsam materialiter) vt res in contractu matrimonij sit corpus coniugum contrahantium, super quæ corpora vir & mulier intendunt celebrare contractum ma-

rimonij. Hinc dicebat Abbas in c. pen. de spons. & Feli. in Rub. de sponsa. col. 2. quod dicuntur sponsalia ea, quod futura traditio corporum promittatur, vt refert etiam Dida. in epit. de spons. c. 1. nu. 3. & ex mente etiam D. Thomæ, in 4. dist. 34. q. 1. art. 2. dum inquit, quod in matrimonio datur potestas vtriusque quantum ad corpus & copulam carnalē, & posse coire est de essentia matrimonij: quod tamen declara, vt dicemus infra, colum. 3. & ideo non valet matrimonium inter personam liberam & seruam: quia seruus non potest tradere potestatem sui corporis alteri, idem Thom. 4. sentent. dist. 36. & Abbas c. 2. de coniug. seruo. Nam vir, qui de iure naturali est liber, per contractum matrimonij dat corpus suum mulieri, quæ ante contractum nullum ius in eo habebat: sed supposita donatione & matrimonio, quod est quoddam factum humanum, tenetur uir uxori iure naturali diuino & humano, quibus prohibetur sui corporis alteri, itaque cum vir sit liber de iure naturali & diuino potest dare corpus suum alteri, & sic mulieri, & mulier uiro, & per cōsequēs contrahentes matrimonium obligat corpora sua, & sic corpora eorum est res.

Hinc sacri Doctores Theologi argumentando inferunt in simili ad matrimonium spirituale, si ergo vir, qui de iure naturali est liber, per contractū matrimonij dat corpus suum mulieri, quæ ante contractum nullum ius in eo habeat, sed supposita donatione & matrimonio, quod est factum quoddam humanum, tenetur uxori iure naturali, diuino, & humano, quibus prohibetur communicatio sui corporis alteri, a fortiori vir, qui de iure naturali, diuino, & humano est liber ad matrimonium & celibatum potest dare corpus suum Deo ad seruendum illi in castitate, quod sit per votum, per quod contrahitur matrimonium spirituale ex facto humano, ex quo tenetur iure naturali, diuino, & humano seruare corpus suum immaculatum Deo, & si communicat alteri in actu generationis, iniuriam facit Deo, & donatio & contractus non tenet. vnde Aposto. an nescitis, quod corpora uestra membra sunt Spiritus sancti, & specialiter, tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis, abstinere quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. & alibi expressius, adulescentiores, uiduas deuota, quæ cum luxuriatæ sunt in Christo (hoc est abundantes & pingues effectæ in sequela Christi) nubere volunt, habentes damnationem: quia primam fidem (hoc est promissionem, qua castitatem seruare promittebant) irritam fecerunt, & ex his supradictis apparet quod tam in matrimonio carnali, quam in spiritali, res est corpus, super quod contrahitur matrimonij contractus. Hinc est quod uir sine uxoris consensu religionem profiteri nō potest, nec ordinationibus uacare, nec vxor absque licentia uiri, intellige matrimonio cōsummato per copulam, ut diximus supra, in prin. col. matrimonium in scripta, nu. 4. ibi uide, & nos etiam infra, de quo tamen me remitto iudicio sanctæ matris Ecclesiæ.



DE SVBSTITALIB.  
formalibus & essentialibus  
matrimonij.

S V M M A R I V M.

- 1 De substantia matrimonij est consensus, forma uero sunt ipsa uerba.
- 2 Verba non sunt adeo de forma in matrimonio, ut non possint suppleri per signa.
- 3 An consensus in matrimonio debeat ab utraque parte simul & eodem tempore intervenire, vel sufficiat ex post facto.
- 4 Consensus in matrimonio debet esse de presenti, & debet esse liber non coactus, & metu extortus.
- 5 Filius presens & tacens obligatur ex matrimonio contra factum per parentes suos, & quando procedat.
- 6 Qualis debeat esse iustus metus cadens in constantem virum in matrimonio.
- 7 Metus excommunicationis cadit in constantem virum, si excommunicationis est iniusta.
- 8 Iudicis arbitrio relinquendum est, quis dicatur metus cadens in constantem virum & mulierem.
- 9 Metus in matrimonio ad hoc ut sit iustus, oportet ut sit illatus ab aliquo, non autem veniat natura.
- 10 Metus purgatur interdum per spontaneam cohabitationem.
- 11 Consensus in matrimonio debet esse certus, non errans.
- 12 Concordatio & conciliatio opinionum.
- 13 Consensus in matrimonio non solum debet esse certus, sed patens & non occultus.
- 14 Matrimonium dicitur contractum in facie ecclesie, quando contrahitur in congregatione fidelium.
- 15 Concordatio & conciliatio opinionum.
- 16 Clandestina matrimonia, quare sint prohibita ab ecclesia.
- 17 Matrimonia clandestina hodie sunt nulla, secundum concilium Tridentinum.
- 18 Clandestinum matrimonium potest accusari per eos, qui praesentes fuerunt.
- 19 De substantia matrimonij, seu consensus ad matrimonium est indissolubilis nexus.
- 20 Solum consensus est, qui facit matrimonia, data etiam copula carnali.
- 21 Ad esse matrimonij & ad eius validitatem, non est necessaria ductio ad domum.
- 22 Quae uerba sufficiant, & quae signa ad contrahendum matrimonium.
- 23 In matrimonio uerba semper intelligenda sunt, secundum communem sensum.
- 24 Vtrum contrahatur matrimonium per illa uerba, nunquam te derelinquam.
- 25 Conciliatio & concordatio opinionum.
- 26 An censetur contractum matrimonium per illa uerba, non habeo aliam in uxorem, nisi te.
- 27 Conciliatio & concordatio opinionum.
- 28 An inducatur matrimonium per illa uerba, promitto quod nunquam tibi deficiam.
- 29 De natura intrinseca matrimonij sunt tria, fides, proles,

- 30 & sacramentum.
- 30 An copula seu concubitus carnalis sit de substantia & integritate matrimonij.
- 31 Vtrum contrahere matrimonium ex intentione alicuius finis habentis non per se, sed per accidens, ut diuitie, & pulchritudo, iuuat matrimonium?

**Pro** declaratione huius tertiae columnae videndum est, quid per Doctores scriptum reperitur circa substantialia, formalia, & essentialia matrimonij, & secundum aliquos Doctores duo videntur esse substantialia; quia duo sunt, quae includunt matrimonium essentialiter: nēpe duae personae, quae coniunguntur, & mutua corporis praestatio. At secundum alios, sicut Thomam, dicitur quod multa sunt de integritate, & substantia matrimonij, & inter alia requiritur legitimitas contrahentium: quia aliqua matrimonia etiam facta dirimuntur tanquam nulla, ut dicitur infra col. fi. hoc eod. ord. Hinc dicunt Doctores, quod nubilus etas: nēpe in viro 14. in foemina 12. annorum, est de essentia seu habilitate matrimonij, & si contrahentes non sunt talis aetatis, non contrahitur matrimonium inter eos, sed sponsalia sunt tantum, nisi malitia suppleat aetatem, tex. est cum gl. c. fi. de despon. impub.

Sed animaduerte, quia ista legitimitas personarum in quolibet actu & contractu requiritur de habilitate, & frustra quaeremus de alicuius actus substantia & forma, nisi praesupponeremus personas habiles ad actum, in quo actu & contractu persona semper debet esse habilis & capax, & semper debet intervenire habilitas.

Hinc est etiam quod de essentia suae habilitate matrimonij crit, ut contrahentes sint eiusdem fidei, siue sectae: non autem vnus Christianus, alter Iudaeus & Turcus, ut diximus supra, & si vis scire, quae sint istae personae habiles, & capaces matrimonij, & quae non iude supra col. 1. hoc eod. vlti. ordine. Itaque praesupposita habilitate personarum, iudicamus quae sit materia & forma matrimonij, & de hac re varia sunt opiniones: nam Palud. asserat materiam matrimonij esse ipsos coniuges: Alii dicunt materiam esse consensum contrahentium, & formam uerba, accipio te in meam, ut per Nauar. in summa, c. 22. de sacra. matri. sub nu. 20. Alij dicunt, quod uerba, quae prius proferuntur materiae rationem habent: Verba autem, quae superueniunt formae rationem inducunt: ratio est, quia uerba, quae posterius ab altero coniugum proferuntur uerbis praecedentibus dant esse sacramentale, cum proprie formae sit dare esse rei, & sic uerba utriusque coniugis sunt sibi inuicem materia, & forma. Quare dicendum est, quod ad esse matrimonij duo concurrunt necessarii vnus materiale, s. consensus mutui, ut per Magi. sent. in 4. dist. 27. q. 1. ar. 2. & D. Tho. in 4. dist. ca. q. 1. ar. 2. & summa Siluest. de Prier. matrimonij. r. nu. 3. Nauar. d. c. 27. Aliud formale, s. uerba vel signa. consensum exprimentia, ita uult gl. c. tuas de spon. & c. 1. & c. cum loci, eod. & c. sufficit, & c. esse quippe, 27. q. 2. c. tuas, de spon. duo, Dida. Couar. in epitom. de spon. in 2. par. c. 1. §. unico, cum c. seq. in prin. ibi inquit, quod adeo

adeo est de substantia consensus ad matrimonium, quod nec Summus Pontifex potest condere legem, qua caueatur matrimonium quandoque sine consensu constitui. est igitur de substantia matrimonij ipse consensus: forma uero sunt ipsa uerba, vel signa consensum exprimentia, ut sentit etiam Bal. in in rub. de iust. & iure, & ipsi contrahentes est materia, ut per Palud. in 4. dist. 26. quaest. 4. col. 4. & Adri. in 4. tract. matri. quaest. 1. quos refert Dida. d. cap. vnico, nu. 8. ibi reprehendit glossam in d. c. tua nos, & in c. is qui fidem. de spon. dum incaute loquitur in matrimonio praesumpto ipsum factum esse substantiam & formam, quia uerius est etiam in matrimonio praesumpto ipsam substantiam, & formam praesumi. Nam ille actus, ex quo matrimonium praesumitur, designat substantiam ac formam interuenisse, saltem intellectu, & per consequens consensum uerbis, vel signis declaratum, atque ita reprobatur glossa illa Brunus. trac. de forma fol. 9. col. 4. & Dida. Couar. d. loco. Sed perperam reprehendunt glossas illas: quia glossa illa non discrepat ab eo, quod inquit Dida. & Brunus, propterea quod non dicit illa glossa, quod ipsum factum sit substantia, & forma matrimonij, sed quod ex ipso facto, id est copula subsecuta praesumitur consensus sufficiens, & sic substantia & forma, cum ex signis eliciatur consensus, & sic isti Doctores non bene reprehendunt glossas illas, sed faciunt ad ostentationem.

2 Et animaduertendum est ad illud quod supra diximus, quoad uerba, quia uerba non sunt adeo de forma, ut non possint per signa suppleri: sed possunt adesse signa loco uerborum consensum exprimentium, & hinc dicunt Doctores, quod sine uerbis, uel signis consensum exprimentibus de praesenti matrimonium non contrahitur, ut per Palud. in 4. dist. 27. art. 3. ibi Io. May. quaest. 1. Flore. 3. par. titu. 1. cap. 19. §. 1. & Canonista. c. tuas fraternitatis, de spo. ibi Hof. Anton. Cardina. Abbas, & praepo. Ioan. de Imola, col. 7. Abbas, c. ex parte, nu. 8. & 28. de resti. spoli. glo. in c. sufficit 27. quaest. 2. Dida. de spon. capit. 4. in 2. par. quoniam matrimonium est sacramentum, & de ratione, & natura sacramenti est, ut sit in eo aliquod sensibile signum, atque ideo si patet contrahitur, & dicit uerba pro filio praesente, & tacente, erit matrimonium, quia uerba parentum, & taciturnitas filiorum praesentium, qui cum aliquo signo annunt, aequipollent sensibili signo exprimenti consensum intentionem, & idem est, si per alios contrahatur, dummodo sequatur annulli subarratio, not. gl. in d. c. fina. de despon. impub.

3 Sed quaero, an iste consensus in matrimonio debeat ab utraque parte, scilicet viro, & uxore simul & eodem tempore intervenire, uel sufficiat, quod interueniat ex interuallo? & resolutiue dicas, quod sufficit, ut interueniat ex interuallo, hoc est, quod vnus consentiat hodie, & alius post mensem, ut not. in c. si tibi absenti, de proba. lib. 6. & quod in matrimonio contrahendo non requiratur, ut consensus praestetur simul, & eodem tempore, sed satis sit quod vnus consentiat per prius & duret in eodem proposito, & alterius consensus poterit accedere ex post

facto, tenet Hof. in c. ex litteris, il. 2. de spon. & sentit idem in c. dilectis, eo. tit. ibi uide Alb. idem tenet. Anto. & Card. in c. si inter, eo. titu. & Abb. in c. cum inter canonicos, de electio. & illud communiter tenetur, per tex. & quod ibi not. Archi. Ioa. And. & alij in c. si de procu. lib. 6. idem sequitur Alexand. cons. 154. in fine, vol. 5. & latius consi. 146. 3. col. versic. quia respondeo, eo. vol. 5. post Arch. d. c. fi. & in c. nec illud, 30. quaest. 5. Lupus in repe. rubri. de dona. int. vir. & vxor. in §. 50. sub nu. 20. pro quo facit etiam tex. not. in l. 1. §. sed uerior. ff. de contrah. emp. ubi dicitur, quo interuallum medij temporis non uitiatur obligationem, & ita tenet etiam Nauarra in suo Enchiri. c. 22. de sacra. matri. nu. 80.

4 Aduertendum est tamen, quod iste consensus in matrimonio requiritur de praesenti, hoc est per uerba de praesenti, non de futuro, uel in diem designatam, quia tunc essent sponsalia, & sub conditione, ut diximus supra in ordi. diuisi.

Praeterea sciendum est, quod ad validitatem matrimonij necesse est, ut iste consensus sit liber ratio ne perpetuae obligationis, quae ibi contrahitur, ut in c. requiritur, de spon. non coactus, & metu extortus quia matrimonium contractum metu iusto, & sic non libero consensu, est ipso iure nullum, secundum gl. in l. 1. in fi. de auth. tuto. & uoluit Card. in Clem. 1. in 17. quaest. de consa. & affini. Old. consi. 35. Alcia. consi. 5. nu. 1. Crau. consi. 253. nu. 1. & Doct. in c. consanguinei, de re iud. Bal. in trac. schismatis, in 6. col. & in no. c. causam matrimonij, de offi. delega. per Bar. in l. fi. ff. si quis testa. ali. prob. & per Ball. l. C. eod. si quis aliqui. per gl. in l. si mulier. in §. si dos ff. quod met. causa. Marfil. ling. 347. & refert Abbas in c. cum locum, de spon. ibi attestatur de communi & Viuius in collec. com. opi. uerbo, matrimonium, q. 493. vol. 2. pro qua est text. apertus in c. significauit, de eo qui dux. in matri. qu. pol. per adult. sequitur Siluest. de Prier. matrimonium. 8. nu. 1. qui allegat rationem ex eo sic esse statutum ab ecclesia fauore matrimonij. Ego autem dico, illam esse rationem, quia metus est instantis periculi, uel futuri causa metus trepidatio. l. 1. ff. quod met. cau. cum ergo ex metu & coactione mens perturbetur, non debet ualere matrimonium ipso iure metu & vi contractum, quia agitur de maximo praedicio, nēpe de perpetua obligatione corporum, & animorum. & quauis dicat Card. in c. Abb. quod me. ca. quod matrimonium contractum metu ualet, sed uenit rescindendum per actionem quod me. ca. quemadmodum alij contractus metu facti, tamen eius opinio est eiecta ab oib. Doct. cum tale matrimonium, non ualeat ipso iure, ut dixi, & est speciale in matrimonio ob maximum praediciu. Amplia ut tale matrimonium non ualeat, sed sit nullum de iure diuino, de iure naturali, & ecclesiastico, secundum com. opi. Scoti, D. Bonauen. & Io. Angl. super Mag. sen. 4. dist. 29. quamuis Ricc. Palud. & Sik. de Prier. teneant contrarium. Quam com. opi. amplia & extendit, si ad consensum tractum apponatur iuramentum, quia tale iuramentum in foro iudiciali non erit obligatorium, in foro tamen conscientiae consulendum est, ut impleatur iuramentum, uel saltē a superiore imperet absolutio

nem, de quo per summā confesso. tit. 11. q. 5. lib. 4.

Intellige tamen veram esse communem conclusionem, si metus sit talis, qui cadere possit in constantem virum, ut diximus supra aliis non, ut habetur in c. veniens, il secundo de sponsa. l. metum. 1. & 2. & l. continet. ff. quod met. cau. l. uani timoris. ff. de reg. iur. c. cum dilectus, de his quæ vi, de quo etiam per Alex. in consi. 391. & consi. 161. & seq. & consi. 156. in 5. vol. & consi. 344. & per Dida. Couarru in epist. de spons. par. 2. c. 3. §. 4.

5 Hinc est, quod si filius præfens, & tacens obligatur ex matrimonio contracto per parentes suos. c. unico, de despon. imp. lib. 6. & hoc procedit & inducitur est favore matrimonii, & favore parentum, et si possit hoc casu prætendi metus paternus reuerentialis, qui metus non videtur sufficiens, secus est statutum in alijs consanguineis illius contrahentis matrimonium: quia licet sit tacens ille, qui contrahit matrimonium, non obligatur ex matrimonio contracto per tales consanguineos, secundum Io. And. in c. unico, in nouellis, de despon. impu. in 6. & Abbat. in c. nonne, de præsump. & c. 1. in ult. nota. ext. de matri. contrac. cont. int. eccle. de quo etiam supra diximus.

Sed hoc limita, nisi causa cognita constaret filii vel filiam ob reuerentiam parentum vel alterius ipsorum tenuisse: quia tunc filius, qui tacuit non obligatur tali matrimonio, ut voluit Marfil. singul. 147. & ita dixit Abb. in c. nonne, col. ult. de præsum. & sequitur Felin. ibi, & dicit esse notandum, nihilominus Marfil. dixit contrarium, singul. 347. in cap. matrimonium, dum inquit, quod matrimonium carnale non inuadatur propter metum reuerentialē patris, ut est tex. no. ibi Bal. & Salic. in l. si patre cogente. ff. de ritu nupria. Sed secus est in matrimonio spiritali: quia illud inuadatur propter metum reuerentialē patris vel parentum, ut dixit glo. sing. in c. præfens clericus, 20. q. 3. quam glo. refert & sequitur Iaf. in §. quadruplum, in 9. col. in fi. Insti. de actio. quod inquit esse notandum: quia contingit in facto, de quo nos diximus supra in ordine diuis. ibi uideas.

Sed circa hoc est aduertendum de pulchro & singulari dicto, quod si matrimonium filij est patri aut reipublicæ, aut ad aliquem bonum finem necessarium, poterit pater non metu mortis, vel aliqua uolentia: sed simplici solum iustione filium ad matrimonium compellere, & si filius non contraxerit matrimonium mortaliter peccat: exempli gratia si matrimonium expedit patri, ad euitandas inimicitias, vel ad extirpandas hæreses uel ad totius regni pacem, præsertim si fuerit persona publica, aut princeps, ut per Ioseph Angle. super Mag. sen. 4. distinc. 29. ar. 2. concl. 2. & seq. ibi etiam, quando subditus reneatur aliquo iure contrahere matrimonium, ut quia uirginem uisauit, quam ducere uel dotare tenetur, ut ibi, & nos ibid.

6 Sed stantibus prædictis dubium maximum subortum fuit inter Doctores, qualis debeat esse iste metus cadens in constantem virum ad inuadendū matrimonium? & secundum Docto. Theologos vi-

detur esse quadruplex, seu quadruplicis generis: nempe uel mortis, uel perpetuæ seruitutis, uel perpetui carceris, uel amissionis status, ut refert Ioseph Angle. d. dist. 29. de consensu ad matrimonium libero & coactio, in prin. Tu die ex mente canonistarum, quæ uidetur esse metus cadens in constantem virum, qui illatus cogit quem eligere minus malum ob maius malum sibi imminens fugiendum. Constantis igitur uir erit ille, qui eligit potius rem ipsam agere, cuius agendæ causa periculum instat, quam subire periculum, quod grauius & acerbius est viro prudenti, quam ipsam rem agere, quod exemplificat D. Thom. in 4. sen. dist. 29. ar. 2. Riccar. ibi ar. 1. q. 10. Mair. & Siluest. de Prieri. in uerbo, metus, q. 1. Iaco. Almain morali. cap. 3. Fortun. in trac. de ult. sine, illa. 2. col. 4. colligitur ex Arist. lib. 3. Ethicorum, cap. 1. quos refert Dida. de spons. in 2. par. c. 3. §. 3. nu. 2. & sic metus cadens in constantem virum, erit si quis videat mortem sibi imminere, aut mutilationem membrum nisi cum Catarina contrahat, e contrario autem non erit metus cadens in constantem uirum, si homo diues videt sibi imminere periculum amittendi centum aureos, nisi cum Catarina contraxerit matrimonium, nam iste esset vanus timor: sed si esset metus amissionis bonorum omnium, uel partis bonorum, esset iustus metus, tex. ibi gl. in c. 2. de his, quæ ui. Bar. in l. si ob turpem. ff. de cod. ob turp. cau. Bal. in l. 1. in fi. C. quod met. cau. Goffre in summa, in tit. de his, quæ ui. col. 1. Abbas & alij in c. 2. de his, quæ ui. & c. Gemma, de spons. col. 1. Iaf. l. Titia, col. 3. ff. de uer. obi. Cur. iun. in l. interpositas. C. de transa. & ibi etiam Cyn. ubi inquit quod amissio magne rei est iusta causa timoris, sequitur Cotta in ult. dictio. absentes, arg. l. propter litem, in prin. ff. de excus. tuto. facit tex. in c. 1. in fi. prin. de resti. spo. in 6. & ratio est, quia patrimonium uita hominis existimatur, gl. in l. aduocari. C. de aduo. diuer. iudicio. quam notat Bal. in l. 2. C. de consi. pecu. Abbas, d. c. 2. Hippol. l. 1. §. præterea, ff. de q. nu. 24. pro quibus est tex. in l. illicitas. §. nec tenuis. ff. de offi. præsi. C. teli. Cotta in dictione, pecunia. Esset etiam iustus metus detrusio in carcerem, ut diximus supra, iux. l. q. in carcerē. ff. quod me. cau. quia metus carceris contractum irritat: sed est intelligendum, quod detrusio in carcerem fuit iniusta, tex. cle. 2. de pe. Old. consi. 7. Vel si iusta ad illum tamen actum contrahendi illata. Itaque si quis homicidæ aut proditori nullo prædicto timore pege comminetur cum ad iudicem delatorum, nisi cum Barbara matrimonium contraxerit, iniusto contracto nullum erit matrimonium, secundum Dida. de spons. 2. par. c. 3. §. 4. nu. 15. quia & si iuste poterat is ad iudicem deferri: tamen quia metus ille iustæ delationis ad illum contractum agendum illatus est nullum timorem habenti, ipse contractus est nullus, quia contrahens nullum metum sibi ipsi intulerit, sed metus ab alio fuit illatus. at diuersum esse inquit, quando captus iuste a iudice, qui poterat eum occidere, iudici dixerit, ducam uxorem filiam tuam, si me dimiseris impunitum: erit enim matrimonium validum, immo secundum aliquos, si iudex capto iuste & mortem timenti offerat immunitatem,

nitatem, si matrimonium cum ipsius iudicis filia contraxit, aliàs iuste mortem ei transferendam comminetur, tenebit matrimonium: quia metus non inferatur ad contractum, sed aufertur potius, ut declarat Siluest. de Prier. in uerbo, metus, quæstione sexta, ideo quoad matrimonium potius est considerandum, an metus sit illatus, uel ne, quam quod iuste inferatur, sed secundum aliquos, si iudex latroni suspendendo pœnæ repromissionem promittat hac conditione, ut aliquam in uxorem ducat, tale matrimonium erit nullum: intellige tamen iuxta distinctionem suprad. Idem si homini deprehensio in adulterio aliquis mortem comminetur, nisi cum tali contrahat: quia talis metus est causa matrimonij, tollitque libertatem: secus si adulter sponte se offerat ad contrahendum matrimonium, ut mortem euitet, ut dicta l. nec timorem, & l. isti quidem. ff. quod metus causa. de quo Ioseph Angle. Vale. super quarto Mag. sententiarum distinct. 29. de cons. in libro & coactio, concl. 3.

7 Esset etiam iustus metus, si metus excommunicationis, & iste metus cadit in constantem uirum, quando est excommunicatio iniusta: quia timenda, cap. primo. secunda, quæstio. 3. Ioan. And. Abbas, & alij in cap. cum dilectus, de his, quæ ui. glo. in cap. olim, la 3. de restituitio. spolia. Rota in nouis, decisio. 35. Roma. consilio 369. ibi de communi. Intellige, nisi superior facile adiri possit ad excommunicationem tollendam, quod iudex arbitrat, uerum si excommunicatio est iusta, non excusat eius metus, ut uolunt Doctores, dicto cap. cum dilectus, ibi glo. non est enim metus cadens in constantem uirum is, qui non inferatur ab aliquo: sed is, qui metum allegat sibi ipsi intulit perpetrando ea, quæ digna sunt excommunicatione aliæ pœna. Et hinc est etiam, quod si quis ad mortem damnatus meretricem in uxorem acciperet, minime possit allegare matrimonium esse nullum propter metum mortis: is enim metus a nemine ad illum contractum agendum inferatur, sed ipse eum sibi intulit & eundem metum habebat, ac potius ab eo timor mortis aufertur, quam inferatur, & ideo non est eius excusatio admittenda. facit tex. in l. si mulier. ff. quod met. causa in princip.

Notandum est tamen, quod minor metus censetur iustus in femina quam in viro: propterea quod in feminis a natura inest minor animi fortitudo, & uigor quam in hominibus: atque ideo considerandum est illud, quod constans femina eligeret pensata naturali feminarum prudentia. Hinc dixit glo. in capitulo, cum locum, de sponsa. minorem metum excusare feminaem, quam uirum, ut tenet etiam ibi Præpo. & Abbas, & idem Abbas in capitulo, cum dilectus. de his quæ ui. colum. 2. Anto. in capitulo consultationi, de sponsa. Deci. in cap. fina. de appe. & in l. in omnib. causis. ff. de reg. iur. Rom. sing. 226. Areti. cons. 24. col. 2. Atque adeo Doctores dicunt, quod si iudicis arbitrio relinquendum est, quisnam metus dicatur cadere in constantem uirum, & in constantem mulierem, ut no. gl. communiter recepta in l. interpositas. C. de transac. glo. in c. cum di-

lectus, de his quæ ui. ibi Abbas, Deci. in l. in omnib. causis. ff. de reg. iur. nu. 7. Iaf. in d. l. interpositas, & idē Iaf. in §. quadrupli. Insti. de actio. nu. 54. Cepol. consil. 4. ciui. Nauarra in suo Enchiri. c. 22. de sacramē. matri. nu. 52. Erit ergo arbitrium iudicis, an vir prudens & cōstans eligeret potius id agere, quod timoris causa sit, quam subire periculum, quod imminet. Hoc tantummodo sciendum est non esse metum cadentem in constantem uirum, nec excusare, si quis etiam ob euitandam mortem eligeret peccare mortaliter. Impudens enim esset omnino, qui potius uellet peccare mortaliter, quam ipsam corporis mortem subire, cum nullum maius malum sit quam peccatum, & potius debet quis omnia mala pati, quam peccato consentire, ut inquit August. relatus a Gratiano. c. ita ne, 2. q. 5. c. sacris, de his quæ ui. Et similiter sciendum est, non esse metum cadentem in constantem uirum, si quis eligat etiam ob euitandam mortem veniale contrahere peccatum & culpam, ut no. Abbas d. c. sacris, col. 2. & probatur in c. primum, 2. q. 1. & in c. ne quis, ead. q. D. Thom. in 4. 2. q. 10. ar. 3. Dida. de sponsa. in secunda par. c. 3. §. 4. num. 3.

9 Demum sciendum est, quod ad hoc ut metus mortis vel amissionis bonorum, & similibus impediatur promissionis vim, & sic sit metus iustus, oportet quod ab aliquo homine sit illatus: non autem ueniat & contingat natura vel fortuna, siquidem uotum emisum ab egroto vel existenti in discrimine belli, naufragij, alteriusve periculi, non ex eo est inuadendum, quod timore periculi sit factum, tex. ibi Abb. in capitulo. 2. de renun. & tex. in c. sicut, secundo, de regulis Abb. in c. 2. de his, quæ ui. Siluest. de Prier. in uerbo, uotum, il secundo, §. 12. itaque matrimonium contractum ab existenti in mortis articulo, vel naufragij, prælij, ægritudinis uel periculo, cum cubina & meretrice, non est nullum: quia timore illius periculi sit contractum, quod alias minime contraheretur, quoniam is metus ad illum actum non fuit illatus, ut diximus supra.

10 Non ignorandum est etiam, quod dato ut matrimonium fuisset contractum metu, aliquando tamen metus purgatur per spontaneam cohabitationem tanti temporis, ex qua possit præsumi sublata fuisse timoris causam & spontaneum consensum accessisse, tex. est, secundum Io. And. & Præpo. Inn. Host. in c. ad id, de spons. si quidem mulier, quæ allegat metum, steterit per annum & dimidium cum suo viro uel minori tempore arbitrio boni uiri, ita quod præsumatur liber consensus, non debet postea audiari allegans metum. d. c. ad id, ibi Inn. allegat uersum,

*Effuge cum poteris ne consensisse puteris.*  
arg. c. consultationi, de spons. ideo, secundum eos, cohabitatio per annum & dimidium in illo textu potius ad factum quam ad ius pertinet, quod sentit gl. ibi, & Old. cons. 35. dicit quod per cohabitationem metus purgatur, quando illa cohabitatio contingit, postquam metus recessit, probat tex. in c. i. de his quæ ui. ubi constat metum durare interim, dum durat causa metus, idē no. Cald. col. 1. de his, quæ ui. Bar. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. cau. col. si. dicens contractum factum

factum ab uxore presumi metu gestum, etiam ex in-  
teruallo, si maritus uxorem percussit ex eo quod  
illi contractui nolbat consentire, secus tamen dicitur  
si maritus uxorem ob aliam causam uerbera-  
set, ut declarat Afflic. decis. 246.

Ergo dum durat causa metus, semper presumi-  
tur metus, itaque si iudex timet libertatem con-  
sensus in aliqua femina impediendam fore, id  
agere debet ut mulier illa in loco honesto ac tuto de-  
ponatur, ubi liberè possit consensum suum ex-  
primere, text. in cap. cum locum, de sponsa. pro quo  
vide Crauet. consi. 190. & Cullren. consi. 127. volu.  
1. Alexan. de Neuo. consi. 8. 1. & 2. col. ibi, quando  
raptus vel vis purgeur in matrimonio.

**11** Quinetiam ad validitatem matrimonij de sub-  
stantia illius consensus est, ut debeat esse certus non  
errans: quoniam error impedit matrimonium, si est  
error personæ & conditionis: secus si est error for-  
tunæ, & qualitatis, ut diximus latè supra, in prima  
column. matrimonium inscripta, nu. 4. Hinc est quod  
si quis errat in nomine: puta mutando nomine per  
fraudem, ut in casu cap. tua nos, de spons. ut si dicat  
quis, Franciscus te desponsat, & sit Petrus: tunc ui-  
tiatur matrimonium, ut per Silue. de Prier. matrimo-  
nium. 4. in fi. Consensus ergo debet esse certus. Sed  
quid est dicendum, si quis dicat pluribus fororibus,  
promitto vel etiam iuro, quod unam ex uobis du-  
cam in uxorem, & omnes respondent, placet, dein-  
de unam ex eis cognoscit, an erit contractum ma-  
trimonium cum illa? & uideretur dicendum quod  
non, ratione incertitudinis consensus: & quod non  
sit contractum matrimonium cum illa, uideretur te-  
nere glo. in cap. ex litteris, de sponsa. in secundo, eo  
quia sponsalia fuerunt nulla: quia cum non possint  
consistere ex parte vnius tantum contracta fuerint  
cum omnibus fororibus, & sic nullam ducere po-  
tessit obstant publica honestate, & hoc etiam sequi-  
tur Ioan. Andre.

Contrarium tamen tenet Hostiè. & bene, quod  
imo sit matrimonium, & quod sponsalia a principio  
fuerunt incerta, & sub quadam tacita conditione ac-  
cipiendi, quam elegerit, & consequenter non est na-  
ta publica honestas, sed copula subsequens operata  
est purificationem illius tacitæ conditionis, cap. de  
illis, de condi. appo. quia tunc ipso facto uideatur cõ-  
sentire in istam eligendo illam, & hæc est commu-  
nis opinio, de qua attestatur Anto. d. c. ex litteris, Pa-  
nor. eod. cap. Summa Rosella, Summa Confess. & Pi-  
sanel. Siluest. & alij. & ratio est, quia in dubio non  
debet presumi duplex peccatum, nempe stupri, &  
peruri; sed potius copulam licitam fuisse presu-  
mendum est fauore matrimonij, & illum voluisse  
adimplere iuramentum suum, & matrimonio fauè

**12** dum est. Licet ex quadam, de testi. Si autem vis redi-  
gere ad concordiam has opiniones contrarias: distin-  
gue, quod prima opinio tenenda est post transiitum  
ad secunda vota: opinio autem secunda ante transiitum  
ad secunda vota: opinio autem secunda ante transiitum  
sed hæc distinctio non uideretur recepta: sed cõ-  
muniis est absolute tam ante, quam post. Sed que-  
ro, quid si quis iurauit se ducturum unam de certo  
loco, denique vnã cognouit, & secundum Hostiè,

non erit matrimonium ratione incertitudinis, &  
consensus uideatur fuisse nimium generalis.

**13** Adde supradictis, quod talis consensus in matri-  
monio non solum debet esse certus, & non errans:  
sed debet esse patens non occultus, clandestina. n.  
matrimonia improbata esse uidentur, inhihentur-  
que sacerdotes eis interesse, & qui asserit talem de-  
spõsationem, probare debet, cum de occultis non  
iudicet ecclesia. cap. 1. 2. & 3. & vlti. de cland. despon.  
& notandum est quod clandestinum matrimonium  
dicitur tribus modis, secundum glo. in capit. fina.  
in verbo, clandestina, de cland. despon. & glo. in §.  
seruum quoque, Insti. de nupt. in verbo, illicitas, &  
primo modo dicitur clandestinum matrimonium,  
cum non habentur testes, ut in cap. pen. eodem tit.  
de cland. despon. Secundo, cum non sit cum solemnitate,  
30. quæstio. 5. cap. aliter, quæ sunt, primo ut  
mulier petatur ab his, qui habent curam eius, secun-  
do, ut a propinquis sponsetur, & legibus dotetur.  
Tertio, ut suo tempore a sacerdote benedicatur.

Quarto, ut a paranimphis secundum consuetudinẽ  
custodita congruo tempore a proximis petita legi-  
bus dotetur, ac solemniter accipiat, ut biduo vel  
triduo orationi vacantes castitatem custodiant. Ad  
de quintum, quod ante publicè in ecclesijs banna  
proponantur per presbiteros præmissis tempore  
competenti, ut legitimum impedimentum oppo-  
nat, qui uoluerit, capita. fina. de cland. despon. Sed de  
hoc expressè disponitur sacrosancto concilio Tri-  
dentino, sessio. 24. ibi traditur forma in matrimo-  
nio celebrando, & illa forma seruanda est, adhuc ut  
matrimonium ualeat. Tertio dicitur clandestinum,  
quod sit contra tenorem constitutionis. d. cap. fin.  
nempe non præmissa denunciatione, Abbas ibi asse-  
rit ex ratione illius textus, hoc matrimonium non  
dici clandestinum, cum publicè contrahatur. idem  
uult Ioan. Lupus in tracta. de matrimo. folio 6. co-  
lum. 4. Siluest. de Prier. in sua summa, in verbo, ma-  
trimonium secundum & hanc opinionem moribus  
receptam esse inquit Didacus de sponsa, par. secun-  
da cap. 6. nume. 10. & Palud. in 4. senten. dist. 28. q.  
2. art. 3. ut dummodo matrimonium fiat in faciem  
ecclesiæ, non possit clandestinum appellari, ex men-  
te Ioan. And. in addi. ad Specu. titu. de cland. despon.  
Inno. d. c. fina. Oldra. consi. 256. facit cap. quod non  
his, de cland. despon. & cap. constitutus de relig. do-  
mi. f. & matrimonium dicitur contractum in fa-  
ciem ecclesiæ, quod contrahitur in congregatione  
fidelium, idest multitudine hominum Christiano-  
rum, secundum Abba. & Præpo. dicta capitulo fina-  
li, de cland. despon. & Mair. in quarto, distinct. 27.  
quæstione prima.

Vel dic, quod ad hoc ut dicatur contrahi matri-  
monium in faciem ecclesiæ, sufficit præsentia co-  
gnatorum, & uicinorum, & idoneus testium nume-  
rus, iuxta Panormita. communiter receptum in ca-  
pitulo, cum inhihitio, de cland. despon. de quo  
etiam per Nauar. capitulo uigesimo secundo, de sa-  
cramen. matrimo. num. 70. seruanda tamen est for-  
ma concilij Tridentini, ut supra dixi, per quod con-  
cilium Trident. uidetur contrahi in faciem eccle-  
siæ,

si, si trina denunciatione præmissa contrahatur co-  
ram parcho, vel eius locum tenente, vel duobus, vel  
tribus testibus, ut dicitur ibi. Aduerte tamen, quod  
dato quod matrimonium contraheretur clandestine,  
nihilominus tenet matrimonium quoad eccle-  
siam, ut uideatur innuere, & uelle suprad. Concilium  
Tridentinum, c. 1. sessi. 24. ibi in illis uerbis, tametsi  
dubitandum non sit, clandestina matrimonia libe-  
ro contrahentium consensu facta rata & uera esse  
matrimonia, &c. tamen filij nati inde detecto im-  
pedimento consanguinitatis, vel affinitatis, etiam  
si bona fide fuerint contrahentes, illegitimi erunt  
ut d. capitu. fina. §. si quis. ibi Inno. & Card. qui idem  
inquit esse in quocunque alio impedimento, Host.  
Ioan. And. Anto. Ancha. Abbas, & Præpo. c. ex te-  
nore, qui filij sint legi. ex quo fauore animæ. d. §. est  
conditus, non est restringendus, sed ampliandus,  
ut uoluit Abbas, d. c. ex tenore, post glo. in ca. sciant  
cuncti, de elect. in 6. vers. alios. Bart. & Laf. in authe.  
sacramenta puerum. C. si aduer. vend. nu. 72. Ioan.  
Andre. in capitu. 1. de homi. in 6. Barba. in tracta.  
de potesta. Cardi. 1. parte quæstio. 7. colum. fina. &  
Cotta Memorabil. dictio. anima. & quamuis contra-  
rium teneant glo. & Vincen. d. c. ex tenore, dum di-  
cunt. d. §. 1. non habere locum in alio impedimen-  
to, quam ibi expresso, quos sequitur Domini. con-  
sil. 69. & Ioann. Lupus tracta. de matrimo. fol. 6.

**15** tamen possit concordari, & intelligi opinio isto-  
rum, quando matrimonium esset clandestinè con-  
tractum ab ægrotante, & in periculo mortis consi-  
tuto cum ea, ex qua ipse ægrotans prolem suscep-  
erat, quinimo tunc non habebit locum, neque etiam  
pœna d. §. 1. licitus enim uideatur talis contractus,  
nec ægrotans illo tempore potest publicè, ac sole-  
niter contrahere, quod probat Domini. consi. 66.  
col. pen. & fin. Dicendum est igitur quod matrimo-  
nium contractum clam ualeat. nec illud 30. quæst.  
5. cap. 1. ubi Abbas, & alij de cland. despon. Thom. in 4.  
senten. dist. 28. arti. 3. Præpo. post alios, in Rubr.  
de cland. desponsa. Deci. consilio centesimo sexa-  
gesimo tertio, numero 3. Dida. de spons. 2. par.  
capitu. 6.

**16** Prohibetur tamen ab ecclesia hic clandestinus  
matrimonij contractus propter damna, quæ Reipub.  
ex his coniugijs clandestinis contingunt quo-  
tidie, propterea quod lites oriuntur plures, ac di-  
scordia maxima, ideo in c. 1. 30. quæst. 1. art. tex. po-  
tius adulteria hæc clandestina matrimonia, quam  
coniugia dicenda sunt, quæ etiam reprehendit do-  
ctissimè Colonienfè Concilium, tract. de matrimo.  
c. incipiens, de ritibus. Quo factum est, ut mortale  
peccatum sit matrimonia clandestina contrahere,  
nisi ad sit causa aliqua, ex qua talis contractus circũ-  
stantia illa uideri possit licita, quemadmodum si uir  
go sub tutela iniqui tutoris constituta contrahat  
clandestinè, ne tutor eam tradat viro indigno, &  
ignobili, ut uoluit Caieta. 2. tomo opusculorum,  
quæstio. 2. de casu matri. & Boich. in c. fin. de cland.  
despon. sic intelligenda est gl. in c. nos rates, 30.  
quæstio. 5. quæ dixit peccare mortaliter contrahen-  
tem clam, uti eam refert Præpo. in rubr. de clande.

despon. Dida. inquit tamen non peccare mortali-  
ter contrahentes clam, quando ipsi prius in facie ec-  
clesiæ bona fide contraxerant, qui tamen post mo-  
dum sciunt subesse aliquod impedimentum ac se-  
cretè impetrant dispensationem à Romano Pontifi-  
ce, & nouo præstito consensu ex vi dispensationis,  
ob euitandum scandalum clam contrahunt matri-  
monium, ut res tutius agatur: nam isti non pecca-  
rent mortaliter, immo nec uenialiter, ut docet Cai-  
eta. in d. quæstio. 2. quamuis propriè loquendo hoc  
matrimonium non dicatur clandestinum, ut inquit  
Ambro. Catari. lib. 5. contra Caieta. Hinc in pluri-  
bus diocesis sinodali constitutione excommuni-  
cantur ipsi clam contrahentes matrimonium, sed  
hodie † matrimonia clandestina sunt nulla si no-  
seruetur forma Concilij Tridentini, 24. sessi. quia  
sanctum est in sacrosancto ecumenico Concilio  
Tridentino, in 24. sessi. cap. 1. ad obuiandum istis  
clandestinis matrimonijs, ut antequam matrimo-  
nium contrahatur ter à proprio contrahentium pa-  
rocho tribus continuis diebus festiuis in ecclesia  
inter missarum solemnias publicè denuncietur, in-  
ter quos matrimonium sit contrahendum, quibus  
denunciationibus factis si nullum legitimum im-  
pedimentum opponatur, ad celebrationem ma-  
rimonij in facie ecclesiæ procedatur, ubi parochus  
uero, & muliere interrogatis, & eorum mutuo con-  
sensu intellecto, vel dicat, ego uos in matrimonium  
coniungo in nomine patris, & filij, & spiritus san-  
cti, vel alijs utatur uerbis, iuxta receptum vniuscui-  
usque prouinciæ ritum. quod si aliquando proba-  
bilis fuerit suspitio matrimonium malitiosè impe-  
diri posse, si tot præcesserint denunciations, tunc  
uel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parochus  
& duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimo-  
nium celebretur. Deinde ante illius consummatio-  
nem denunciations in ecclesia fiant, ut si aliqua  
subint impedimenta facilius detegatur, nisi ordina-  
rius ipse expedire iudicauerit, ut prædictæ denuncia-  
tiones remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio  
sancta Sinodus relinquit, qui aliter quam præ-  
sente parcho, vel alio sacerdote de ipsius parochi,  
seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus  
matrimonium contrahere attentabunt eos sancta  
Sinodus ad sic contrahendum omnino inhabiles  
reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos ef-  
se decreuit, prout eos præsentis decreto irritos facit,  
& annullat. Insuper parochum, vel alium sacerdotẽ,  
qui cum minore testium numero, & testes, qui  
sine parcho, vel sacerdote huiusmodi contra-  
ctui interfuerint, nec non ipsos contrahentes gra-  
uiter arbitrio ordinarij puniri præcipit, & hæc sunt  
uerba illius can.

**18** Est etiam sciendum, quod clandestinum matri-  
monium potest accusari per eos, qui præsentibus fue-  
runt, quando contraheretur, ut inquit Abbas in c.  
fina. de cland. despon. ibi eum uide & sic per Conci-  
lium Tridentinum declaratur, nullum esse matri-  
monium nisi præsentibus sacerdotibus. quod intellige quã-  
tum ad validitatem contractus matrimonij, nam  
ante diffinitionem huius concilij matrimonium clãdesti-

dū vel nullo sacerdote praesente, erat verū sacramentum, vt animaduertit Ioseph Angle. Val. Flof. Theo. lo. par. 1. de sacramen. matrimo. artic. 4. in tertia difficultate.

Si vis autem scire, quando dicantur alij actus clam fieri, vide Iafon. in l. clam possidere, colum. 1. ff. de acquiren. posses. & Deci. in l. pro tutela. ff. de regulis iuris.

19 Ultra supradicta, de substantia matrimonii est quoque indissolubilis nexus, nempe ut iste consensus requiratur ad inseparabilitatem, quia matrimonium de sui essentia & substantia est inseparabile, vt post canonistas declarat Silue. de Pric. in verbo, matrimonium, il. 4. nu. 5. & Ioseph. Angl. Vale. supraci. loco. ar. 5. de essentia matrimonij, ibi inquit, quod de essentia matrimonij solum est indissolubilis nexus & inseparabilis obligatio, & hinc est quod si qs contrahit cum intentione aliquando se separandi, vel consentiendo ad tempus, vitatur matrimonium, cap. fina. de cond. appo. Intelligi, si deducatur in pactum, & ideo non potest fieri huiusmodi pactum in contractu matrimonij, cum sit contra substantiam matrimonij, vt diximus in ordi. diui.

Hinc est etiā, quod plus est, quod non potest etiā Papa dirimere & separare matrimonium perpetuū & licitum: quia quos Deus coniunxit, homo non separet, cap. sunt qui dicunt. 27. q. 2. & in c. an quod. & c. pen. 3. quæst. 1. & in cap. inter corporalia, de transla. episc. & ideo videtur quod Papa non habeat aliquam potestatem super tale matrimonium, secundum Archid. in c. quapropter, 27. q. 2. & Bal. in l. Deo nobis, in 3. colum. ver. vlti. noto. C. de epi. & cleri. Tamen ego dico quod ex maxima & virginitati causa Papa potest super matrimonio etiam contractu disponere de plenitudine potestatis, & ita tenet Ioan. And. in reg. actus legitimi, de regu. iur. in mercu. & Bal. in l. si tibi filius, ff. de adop. Deci. consilio 112. per totum. Petr. Ancha. consi. 374. quod in epist. renouatur in dubium, Felin. in c. quæ in ecclesiasticum, col. 5. de consti. ibi plures citat, quinimo inquit Abbas in c. consultationi, de frigi. & malefi. & refert Felin. in c. lator, in 2. colum. de reg. iur. quod si vir duxit scienter uxorem non cognoscibilem, licet non debeant separari: tamen si episcopus, qui ad modum est inferior Papa, videt eum suspectum de incontinentia, debet providere, ut contrahat cum alia, & tenebitur primam uxorem alere, quod dictū pro singulari notauit Marli. singu. 65. & inquit se istud uidisse seruari in facto.

20 Ex supradictis igitur ita declaratis & deductis elicitur, quod solus consensus tum in foro poli, tum in foro fori, est de substantia, & est ille, qui facit matrimonium, vt c. 1. & c. cum locum, de sponsa. & c. si de sponsa duo, & c. sufficiat, & c. cum initiatur, cum multis sequen. 27. q. 2. & c. vnico, de voto. in 6. & quoad Deum & veritatem non contrahitur matrimonium sine consensu mutuo: etiam si interueniat copula carnalis. c. tuas, de spon. duo. & c. dudū, de spon. Alcia. consi. 26. per tot. lib. 1. maxime in foro conscientia, vt Berbo. in trac. de publi. concubinis, §. stuprum. num. 17. Dida. de sponsa. 2. par. cap.

1. nume. 4. Soarez commu. opi. matrimonium. q. 2. Bonacos. trac. de fern. & famu. quæst. 250. licet ecclesia in foro contentioso aliter quandoque iudicet, vt c. is qui de sponsa.

Vnde ad esse matrimonij & ad eius validitatem non est necessaria ductio ad domum, quæ ductio est accessoria ad matrimonium, & quid accidentale, cū interdum uxor non traducatur. Idem de copula carnali declarando vt infra dicemus, quod procedit ad de iure ciuili quam canonico, vt voluit glo. in l. cū te. C. de dona. ante nup. est tex. in l. mulierem, & l. denique. ff. de ritu nup. & l. nuptias, ff. de reg. iur. ibi Deci. & Cagno. namque uxor (vt dixi) quandoque ducit uirum, vt l. si ignorans, ff. solu. matrimo. gl. in l. cum fuerit ff. de condi. & demon. glo. in §. penult. Ita sti. de excu. tut. in verbo, maritum, ibi no. Angel. in princip. Lupus in repet. c. per ueltras. §. 5. sub numero 4. de dona. inter uirum & uxo. ibi infert ad plurima.

Similiter ex supradictis elicitur, vt de forma matrimonij sint uerba vel signa consensum exprimentia, & pro signis recurrendum est ad intentionem, 22 vt diximus supra. Quæ autem uerba sufficiant, & quæ signa ad matrimonium contrahendum: primò, quoad signa dic, quod signa sunt capitis annuto, vel æquivalentia, & etiam aliquando sufficit non cō tradicere, vt quando puella ex uerecūdia tacens permittit se desponsari consentientibus parentibus, quia ipsum non contradicere est signum sufficiens ad contrahendum, vt patet in c. honoratur, iuncta glo. 32. quæst. 2. ita sentit Thomas, secundum quem et scriptura sufficit, Riccard. Armilla, Pisanel. Siluef. Holt. & communiter Moderniores. si tamen nullū apparet signum de consensu eius, non est præsumendum de matrimonio.

Quo uerò ad uerba dic, quod uerba, præsentem conjugalem consensum exprimentia, matrimonium significant, tex. in c. pen. de spon. exemplum, si quis femina dicat, accipio te in uxorem: femina uerò econuerso respondeat, & ego te in uirum accipio, tunc matrimonium censetur ibi contractum, & idem est dicendum de illis uerbis, si dicat uir, accipio te in uxorem meam, & femina respondeat, placet, & hæc sunt clara uerba, sed si uerba sunt dubia ad cognoscendum de intentione, illud aduertendū

23 est in matrimonio uerba semper intelligenda esse secundum communem sensum. c. ex litteris, de sponsa. facit. l. Labeo. ff. de supel. lega. & glo. in l. librorum, §. quod tamen Calsius. ff. de leg. tertio. cum simi. ad ductis per Dida. de spon. secunda par. capitu. 4. §. 1. nume. secundo. inferens quod etiam in matrimonio per interpretem communi consensu electum (quod fieri potest iux. glo. communiter approbatā in cap. ex litteris de sponsa.) debet stari communi sensui, & ad communem sensum est recurrendum. d. capitulo ex litteris. Barto. & alii scrib. in l. 1. §. finali. ff. de uerb. ob. Imò & si sine interprete Germanus, & Galla, uerba apta coniugio pronunciauerūt, vt iudicemus inter eos matrimonium fuisse ad actus inter eos subsecutos, vel ab eis præmissos deueniendum est, an ex communi usu illi actus sint coniuga-

ligales. Abbas d. c. ex litteris, Palud. in 4. sent. distin. 27. quæstione secunda. arti. 3. conclu. 3. Intelligi in foro contentioso standum esse communi significationi uerborū, seu iuris interpretationi, vt c. primo, de sponsa. sed quoad Deum in foro poli, dummodo de mente constet, vel intentione contrahentium de uerbis curandum non est, argumento capituli, intelligentia, de uerb. sig. Silu. de Pric. matrimonium, 2. nu. 10.

24 Sed quæro, utrum contrahatur matrimonium per illa uerba, nunquam te derelinquam? rectè quidem quod non refert Dida. de sponsa. secunda par. capitu. 4. §. primo, numero trigesimo. ego autem limitarem nisi esset & constaret de intentione eius, vt uellet illam ducere in uxorem, & sic desponsare eam.

Sed quid si dictum fuit, uolo contrahere tecum matrimonium, uel uolo ducere in uxorem, cruetur matrimonium, adeo ut illa uerba significant præsentem conjugalem consensum, quod erit contractus sponsalium, quia uerbum, uolo, in his quæ a sola uoluntate loquentis pendunt, si adiungatur infinito designanti initium actus, eiusque suspensione, erit contractus sponsalium, vt uolo contrahere, uolo ducere te in uxorem, ita Ioan. And. & Abbas, d. c. ex litteris, & hæc opinio est magis communis, Matth. de Afflic. in consiliu. Neapoli. lib. tertio, titu. 19. col. secunda. Silue. de Pric. uerbo, matrimonium, ij. quæstio. nona. Boeri. consi. 40. numero quinquagesimo quarto, & seq. quem uide omnino. Viuius de communi, in uerbo, matrimonium, quæst. 489. Bero. quæst. fami. quæstione sexta. Et quamuis Cardin. in dicto capitulo, ex litteris, asserat per dicta uerba contractum esse uerum matrimonium, tamen magis communis opinio (vt dixi) est in contrarium.

25 Quare pro conciliatione, & concordia dicas, quod opinio Cardinalis debet intelligi, si dicta uerba essent prolata deliberatè, & ad interrogationem alterius, ex mente Barto. in l. gerit, columna tertia. ff. de acquiren. hæred. vel quando præcessit tractatus de matrimonio contrahendo, Cardina. clemen. vnica, de consun. quæstione uigesima. Vel per actus extrinsecos constat, quod uoluerit eam desponsare, vt puta, quia iam alias antea præcesserant sponsalia, & sic uerba denotantia executionem sequuntur sponsalia de futuro: nempe dicendo, promitto, quod te ducā in uxorem, & tenebo te pro legitima coniuge: quia per uerba præcedentia sequentia restringuntur in tempus matrimonij contracti: id est quando matrimonium erit contractum, vt per Siluef. de Pric. matrimonium, secundo, Bero quæst. fami. sexto, optimè ostendit per totum. Vel dic quod debet intelligi, quando secundum communem usum loquendi illa uerba importarent matrimonium, & sic uisus hanc significationem recepisset ex mente Doctorum supradict.

Sed quid dicendum est de illis uerbis, uolo te habere in uxorem, uolo te tenere uxorem: nam isti actus præmittunt contractum matrimonij, & ideo illa uerba important, & præferunt matrimonium: quia per uerbum, uolo, quando adiungitur uerbo præno-

tanti executionem actus perfecti, & sic matrimonij exercitium, censetur matrimonium contractum, vt in supradictis uerbis, & hæc uidetur communis opinio Doctorum in dicto capitulo, ex litteris, ubi Hostien. & Abbas hoc tenent. Henri. in capitulo ex parte, de sponsa. Siluef. de Pric. §. secundo, dicta quæstione nona, & hoc est apud omnes in confesso, matrimonium contractum censeri, quando uerbum, uolo, adiungitur rei: exemplum, uolo te in uxorem, id quod sentit Bal. in l. prima. colum. secunda. C. de summa trinita. Docto. in l. ferui electione. §. fina. ff. de leg. 1. & in l. in uendendis. C. de contrahen. emptio. & de communi Ange. de Claua. in uerbo, matrimonium 2. §. 1. 2. Summa Tabiena matrimonium, il secundo, §. 10. summa Raymun. in tracta. septimo, de matrimonio. sub cap. 4. & de communi, & in collecta. commu. opinio. ponit Viui. in uerbo, matrimonium, quæstio. 490.

26 Sed quid dicendum est de illis uerbis, non habebō aliam in uxorem nisi te, an per hæc uerba censetur contractum matrimonium, uel sponsalia. Hæc fuit admodum perplexa, & ardua quæstio, & secundum Ioan. And. Card. Abb. & Præpo. capitulo, ex parte, censetur contractum matrimonium, idem tenet Siluef. de Pric. matrimonium. 2. quæstione decima, ibi idem inquit de illis uerbis, promitto tibi quod habebō te pro legitima uxore, & similiter respondet mulier: nam matrimonium censetur contractum de præfenti, nisi aliud protestetur, quia uerbum, habebō, referri potest ad tempus præsens. c. ex litteris, de matr. cont. int. eccles. & pro hac opinione adest consilium Alexan. 1. §. 2. vol. 5. Barba. consi. sexto, uolu. primo, col. 4. Iaf. & Cur. iuni. in l. actione. C. de transa. colu. secunda, & est hæc communis opinio, de qua attestatur Præpos. d. c. ex parte, & Alex. de Neuo, consi. 8. nume. 3. & ratio est, quia dictio, nisi, præcedentem negationem secuta affirmat, quod ponit, & si sequatur affirmatiua, id negat. l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis cauti. ubi Bar. l. actione. C. de transa. l. feriatas C. de ferijs. Henr. c. de quarta, de præsc. & c. in ter alia de sent. ex commu.

Contrariam tamen opinionem tenet Gaspar. Caf. de Auto. & Zocchus in d. c. ex parte, qui dicunt per supradicta uerba non matrimonia, sed tantum sponsalia esse contracta, & pro hac opinione est Cæpos. consi. 1. col. 3. in ciuil. Alij autem Doctores aliter opinati sunt: nempe nec matrimonium, nec sponsalia per uerba supradicta contracta esse, quasi uelint ut hic sit sensus illorum uerborum negatiuorum, scilicet se promittere contracturum matrimonium cum illa femina, seu illam habiturum in uxorem, si conjugalem vitam eligere contingat: non tamen promittit se absolute conjugalem statum electurum, eritque promissio sponsalium sub conditione, si conjugalem vitam promittens elegerit, poterit tamen continere atque in celibatu uiuere, nec reus erit factæ promissionis, quod asserit Palud. in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 1. col. 2. dicens ex oratione negatiua, non contrahi sponsalia, & subdit exemplum, non ducam aliam in uxorem nisi te, ideo nec matrimonium, nec sponsalia contrahi his uerbis, nolo aliam in uxorem, nisi

te, contra Ioann. Brün. in tracta. de spons. conclu. 13.

Hinc inferitur per Didacum, matrimonium contrahi per hæc verba, contraho matrimonium tecum, & non cum alia, & sic etiam inquit esse sponsalia, ducam uxorem & non aliam nisi te, verum si dicatur, habebō uxorem nisi te, non aliam, erit cum illa contractum matrimonium, sed de hoc ultimo diximus supra. Quare ego dicerem in supradictis conclusionibus, esse respiciendum potius ad mentem, & ad actum, quam ad verba, an concipiantur negatiue, vel affirmatiue, & ideo ego dicerem primam communem opinionem esse veram, sed loqui quando apparet ex coniecturis, & constat de animo volentis ducere aliquam in uxorem, videlicet quando alter interrogat, & alius respondet, vel quia iam præcesserant sponsalia, & ita videtur loqui de parte de sponsa, in quo se fundant Doctores, vt per gl. ibi in verbo, pro coniuge, vel quia præcesserat iam tractatus, & allocutio cum propinquis. Vel ex quo sunt vir & mulier in actu se desponsandi, & similia.

Secunda opinio ego credo, vt procedat, & debeat intelligi, quando apparet de voluntate & de animo volentis facere sponsalia, & non matrimonium, & hoc elicitur ex actibus & coniecturis antecedentibus & sequentibus.

Tertia opinio erit etiam ipsa vera, sed procedet, & debet intelligi, quando ex coniecturis, & præsumptionibus apparet, quod quis noluit obligari, neque ad sponsalia, neque ad matrimonium, sed voluerit conditionaliter loqui, & promittere, casu quo conzingeret illum velle ducere uxorem, & sic quando non adest præsumptio, nec pro matrimonio, nec pro sponsalibus, quod totum residet in arbitrio iudicis, cum non possint dari firmæ regulæ, sed iudex debet esse circumspexus, & discretus in diiudicando omnes casus, & supradicta distinctio, & declaratio poterit deseruire etiam in alijs casibus, in dubio tamen fauendum est matrimonio, vt alijs diximus, quod bene nota, quia non reperies alibi ita declaratum.

28 Sed quæro, quid dicendum sit de illis verbis, nempe si quis alicui promisit dicens, promitto quod nunquam deficiam tibi in vita mea, & secuta est copula? dic quod non debet pro matrimonio præsumi ex illis verbis, nisi iudici constaret, quod sponsalia contrahere voluissent, & per huiusmodi verba negatiua, non deficiam tibi, non consumuerunt sponsalia, vel matrimonium contrahi, vt dicit Monal. quem refert Siluestr. de Prier. matrimonium. 2. numero 13.

Sed quid de illis verbis, si permiseris coitum, contraham tecum, aut dabo tibi centum? Dic secundum Vuer. non esse matrimonium, quia sic dicens habet opinionem se liberandi dando centum, vel contrahendi, & ita etiam tenet Siluestr. de Prier. matrimonium. 3. nu. 7.

Demum quæro, an vltra prædicta duo, nempe consensus, & verba, seu signa, sint alia de substantia, seu essentia, seu de ratione matrimonij? Respondetur, quod sic. Etenim de ratione, seu substantia si-

ue proprius de natura intrinseca matrimonij, sunt tria, quæ etiam dicuntur bona matrimonij, nempe fides, proles, & sacramentum, vt com. 27. q. 2. & in 4. dif. 3. t. q. 1. art. 1. & hæc licet videatur de natura matrimonij, ea tamē potius volui ponere sub ista columna, & non sequenti columna, quia hæc tria adeo sunt substantialia coniugio, vt conditio contra aliquid eorum appositā vitiet contractum matrimonij. c. si. de cond. appo. & nos diximus in ord. diu. & infra col. 5. & quoad primum fides in matrimonio requiritur, ne scilicet coniux cum alia, vel cum alio miscatur, & intentio peruersa circa bona matrimonij puta intentio non seruandi fidem, aut non exigendi debitum, vel negandi debitum (nisi Deo abfoluente) vel prolem cuitandi, vitare videtur contractum matrimonij, intelligo si deducatur in pactum expressum, vt infra dicemus, vt per Siluestr. de Prier. matrimonium. 4. nu. 6. licet de intentione non exigendi debitum contrarium teneat, sub nu. 7. & quoad bonum proles debet amanter suscipi, & religiosè educari proles, nam liberorum educatio est iure naturali. l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iure quinimo filius etiam naturalis ex quocunque coitu natus, etiam ex incestu, à parentibus alendus est, vt c. cum haberet, de co, qui dux, in ma. quam pol. per adul. natura enim communis est legitimis, & spurij. l. hos accusare. §. omnibus, ff. de accus. l. quisquis. C. ad le. Iul. maie. Bal. l. vnica. C. de confes. num. 74. Fortu. in tracta. de vlt. sine. illa 7. Didac. de sponsa. in secunda par. capitu. 8. §. 6. Cardin. Paleotus quæstio. 48. de Nothis, & spurij. Quod adeo verum est, vt ius alendi filios etiam spurios pacto appositum tolli non possit, Barto. in l. si quis à liberis. §. parens. ff. de lib. agno. Alexander l. si cum dotem. §. 1. numero 9. ff. solu. matrimo. Felin. in cap. ex rescripto, de iurciuran. Speculat. titu. qui filij sint legi. §. 1. numero duodecimo, & quoad bonum sacramenti debet esse, vt matrimonium non separetur, & huiusmodi sacramentum est vnus ex septem sacramentis euangelicæ legis, & à Christo Domino nostro institutum est, & confert gratiam, vt per Didac. de sponsa. capitu. 1. §. vnico, numero secundo, & tertio, & cap. alma mater, par. secunda, §. 2. sub numero 8. & Concilium Tridentinum sessi. 24. de sacra. matrimonij, cano. 1.

30 Sed quæro iterum, an copula, seu concubitus carnalis sit de substantia, seu de integritate matrimonij, & ex mente Diui Thomæ, Riccardi, & aliorū distinguendum, quod duplex est matrimonij perfectio, vt alijs diximus, prima essentialis, secunda accidentalis, & quantum ad primam non est de eius integritate, quia sine ea ratum est matrimonium, est tamē de eius integritate quantum ad secundam, quia per copulam carnalem matrimonium efficitur consummatum sicut puer per deductionem ad quantitatem perfectam efficitur vir consummatus, qui tamē dum erat puer, habebat suam totam perfectionem in esse primo, quæ respicit hominis essentiam ex mente tamen Diui Thomæ, quem refert Siluestr. de Prier. matrimonium 8. in fine, videtur dicendum, quod licet carnalis actus, seu copula non sit

fit de substantia, seu essentia matrimonij: potentia tamen coeundi ad hoc est de essentia matrimonij, & hoc etiam est de mente Vigl. Grana. super Magill. sent. cap. 16. de matrimo. num. 2. l. 3. littera, B. facit cap. quod sedem, de frigi. & masculi, vbi puer, qui non potest reddere debitum, est impotens, & inhabilis ad matrimonium, de quo vide supra, col. 1. vlt. ord. num. c. nono.

31 Sed quæro vtrum contrahere matrimonium ex intentione alicuius finis ad matrimonium se habetis non per se, vt proles, fides, & sacramentum, vitio fornicationis, & huiusmodi, sed per accidens, vt pulchritudo, diuitiæ, & huiusmodi, vitiet matrimonium? dic quod non, sed tenet matrimonium, quia sufficit, quod contrahere intendant, & consentiant, per verba de presenti, vt capitulo, solet. 32. quæstio. secunda. & Deut. capitulo vigesimo primo, si videtur mulierem pulchram: exemplum est de Iacob, qui voluit contrahere matrimonium cum Rebecca propter faciem pulchritudinem. Intellige, vt liceat secundario non principaliter: quia esset peccatum propter libidinem effrenatam, puta si in concupiscitur finis matrimonij, vt declarat Siluestr. de Prier. matrimonium. 4. post Archidia. & alios. Dubium tamen maximum est inter Theologos, an accedens ad propriam uxorem causa vitandi fornicationem in non sua venialiter peccet, & licet videtur dicendum quod sic secundum D. Bonauen. & D. Thom. distinctio. 30. in 4. & Magill. capitulo primo, & D. Aug. & Hierony. qui opinati sunt, omnem concubitum conjugalem esse peccatum, nisi vel causa procreandi prolem, vel reddendi debitum fiat: tamen Scotus distinctione vigesima sexta, & Riccar. arti. 3. quæstione prima, dist. 30. & Durand. quæst. vltima, Caieta. in summa, verbo, matrimonium, cap. de vltu matrimonij, Silue. verbo; debitum conjugale. 6. oppositum tenent; nempe tam reddere, quam exigere debitum causa vitandi fornicationem in se, aut in alio nullum esse peccatum: sed quando debitum petitur non ad vitandum adulterium, sed ad delectationem tantum animo explendi libidinem venialiter peccatur, secundum Augustinum, & alios Theologos.

DE NATURALIBVS  
Matrimonij.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex natura matrimonij est, trahere secum dotem.
- 2 Mulier habens amplum patrimonium, censetur illud in dotem marito dedisse.
- 3 Concordatio & declaratio Bartoli.
- 4 Beneficium uacat ipso iure per contractum matrimonij clerici.
- 5 Conciliatio, & concordatio opinionum.
- 6 Maritus non conuenitur a muliere, nisi in quantum facere potest.

- 7 Vxor debet sequi forum, & domicilium mariti.
- 8 Nuptiarum solemnia celebrari non possunt a septuagesima vsque ad octauam pentecostes.
- 9 Nuptiæ, & matrimonia debent a sacerdote benedici.
- 10 Secunde nuptiæ non sunt benedicende.
- 11 Per secundas nuptias incurritur, & inducitur bigamia, per quam quis fit irregularis.
- 12 Vtrum sit bigamus, qui unam uxorem habuit, & cognouit ante baptismum, & aliam post.
- 13 Matrimonium secundum publicè contractum, præfertur primo clandestinè contracto.
- 14 Mulier tenetur reddere debitum uiro, & uir econtra mulieri.
- Concordatio, & distinctio opinionum.
- 15 Filij nati ex matrimonio debent ali à parentibus.
- 16 Filij suscepti ex matrimonio uero, legitimi sunt.
- Ampliatur, & limitatur pluribus modis.
- 17 Concordatio, & conciliatio opinionum.
- Patria potestas causatur ex matrimonio.
- 18 Cognitio, & iudicium & diffinitio matrimonij ad solos episcopos pertinet.
- 19 Iudex secularis non potest discutere causam matrimonialem.
- 20 Differentia, & questio matrimonij in arbitrium compromitti non potest.
- 21 Super causam matrimonialem non potest fieri transactio.
- 22 Statuta laicorum circa matrimonium generaliter sunt nulla.
- 23 In causa cognitione matrimonij, si alter litigantium est absens iudex potest altero absente, & consummari, & lite non contestata, testes recipere, presentem audire ac diffinire.
- 24 Sententia lata in causa matrimoniali, non transit in rem iudicatam, & potest probari per testes.
- 25 In causa matrimoniali post conclusum in causa licitum est testes recipere.
- 26 In causa matrimoniali, non sufficiunt alijs testes idonei.
- 27 In causa matrimoniali conuentus non potest opponere se spoliatum fuisse alia re priuata.
- 28 In causa matrimoniali potest procedi die feriata.
- 29 in causa matrimonij iura canonica semper prævalent legibus.
- 30 In causa matrimoniali singularis opinio unius authentici Doctoris præualeat communi opinioni, quæ esset contra matrimonium.
- 31 In causa matrimoniali licitum est uenire contra propriam confessionem iuratam, cum agatur de periculo animarum.
- 32 Gesta per procuratorem reuocatum in contractu matrimonij non ualent.
- 33 Rescriptum in causa matrimoniali impetratum non facta mentione scientiæ, ualeat.
- 34 Non solum ubi agitur de matrimonio, sed etiam de consecutiuis matrimonij possunt laici recurrere ad ecclesiam.
- 35 Ex natura matrimonij est, ut in causa matrimonij defertur iuramentum deficiente aetere.
- 36 In matrimonio non est quis præcisè compellendus ex natura promissionis.

- 37 *In causa matrimonij non ad iudicatur uxor primo proban-  
ti propter periculum animæ.*
- 38 *Conditio impossibilis in matrimonio rejicitur, nec iuriam  
contractum.*
- 39 *Si alter ex contrahentibus sponsalia tacet, habetur pro cō-  
tradiciente in protestatione onerosa.*
- 40 *Utrum matrimonium non consummatum ex sui natura  
denotet uirum, & uxorem, seu utrum appellatione uiri  
& uxoris ueniat sponsus.*
- 41 *Conciliatio, & concordatio opinionum.*
- 42 *Utrum sponsa de futuro dicatur maritata.*

**Capitulum** quartam columnam, quæ est inscri-  
pta de naturalibus, & pro eius de-  
claratione primo dicendum est, quod ex natura  
matrimonij est trahere secum dotem: ideo iudex,  
qui cognoscit de matrimonio incidenter, cognos-  
cit etiam de dote tanquam accessoria, & sequela. c.  
1. & 2. & 3. de donatio. in t. vir. & vxor. & capit. pro-  
posuit, de coniu. seruo. Hinc est etiam, & secundò  
quòd ex natura matrimonij est, vt mulier, quæ  
contraxit matrimonium cum viro, si mulier habet  
amplum patrimonium, censetur illud marito in do-  
tem dare. tradit Barto. in l. si constante. ff. solu. matr.  
numero 78. & ante Barto. ita tenuit etiam Iaco. de  
Are. in dist. in d. Abbas, capitulo, quemadmodum,  
ibi glo. de iureiuran. Dida. Coua. in epito. de spons.  
in secunda parte, capitulo quinto, numero quinto,  
& sic mulier habens bona, si simpliciter contrahat  
matrimonium, videtur omnia illa bona tacite ex na-  
tura matrimonij in dotem dare. Sed Dida. Coua. d.  
loco recedit ab hac opinione, & contrarium tenet  
dicens opinionem Bartoli, d. l. si constante, non esse  
veram, & allegat Bal. Deci. May. & alios contrarij  
tenentes. Et hanc vltimam opinionem contra Bar-  
toli videtur tenere Hyppol. de Marf. singu. 488. ibi citat  
Barto. in disputatione sua incipiente, quædam mu-  
lier habens amplum patrimonium, & ibi expresse  
inquit quod de iure communi mulier non præsumi-  
tur bona sua dare in dotem, alleg. l. fina. C. de repu.  
& in Auth. de nup. in §. si quis enim, & idem Barto.  
in l. secunda, in principio, circa columnam secundam. ff.  
solu. matrimo. Ball. nulla. C. de iur. doti. & in l. fina.  
C. de senten. quæ sine cer. quanti. idem Bal. in auth.  
res. quæ. C. commu. de lega. in 3. col. versicu. quæro  
nunquid mulier, & Salyce. in d. l. fina. C. de repu. Ioã.  
de Imo. l. 1. in 7. col. ff. solu. matrimo. Paul. de Castro  
in authen. præterea. C. vnde vir. & vxor. per Roma.  
confi. 44. co. 2. ad finem. Quinimo ex mente eiusdẽ  
Barto. d. sua disputatione, etiam si maritus teneret  
& possideret bona mulieris, & fructus perciperet  
etiam per decennium sciente, & patiete muliere, nõ  
videtur mulier dare in dotem, quia agitur de ma-  
gno præiudicio mulieris saltem in casu in quo sta-  
tutum disponit, qd muliere præcedente, maritus  
lucretur aliquam partem dotis, vt concludit Barto.  
d. loco per id quod habetur in l. mulier. C. de rei v. d.  
dicati. & per not. in l. 2. C. comm. diui. & per no. per  
Docto. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. quæ om-  
nia refert, & sequitur Alex. in confi. 122. incipiente

viso processu, in tertia. & quarta columna, in 7. vo-  
lu. & in confi. 122. incipiente, viso statuto, in secun-  
da columna, & hæc videtur communis opinio. Ego  
verò credo opinionem Bartoli esse verissimam:  
3 Sed pro concordia esse intelligendam in muliere  
quæ matrimonium contraxit cum viro nobili, & di-  
gno: tunc enim attentata dignitate viri, mulier cen-  
setur omnia bona in dotem dedisse, & maximè si mu-  
lier esset ignobilis. Alia opinio posset procedere,  
quando mulier non contraxisset matrimonium  
cum viro nobili, & digno: quia tunc crederem quod  
mulier non censetur dare bona omnia in dotem,  
sed iuxta facultates, & dignitates viri, & hanc credo  
fuisse mentem Bartoli, si rectè inspicatur, & hæc di-  
stinctio videtur fuisse de mente Martini de Fano,  
quem refert Barto. d. l. si constante, & allegat. l. quæ-  
ro. ff. de iure dot. sed nos de hoc dicemus alibi. Ex  
mente tamen Didaci. d. loco, sic videtur etiam pos-  
se concordari opiniones contrariæ, nempe restrin-  
gendo, vt opinio Barto. d. l. si constante, loquatur in  
muliere, quæ matrimonium contraxit: Contra-  
ria opinio in ea, quæ sponsalia contraheret, vbi tan-  
tæ præsumptionis ratio non esset ita efficax.  
4 Tertio ex natura matrimonij est excludere be-  
neficium, quod per matrimonium vacat ipso iure,  
ideo si clericus in minoribus ordinibus constitutus  
contrahat matrimonium, si habet beneficium, illud  
perdit, & vacat ipso iure, capitulo primo, de cle. con-  
iug. & hoc regulariter procedit, dato etiã quod quis  
contrahat matrimonium de præfenti absque carna-  
li copula, vt notatur per Doct. in d. capitulo primo,  
& Ioann. And. in capitulo Ioannes, in octaua quæ-  
stione, de cleri. coniu. & sic etiam si contrahat spon-  
salia per verba de præfenti, carnali copula non subse-  
cuta, quia actus talis est contrarius intentioni bene-  
ficij: atque ideo si mulier illa desponsata ante carna-  
lem copulam ingrediatur monasterium, quod face-  
re potest etiam inuito ipso marito, vt inquit tex. in  
capitulo, ex publico, de conuer. coniu. non poterit  
ille vir, sine noua collatione ad illud beneficium re-  
uertii, cum contrahendo matrimonium beneficio re-  
nunciauerit, per dicta in c. transmissas. de renunci.  
vbi qui renunciauit beneficio suo, illud reperere nõ  
potest, Vincen. in dicto capitulo primo, de cle. con-  
iuga. & Specu. cod. titu. in fi. Ioann. And. in dicto ca-  
pitulo primo, & est communis opinio, de qua atte-  
stat Capra d. conc. 97. nu. 51.  
Ampliat, id procedere etiam si matrimonium  
per ipsum clericum contractum non teneret pro-  
pter consanguinitates, nihilominus perdit benefi-  
cium, quia videtur habuisse ecclesiam pro derelicto,  
prout voluit Barto. Brixien. in quæst. quæ incipit,  
quidam clericus, & Ioan. And. in d. c. 1. & quia tale  
matrimonium inducit impedimentum publicæ ho-  
nestatis, iuxta ea, quæ habentur in clemen. 1. de con-  
san. & affini. Capra d. conclu. 97. nume. 53. vbi de-  
clarat istud non procedere, quando hoc fieret in  
fraudem prælati, in cuius manibus beneficium re-  
nunciari debet, de quo vide eum.  
Ego autem ultra eum amplio etiam alio modo, vt  
scilicet procedat suprad. conclusio, vt per matrimo-  
nium

nium vacet ipso iure beneficium, etiam si aliquis  
clericus haberet rescriptum ad vacaturam antequã  
contraheret matrimonium mortua tali vxore, si po-  
stea vacet illa præbenda non poterit illam petere:  
quia contrahendo matrimonium renunciauit per  
ipsum factum, & animum deposuit, argumen. capit.  
ex ore, de his quæ fiunt a maio. par. ita Barto. Brixien.  
in suis quæst. 9. quæ incipit, quædam impetrauit, &  
ita refert, & tenet etiam glos. in capitulo vnico, in  
verbo, clericis, de cleri. coniu. lib. 6. per rationes ibi  
adductas.

Supradicta tamen conclusio limitatur pluribus  
modis, & primo quando matrimonium non tene-  
ret ratione liberi consensus ob metum cadentem  
in constantem virum, quoniam tunc non vacat be-  
neficium cum non teneat matrimonium, vt dixi-  
mus supra, & consequenter non tenet ipsa tacita re-  
nunciatio facta per talem metum, capitulo, ad au-  
diendam, quod met. cau. Ex quo inferitur, quòd  
quando matrimonium non tenet ex defectu cõsen-  
sus: puta furoris, ebrietatis, & similibus, non perdi-  
tur beneficium per tale matrimonium, cum matri-  
monium sit nullum, & nihil dicatur factum, capitu-  
lo dilectus, de sponsa. & ideo debet etiam limitari  
suprad. principalis conclusio, quando matrimonium  
est nullum, vel non tenet ratione minoris ætatis v-  
triusque: quia tunc non vacat beneficium, quoniam  
matrimonium non valet vt matrimonium, sed vt  
sponsalia de futuro, prout habetur in capitulo pri-  
mo, de despon. impu. lib. 6. & nos diximus supra, co-  
lumna tertia, & ratio est, quia quemadmodum per  
sponsalia de futuro non soluitur matrimonium car-  
nale antecedens, capitulo, ex litteris, de sponsa. ibi  
scriben. ita pariformiter non soluitur coniugium spi-  
rituale, facit ad hoc, quod notatur in simili in l. ea,  
quæ, & in l. Imperatores. §. idem rescripserunt. ff. ad  
munici. & hoc tenet Ioan. And. d. capitulo primo,  
de cle. coniuga. & est communis opinio, quam tenet  
etiam Domini de Rota in deci. 24. quæ incipit, si  
impetrans.

Limitatur quoque suprad. principalis conclusio  
in clerico coniugato, qui asserens aliquam sui vxorẽ  
petat in iudicio, & succumbat: nam ex hoc non erit  
priuandus beneficio, per ea quæ habentur in capit.  
mulieri, de iureiuran. cum sit licitum venire contra  
confessionem suam, quando est reprobatã per sen-  
tentiam, prout notatur ibi, & prout voluit Ioann.  
And. in prima quæstio. & Imola d. capit. 1. de cleri.  
coniuga.

Supradicta verò intelligenda sunt in clerico con-  
iugato, in minoribus ordinibus constituto, qui ipso  
iure per matrimonium est priuatus beneficio: sed  
in clerico existente in minoribus sacris ordinibus  
non intelligitur ipso iure priuatus, sed venit priua-  
tus per sententiam, ita vult glo. in d. c. 1. de cle. con-  
iuga. & ratio videtur esse, quia matrimonium non te-  
net ab illo, qui est in sacris, & ideo cum actus matri-  
monij sit nullus, remanet adhuc præsbiter in sacris.  
In illo autem, qui non est in sacris ordinibus consti-  
tutus valet matrimonium, & per consequens actus  
ideo est priuatus ipso iure.

Istud tamen non procedit sine dubio: quia dicunt  
Doctores, quod non debet esse melioris conditio-  
nis delinquens, quam non delinquens, vel minus  
delinquens, vt in cap. cum qui, de præb. in sexto, &  
capitulo, nuper, de biga. secundum Ioan. Andr. in d.  
capitulo primo, remittentem se ad dicta in capitulo  
Ioannes, vbi concludit tandem in effectu cum su-  
prad. glo. & cum glo. tenet Imola, & Ioan. Andre. &  
videtur tenere etiam Anto. respondens contrarijs,  
dicens illud verum, vt delinquens non sit melioris  
conditionis quam non delinquens, nisi aliud ratio  
diuersitatis suadeat. Sed ratio, quare in minoribus  
coniugatus non potest retinere beneficium, est quæ  
non potest seruire beneficio, & vxori, prout seruire  
debet, cum illa ad inuicem se non bene compatian-  
tur. c. diuersis, de cleri. coniuga. quæ ratio cessat in  
clericis in sacris constitutis: nam ex quo non tenet  
matrimonium, non obligatur vxori, & ideo potest  
seruire beneficio, cum non repugnet contractus ma-  
rimonij, sicut repugnat contractus factus per cleri-  
cum in minoribus constitutum, secundum Anto. &  
Ino. Sed contrarium tenet Petr. de Perus. & Nicol.  
in dicto capitulo primo, de cleri. coniuga. & mouen-  
tur: quia vera ratio, quare præsbiter contrahens  
matrimonium perdat beneficium, est, quia contra-  
hendo matrimonium ipsi beneficio statim videtur  
renunciare, & habere illud pro derelicto, ex quo fa-  
cit actum contrarium detentioni ipsius beneficij,  
prout voluit glo. allegata in dicto capitulo primo,  
quare cum ista ratio habeat locum in constituto in  
sacris, sicut in constituto in minoribus, ergo debet  
in vtroque casu æqualiter determinatio procedere.

5 Ideo pro concordia aliqui dicunt, quòd opinio  
prima glosæ, quæ est communis, in pratica seruan-  
da est, & tutior est. Sed alia opinio verior est in pun-  
cto iuris, & ita videtur distinguere Bened. Capra in  
d. reg. 97. sub numero 62. subdens, quòd regulari-  
ter præcedens communis opinio si teneatur, proce-  
dere posset, tamen est limitanda, primò in clerico in  
sacris constituto contrahente matrimonium, ob quod  
incurreret bigamiam, cum tunc ipso iure priuatur  
beneficio in odium bigamiæ, vt capitulo nuper, de  
biga. & capitulo vnico, de biga. in sexto. Similiter in-  
quit esse limitanda, si in fraudem superioris tale ma-  
rimonium contraxisset clericus, cum tunc ipse su-  
perior possit ipsum ad ecclesiam reuocare. c. admo-  
net, de renun. secundum Pet. de Palude, in d. c. 1. de  
cleri. coniuga.

6 Quarto ex natura matrimonij est, vt maritus  
conueniatur a muliere, nisi in quantum facere po-  
test, deducto ne egeat, quod hæredi nõ conceditur,  
l. maritum, cum sequen. ff. soluto matri. ibi Alexã. &  
alij, & nos dicemus infra, tracta. dotis.

7 Quintò ex natura matrimonij est, vt vxor de-  
beat sequi forum, & domicilium mariti. l. fina. §. idẽ  
rescripserunt. ff. ad muni. & est tex. in l. cum quædam  
puella, ibi Curti. Iuni. Iaco. & Cagno. ff. de iurisdic. i.  
omni. iudi. & in l. exigere dotem. ff. de iudi. & in c. 1.  
de sponsa. ibi Fel. numero 24. Iaf. in l. si arceator,  
nume. 42. de adopt. Tiraquel. de legi. connubi. glo.  
1. nu. 50. Cassan. in consue. Burgu. in titu. de droith.  
Rub.

rubr. 4. §. 2. fol. 134. nu. 12. in vers. aduerte, quod si vir, Boeri. quæst. 108. Grat. conf. 1. 13. lib. 2. l. d. l. cum quadam puella, ibi ampliatur hanc regulam tribus modis, Duen. reg. 377. ibi limitat non procedere in vxore putatiua, de quo nos diximus, & dicimus alibi, & vide supra in prin. tracta.

Sed quæro an coniux teneatur maritum sequi quocunque proficiatur si id ab ea expectat, & secundum C. num. circa. l. liber. C. de op. lib. ita dicendum esse videtur quod si vxor antequam contraheret sciuerit has esse rationes negotiorum viri, vt hinc inde peregrinari cogatur tunc ea videri in id consentisse, vt cum eo incertis sedibus vagetur arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. Si vero contractis iam nuptijs primū ita vagari instituat, tum eam non teneri vt ipsum sequatur, idem sentit Bar. circa. l. Mæuia. §. vxore. ff. de annu. lega. Sed quærent Doctores, quæ consuetudo, seu quod statutum sit seruandum, vbi est diuersum mariti, & vxoris? & responder Panor. c. l. de spon. disting. uendo, quod aut consuetudo si sponit super solemnitate contrahendi, & debet ea semper seruari, quæ est patriæ, vbi matrimonium contrahitur, etiam si ambo contrahentes sint forenses, quia non debent peregrini patriæ consuetudinē violare cum scandalo aliorum, c. quæ contra. 8. dist. Aut disponit consuetudo siue statutum super executione, vel alijs obseruandis post contractum, & debet attendi consuetudo domicilij mariti. Itaque animi distinctione matrimonium contractum videtur in domicilio mariti, arg. in c. Romana. §. contrahentes, de foro compet. lib. 6. Vnde si consuetudo vel statutum domicilij mariti habet, quod si maritus superueniens lucretur dimidiam dotis, seruabitur ibi: licet in loco vbi fuit contractum matrimonium, sit alia consuetudo, vel statutum, secundum Bar. in l. exigere. ff. de iudi. sequitur idem Ant. in c. 1. de spon. dicens se putare, quod si maritus domicilium mutaret post contractum matrimonium, attenderet consuetudo domicilij tempore contractus, & non domicilij, vbi dissoluitur matrimonium, quia debet attendi locus, vbi est orta obligatio, non vbi recipit purificationem, vt per Silue. de Prie. matrimonium. 2. nu. 4.

8 Sexto ex natura matrimonij est, seu nuptiarum, vt matrimonij, & nuptiarum solemnitas celebrari non possint à septuagesima vsque ad octauam diem post Pentecostes, iure Pontificio prohibente. c. capellanus. de ferijs. & ab aduentu Christi vsque ad Epiphaniæ festum, etiam supradicta nuptiarum solemnitas sunt prohibita. c. non oportet. 33. q. 4. ita nec ipso die Epiphaniæ possint celebrari huiusmodi solemnitas, de quo habetur apud Silue. de Prie. matrimonium. 7. §. 2. & per Didacum Couar. de spon. 2. par. cap. 8. §. vnde dicimus. sed in hoc debet attendi sacrosanctum Concilium Tridentinum, antiqua statuta corrigens, & emendans, in c. 10. sess. 24. ibi inquit ab aduentu Domini nostri Iesu Christi vsque in diē Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsque in octauam Paschatis ineludē antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit, in alijs verò temporibus

celebrari permittit, quas episcopi, vt ea qua decet modestia, & honestate fiant curabunt: sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

9 Septimo ex natura nuptiarum, & matrimonij est vt nuptiæ, & matrimonium benedicatur, vt c. 1. 24. sess. in Conci. Triden. ibi. Præterea eadem sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalē in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionem a proprio parcho fieri, neque à quocumque, nisi ab ipso parcho, vel ab ordinario licentiā ad prædictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse quacumque consuetudine et immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstante, & si quis alterius parochiæ sponfos benedicere sine licentiā ordinariū præsumpserit, ipso iure suspensus maneat. Sciendum est tamen quod peccat ille, qui tēporibus ab ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam sponfam sceleratè tradit. c. capellanus, de ferijs, & c. non oportet, cum tribus seq. 33. q. 4. & ex mente Diu. Thomæ, Palud. in 4. dist. 32. Caieta. in summa, verbo, nuptiarum peccata, Silue. de Prie. in verbo, matrimonium 7. q. 2. Nauar. 2. 2. capi. de sacra. mat. nu. 71. & nos infra col. si. ult. ord.

10 Sed animaduertendum, quod secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, vt habetur in c. 1. de secun. nup. (quod tamen corrigitur per extrauagatēm loa. 2. 2.) & clericum secundas nuptias benedicentem ab officio, & beneficio suspensum ad apostolicam sedem mittendum esse cum litteris episcopi statuitur, qui tamen textus locum habet, vbi constante priori matrimonio præbyter secundas nuptias benedixit, vt ibidem per Io. And. Ant. & Abb. At secundum alios intelligitur ille textus, etiam ita, vt locum habeat priori coniugio soluto, si vterque coniugum fuerat semel benedictus, vel saltem ipsa mulier, quod si femina nondum fuisset benedicta, potest tunc benedictio solemniter fieri. idem D. Tho. in 4. sen. dist. 42. q. 3. ad si. & hæc opinio in pratica seruatur, secundum Did. de spon. par. 2. c. 8. §. 1. & secundum Henric. ibi gl. in c. vir autem, de sec. nup. Quo autem ad illam quæstionem, qua quæsitum est, an mulier possit sine infamia nubere intra tempus luctus, & quidquid sit de iure ciuili, clarum est de iure canonico mulierē mortuo viro posse nubere in domino, quia est soluta a lege viri. c. super illa, de sec. nup.

11 Octauo ex natura secundarum nuptiarum est, vt per eas inducatur bigamia, & qs per bigamiā efficitur irregularis, vt per D. Tho. in 4. sen. di. 27. & bigamus secundum Thologos proprie dicitur, qui cum duabus vxoribus legitimis, vel cum vidua a priori viro cognita contraxit, vt constat. c. debitum, de big. Sed animaduertendum, quia bigamia est duplex vera, & interpretatiua. vera est illa, quam modo diximus, quæ non representat perfecte vnionem vnus Christi ad vnā ecclesiam pp scdm matr. Interpretatiua est illa, quæ etiam si sit vnus viri ad vnā vxorē, vel econuerfo, punitur tñ vt irregularitatis pœna, perinde ac si esset bigamus, & bigamia interpretatiua quinque modis sumitur, vt habetur in c. super eo, de big. Pri-

ma est, quando quis viuente priori legitima duxit secundam illegitimam: quia forte erat affinis, & sanguinea. hi duo modi bigamiæ intelligendi sunt, dummodo vtraque cognouerit: aliter non erit irregularis. Tertia quando contraxit cum corrupta scienter, vel ignoranter. Quarta, quando cognouit propriam adulteram etiam ignorando adulterium tempore, quo illam cognouit. Quinta, quando post votum solemnē religionis, aut ordinis de facto matrimonium contraxit. Aduertendum tamen est, nūquam irregularitatem ex bigamia contrahi, nisi interueniente cum vtraque carnali copula, vt habetur d. c. super eo. Itaque bigamus proprie dicitur est irregularis ad suscipiendos sacros ordines, vel ad susceptos ministrandos, vt habetur. c. 1. & d. c. super eo, & c. debitum, de biga. non ordi. & bigamus interpretatiue primo, & secundo modo supradicti, si vtraque vxorem cognouit est irregularis, vt c. nuper, de biga. qui autem cum duabus contraxit, quas cognouit, licet vtraque, matrimonium nullum fuerit, vt si vtraque consanguinea erat, bigamus, & irregularis interpretatiue iudicatur. ratio est, quia quantum in se fuit, binas contraxit nuptias. Bigamus interpretatiue tertia bigamia est irregularis, vt habet in c. qui in aliquos, 1. dist. & de hac disputant canonistæ super. c. 1. qui clerici vel vouent. contrah. poss. Bigamus interpretatiue quarta bigamia, secundum probabilem sententiam D. Tho. Ric. dist. 27. irregularis censetur, ratio est, quia irregularitas in bigamia non præsupponit culpam, sed defectum in sacramento matrimonij, quatenus alter coniugum non perfecte representat Xpm, siue Ecclesiam, & mulier adultera perfecte non representat ecclesiam, quam B. Paul. Apost. virginem castam Xpo exhibendam appellat. Bigamus interpretatiue quinta bigamia est irregularis, vt c. nuper, de biga. supradicta. & irregularitas, quæ per bigamiam propriam, vel interpretatiuā contrahitur, & incurritur est (vt dixi) inhabilitas ad sacros ordines recipiendos, & ad non ministrandos susceptos, etiam nullam culpam, vel peccatum præsupponens. Irregularitas autem duplex est, proprie, quæ est pœna & censura ecclesiastica propter culpam inflictam, vt quam contrahit excommunicatus celebrans. Altera, quæ est inhabilitas propter aliquam indecentiam, vt quæ propter homicidium iustū, aut iniustum contrahitur, & propter bigamiam: quia transire ad secundas nuptias legitimas nullum est peccatum.

12 Sed stantibus prædictis quæro, vtrū sit bigamus, qui vnā vxorē habuit, & cognouit an baptismū, & aliā post? dicas quod sic. c. oportet. c. acutus. 28. q. vlti. licet Inn. cōtrariū, & male teneat, & idem si habuit duas vxores ante baptismū, & similiter, qui ante baptismum dimisit vxorē pp fornicationē, & postea accipit eā, quæ per baptismū irregularitas ista non tollitur, vt probat D. Tho. 4. sent. 27. dist. licet tollatur irregularitas homicidij, & de his dicemus alibi.

13 Nono ex natura matrimonij est, vt matrimonium scdm publicè contractū pferat primo clādestinè contracto, quæ pbatur vno integerrimo teste, & fama, et si scdm duobus tñ testibus pbetur, vt voluit Vinc.

& Io. And. in c. 2. de clā. desp. Ale. de Neuo, in cōf. 1. nu. 6. ibi attestat de com. opi. Doct. Nec standū est priori cōtractui, sed illi, qui scdm ecclesiam habet clāriorē cōstitutionē, & quibus alias vnus testis cum fama plenè pbet, vt p Abb. & Doct. in c. 2. de clānd. desp. tñ est spale in hoc casu vnū testē cum fama non probare matrimonium clādestinū in iudiciū secundi in facie ecclesiæ cōtracti, Fely. in c. 1. vt lite non cōt. col. 2. ex decisione Vincetij, q̄ est cōis, vt attestatur Socin. conf. 19. vol. 3. & cōf. 270. vol. 2. Arc. cōf. 13. in 3. dubio. Goz. conf. 77. licet de opinione Vincetij dubitet Card. in d. c. 2. Aret. d. conf. 13.

Limitatur tñ suprad. cōcl. tribus causis, & primo, qñ scdm matrimonium in facie ecclesiæ contractū fuit habita sciētia primi, & sub cōditione, si primū clādestinū verè non præcesserit vel irritū fuerit: hoc. n. casu refertur secundus contractus ad primū, qui probari potest per legitimas probationes, & ordinarias, ita Barba. conf. 40. col. 2. in 3. volum.

Secundo locū non hēt supradicta Vinc. cōclusio, qñ scdm matrimonium contractū lite pēdētē super primo clādestino: nā ex eo q̄ li. pen. fuit cōtractū, amittit priuilegium illud, sic notat Ioann. ab Imo. in conf. 125. Deci conf. 163. columna quarta.

Tertio locū non hēt supradicta cōis conc. secundū Dec. qñ pp matrimonio primo clādestinè p̄cto adsūt aliquot indicia, p̄ter dictā pbationē, nēpe nominatio cōiugū, subarratio, copulauit, ex qb. Did. Cou. in epit. de spōf. par. 2. c. 6. nu. 11. credit, vt plurimū arb. iud. diffiniendū est. q̄ v̄t ex mēte Aret. cōf. 82. col. 4. sentit Bal. cōf. 51. in 4. vol. Hodie autē dēt seruari sp forma Cōc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matri. de quo nos infra, & no. q̄ regulariter si puella cōsētis p̄mittat vni p verba de p̄nti, & alteri secundo p̄mittatur, & et tradatur, valet primus contractus. c. si. de spon. duo. Fely. in rub. de spon. fa. nu. 12. & sic limitatur quoties. C. de rei vendicatio.

14 Decimo ex natura matrimonij est, vt mulier teneatur reddere debitū viro, & vt ecōtra vxori, iuxta Apof. 1. ad Corin. c. 7. & c. 1. 3. q. 5. c. tua nos, 2. de iureiu. no. Mag. sent. ibi Th. ac Pallu. in 4. sen. di. 32. Sil. de Prie. in verbo, debitū cōiugale, Did. in epit. de spōf. 2. par. c. 7. §. 2. & q̄ negat debitū, & copulam alteri coniugū, alienū obsequiū inuito dño retinet. Hinc Apof. 1. ad Cor. c. 7. inquit, debitum viri vxori reddat, & vxor viro, de quo per Doct. Theo. in 4. sēt. dist. 32. ibi D. Bonau. art. 1. q. 1. Riccar. art. 1. quæst. 1. Duran. q. 1. Scor. & intellige, vt vir vxori interpretatiue, & per insinuationē debitum petenti reddere teneatur, & est rō: quia vxores præ rubore non aliter petere cōsueuerūt, excusatur tñ interdū cōiux reddere debitum, nēpe qñ alter sanus esset, & ex concubitu infectionis lepræ periculum timeretur, vt per Duran. Palu. & Caiet. licet Sil. de Prie. teneat p̄nti, & D. Bonau. & Tho. Ric. & Sco. teneant virū teneri ad debitū reddendū, non tñ ad cohabitationē cū ea, quæ opinio si vera est (salua autoritate rātorū viro) seruanda est, & pcedere posset, qñ timeretur in cōtinentia alterius cōiugis, & periculum eēt de fornicatione, quæ tūc cōiux teneat reddere debitū et leproso & infecto, vt in simili ferē dnt canonistæ de vxore

tempore mēstrui, q̄ nō tenet tūc t̄pis reddere debet, ne partus inde infectus nascat. gl. in c. ad eius, di. 5. tñ ad euitādū peccatū & incōtinentiam alterius vxor debet reddere debitum marito et tempore mēstrui, ne maius malum sequatur, quod tenuit et Riccardus in 4. sen. dist. 3. 2. art. 4. q. 1. Caic. & Palud. & Scot. & Silu. de Prier. in verbo, debitum. §. 6. Ange. de Clauaf. matrimonium 3. §. 6. facit. c. 1. de conuer. coniuga. & ita distinguendo opiniones contrariarū erunt conciliata. Vel pro solutione intellige, quando coniuges ambo essent infecti, & aegritudine, & morbo affecti, & vnus morbo Gallico laboraret, & alter lepra, quia tunc fieri compensatio, secus si alter esset sanus, vt supra, non discedas tamen ab opinione supradictorum sanctorum, si distinctio prima tibi non placeat.

In hoc tamen aduertendum est, q̄ secundū aliquos non licet debitum petere inter coniuges in diebus magnorum festorum. c. quotiescunq; 33. q. 4. licet aliqui velint hoc esse de consilio, non de p̄cepto: ideo, secundū Theologos petere debitū in talibus diebus festiuis est veniale peccatum, & secundum Scotū nullum est peccatū mortale, erit ergo consilium, non in p̄cepto, vt et est de cohabitatione in eadem domo ante benedictionem, & consummationem copulæ non fiendam, vt habetur in Concilio Tridentino. 24. sess. de reforma. matr. c. 1. ibi, præterea hortatur sancta Synodus, vt coniuges &c. & nos supra.

15 Undecimo ex natura matrimonij est, vt filij nati ex matrimonio debeant alia parentibus, de quo diximus et supra col. 3. quod tamen intellige, & declarata, quando ambo sunt Christiani, secus si inter Infideles alter coniugum conuertatur, quia tunc si perueniat ad ætatem perfectam, liberè poterit sequi parentem, quem voluerit: si autem est in ætate minori debet dari parenti fideli, non obstante quod indiget matris obsequio ad educationem, vt probatur in c. ex litteris, de cōuer. infi. & et ex mente D. Thomæ & aliorum Theologorum, & sciendum est quod alimenta nō tenetur pater præstare filiis spurij de iure ciuili. si quis a liberis. §. vtrum, in fi. ff. de libe. agno. auth. ex complexu. C. de incest. nup. Soci. iuni. confi. 8. nu. 6. lib. 3. Secus de iure canonico, quo pater tenetur relinquere alimenta filiis naturalibus, & spurij, capitu. cum haberet, de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult. Cardina. Palcottus tracta. de noth. & spurij. quaestio. 48. numc. 3. Burfa. confi. 62. ibi de communi, numc. 6. libro. 1. Berous confi. 145. numc. 23. & 29. lib. 2. Hero. Gab. confi. 24. numc. decimotertio, Decianus confi. vigesimo nono, numero primo, lib. 3. & confi. 42. numero trigesimo octauo, lib. secundo. Anton. Gabri. in recol. commu. titu. de alimen. conclu. 1. lib. 6. Duen. reg. 367. & Ioseph Ludoui. commu. conclusio. 1. vbi ampliat, & limitat declarando.

16 Duodecimo ex natura matrimonij est, vt filij suscepti ex matrimonio vero, legitimi sint. §. 1. Insti. de patr. potesta. & c. quod nobis. c. causam, quæ, & c. lator. qui filij sint legitimi. c. tuam, de ord. cog. Vnde & matrimonium contractum inter infideles iuxta

propriam eorum legem valuit, etiam si iure canonico non tenent, filij ex eo nati legitimi sunt, si illi coniuges ad fidem catholicam conuertantur. c. si. qui filij sint legitimi. Illud namq; matrimonium ad hoc ad usū p̄ta fide catholica, & Christiana, non dirimitur. c. de infidelibus, de consang. In dō filij procreati ex matrimonio nullo, interdum censentur legitimi videlicet propter bonam fidem alterius tantum ex coniugibus. c. ex tenore, qui filij sint legitimi. c. peruenerit, eo. tit. Deci. confi. 153. quem sequuntur Mod. Galli cōfi. 5. in Alex. vol. 7. Duo tamen sunt necessaria. Primū quod matrimonium fuerit bona fide contractum: secundum quod fuerit in facie ecclesie celebratum. c. cum inhibitio §. 1. de claud. despon. c. 2. qui filij sint legitimi. ibidem communiter. ideo dicti filij integrè omninoq; legitimi censentur quoad omnia, non ex parte (etiam quoad feuda, vt per Bal. c. 1. §. naturales si de feu. fuer. cont. int. dom. & agna. Cur. iun. cōfi. 52. col. 1. & confi. 27.) glo. in d. c. cum inhibitio. §. 1. quam commendat Geor. Natta in c. quamuis pactum, de pact. in 6. col. 2. & Iaf. in l. ex facto, col. 5. ff. de vulga. & idem Iaf. confi. 156. col. 2. volu. 3. ibi de communi asserit, & confi. 168. eod. vol. col. 3. & est glo. similis in cap. cum in captiuitate. 34. quaestio. 1. quia verè sunt legitimi isti filij, vt probatur d. c. ex tenore, no. Bal. l. qui contra. C. de incest. nup. Quin etiam dicebat Barto. Brix. quaest. domin. 64. quem comprobant Præposi. in c. 2. qui filij sint legitimi. ibi Doto. filios natos, seu conceptos ante sententiam p̄dentem lite super matrimonio legitimos esse, quamuis eorum parentes ante conceptionem a iudice essent excommunicati propter contumaciam in non comparendo commissam, quibus tamen postea litem prosecutis pronunciatum fuit matrimonium omnino valuisse. Ex quo in serunt etiam Doctores appellacione pendente a sententia lata contra matrimonium filios conceptos legitimos esse, Ioann. Andr. Præpos. & Card. in d. c. 2. qui fil. sint legitimi. Hæric. in d. c. ex tenore, qui filij. sint legitimi. de iur. regim. c. non solum, de appella. in 6. vbi probatur, sententiam quoad eius effectum, suspendi appellacione, & facit tex. in l. 1. in fine, ad Turpilli. & Idem dicendum videtur de filiis conceptis post hanc sententiam pendente termino decem dierum dato a iure ad appellandum. c. non solum, in prin. de appella. in 6. His tñ duobus casibus proximis non est p̄sumenda bona fides, secundū aliquos: sed mala p̄p̄ authoritatē sententiæ. c. in presentia, de ren. cle. 1. de sequet. post. l. si in stituta. §. de inoff. ff. de inof. test. ex quibus appellacione pendente adhuc snia habet maximā authoritatē, licet nondū sit sortita effectū rei iudi. sic pro ea sententia p̄sumitur, quibus nō operet rāslacionē oneris p̄bādi in aduersariū ex traditis p̄ Dec. in Rub. de app. col. 4. eudē in c. qm̄ cōtra, de p̄ba. nu. 32. ibi Fel. nu. 31. Alc. de p̄sum. reg. 3. p̄sump. 9. Non recedendū est tñ a p̄dictis duabus cōclusionibus p̄p̄ possessionē cohabitationis coniugalis. Ex quibus inferri nō optimè vidisse Pau. de Cast. cōfi. 354. vol. 1. matrimonium scđm bona fide cēseri cōtractū p̄dentem lite, & appellacione a snia lata contra primū: hoc n. Fel. reprobat in c. lator, nu. 11. de re iur. & me.

& marito ob primū matrimonium, super quo lis pendet, arg. ca. cum apostolica, de spon. si quidem assid est p̄sumere bonam fidem in coniugibus p̄dentem lite super eodem matrimonio, aliud in his, qui secundum matrimonium contractum in iniuriam primi matrimonij, q̄ adhuc sub lite versatur. I. mo. cōfi. 125. & gl. si. ibi Abb. lator supra Domi. cōfi. 76.

Sed animaduertendum, quod secundū gl. in c. perlatum, qui filij sint legitimi, quam Abb. & Card. dixit singularē, snia diuortij prioris matrimonij iustā cām ignorantie exhibet, vt secundum matrimonium contractum, quāuis illa snia nulla sit, sed id pro cedit, qm̄ p̄dicta snia nō est manifestè nulla & nō potest iusta ignorātia iuris p̄tendi, per tex. vbi gl. ver. comprobata. hoc not. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, ita illum textum intelligens, qui p̄t & aliter intelligi, si dicamus ibidem a prima snia diuortij appellatum fuisse, & secundum matrimonium contractum lite & appellacione super primo pendente, quo quidem casu mala fides in contrahentibus p̄sumenda est, sed de his alibi diximus.

Adde supradictis, quod nec tantum illa proles cēferur legitima, quæ ex matrimonio concepta fuit, sed etiam filij nati ex coitu fornicario, qui poterat coniugalis esse, si cōsensu accessisset per subsequens matrimonium filij antea nati efficiuntur legitimi, & tanta qui filij sint legitimi. cum quis. C. de natu. libe.

Et talis legitimatio per subsequens matrimonium facta est validior & efficacior aliis legitimatōibus & de huiusmodi materia pertractat Per. à Due. reg. 350. Ant. Gab. recolle. com. opi. tit. de legit. Villalobos in verbo legitimus, Viuius in verbo legitimatus ob matrimonium, Clarus in §. seu idum q. 82. in fine, Mantica tract. de concue. vlt. vol. titu. 12. nu. 1. lib. 1. Ioseph. com. conc. concl. 26. Burf. confi. 18. Me noc. confi. 174. lib. 2. & confi. 6. lib. 1. idem Burfat. confi. 10. confi. 12. & confi. 16. & confi. 18. Rol. à Valle confi. vlt. lib. 2. Rimi. iun. confi. 46. nu. 80. vlt. que ad finem, lib. 1. cum in finis quos possemus cumulare: & procedit & ampliat, vt filij p̄dicti legitimi fiant per matrimonium subsequens, siue nati uitatis, siue conceptionis tempore potuissent parentes matrimonium contrahere, per tex. in l. qui in vterro ff. de sta. ho. vbi Iureco. setum existentē in vterro natū existimat, si fetui hoc sit vile, alioquin nō cenferi natum, idem probat gl. ibi, quæ sequuntur Doc. in d. c. 2. qui filij sint legitimi. ita Hosti. Io. Andr. Anto. nu. 17. & Card. d. c. tanta, Sali in l. nuper, C. de natu. libe. Henri. in c. ex tenore, qui filij sint legitimi. c. tuam, de ord. cog. §. ff. de sta. homi. & §. sufficit, Insti. de ingen. & de communi opinione attestatur Dida. de spon. 2. par. c. 8. §. 1. in 2. col.

Secundō ampliat, etiam si filij nascātur ex fornicario coitu ex concubina, etiam non retenta domi, efficiuntur legitimi ratione sequentis matrimonij, cum inter hanc concubinam, & virum matrimonium legitime contrahi possit. gl. quæ hoc not. in c. innotuit, de elect. ibi Abb. idē Abb. in c. tanta, ibi et Doc. Io. And. in reg. sine culpa, de reg. iur. in 6. colu. 7. & nos supra diximus, col. 1. hoc eod. ordine.

Tertio ampliat, vt filij nati ex concubina clerici in minoribus ordinibus constituti, etiam beneficium ecclesiasticum habentis legitimi fiant per matrimonium subsequens, vt per Io. And. in d. reg. sine culpa. colum. 8. Bald. c. 2. §. naturales, si de feu. fue. contro. int. do. & agn. val. Præpo. in d. c. tanta, col. 9. Nico. de Vbal. trac. de successio. ab intest. col. 20. Dida. de spon. 2. par. c. 8. §. 2. nu. 5. licet Bar. in l. pe. ff. de concu. nu. 5. distinguat, quod si clericus nō est beneficiatus, filij tunc nati ex concubina per subsequens matrimonium legitimantur, sed si clericus retinebat beneficium, & concubinam, non legitimantur, de quo per Ant. Rosl. lib. 1. legitimatōis, col. 4. & Lud. de Sardis trac. de legitima 2. par. §. de legitimatione per subsequens matrimonium, q. 3. & Io. Lupus in repeti. c. per vestras, nu. 3. §. 2. 1. nu. 21. de don. int. vi. & vxo.

Quartō ex supradictis ampliat, vt filij suscepti à monacho, vel moniali intra annum probationis, seu professionis per matrimonium subsequens legitimi efficiantur, quia tempore conceptionis parentes coniugium contrahere poterant, quod Præposi. fateatur in d. c. tanta, col. 10. qui filij sint legitimi.

Quintō ampliat, vt filij per matrimonium subsequens legitimi efficiantur, etiam si nati fuerint ante contractum matrimonium, & sic siue nati matrimonio ipso nondum contracto, siue eis conceptis, & adhuc in vterro existentibus, matrimonium contrahatur, vt Io. And. d. c. tanta, vbi communiter Doc. & probatur in l. nuper. C. de natu. libe. & in §. sufficit, Insti. de ingenis.

Sextō ampliat, vt filij efficiantur legitimi subsecuto inter parentes matrimonio, et si nō intercesserint nuptialia infra, quæ quāuis iure ciuili exigantur, iure tñ Pontificio, cui stādum est, non sunt necessaria, vt matrimonium valeat, gl. in c. i. 30. q. 5. Abb. & alij in d. c. tanta, Ang. Arc. in §. ff. Inst. de nup. Iaf. confi. 168. nu. 7. vol. 4. Dec. cōfi. 155. co. 2. ibi de cōi. idē asserit Præpo. d. c. tanta, col. 5. declarat tñ istam communem opinionem procedere quoad vim matrimonij, & valorem atque filiorum legitimatōnem simplicē, & canonicā, non tamen quoad successionem filiorum, quæ in locis imperiali ditio-ni subiectis non defertur filiis, nisi in matrimonio nuptialia instrumenta cōfecta fuerint, idem voluit Auge. Perusi. confi. 29. Bald. l. si qua illustis, C. ad Officia. Cur. iun. confi. 136. col. 2. vol. 1. ibi de communi, Soc. iun. confi. 52. colum. 2. vol. 1. & Lucas de Penna in l. 4. colu. 2. C. de his, qui spon. mu. sube. lib. rolicet hæc opinio videatur displicere Alexandro in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 19. ff. ad Trebel. & Iaf. in l. generaliter, §. cum autem, col. pen. C. de insti. & subst. & Ruy. confi. 211. colu. 2. vol. 1. ibi appellat communem, & Pari. confi. 13. nu. 49. volu. 2. & Did. Coua. d. c. §. 2. nu. 8. Tamen ego crediderim hodie esse decisam hanc controuersiam per Concilium Tridentinum, sessi. 24. de refor. mat. c. 1. vbi datur forma in conficiendo, & celebrando matrimonio atque ideo illa forma nō seruata non erit matrimonium, nec filij nati legitimi per subsequens matrimonium.

Septimo ampliat, vt filij matrimonio sequito



legitimi efficiantur, etiam si parentes sint genere, vel fortuna seu diuitijs dispares, vt p Nic. de Vbal. in trac. de suc. ab int. col. 16. Iaf. in confi. 234. vol. 2. Lupus in c. per vestras, in 3. not. §. 2. nu. 17. de do. int. ur. & vxor. Emanu. Costa in §. & quid si tātū. 2. par. nu. 98. ff. de lib. & posth. & hæc opinio verior est de iure canonico, vt diximus supra, col. 1. hoc cod. vlti. ordi. dicat quid velit Ang. qui contrariū voluit in Auth. quib. mod. nat. effi. leg. §. sed aliud. Ruy. cōfi. 211. vol. 1. nu. 5. & Soc. iun. cōfi. 52. vol. 1. & Cur. iun. confi. 136. & Pau. de monte Pico, in l. Titia, cū testamento, in §. Titia, cum nuberet, nu. 5. ff. de le. 2. poterit tamen concordare, vt diximus supra, col. 1. vlti. ord. nu. 16. & 17.

Octauo ampliatur, vt filij matrimonio sequuto legitimi efficiantur, et si patres sint senes, & in mortis extremo tempore, & infirmitate constituti, qñ contrahunt matrimonium, Io. And. in reg. si ne culpa, de re. iu. col. 3. Abbas in c. 2. de frigi. & male. Ioā. And. & Prapo. in d. c. tanta. Paris. confi. 13. volu. 1. nu. 68. Alb. in l. cum quis. C. de natu. lib. Cy. in l. nuper. C. de natu. lib. Alex. in l. si quis posthumus, col. 1. ff. de lib. & posth. Lud. de Sardis, in trac. de legitima. prima legitima. in prin. & est communis opinio & vera, vt diximus supra, col. 1. hoc eod. ordi.

Nono ampliatur, vt filij legitimi fiant per matrimonium subsequens et sine parentū consensu: imò ipsi contradicentibus, & repugnantibus: nam huic matrimonij fauori parentes ipsi renunciare nō pñt imò nec ipsi filij, cum interse reipublicę hanc legitimationem fieri, arg. c. inter cetera, 22. q. 4. igit nec parentes, nec filij renunciare possunt huic constitutioni, ex c. si diligenti, de fo. comp. l. si quis in cōscribendo. C. de pac. Et ex supradictis inferitur, qd in legitimatione, quæ ex contractu matrimonij fit, non requiritur consensus filij, secundum Ang. confi. 17. col. 2. Sal. in disputatione incipiente, Mediol. quidā, 2. dubio, art. 3. Prapo. d. c. tanta, q. 12. Ioan. Lupus d. c. per vestras, not. 3. §. 2. nu. 17. dicat quid velit Boer. decif. 160. & Barb. in l. cum acutissimi, fol. 27. col. 4. C. de fidei. & Lud. a Sardis, trac. de legi. primo modo. c. incipiente, tertio loco, & Rosel. in tracta. de legitima. parti. 1. col. 9. sed bene consensus expressus vel tacitus parentum, & filiorum in alia legitimatione requiritur, vt legitimus efficiat ex tex. in Auth. qui. mod. nat. effi. sui. §. si vero is, qui probat filios il legitimos, non posse contradicentibus parentibus legitimos fieri, sicut econuerso inquit tex. esse necessariam filiorum voluntatem, vt legitimi efficiantur, quem tex. dixit singularem Rom. iug. 88. Iaf. cōfi. 150. col. 4. vol. 4. Dec. confi. 55. nu. 7. gl. in l. in adoptionibus. ff. de adop. & sic infans potest natalibus restitui, accedente legitima etate, si ipse legitimatus taceat sciens effectum se legitimum, vt notauit Azo in summa. C. de emanc. sic intelligendus est Bar. in l. si ff. de his, qui sunt sui, dicens infantem posse natalibus restitui absque eius consensu, de quo latè tractat Barbat. confi. 34. vol. 2.

Decimo ampliatur, vt filij legitimi censeantur ex matrimonio secuto inter eorum parentes, etiam si post eorum natiuitatem aliud matrimonium con-

tractum fuerit, vt voluit Ioan. And. d. reg. sine culpa & Prapo. d. c. tanta, quæstio. 7. Nico. de Vbal. de suc. cef. ab intesta. col. 20. Bar. in l. pen. §. vxor. ff. fol. mat. Iaf. in l. Pomponius §. quæsitum. ff. de acq. post. probat tex. in Auth. qui. mod. natu. effi. legi. §. si vero solummodo, ad finem, & de comuni attestatur Castr. d. §. quæsitum, And. Tiraq. de primog. q. 34. nu. 2. idem Tiraquellus in l. boues. §. hoc sermone, limita. 3. nu. 17. de verbo. sig. Anto. Rosel. in tracta. legitimatione. col. 15. & Ludo. de Sardis, in tracta. legitima. primo modo legitiman. quæst. 2. quamuis tandem recedat ab hac opinione.

Vndecimo ampliatur, vt filij nati, & concepti ex coniugato viro, ipsa matre soluta, & ignorante, omnino virum illum esse coniugatum, sequuto postea matrimonio inter eos valido, & legitimo per matrimonium filius ille efficiatur legitimus, secundū gl. in d. c. tanta, vers. aliam, duas exponentem opiniones contrarias, ibi subdit in fine primam verioem esse: nempe hunc filium ex hoc matrimonio effici legitimum, arg. c. ex tenore, qui filij sint leg. vbi probatur, ex matrim. prolem esse susceptam legitime, et si matrimonium legitimum non sit, modo alter ex coniugatis credat matrimonium firmum esse: probat idem optimus tex. in c. quod nobis, qui filij sint legi. dicens, filios natos etiam ante approbationem ecclesiæ ex matrimonio illicito, id est clandestino contracto legitimos esse, si illud matrimonium ab ecclesiæ fuerit approbatum, licet verum matrimonium nō fuerit ob aliquod impedimentum, secundum sensum verum illius tex. a Io. And. Anch. Card. Anto. & Prapo. ibi comprobatur, quem sensum communem esse fatetur Anto. Rosel. tracta. de leg. 1. par. c. pen. post Ant. d. c. quod nobis, licet in natis ante approbationem contra teneat Host. Cald. & Abb. ibi, & Ioan. Brunel. in tract. de spon. conclu. 2. ampliatio. 3. & id contingit propter alterius bonam fidem, & sic ignorantia alterius coniugum reddit prolem legitimam per subsequens matrimonium, facit illud, quod diximus supra, quod matrimonium verum, & putatum regulariter æquiparatur, c. debitum, de bigam. & nos in diui. matrim. diximus, ibi videas. & hanc opinionem putat esse veram Prap. d. c. quod nobis, 3. col. Ant. de Rosel. post eum in tracta. legitimatione. par. 1. cap. penul. dicens ad hoc esse glossam in præallegato c. tanta, in verbo, alium, cui glossæ est alia similis in c. non omnis, vers. cu. continente. 32. quæstio. 2. & hanc opinionem videtur sequi Domini. confi. 66. col. 4. & Ludoui. de Sardis, tracta. legiti. fol. 9. col. 2. & fol. 6. col. 2. Curti. iun. confi. 27. numero octauo, Gul. Cassa. decif. vnica, de sponsa. vbi fatetur, hanc opinionem esse magis communem, vel saltem in re dubia ex interpretum controuersia pro legitimatione proliis sententiam ferendam, quemadmodum in Rotæ auditorio factum esse asserit, Et licet contrariam partem multi Doct. tenuerint, per tex. in c. cñ inhibitio. §. 1. de clā. desp. quo statuitur et vtriusq; ignorantia in matrimonio clam contracto proli nō pdesse, vt legitima sit, si postea coniugiu dissoluatur, quæ eis imputat quiddam ex opere illicito, pter eorū cogitationem cœnit. c. si de ho. in d. c. tua, co. ti. & hæc opinionem

opinionem secundam relatum in d. c. tanta, sequitur Ioan. And. & Ant. Abbas, & Dida. Couar. de spon. 2. par. d. c. 8. §. 2. nu. 17.

17 Tamen ego credo, primam opinionem de æquitate esse seruandam fauore filiorum, & fauore matrimonij. Secunda opinio in puncto iuris posset disputari sublineri, vt videtur etiam esse ex mente Didaci, nu. 17. in fine.

Duodecimo ampliatur, vt filius ita legitimatus ex subsequenti matrimonio censeatur, & efficiatur legitimatus quoad oia, perinde ac si ab initio ex legitimo matrimonio cõceptus foret, gl. tñ ibi oēs sequitur, in d. c. tanta, & de cõi. Alex. d. §. si quis rogatus, nu. 18. ff. ad sena. Tre. Boe. dec. 240. sub nu. 16. Duē. & alij quos laudat Viuius lib. 1. col. com. opt. nu. 123. Soares. in verbo legitimated, nu. 125. & Didac. Coua. d. loco. Atq; ideo legitimatus per subsequens matrimonium ad retractum admittendus est, & sic retrahere posset res a consanguineo veditas, de quo per Tira. de retract. late per totum. Item legitimatus per subsequens matrimonium admittitur ad ecclesiastica emphiteusim, quā pater habuerat, ac si foret ab initio ex matrimonio conceptus, vt Imo. in l. qd dñ. ff. de ver. obli. Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. nu. 18. ibi Ripa, col. pe. Paris. cōfi. 13. nu. 43. volum. 2. nos infra, suo trac. dicemus. Itē legitimatus per subsequens matrimonium, in episcopum eligi potest, absq; alia dispensatione, glo. in c. innotuit, de elec. vbi Ant. & alij quos sequitur Nic. Boer. decif. 159. col. 2. est q; cõi. opinio, de qua Dec. in c. cum in cunctis, col. 2. de ele. Barba. in l. cum acutissimi. C. de fidei. fo. 27. col. 4. licet ab ea discedat. Nam & gl. approbata communiter in d. c. tanta, vult ad quoscunq; ecclesiasticos ordines, eum legitimum censeferi, vt ibi per Abb. & Raue. & Arch. c. Olius 56. dif. Item legitimatus per subsequens matrimonium, et iuribus municipalibus legitimus censeatur, nedum iure communi, quamuis statuta sint strictè interpretanda, Abbas in d. c. tanta, qui filij sint legiti. Anto. in c. per venerabilem, qui filij sint legi. nu. 16. Boeri. decif. 159. col. 2. Moder. Galli in consue. Par. titu. 1. §. 8. gl. 1. nu. 49. Nico. de Vbal. de succ. ab intestato, col. 23. Dec. confi. 155. Fortuni. in l. Gallus §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. col. 127. p. Dida. d. c. 8. §. 2. sub nu. 26. optimè contrarijs respondent do ibi distinguit. Item legitimatus per subsequens matrimonium, ad feuda admittendus est, secundū Abb. in d. c. innotuit, de elec. col. pen. Ioan. And. Abbas, & alij, d. c. lator, qui filij sint legi. Fortu. in d. §. & quid si tantum, col. 129. ff. de lib. & posth. Boer. decif. 123. & est communis opinio, vt attestatur Abb. d. c. tanta, Alex. d. l. ex facto. §. si quis rogatus, nu. 18. ff. ad Treb. Decif. confi. 155. & nos infra de feu. Sed econtra effectus legitimus rescripto Principis non est ad feuda admittendus. c. 1. §. naturales, si de feu. fue. contro. int. do. & vass. cum similibus adductis p Tiraq. in trac. de retract. lib. 1. §. 1. in glo. 3. nu. 6. & tract. de mort. 4. par. 5. declara. nu. 8. & idem Tiraq. de nobilita. c. 3. nu. 16. & c. 15. nu. 18. Mod. Galli in consue. Pari. tit. 1. §. 8. in gl. 1. q. 8. & nos dicemus alibi late. In hoc tñ casu ego limitare suprad. duode-

cimam ampliacionem, nempe, vt legitimatus p matrimonium subsequens, non censeatur primogenitus excluso fratre postea ex matrimonio legitimo, ante secundum coniugium nato; & ita tenerè inconsulendo, & iudicando, & ita tenet Ioā. And. in reg. sine culpa, col. 10. de re. iu. in 6. quæ sequuntur Anc. Car. Heer. in d. c. tanta, Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum, nu. 89. ibi Alex. col. fi. de lib. & posth. Gal. lia. nu. 90. ibidem Ioā. Cirier, lib. 1. de primog. q. 14. Marfi. Laud. in tract. de primog. fo. paruo. 18. Nieo. de Vbal. tract. de succ. ab inte. fo. 6. col. 4. Mod. Gal. li in consue. Pari. tit. 1. §. 8. in gl. 1. q. 7. Albe. in l. cum quis. C. de natu. libe. Tiraq. in trac. de primog. q. 24. nu. 3. & 43. ibi plures pro hac parte adducit, & hanc puto esse magis communem & verioem opinionem dicant quid velit alij Doct. in contrariū, & signanter dicat quid velit Did. Cou. d. c. 8. §. 2. col. pe. & rō quæ me mouet est ex d. c. tanta, quia post contractū matrimonium ille filius verè est legitimus, ergo ante verè legitimus nō est. itaq; erit censendus primogenitus, ille, q prius natus est in legitimo matrimonio, & sic secundo natus, q vt et ex mente Alci. lib. 3. Parado. c. 12. Adde quod legitimitas non trahit retro in preiudicium alicuius, §. licet, in Auth. qui. mod. nat. effi. legi. l. si mulier diuerterit. ff. fol. ma. no tant Doct. d. §. & quid si tm. sicut Isaac noluit retrahere, & reuocare benedictionem primogeniture datam filio suo Iacob secundo genito, ex quo forsã erat ius quæsitum, vt hñ Gen. c. 27. Ant. autē Rosel. in trac. de leg. col. 20. distinguebat, an sit ad primogenium vocatus primogenitus simpliciter, an primogenitus legitimus: primo casu recedat opinio contra cõem, secundo casu. f. cum sit mentio de legitimo, procedat cõis. Ego aut non sequor hæc distinctionem, sed non recedo ab his, quæ supradixi, verū de his alibi suo loco diffusius, & melius dicemus.

Limitanda tñ est supradicta prima conc. & intelligenda est, limitatione per subsequens matrimonium induci, qñ concubina ex qua genuit filiu, Christiana erat tempore conceptionis, vel natiuitatis catholica, seu Xpi fide, pfecta: secus si esset Saracena, Iudæa, vel infidelis, quæ filij nati ex cõcubina Iudæa, vel Saracena nō efficiuntur legitimi rōne matrimonij legitime subsequens, Host. Io. And. Ant. Car. & Abbas d. c. tanta. & ratio est, quia nec tempore cõceptionis nec natiuitatis poterat inter patres qñi cõiugium.

Similiter limitanda, & intelligenda est suprad. principalis concl. vt hæc legitimitas rōne mrimonij eos filios complectatur, q tempore cõiugij contracti viuunt non tñ filios mortuos, nec ex eis nepotes adhuc viuētes: nemo. n. post mortē legitimus efficiat: pater vero iam mortuus ex matrimonio legitimus non est, igitur nec nepos, cum pater incapax legitimationis impediat filium legitimum fieri eo q ex patris persona isthæc legitimitas ad filiu perueniat. l. 1. §. ceterū. ff. de acq. post. Præterea ea fictio duo extrema requirit, extremum a quo, & extremum ad quod, vt per Doct. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vñc. hic verò extremum ad quod est inhabile, & extinctū, quia filius iam obiit mortem, igitur fictio ex capitu. tanta, cessat, & hanc opinionem in casu. capitu. tanta, vo-

lunt Gal. Bald. Albe, in l. benignus, ff. de legi. Paul. de Castro in l. scire, ff. de leg. idem in l. i. §. ceterum. de acquir. possessio. Alex. in l. Gallus, §. si eius, ff. de libe. & posthu. in fine. Ias. in d. l. si is, qui pro emptore, nume. 121. Hippol. singu. 121. post Lucam de Penna in l. 4. C. de his, qui sponte pub. mu. sub. quæstio. secunda, lib. decimo. & Anto. Rosell. tracta. de legitima, col. 11. & hæc opinio mihi videtur magis vera, & magis communis, dicat quid velit Dida. Cour. de sponsa. secunda par. c. 8. §. 2. nu. 19. de quo vide etiam, quæ diximus tracta. dona. col. fina. & alibi nos distinguemus.

Et sic de natura matrimonij, seu de effectu matrimonij est, quod filij antea nati illegitimi legitimantur: quare si consortium cum muliere libera cum qua matrimonium contrahere poteram, habuissem, ex eaq; filios procreassem, deinde matrimonium cum ea sequatur filij legitimantur, vt dixi: sed hoc est verum concurrentibus quatuor, quod sit mulier libera, & cum qua matrimonium contrahere potuissem, quia mihi non coniuncta erat, vel alij viro copulata. Item, quod sit sola, scilicet si plures concubinas habeam. Impudicis enim lex non ponitur, nisi in pœnis §. si verò effusa, in Auth. quib. mod. natu. effi. sui. Itē quod sit retenta in domo mea, & tractata sit tanquam vxor. Item, & vltimo, quod dotata fiat instrumeta, & hoc ad filiorum legitimationem §. vlt. vbi gl. & Doct. Inst. de nup. At de iure canonico etiam sine his solo consensu & matrimonium contrahitur, & filij legitimi fiunt, vt dicunt Doct. in d. §. vlti. An verò in cæteris casibus sine dotali instrumento matrimonium contrahi possit, dicendum quod sic regulat. l. 3. ff. de iur. dot. Limit. in varijs casibus, vt per glo. in §. quia vero legem, il primo, in Auth. vt liceat matri, & auia. Hoc tamen iure canonico non procedit, quo solus (vt dixi) consensus est inspiciendus. c. tanta, vbi Doct. extra qui filij sint legit. Adde supradictis, quod de natura matrimonij est conseruare familias, & memorias patrum, vt not. in l. isti quidem, in fine, ff. quod met. cau. Ideo filij dicitur quasi consanguinitatis filius, vt inquit Bar. in l. liberos, in prin. ff. de verbo. signi.

17 Præterea de natura, siue effectu matrimonij est patria potestas, quia per matrimonium patria potestas caufatur, quæ iuris ciuiliis est. Nulli enim sunt alij, qui talem potestatem habeant, quam ciues Romani, quoniam alij filios suos tanquam absolutos habent: alij verò tanquam sclauos §. 1. vbi gl. Insti. de par. pot. In potestate igitur nostra sunt filij masculi vel feminæ, ceteriq; descendentes, qui tamen ex filio ceterisq; descendebus masculis procreantur: sed si ex nupta filia nascantur nepotes, non in mea, sed in sui sunt patris potestate §. vlt. Insti. eo. Nupta tamen filia est in potestate mea. Ideo nec testatur: nec hereditatem adit sine iussu meo, & quod acquirit, mihi acquirit. Quod in quomodo intelligatur refert Portius, in col. 2. Insti. ad senatus. Tert. & nos alibi dicemus.

Sciendum est, quod supra, quod patria potestas caufatur tribus alijs modis, gl. l. i. ff. de his, q. sunt sui. Primo mediata curæ oblatione, veluti ad seruitium

Principis filius naturalis oblatu fuerit: statim enim legitimus fit, & in patris potestate §. vlt. Inst. de nu. a qua curiali conditione liberatur ex varijs dignitatibus de quibus in l. vl. C. de decu. lib. 10. Secundo patria potestas caufatur mediante adoptione, de qua dicemus alibi suo loco. Tertio patria potestas ex legitimatione producitur, quæ ex rescripto Principis conceditur, quoties cum matre matrimonium contrahi non potest, vel quia sit mortua, vel viua, & ex delicto habeatur, p. mortua, vel quia absens sit, vel quia se duci non consentit, vel quia digna non sit, vt vxor fiat, de quo in §. sed et aliud, in Auth. quib. mod. nat. efficiant. legi. de quo dicemus etiam alibi.

Ex natura matrimonij etiam est vt contrahentes matrimonium prohibendum penam incurrant, & primo perdunt nomen coniugum, nam nec vir, nec vxor appellatur, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur, secunda est respectu patriæ potestatis, quia tales nati non sunt in patria potestate, sed tales habentur, quales habentur vulgo concepti: nam nec tales patrem habere creduntur, cum illis pater sit incertus, vnde isti filij spurij, seu nothi solent appellari, vel sine patre filij Alia pena est respectu exactionis dotis, vel donationis propter nuptias, quibus locus non est: si scio namq; applicatur. Alia demū est pena infamiæ, priuatio dignitatis, & corporis castigatio §. si aduersus, vbi gl. & Doct. Inst. de nup. & hoc præcedit, si volutarias nuptias iniurè contraxe rint in celsas, vel nefarias: sed si p. rapinam quis aliquam duxerit virginē, alias viduam honestē viuē vltimo supplicio est afficiendus, nec ei rectè nubere potest, quia pena est huius criminis participes efficiuntur. Hocq; procedit et si mulier volens esset, quoad nulla sit femina, quæ sagacis viri artes euitare possit. l. 1. vlt. ad fin. C. de rap. vir. idēq; est si sponsa rapiatur a sponso, d. l. 1. §. 1. vbi gl. idem in spōso raptō, dicit, licet raro coniungat. facit tex. in Auth. de rap. mulie. Aliaq; pena infigitur raptoribus, vt dicitur iuribus. Hodie autē iure canonico raptis mulieribus raptores nubere possunt, et sine patris consensu, vlti, extra de raptō. decl. Doct. in §. sunt & alia, Insti. de nup. intellige iuxta formā Concilij Trident. sess. 24. c. 6. de refor. mar. de quo nos supradiximus, col. 1. vlti. ord. nu. 15. Si verò quis monialē, vel virginem vestalē nedom rapuerit, sed et tū rapere tentauerit, capite puniatur, l. si quis non dicam rapere, C. de epi. & cle. ex quo colligunt Doct. puniri effectum, quamuis non sequatur effectus, de quo in l. cogitationis, ff. de penis, & l. is, qui cum telo, C. ad leg. Corne. de sica, & in l. Diuus, ff. eo. titu.

18 Tertiodecimo ex natura matrimonij est, vt eius cognitio, & iudiciū, & diffinitio pertinet ad solos epōs, c. multorū, 3. §. 8. c. auditis, de psc. & est tex. in c. accedētib. de excessi. p. rala. Pan. in c. 1. de cōsan. de quo per Dida. Cou. de spōs. 2. par. c. 8. nu. 12. pot tñ vicarius epi tractare cognitionē huius cōiugalis causæ, et ex generali concessione epi, tex. vbi Abbas & Præpo. in c. fi. de cōgna. spi. c. litteras, de rest. spo. no. Lamb. in trac. de iu. pa. in 3. par. lib. 2. q. 2. art. 3. Quinetiā causa matrimonialis a Ro. Pon. delegari nō solū pot epīs, sed & inferioribus, nēpe archidiaconis

conis, prioribus, archipresbiteris, vt notat Abb. c. 1. de cons. & af. super gl. 3. & Barb. in c. 1. vt lite non cōtesta. col. 2. Dec. in c. si pro debilitate, de offi. delega. col. 4. & facit tex. in c. proposuisti, de proba. & cap. ex litteris, de in integ. resti. fed non solent Rom. Pontifices causas matrimoniales, nisi ex causa alijs episcopis committere, ut Abbas, Ioan. Andr. & Anto. Felin. & Deci. in d. capitu. si pro debilitate, testatur, Ludou. Gomezi. in cap. statutum, nume. 82. de rescrip. in sexto. & aduertendum est, quod si contro uersia matrimonialis a Romano Pontifice cuidam delegetur, non poterit is delegatus etiam episcopus eam subdelegare propter ipsius causæ grauitatem, authore Abbate in d. cap. si pro debilitate, columna penul. vbi Ioan. Andr. in fine, Anton. colum. 2. Felin. in 3. quamuis Decius ibi teneat contrarium, si tamen causa coniugalis tantum circa thori separationem tractetur solet committi etiam his, qui episcopi non sunt, tex. ubi id in specie notant Ant. & Socin. columna prima, in d. capitulo primo, ut lite non contet. Verum ex præscriptione competere potest alijs quàm episcopis causæ coniugalis cognitio ac diffinitio, ut notant Doctores in capitulo, auditis, de præscrip. ibi per illum rex. & probatur in cap. accedentibus, de ccccl. prælato, idem de priuileg. & consue. glo. in cap. primo, de consang. communit. et ibi recepta, glo. in capitulo litteras, de restitut. spoliatorum.

19 Quartodecimo ex natura matrimonij est, ut iudex secularis non possit discutere causam matrimonialem, nec eius ullam cognitionem habere, etiam si tractetur de coniugij separatione quoad thorum, & hæc est communis opinio, de qua attestatur Alexan. de Neuo, consi. 7. in secundo dubio, ibi inquit, iudex contrahens est excommunicatus, & Deci. consilio 112. licet ipse aliter ibi teneat, & de commun. attestatur Dida. de sponsa. parte. secunda, capitu. septimo, §. 6. numero 8. quod procedit etiam si coniugalis causa incidat in iudicium hæreditariæ successiōis, vt per Didacum, capitu. octauo, §. 12. numero tertio.

Limitatur tamē, quia iudex secularis potest causam matrimonij incidentaliter tractare, si contro uersia in facto non in iure consistat, vt vult Barto. in l. Titia, ff. soluto matri. & in l. 2. ff. de iurisdic. omni. iud. quia tunc causa mera temporalis censetur, not. Abbas. cap. post miserabilem, de vsur. idem Abbas & Felin. capitu. cum sit generale, de foro competen. & hæc est communis opinio, vt attestatur Roma, d. l. Tertia, & ibidem Alexan. colum. 3. Ias. l. quosies, C. de iudi. Deci. capitulo secundo, numero vigesimo quarto, de iudic. ubi Franci. a Ripa numero 17. defendit hanc opinionem contra Decium, post Imo. & Rapha. d. l. Titia, & contra communem more suo tenent etiam Moderni Galli, de contrac. quæst. 10. itaque tutius esset, ut docet Gerard. singu. 96. si etia in causa matrimonij super factum agatur a iudice ecclesiastico, ut etiam uidetur tenere Didacus, dicto loco.

20 Quintodecimo ex natura matrimonij est, ut differētia & quæstio coniugalis seu matrimonialis,

quæ inter duos tractatur, in arbitrium compromitti non possit. capitulo penultimo, de in integ. restitu. no. glo. in capitulo primo, de consan. & in l. non distinguemus. §. Iulianus, ff. de arbit. imō, secundum Roma. consilio 299. ab arbitris laicis causa coniugalis, nec principaliter, nec incidentaliter examinari, nec diffiniri potest, ut est glo. communiter recepta in c. contingit, de arbit. de quo Alexander l. quoties. C. de iudic.

21 Sextodecimo & consequenter infertur, quod ex natura matrimonij est, ut super causam matrimonialem non possit fieri transactio. capitulo fina. de transac. unde quamuis causa spiritualis possit compromitti in laicum arbitratorem, quem amicabilem cōpositorem uulgo appellat, secundum Roma. consi. 173. Alexan. l. quoties. C. de iudi. Ancharan. consi. 34. columna secunda, Felin. in capitulo, cum sit generale, numero quarto, de foro competen. Decius in cap. 2. de iudi. ibi asserit hanc opinionem esse cōmunem, ibi Ripa, numero decimotertio, idem inquit Felin. contra Abbatem d. cap. contingit, Rom. l. Titia, ff. soluto matri. & Barba. d. capitulo secundo, tamen causa spiritualis, in qua transactio fieri non potest, nec in laicum, nec in clericum arbitratorem, compromitti poterit, ut tradit expressè Ripa dicto capitulo secundo, de iudi. nume. 13. cum compromissum in arbitratorem factum transactio ni comparetur, glo. in Authen. ut differ. iud. in principio. Barto. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. columna secunda, Abbas in capit. Quintayallis, de iureiuran. numero septimo. no. Ias. in §. omnī, Insti. de actio. numero octauo, Bald. Castren. & Ias. l. transactio, C. de transa. Deci. consilio 60. Ideo cum in matrimoniali causa non sit locus transactio ni, nec erit admittendum cōpromissum in arbitratorem factum.

22 Decimosextimo, & consequenter ex natura matrimonij est, quod statuta laicorum circa matrimonium generaliter sint nulla, quia hæc matrimonia non sunt de foro seculari, sed ecclesiastico, Felinus consilio 35. est tex. in capitulo, tuam, de ordi. cogn. facit quod notat Barto. in l. Titia, ff. soluto matri. per Doctores in cap. fina. de secun. nupt. sed Abbas. Panormi. in capitulo primo, de spon. & Ant. distinguunt, aut statutum disponit circa substantialia matrimonij, & non ualeat, aut circa penam de nouo inferendo damnum uel auferendo lucrum, nec tenet, ut disputat Ioan. Andr. capitulo, statutum, de hgc. libro sexto, & uidetur opinio communior: si uero statutum disponat non circa substantialia matrimonij, sed circa dependētia seu accidentalia, puta circa dotem, & ualet tale statutum, secundum Innocen. si uerò statutum disponit circa matrimonij solemnitate, uidetur ualere statutum, secundum S. Anton. & peccarent mortaliter non seruantes solemnitates, sed Panormi. dicit, quod Doctores non loquuntur de tali statuto laicorum, quod non ualet: quia materia non pertinet ad eos, sed de consuetudine patriæ ualet, cum interueniat consensus episcopi, & clericorum, unde illam non seruantes, saltē quando est talis consuetudo, quod ex eius præscriptione

ptione ecclesia reddatur incerta de contractu peccant mortaliter, & sic intellige dicta Doctorum in d. cap. 1. & Panormi. sequitur summa Rosel. Sed alij Theologi & Canonistæ conantur concordare & conciliare opiniones tali pacto, quod statutum laicorum disponere potest circa solemnitates matrimonij nihil facientes vel attinentes ad eius honestatem, & certitudinem, sed solum ad aliquod utile pro bono communi, puta ad reprehensionem pomparum, vel huiusmodi: non autem circa facientes ad illa: scilicet honestatem & certitudinem matrimonij: alioquin posset disponere, quod non contraheret coram testibus, quod fit ad eius certitudinem vel coram propinquis, quod ad eius pertinet honestatem, ut per Siluest. de Prier. in verbo, matrimonium, 2. numero 2. de quo uide etiam, quæ inquit Dida. Couar. de sponsa, in secunda parte, capitu. 6. de his, quæ imped. matrimo. sub numero decimo octauo, usque in finem, ubi videtur firmare, quod inferior per legem principis seu superioris addere pœnas superioris legi poterit, Felin. capitulo primo, de sponsa, numero 13. est glo. in clem. ne Romani, de elec. idem Felin. in capitulo secundo, colu. secunda, de proba. & Deci. in cap. quæ in ecclesiarij, de constitu. colum. quarta, & sic Princeps secularis, licet non valeat statuere in matrimoniali materia, poterit tamen pœnas addere prohibitioni Romani Pontificis hac in re. sed hæc opinio, meo quidem iudicio, non est tuta, & displicet etiam aliquibus Doctoribus: atque ideo ego consulerem ut semper in tali materia matrimoniali consuleretur Pontifex, quia alterare pœnam, est nouam legem condere super matrimonio, quod non uidetur permillum in consulto Pontifice.

Itaque statutum prohibens matrimonium contrahi cum forense & contrahenti pœnam imponens non valet neque quo ad prohibitionem matrimonij, neque quo ad pœnam. hæc est communis opinio, ut attestatur Curti. seni consilio 27. post nume. 3. quem refert Cotta in memorali. & ita tenent omnes, ut inquit Alex. consi. 97. post numerum secundum, versicu. quamuis, libro primo. Iulius Clar. in sua pratica criminali. quæstio. 82. statutum. 3. Ibi etiam inquit non valere statutum prohibens sororem nubere sine consensu fratris, ut dicit etiam Alexan. consilio 97. libro 1. post numerum quintum, ibi de communis. Sed quid dicendum est de statuto laicorum quod filii non possint contrahere matrimonium sine consensu patris, ualeat ne tale statutum? In hac cõclusio ne fuerunt variæ opiniones scribentium: nam Bart. in l. adijcimus. C. de murileg. lib. 11. tenuit quod sic & dicit Paris. consilio 29. numero 42. libro 3. quod communiter concluditur quod quando lex civilis imponit pœnam cõtrahenti matrimonium & hoc in fauorẽ alterius ex eo quia ille tertius ex tali matrimonio leditur, talis pœna apposta de iure civili substitit neque per ius canonicum dicitur sublata: vel correctã, licet ius canonicum conualidet ipsum matrimonium: addens quod licet statuta laicorum non possint imponere pœnam contrahenti matrimonio circa substantiam ipsius matrimonij scilicet

ut vt matrimonium ipsum non ualeat secundum magis communem opinionem de qua attestatur Alexand. Cardi. in c. 1. de sponsa. possunt tamen disponere super dependentibus a matrimonio, ut super dote, & ita seruari attestatur Anto. de But. in d. c. 1. quem refert Præpo. ibi.

Contrariam tamen opinionem, nempe quod tale statutum non ualeat, tenuit Ioan. Andre. in cap. statutum, il primo, de hereti. in 6. & de communi attestatur Brunel. trac. de spons. conclu. 19. numero 4. & 5. post Alexan. consi. 97. in fi. lib. primo, & consi. 1. post nume. 2. lib. 3. Curti. seni. d. consi. 27. in 1. dub. Deci. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nume. 36. ibi etiam Felin. nume. post, nume. 59. de constitu. idem Felin. in cap. primo, numero 13. de sponsa. & idem Deci. in specie dicit in l. nuptias, num. 13. ff. de reg. iur. quod communiter tenetur contra Barto. in d. l. adijcimus. & hæc opinio uidetur esse magis communis & uerior secundum Clarum. d. loco supra citato, ibi tamen credit opinionem Barto. fore seruandam in iudicando ubi de consuetudine obseruaretur eius opinio, non quidem circa prohibitionem matrimonij, sed bene circa pœnam priuationis dotis & aliã ab ipso statuto impostas & sic statuta laicorum priuantia filiam dote casu quo nubat indigno sine consensu patris ualent & sunt firmissimæ neque de iure canonico reperiuntur correctæ & ita seruari in pratica attestatur Cardi. Alexan. in d. c. 1. columnã quarta, de sponsa. quem refert Paris. dicto consilio 29. numero 34. libro tertio, & Clarus dicto loco supracitato, & in hoc casu saluatur & procedit opinio Bartoli.

23 Decimo octauo de natura matrimonij est, ut in causæ cognitione huius iudicij, si alter litigantium est absens, possit altero absente & contumace, etiã lite non contestata, iudex in causa hæc, testes recipere, præsentem audire, atque sententiam proferre diffinitiuam, ex capitu. quoniam frequenter. §. porro, ut lite non contest. & ratio est duplex, propter malitiam absentis, & propter periculum fornicationis in eo, qui absentem expectaret, quarum quælibet non sufficeret, ut probat idem tex. iuncta glos. versu. opponi, & Hostien. Abbas, Maria. Barba. ibidem, colum. fina. quos sequitur Iaf. in lin. testamento, in magna. C. de testam. mili. nume. 14. ex §. affinitatis, Insti. de nupt. l. libero rum. §. fina. ff. de his, qui no. in fa. adde l. sequen. & dicitur absens contumax, quando legitime citatus noluit comparere, vel si ex malitia latet, ne citari possit, uel impedit citationem ad eum peruenire, ut per tex. d. §. porro, ibi Abbas, facit tex. in cap. de illicita. 24. quæst. 3. & in l. contumacia. ff. de re iudi.

Decimo nono de natura matrimonij est, ut in causa matrimoniali procedatur summarie, clem. dispensationem, de iudi. quod amplia, ut ibi per gl. in uerbo, matrimonij, Felin. in Rub. de sponsa, nu. 41. quia istud est unum de priuilegijs matrimonij.

24 Vigesimo de natura matrimonij est, ut sententia lata in causa matrimoniali, non transeat in rem iudicatam. cap. lator, & capitu. consanguinei, de re iudic. Felin. in cap. fraternitatis, de frigi. & malefic. & similiter

similiter ex natura est, ut sententia lata in causa matrimoniali, possit probari per testes. cap. Albericus, ibi glo. & Innocen. de testi. sed regulariter sententia debet probari per scripturam, capitu. fina. de re iudi. in 6.

25 Vigesimo primo de natura etiam est, ut post conclusum in causa licitum sit testes producere in causa matrimoniali, etiam publicatis attestationibus, text. in capitulo, sicut ex litteris, de sponsa. ibi Abb. ad hoc ponderat.

26 Vigesimo secundo de natura matrimonij est, ut in causa matrimoniali nõ sufficiant testes aliã idonei, sed requiruntur testes omni exceptione maiores, text. est, ibi Docto. in c. litteris, de testi. & habetur in c. 1. ibi Berna. & Felin. & alij scriben. de confan. & affini. & matrimonium, quomodo probetur, & qui testes in eo repellantur, consuluit Alex. de Neuo, consi. 1. & 2.

27 Vigesimo tertio in causa matrimoniali conuentus non potest opponere se spoliatum fuisse alia re priuata, ita nõ. Spec. titu. de peti. & possess. §. 1. versu. quid si ago, & Host. in summa, in titu. de testi. spol. §. quando, uersicu. quid si uir, & Innocen. capitulo, cum dilectus, de ordi. cogni. facit tex. in c. 1. in fi. de testi. spo. in 6.

28 Vigesimo quarto in causa matrimoniali potest procedi die feriata, secundum glo. 15. quæstio. 4. in summa. & Hostien. in summa de fer. §. quid in eis, uersu. generaliter. quod tamen intellige, nisi sint ferie introductæ in honorem Dei, ut per Specu. tit. de ferijs, §. 2. uer. quid de causis matrimonij, & glo. in cle. sæpe de uer. sig. in uerbo, obnecentes, & Ioã. And. in c. fi. de ferijs. Felin. in Rubrica. de sponsa, numero 7.

29 Vigesimo quinto de natura matrimonij est, ut in causa matrimoniali iura canonica semper præualeant legibus, etiam in terris imperij, text. est, ibi Archidia. not. & Domi. in c. Euphemium, §. hinc colligitur. in fi. 2. q. 3. facit. c. 1. de noui ope. nunci. c. si in adiutorium, cum simili. Felin. in Rub. de spon. nu. 6 & nos diximus supra.

30 Vigesimo sexto in causa matrimoniali singularis opinio unius authentici Doctoris præualet communi opinioni, quæ esset contra matrimonium, ut scit dictum singu. Hostien. in c. si uir, de cogna. spiritu. licet aliã regulariter præferatur communis opinio, ut notant Doc. in c. 1. de consli. Felin. d. Rub. de spon. nu. 6.

31 Vigesimo septimo licet confessio facta per principalem personam ex certa scientia non reuocetur, nisi de contrario notorie constat: puta si confiteor me occidisse Sempronium, quem notorie constat uincere, ut per Cinum, Bar. & Bal. in l. error. C. de iuris & facti igno. & per Docto. in capitulo finali, de confess. & per Specu. titu. de confess. §. fina. uersu. ca. terum. ibi Ioann. Andre. tamen in causa matrimoniali, in qua agitur de periculo animarum, licitum est venire contra propriam confessionem, etiam iuratum, quando quis uult probare quod illa confessio fit in periculum animæ suæ, ita consuluit Petrus de Ancha. consilio 257. incipiente, ego Angelus, &

dicens ad hoc esse casum ad litteram, in capit. lator, de re iudic. & c. consanguinei, ubi pars, quæ procurauit a principio usque ad finem sententiam iudicij diuortij expressis iuramentis, & aliis ad causam necessarii auditur post sententiam contrahens et recta uia, secundum communem opinionem, licet alia dubitauerit, ut ibi in glo. 1. & hoc dicit procedere necum quando sententia est lata contra matrimonium, sed etiam quando est lata pro stante impedimento perpetuo in contrarium, quod cautè sentit glo. fina. in dicto capitulo, lator, & expres sit Ioann. Alderi. in capitu. serics, de testib. Felin. d. Rub. de spons. num. 8.

32 Vigesimo octauo gesta per procuratorem reuocatum in contractu matrimonij non ualent, si ignorauerit reuocationem. cap. fina. de procu. in 6. ubi textus singularis, licet aliã dubitetur de hoc, in l. eius, ibi Docto. ff. si cor. pcta. & per glo. ord. in clem. 1. de renun. & per Bar. in l. unica, cum concor. C. de falsifida. & de hoc habetur latè in c. ueniens, ibi scriben. tes, de cogna. spiritu. & nos diximus supra, tract. mand. in ordi. diuif.

33 Vigesimo nono licet secunda litteræ non facientes mentionem de processu prius facto non ualeant, ut habetur capitu. super eo, de cohab. cler. & mulie. quem ponderat Bar. in l. fina. C. si cont. ius, ueluti, publi. & in l. eam, quam. C. de fideicom. & Angel. consilio 200. & bonus tex. & ibi Anto. & Abba. in c. inter monasterium, de re iudic. & in cap. ex litteris, de offi. deleg. & in cap. ex litteris, de dolo & contu. & utrobique Abbas, & in cap. inter dilectos, de fide instrum. tamen rescriptum in causa matrimoniali impetratum non facta mentione processus, uel sententiæ, ualeat. ita uoluit Lapus allega. sua, quæ incipit, duo prelati, in 4. colum. quæ est allegatio 89. & allegat Ioan. And. in cap. tenor, de re iudica. & assignat rationem, quia ex quo talis sententia nõ transit in rem iudicatam etiam si hoc tacuisset, litteras habuisset, ut per Felin. in Rub. de sponsa, num. 9.

34 Trigesimo de natura matrimonij est, necum ubi agitur de matrimonio, sed etiam ubi agitur de consequutiuis matrimonij, ut possint laici recurrere ad ecclesiam, ita nõ. Abbas in capitu. Gemma, per illum tex. de sponsa. & facit, quod ipse notat in cap. ex litteris, il secundo, & in cap. non est, de spons. dicens per illos textus, quod in causa matrimoniali iudex ecclesiasticus est competens, & ubi nullo modo disputatur de uinculo matrimonij, facit quod cã dotis traditur in capitu. prudentiam, de dolo & contu. & in cap. de prudentia, de donatio. inter uirum & uxorem, & est elegans glo. in capitulo secundo, in uerbo, matrimonij, de iudic. & quod dicitur in capitulo, non est, de sponsa, Felin. in Rubrica, de sponsa, numero 11.

35 Trigesimo primo de natura matrimonij est, ut in causa matrimoniali deferatur iuramentum deficienti actore, casus est de hoc in capitulo, cõtinebatur, de despon. impube. ibi Docto. licet aliã non debeat cogi reus ad iurandum, quando actor deficit in probatione, & non est pro eo præsumptio, ut in capitulo finali, de iureiurando.

Trigeti-

36 Trigesimosecundo licet aliis ex pacto nudo oriatur actio de iure canonico. cap. 1. & cap. qualiter, de pact. tamen in matrimonio non est quis precise compellendus ex nuda promissione, ita Abb. no. in c. requisit, in fine, per illum tex. de despon. impu. & nos supradiximus, & dicemus infra.

37 Trigesimotertio licet aliis pluribus agentibus ad eandem rem adiudicetur res primo legitime probanti, cum cautione praestita reo de defendendo ipsum, si aliter petitor obtinuerit. l. is a quo & l. seq. ff. de rei vendi. in causa tamen matrimonij non adiudicabitur vxor primo probanti propter periculum animae, dictum est singu. Innocen. in rubri. de spon. duo. sequitur & refert Felin. in rubr. de spon. nu. 13.

38 Trigesimoquarto ex natura matrimonij est, ut eoditio impossibilis in matrimonio apposita reiciatur, nec vitiat contractum, qm est contra substantiam matrimonij, licet aliis in contractibus eoditio impossibilis vitiet, & non vitietur. §. impossibilis. Inst. de inuti. stip. l. impossibilis. ff. de verb. obli. de quo vide, quae diximus supra, in ord. diuisio. ibi plene.

39 Trigesimoquinto licet alia tacens videatur consentire protestationi alterius, cum quo conuenit super eo, cui accidit protestatio, nisi contradicat, ut nota. Innocen. in capitulo Cumana, cum concord. de electio. tamen si alter ex contrahentibus sponsalia tacet protestationi onerosae, habetur pro contradicente, ita singulariter Innocen. in o. fina. de condi. appo. dicens hoc esse fauore matrimonij, de quo etiam per Felin. in d. rubri. de spon. fa. à nume. quarto, vsque ad finem, ibi prosequitur & narrat 24. priuilegia causae matrimonialis, quae enumerantur ad similitudinem priuilegiorum dotis, de quibus omnibus nos diximus supra, sub alio ordine, multa addenda.

40 Trigesimosexto quaero, vtrum matrimonium non consummatum ex sui natura denotet virum, & vxorem, seu vtrum appellatione viri, & vxoris, veniant sponsi, qui contraxerunt matrimonium per verba de praesenti sine copula? & secundum Bart. in l. nihil, ff. rerum amota. videtur dicendum, quod sic, dummodo contractum fuerit matrimonium per verba de praesenti, etiam si cum ea non habitauerit, & idem videtur sentire Bald. in l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. licet contrarium teneat in l. non sine. C. de bonis, quae liber. & tenet glo. & Butr. in l. cui fuerit. ff. de cond. & dem. & Matth. de Matthesi. in c. si verò, il. 1. de sen. excom. & gl. ordi. lin. ca. quae. la. 2. ff. ad muni.

Contrariam tamen partem videtur tenere Abb. in c. ex publico, de conuer. coniug. per illum tex. idem Abb. in c. si inter, de spon. & Pet. de Anc. in c. 1. col. pe. seu fi. de spon. li. 6. per tex. d. c. ex publico. & pro hac opinione consuluit Pet. de Anch. & Anto. & de magis cõi attestatur Fel. in rub. de spon. col. 3. verfi. ex quib. apparere potest. Sal. loquens multum subtiliter in l. cum te, à 1. col. vsque ad sextã. C. de do. ante nup. nepe qd appellatione viri, & vxoris, intelligantur illi, qui matrimonij consummauerunt, non

autem qui solum contraxerunt per verba de praesenti, quia verba statuti sumi debent in proprio, & potentiori significato. l. 1. §. in perpetuum. ff. si ager vici. vel emph. peta. & pro hac opinione consuluit Abbas Senis, dicens quod cum statuto caueretur ibi quod vxore decedente sine filiis maritus lucraretur dimidiam partem dotis, & puella quaedam, quae de praesenti contraxerat, in cognita decessit, multi dicebant, quod sponsus lucrari deberet mediam partem dotis, tum quia interueniente consensu de praesenti matrimonium dicitur, & coniuges appellantur ex quo consensu matrimonium facit. c. sufficit, 17. q. 1. tum quia tales sponsi, id est promissi, a spondeo dici non possunt, quia non est promissa, quae de praesenti contraxit, tamen pro Panormitano, & pro hac opinione magis communi singulariter facit ille tex. d. c. ex publico, quia cum matrimonium consummatum dicatur magis firmum in hac materia odiosa, vbi sponsa sine causa perdit dimidiam dotis, debemus intelligere verba, ut dixi in potiori significato, arg. §. sed quoties, Inst. de iure nat. Item quia ex communi vsu loquendi sponsa non amittit nomen sponsae, nisi sit cognita, tex. d. c. ex publico. ibi, à viro desponsata. pro quo facit etiam, quia vbi in lege non exprimitur cã legis, eã coniecturari debemus, & ad eius limites restringere & ampliare legis dispositione, iuxta. l. non dubium. C. de legi. cã verò deferendi tale lucrum, non potest esse alia, nisi propter nimios sumptus in ducendo vxore ad domũ, quae causa cessare vñ in sponsa nondum traducta ad domum viri, siquidem hoc lucrum contingeret propter affectum coniugalem, statutum dedisset consumile lucrum vxori ex morte mariti. Itaque si lucrũ pariter esset vtriusque, bene crederem, qd sub verbis statuti comprehenderentur sponsus, & sponsa de praesenti non cognita, & sic intelligerem. l. Deo nobis. C. de episc. & cle. si cut generaliter comprehenditur in materia larga sub nomine viri, & vxoris, sponsus de futuro, ut singulariter probatur in l. non sine. C. de bonis, quae lib. Cy. nus quoque in l. vnica. C. de rei uxo. act. tenet hanc magis cõem opi. & pro hac opinione facit. §. sed si uxor, in fi. Inst. de nup. vbi sponsa patris mei nõ cognita, non dicitur mihi nouerca, & sponsa filii mei non cognita, non dicitur mihi nurus.

41 Quid ergo dicendũ est pro conciliatione & salutatione? Primo dico, qd nõ Bar. in d. l. nihil interest. ff. rer. amota, nihil firmat in hac controuersa, sed tradito sumario illius legis subdit, qd illud summariũ facit ad questionem istã, p una parte, quia ego facio maximã differentiã, an opi. Bar. tradatur ex professo, & per functionem, & absolute, an incidenter & per modũ inferendi, & ut ostendat scholaribus modũ inducendi tex. ut est in casu d. l. nihil interest, ubi Bar. inquit, facit ad quæstionem illã, quasi dicat, qui uellet arguere ad partes, posset uti hoc textu, & hoc argumento, qd nota, quae saepe reperies hoc apud Bartolum, & hinc est, quod saepe Doct. sumunt occasionem cum reprehendendi. Sed dato qd ex professo Bar. hac opi. qd magis cõem tenuisset, putentur et alij Doct. nõ parui faciendi, dico p concordia, & conciliatione, ex mente et Are. Inst. de actionib. qd opinio Sal. Ab. Fel. & aliorũ, qd est magis com-

communis, de mera subtilitate iuris est uerior: tamen alia opinio glo. Bar. & aliorum seruanda est in pratica Sed intelligo, si iam maritus ante mortem uxoris ceperat sustinere onera matrimonij in uerbis, conuiujs & alijs similibus, ex mente Rapha. in d. l. nihil. sic est intelligenda ista conclusio, si uera est opinio contra communem. Vel intellige istã contra cõem, quando mulier est ducta ad domũ, ut viro cõiugetur: sed ante coniunctionem decessit, quia tũc uir lucrabitur partẽ dotis debitã a statuto, quia pro coniuncta & copulata hñ, quae de proximo copulanda est, argum. l. penul. ff. de milita. testam. & Insti. de dona. §. fina. ex mente Felini, Rubri. de spon. numero tertio. & forsan Salice. d. l. cum te, quod bene nota, ne te confundas per dictã Doctorem, qui multa dicunt circa conclusionem hanc, nos autem dicemus plene de hac materia infra, tracta. dotis, ibi uideas.

42 Vtrum autem sponsa de futuro dicatur maritata, quantum ad statuta dicentia, quod mulier maritata non admittatur cum fratribus ad successione fratrum? Dicendum est ex mente Panormi. in Rubri. de spon. quod non, quia ex quo agitur de odio appellatione maritatae, non uenit sponsa: sed si ageretur de fauore, pro quo est tex. in l. non sine. C. de bonis, quae libe. ibi Cy. & scri. uide gl. Insti. de nup. §. si uxor. & ibi Doctores scribebates.

Denum quaero, an matrimonium praesumatur ex cohabitatione uiri & mulieris. hanc quaestionem post alios optime examinat Illustrissimus Cardin. Paleottus in suo eleganti tractatu de nothiis & spurij cap. 19. ubi tandem in effectu concludit in hoc negotio magnam esse differentiam inter ius civile & Pontificium: nam ius Caesarum quibuslibet leuius coniecturis pro matrimonio praesumit, tex. in l. libere. ff. de ritu nuptia. l. donationes, cum glo. ff. de donatio. & sic ius civile ubi uir & mulier simul cohabitant, & sunt paris conditionis nuptias inter eos interpretatur & maxime si uir & mulier se tanquam coniuges rem habuisse affirmant, nec isto casu si essent accusati ius civile eos punit stupri praesertim ut delicti suspitio euitetur. Bar. in l. non solum. §. sed ut. de oper. no. nuncia.

Ius uerò Pontificum in nuptiis probandis multo est difficilior, multo durius, nam uult ante concubium plura solennia praecedisse, alioquin id non con nubium, sed fornicationem uocat. capitu. aliter 30. q. 5. & per tot. titu. de clandest. despon. & sic ius canonicum ubi publice omnia solennia non sunt peracta, caetera in deteriorem partem semper interpretatur aduersus matrimonium nec unquam fere ab hac praesumptione recedit nisi maximis & ualidis rationibus conuincatur. Soci. consi. 39. uolumine primo, columna secunda. Coniectura autem esse solent scilicet si duo simul habitare ceperint & dotalia instrumenta confecerint inuicem se coniuges appellarint, simul uixerint simul concubuerint, in uicinia ut coniuges habitati fuerunt perpetuum quae secundum haec decennium fluxerit. cap. illud ubi Abbas de praescriptio. Socin. d. consilio 39. Nam tunc licet initio non rite copulati sint forte

quia praecedentia illa concubium solennia sint ommissa, non potest tamen non tot manifestissimis rationibus cedere ut id matrimonium non amplius fornicationem iudicet, cum haec tam longo temporis spatio satis probata omniaq; purgata uideatur Alex. consi. 151. uolum. 5. Hodie tamen secundum reformationem sacrosancti concilii Tridentini sessione 24. c. 1. de reforma. matrimo. non est matrimonium sine praesentia parochi aut alterius sacerdotis & sine praesentia aliorum duorum uel trium testium & sine alijs solennitatibus de quibus ibi, alias praesumitur clandestinum matrimonium & est ipso iure nullum, ut d. cap. primo, atque adeo per copulam & cohabitationem hodie non praesumitur matrimonium ut declarat etiam Ioseph Angle. super 4. Mag. sententia. de sacram. matrim. articulo 4. & nos diximus tracta. sponsali. in 4. articulo, uli. ordi. ibi uideas.

*DE ACCIDENTALIBVS Matrimonij.*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Arrha, quid sit.
- 2 Sponsalia largitas, quid sit.
- 3 Matrimonia debent esse libera, & si apponitur pena inter contrahentes, non tenet.
- 4 Potest fieri pactum & excommiffa super matrimonio, contrahendo inter extraneos.
- 5 Cum sponsalia dissoluantur propter legitimam aliquam causam, arrham reddet duplicatam persona, per quam stetit, quominus matrimonium existeret.
- 6 Cessat repetitio arrhae, si minor uiginti quinque annis eam per tutores, uel curatores, uel parentes acceperit, si re cuset nuptias.
- 7 Illud, quod ex sponsalitia largitate datum est, id repetitur etiam propter ingratitude.
- 8 Dos est quid accidentale & accessorium ad matrimonium.
- 9 Pactum, quod uir non teneatur subire onera matrimonij erga uxorem, & e contra, non ualet.

**Accidentalia** ad contractum matrimonij possunt esse multa, puta arrha, uel pignus, uel sponsalitia largitas, dos, uel pacta diuersa, quae apponi possunt in contractu matrimonij si non attingant substantiam contractus & similia. est enim arrha donatiuum a sponso & sponsa utrinque alteri datum in testimonium, & quasi pignus facta de futuris inter eos nuptiis sponsionis, & arrha non liberalitatis, sed fidei causa datur, & accipitur ut. C. de sponsa. & arrh. sponsa. De pignore autem dixi superius, sponsalia uerò largitas uocatur donatio, quae fit sponsa sponso uel e diuerso ante subsecutum matrimonium iuxta. l. si a sponso. C. de dona. ante nup. itaque tam arrha quam sponsalitia largitas possunt uocari. accidentalitã ad matrimo-

matrimonium, iuxta. l. si a sponso. C. de donatio. ante nupt. itaque tam arrha quam sponsalitia largitas possunt vocari accidentalia ad matrimonium: quia utraque fieri intelligitur causa matrimonii contrahendi etiam cum pure & simpliciter facta sunt: quia semper subesse hæc conditio in illis putatur ut matrimonium inde sequatur inde quoque est quod repetantur arrhæ vel sponsalitiæ largitatis nomine donata si alter ex contrahentibus recedat a sponsione de futuro matrimonio inter eos facta ut alias dixi. Sed videtur dicendum esse contra regulas iuris matrimonia contineri metu reddendæ arrhæ aut rei donatæ ex sponsalitia largitate; quia matrimonia debent esse libera in contrahendo, dissoluendo & retinendo, adeo ut nec pœnæ promissio valeat nec teneat contrahentes. cap. Gemma, de sponsa. & l. fina. C. de sponsa. glo. in l. de illis in verbo, si tantum, de cond. appof. & l. Titia, ibi Imo. l. si stipulatio facta fuerit. ff. de verbo. obliga. licet enim sponsalia contrahi possint sub conditione promissæ pecuniæ, non tamen potest pecunia promitti per modum pœnæ, ut sit in istis ex commissis, & si promissa fuerit, promissio non tenet secundum Archid. & Ray. quoniam potestas in contrahendis nuptiis debet esse omnino libera. d. l. ult. in fi. C. de sponsa. c. requisivit. de sponsa. & d. c. Gemma, Abbas Panormi. ibi latius distinguens colligendo dicta Doctorum in d. l. Titia, ibi signanter Imo. colum. 2. nepe quod si pœna apponitur inter contrahentes indistincte non valet secundum communem opinionem, de qua Silueft. de Prier. in verbo sponsalia numero 8. & tenet Bar. in l. mulier. C. de sponsa. Deci. in l. cum ad præfens, ibi etiam Iaf. ff. de cer. pet. idem Deci. consi. 215. Straccha Ancon. in tracta. de sponsio. in 4. par. nume. 4. etiam de illa pœna, quæ est in lucro perdendo. Itaque si promisi tibi dare centum si nuptis mihi non valebit ut in l. si ita stipulatus. §. si tibi nuptis, ibi Bar. ff. de verbo. obliga. Quod limita nisi is, cui promissio fieret, esset nobilior: quia tunc videretur potius donare animo recompensandi ratione nobilitatis, ut alias diximus, pro quo facit quod no. Bar. in l. r. c. de dona. ante nupt. & l. si uoluntate. C. de dot. promif. Si uero pœna apponitur inter parentes contrahentium, seu alios ita coniunctos ipsi contrahentibus, & verifimiliter isti ad contractum matrimonij inducerentur ne parentes vel amici soluant talem pœnam, non valet, ut dicto c. Gemma, secundum unum intellectum & in d. l. Titia, & in l. hæres meus, in fine, de condi. & demon. tamen ualere illa, quæ est in lucro perdendo, ut per Bar. in l. Titio. §. Titio, il primo, de condi. & demon. Si autem inter alios prædictis ualet, etiam si talis extraneus promiserit nomine mulieris sub certa pœna secundum communior opinionem, licet Host. tenuerit contrarium. Aduertendum est tamẽ quod tales sub pœna promittentes quod Titia contraheret cum Sempronio si quantum in ipsis est faciunt, non incurrit pœnam: quia difficultas ex quo factum est in obligatione, pœnæ commissionẽ excludit, ut est tex. no. in l. si uehẽda, in fi. ff. ad leg. Rodiam, de iac. & in l. i. ff. si quis cautio. & hoc tenuit

Ioan. de Plat. ut refert Federic. consi. 164. & D. Anto. in d. c. Gemma, & sequitur Panorm. ibidem. facit quod no. Bar. in simili in l. continuus. §. illud ff. de verbo. obliga. de quo per Silue. de Prier. in verbo sponsalia. numero 8. per Strac. Anthoni. tracta. de sponsio. in 4. par. numero 4. ibi inquit quod si duo sunt, quorum alter alteri promittit quod si fiat matrimonium inter Titium & Bertam, & alter contra promittat si non sequatur matrimonium ualere stipulationem perinde ac si concepta esset sub quavis alia conditione. hoc tamen intelligi si contrahentes aut promittentes sunt extranei dictis Titio & Bertæ, secus si promittant nomine mulieris uel uiri sponsalia fieri & si non contrahantur sponsalia pœnæ nomine aliquid dare promittant, non enim ualet promissio pœnæ adiectæ principali quod debet esse liberum ut supra diximus. d. c. Gemma, cum similibus.

Aduerte tamen quod permissa est repetitio arrhæ & sponsalitiæ largitatis: quia sic data etiam si repetantur non sunt oneri libertati recedendi a matrimonio contracto: cum antea sint accepta, sed pœnæ nomine promissa cum nõ sint ante accepta onerant libertatem: quia metu soluende pœnæ imponitur necessitas contrahendi. Nulla autem ualet stipulatio onerandæ libertatis causa facta. l. r. §. quæ onerandæ. ff. quæ rer. ait. non debet propterea tunc sponsalia dissoluntur propter legitimam aliquam causam illarum, quas enumerabimus infra col. fin. hoc eod. ot. arrham reddet duplicatam persona, quam sterit, quominus existeret matrimonium, nisi forte inter contrahentes pœna arrharum specialiter in quadruplum sit constituta: nam in eam usque quantitatem permittant leges arrharum pœna extendi. l. mulier. C. de spons. sed hæc repetitio arrharum cessat si alter ex sponsis moriatur aut causa propter quam matrimonium contractum dissoluit, aut non existeret possit interuenire: tunc enim sola arrha, perinde ac si nulla fuisset facta sponsalia, restituitur nisi forte persona mortua præbuit causam, quomodo celebrarentur nuptiæ: quoniam isto casu amittit arrham. l. arrhis. C. de sponsalibus & arrhis. Item nisi is, qui debet arrham, sciuit interdicitum aut legitime dissolui posse inter contrahentes matrimonium: nam & illi perit illud quod arrhæ nomine dicit. l. mulier. §. patrem, ibi glo. C. de spons. & arrhis. 6. Similiter cessat quoque repetitio arrhæ si minor uiginti quinque annis eam per tutores uel curatores uel parentes uel amicos accepit si recuset nuptias, nam isto casu non tenetur nisi arrham ipsam in simpli reddere: sed bene tenentur in dupli illi, per quos eam accepit. l. ult. in prin. C. de spons. & arrhis. si uero magistratus uel eius familiares extorserunt a subditis ut ipsorum uotis consentirent & ad sponsalia uenirent, non possunt cogi ut reddant arrhæ nomine donatæ: sed ipsorum arbitrio stat uelint nec restituere si pœniteat subditos factæ sponsionis, & habeant casus cur matrimonium recuset. C. si recte. prouin. uel ad eum pert. & c. Idẽ iudicium est de pigre si qua data sunt ea conditione ut non existente matrimonio quod leges nõ prohibeant fieri, restituantur.

stituantur arg. c. & si necesse. ext. de do. int. vi. & vxo. & sciendum atq; notandum est, quod tunc illud quod ex sponsalitia largitate datum est, id reperitur etiã propter ingratitude, sicut alioquin donationes puræ reuocantur ac si quidẽ matrimonium non fuerit sequutum, quia is, qui dedit, recusat, tunc donatio sit caduca, uel potest reuocari l. cum veterum. C. de do. an. nup. si uero casu aliquo impediantur nuptiæ, tunc si sponsus dedit penitus rescinditur donatio nisi osculum interuenierit. Nam ubi osculum interuenit, donatorum dimidia pars apud sponsam remanet, sed sponsæ conditio benignior est, siue n. interuenierit osculum, siue nõ, donata ab eo repositur. l. si a sponso. C. de do. an. nup. sed de hoc diximus alibi nepe trac. de do. in ord. diu. ibi uideas. igitur inter aram, & sponsalitiã largitatẽ nihil differentia est nisi quod sponsalitia muneris: Arra uero pignoris loco datur. 2. Dos etiã est accidentale matrimonium, quia dos potest esse & abesse ad matrimonium præter subiecti corruptionẽ, & quod dos sit accidentale ad contractum matrimonij est tex. in c. de prudentia, ext. de do. int. vir. & vxo. ibi, quæ est causa incidens, & dos est, quidquid a muliere, uel alijs eius nomine datum marito fuerit, ut donec matrimonium inter eos duret apud eum maneat, ut per Bar. in rub. ff. sol. mat. sed de hac materia dicemus suo loco inf. trac. dotis ibi plene. 3. Quaedam autem pacta opponi in contractu matrimonij possunt, & quedam non, ut est pactum, quod uir non teneatur subire onera matrimonij erga vxorẽ, & econtra vxor erga uirum in casu infirmitatis, & in cohabitado, seruiendo, operando, & non valet tale pactum, quia est contra substantiam matrimonij, quod est vinculum indiuiduum uicẽ consuetudinem continentis, ut Inst. de pat. pote. in prin. & ad hoc l. aduersus. C. de crixi. hæc. & hñ in §. in at. de quo Bal. Nou. trac. de dote. in r. c. in fi. & nos alias diximus. Quæ uero pacta opponi possint, & sic quæ sint accidentalia ad contractum matrimonij uide supra in ord. diuisio. matrimonij, ibi plene.

**QVAE ACTIO PRO matrimonio, seu quomodo agi possit, & quot modis.**

**SUMMARIUM.**

1. Quando alter coniugum de facto, uel de iure habitat separatim, et a reliquo petitur potest agi petitorio, et possessorio.
2. In aliquibus casibus non debet fieri restitutio uiri mulieri, ut si obijciatur fornicatio publica.
3. An mulier restituenda si propria auctoritate recessit a viro.
4. Si religiosus & religiosa petitur tanquam coniugum & sate tur mar. & copula carnalis an sate sit sua confessioni.
5. Coniug spoliatus ad quid sit restituendus.
6. Ad opponendum impedimenta matrimonij datur actio popularis, & pro non probante alius auditur.

**Pro** declaratione huius columnæ sextæ quando alter coniugum de facto, uel de iure habitat

separatim, & a reliquo petitur, uel repetitur, dico quod potest agi duobus modis. scilicet petitorio iudicio & possessorio. Agitur petitorio ut si mulier dicat aliquem esse maritum suum, quia contraxit secum, & petit sibi adjudicari in maritum, quod est agere petitorio quasi agat de proprietate. Possessorio uero agitur quando petit cum sibi restitui quasi ab eo fuerit iniuste dimissa, quod est agere possessorio, quoniam petit uiri sui possessionem. In causa ergo matrimonij hoc modo erit procedendum si aliqua mulier agat petitorio asserens aliquem esse uirum suum, & ille uir neget excipiendo illam non posse esse vxorem suam, uel non esse propter talem, uel talem causam, prius tractabitur exceptio mariti, quia illa probata perimitur questio principalis, & uir erit absolendus. c. r. de ordi. cogni.

Si uero agat possessorio secundum Ray. quando petit maritum sibi restitui, licet maritus obijciat de consanguinitate, uel alio impedimento, prius debet fieri restitutio mulieri, quam cognoscatur de exceptione mariti. c. porro, de diuor. c. ex conuestione de rest. spol. & c. litteras eo. etiam si illud impedimentum esset notorium, quando separatio non est facta iuridice, ut d. c. porro. Quod limitatur tamen in quibusdam casibus, in quibus restitutio non debet fieri: Primo si obijciatur mulieri fornicatio publica, & manifesta, de qua probato, quod sit notoria ita quod non possit aliqua tergiversatione celari, non restituitur, nisi ipsa probaret uirum adulterium commisisse, quo casu restitui debet, etiã si ipsa fuerit publice fornicata. c. significasti de diuor.

Secundo si obijciatur consanguinitas maxime lege diuina & probationes offeruntur incõtinenti parate, quocasu debet recipi iuramentum ad cautelam, ne scilicet huiusmodi obiectio malitiose fiat, & tunc fiet quidem restitutio quoad cohabitationem, sed non quantum ad copulam carnis, ut in d. c. litteras.

Tertio, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, scilicet super diuortio, quia non est restitutio facienda nisi prius de illa exceptione cognoscatur. Quarto quando uir petit sibi vxorẽ restituere, sed sufficienti cautione recepta, quod illi non inferat malum. c. ex transmissa de rest. spo. et si ita capitali odio eam prosequitur, quod merito de ipso diffidat, nec possit ex sufficienti securitate prouideri non solum non det restituere, sed potius det ab illa remoueri, ut d. c. litteras, & c.

In omnibus alijs casibus credo, quod mulieri petenti sit restitutio facienda & econuerso, dummodo probet se in possessione fuisse & a viro spoliatam si ne iuris ordine, quia hæc duo probare debet, c. consultationibus, de offic. delega. & c. causam, il primo, qui filij sint legi.

Tertio queritur quid si mulier propria auctoritate recessit a viro sine culpa uiri, & nunc petit restitutionem. & dicit Veru. secundum quosdam eam non debere restituere, at secundum Vince. Bern. & Hugo. debet quia hoc ipso, quod rediens non admittitur expellitur, & cadit a possessione. l. clam possidere, in fine de acqu. poss. arg. etiam l. r. §. siue autem. ff. de vi & vi arma. & c. tua nos de iureiur. & hoc nisi ipsa fuerit publice fornicata, uel cum adultero publice

morta. Adde etiam quod si pfa sua sponte recessit si ne culpa graui, mariti, & non querit restitutionem maritus non tenetur eam requirere ex rigore iustitiae: quia ipsa renunciauit ipso facto iuri quod habet in cohabitatione mutua: teneatur tamen ex charitate de praeepto vel consiglio si inde bonu speraret.

4 Quarto quaeritur si religiosus vel religiosa petatur tanquam coniux & fatetur matrimonium & copulam carnalem vtrum standum sit sag confessionione, puta mulieris. & dicit Vueruan. hoc casu qd sic, & restituetur viro, quia ex hoc nullum fit praui dicitum, nisi ipsis, nec est credendum eos suae salutis immemores esse, vt i. q. 7. c. sancimus. Aliud tamen esset dicendum in rebus, quas dedisset monasterio, & idem Inn. & Bernard. c. cum causam extr. de rap. Sed hoc dictum procedit dupliciter primo in dubio secundum summam confess. Secundo quando probabiliter constaret quod confessio contentis esset contra eius intentionem: puta quia desierat stare in monasterio, & fatetur pro matrimonio, quia cui libet creditur contra se non pro se: alias non videtur standum confessioni eius contra matrimonium carnale, vt in c. super eo, de eo qui cogn. conf. vxo. sua, multo minus contra spirituale, cum sit fauorabile, c. ex publico. de conue. coniug. nisi constaret personam ante religionis ingressum fuisse traditam: quia tunc crederetur sibi dicenti copulam interuenisse, & iste est casus d. c. cum causam, secundum glo. ibi. Nec mirum quia etiam hoc casu si mulier negaret crederetur viro asserenti copulam interuenisse, c. continebatur. de despon. impu. Abbas, d. c. cum causa in ibi late.

5 Quinto quaero qualiter seu ad quid coniux spoliatus sit restituendus. dicas secundum Ray. eum debere restitui ad omnia, de quibus probauit se spoliatum vt gaudeat pacifica possessione & plena securitate. c. redintegrandi. 4. q. 1. Sed si mulier dicat se virum habere suspectam ne forte eam laedat, & causam verisimilem ostendat, ad iudicem spectat facere sibi cauere de cautione sufficienti; quod eam bene tractabit sicut vir debet tractare uxorem, quod non laedet eam in persona vel rebus & huiusmodi, & hanc cautionem praestabit per iuramentum, arg. c. de benedicto 3. 2. q. 1. iuncta gl. quae ibi dicit quod si nihil allegat mulier de suspitione viri sufficit nuda promissio, & si de iuramento mulier non confidat praestabit pignoratitiam vel fideiussoriam sub certa poena arg. c. quoniam frequenter, vt lite non contest. & c. prodest 3. 2. q. 5. & c. si vindicta. 4. quef. Si autem tanta sit viri seuitia vt nulla videatur sufficere cautio non est ei reddenda, sed alicui honestae matronae committenda. capitu. ex transmissa & capitulo litteras, in fine de restitutio. spoliat. Siluof. de Prier. matrimonium. ro.

6 Adde supra dictis quod videtur dari actio popularis ad opponendum matrimonio: ideo inquit Felix in rub. de sponf. num. 1. 2. quod licet actio popularis consumetur vno agente. l. cum qui. §. in popularibus ff. de iureiur. tamen si vnus de populo opponens contra matrimonium contrahentes deducto iusto impedito & succubuerit aeditur alius, ita etiam per D.

Ant. in c. cum inhibicio de clan. despon. & sequitur ibi Do. & Abbas reprobando Goffredum.

S V M M A R I V M.

- 1 Libellus repudij hodie non est permissus nisi quoad separationem thori.
- 2 Diuortium triplex est secundum Bal.
- 3 Matrimonium pluribus de causis soluitur & impeditur.
- 4 Matrimonium etiam consummatum soluitur ipso iure morte alterius scilicet naturali.
- 5 Per mortem ciuilem matrimonium non soluitur.
- 6 Matrimonium non soluitur per ingressum religionis alterius, sed per ingressum amborum.
- 7 Soluitur & impeditur matrimonium si fuit contractum per errorem personae.
- 8 Si mulier nobilis Romana contraxit matrimonium cum rustico Gallicano asserente se filium Regis Angliae, cum non sit, an sit matrimonium?
- 9 Si aliqua sciat aliquem multos habere filios, quorum nullum cognoscit, si aliquis eorum falso dicat se primogenitum, & illa consentiat in eum, an sit matrimonium?
- 10 Impeditur matrimonium per conditionem appositam.
- 11 Impeditur matrimonium ob uotum solenne.
- 12 Romanus Pontifex non potest dispensare ut religiosus sit ad matrimonium habitus.
- 13 Soluitur & impeditur matrimonium per cognationem carnalem spiritualem & legalem.
- 14 Vt siue a quem gradum prohibeatur matrimonium ob consanguinitatem?
- 15 An Papa dispensare possit in gradibus prohibitis Leuitici?
- 16 In quo gradu matrimonium sit prohibitum quantum ad ius canonicum.
- 17 In consanguinitate standum est semper remotiori personae.
- 18 Cognatio spiritualis est quadam personarum proximitas praenitens ex sacramento baptismi.
- 19 Ex quibus sacramentis contrahatur cognatio spiritualis.
- 20 Catechismus dicitur a catechizo, id est instruo, uel doceo.
- 21 In quoto gradu ista cognatio spiritualis impediatur matrimonium.
- 22 Cognatio spiritualis non oritur ex illicito coitu.
- 23 Cognatio legalis que sit.
- 24 Non potest contrahi matrimonium inter patrem & filiam legalem.
- 25 Soluitur seu impeditur matrimonium ob crimen.
- 26 Si quis dedit fidem uni mulieri uiuente propria uxore sine copula tamen, & deinde mortua uxore accepit tertiam, qua uiuente cognouit secundam, cui primo dedit fidem non poterit mortua tertiam habere secundam.
- 27 Si uxoratus det fidem Bertae quod si consentiat post mortem uxoris accipiet illam quam Blanca consanguinea ipsius Bertae consulit, an poterit esse matrimonium?
- 28 Si quis uiuente uxore de facto contrahit cum alia secunda, & mortua

- mortua uxore contrahit cum tertia, an possit cum eam de iure?
- 29 Quid si quis uiuente uxore contraxit de facto cum secunda aduiteria, cum qua pollutus.
- 30 Quid si quis priore uxore uiuente contraxerit & cocubuerit cum pluribus infijs.
- 31 Quid dicendum est de illo, qui habens uxorem adulteratur cum Bertae, & dicat, si uxorem non habere accipere te, & postea interfecit uxorem an poterit habere Bertae.
- 32 Conciliatio & concordatio opinionum.
- 33 Matrimonium impeditur ob cultus disparitatem.
- 34 Matrimonium impedit uis seu coactio.
- 35 Ordo facer impedit matrimonium.
- 36 Impeditur matrimonium ob uinculu alterius matrimonij.
- 37 An mulier credens primum virum mortuum esse possit contrahere cum secundo, ibi concordatio opinionum.
- 38 An ex dispositione Pontificis post matrimonium contractum possit quis alteri nubere.
- 39 Impedimentum matrimonij est publice honestatis iustitia.
- 40 Quinque requiruntur ad hoc ut impedimentum publice honestatis inducatur.
- 41 Impedimentum matrimonij est affinitas.
- 42 Olim tria erant genera affinitatis.
- 43 Affinitas impedit matrimonium & dirimit, si illud praeniat.
- 44 Impotentia cocundi impedit matrimonium.
- 45 Friuiditas & arctatio ad hoc ut impediatur matrimonium contrahendum & dirimat, quatuor requiruntur.
- 46 Si uir sciat se frigidum, & contrahat, mulier potest cum eo habitare inuito uiro.
- 47 Arctatio mulieris an sit semper impedimento matrimonij.
- 48 Si mulier sit ita lata ut non possit cognosci a uiro matrimonium impeditur.
- 49 Non est impedimentum matrimonio si mulier pariat filios mortuos, uel mingat in lecto.
- 50 Matrimonij impedimenta que non dirimunt, sunt septem, primum interdictum.
- 51 Aliud impedimentum est feria.
- 52 Concordatio & conciliatio opinionum.
- 53 Sponsalia impediunt matrimonium sed non dirimunt.
- 54 Catechismus impedit matrimonium.
- 55 Uotum simplex impedit matrimonium.
- 56 An habens uotum simplex possit sine peccato exigere debitum, ibi concordatio.
- 57 Si ambo contrahentium habent uotum simplex, tenet matrimonium, sed nemo potest exigere debitum.
- 58 An sit notum simplex si quis uouerit castitatem respectu alicuius religionis, sed non omnia substantialia regula.
- 59 An peccet qui interrogatus ab eo, qui uotum simplex castitatis emisit, an ualere matrimonium si contraheret illud, respondit ualere, ibi conciliatio opinionum.
- 60 Impedimentum matrimonij est consuetudo.
- 61 Impedimentum matrimonij est crimen.
- 62 Matrimonium prohibetur ob crimen incestus commissum cum affine.
- 63 Si sponsus cognouit carnaliter consanguineam sponse non poterit amplius matrimonium contrahere.
- 64 Raptus & leuatio propriae filij de fonte malitiose impedit matrimonium.
- 65 Sauius causa potest uir petere separationem thori a uiro.
- 66 Separatio thori potest fieri si alter coniugum tentauit alium occidere.

- 67 Furo est iusta causa dirimendi coniugium quoad thorum ibi concordatio opinionum.
- 68 Ob fornicationem carnalem alterius coniugis potest fieri separatio thori.
- 69 Ad inducendam separationem thori necessarium est iudicium ecclesiae.
- 70 Conciliatio & concordatio opinionum.
- 71 Ob fornicationem spirituales dirimitur matrimonium quoad thorum.
- 72 Concordatio & conciliatio opinionum.
- 73 Fit separatio thori si alter coniugum ab altero inducitur ad aliquod peccatum mortale.
- 74 Ob sodomiam & nefandum crimen dirimitur matrimonium quoad thorum.
- 75 Conciliatio & concordatio opinionum.
- 76 Ob lepram & mortuum Callicum non fit separatio thori.

Pro declaratione huius septimae columnae praemittenda est declaratio diuortij, quod apud Romanorum leges erat permissum, misso libello repudij per nuncium pluribus de causis, auctore Plutarcho in problematis cap. 1. 2. & Iurecōf. in l. nullum. ff. de diuor. Alcia. in l. licet. §. paternos. ff. de ver. sig. per Dida. Coua. Epit. de spon. in 2. par. c. 7. §. 4. Similiter repudij libellus apud Iudaeos erat permissus, seu toleratus ad duritiam cordis eorum, vt Deute. c. 2. 4. & Malach. & si odio habebis uxorem tuam, dimitte eam. Palud. 4. sen. dist. 33. q. 1. ar. 2. ibi Ioan. Mair. ibi S. Thom. q. 2. ad 2. col. & c. gaudemus de diuor. hodie autem secundum canones iuris Pontificij libellus repudij non est permissus nisi vt infra quoad separationem thori. sed pro perfecta declaratione sciendum est, quod diuortium triplex est, secundum Bal. in c. ex parte, de consue. & refert Io. Lupus in Rubri. de dona. inter vir. & uxo. §. 3. 4. Primum est temerarium, secundum casarium, tertium ignominiosum. quae quidem diuisio seu distinctio minime conuenit huius rei cognitioni. Igitur rectius secundum Abbatem in rub. de diuor. dicendum est quod duplex est diuortium in matrimonio, vnu quoad vinculum, alterum quoad cohabitationem, vt declarat etiam Marti. Nauar. in suo Enchir. c. 2. 2. nu. 2. 1. & Dida. Couar. de spon. in 2. par. d. c. 7. §. 4. Et primo uideamus de matrimonij solutione quoad vinculum ipsum coniugale: postea uero dicemus quibus casibus matrimonium dirimi possit quoad mutua cohabitationem manente vinculo matrimonij.

Matrimonium pluribus de causis soluitur, & impeditur, interdum. n. soluitur ipso iure, aliquando facto hominis, ut diximus etiam col. vlti. ordi. de sponf. fa. & dinumerando impedimenta, ob quae matrimonium soluitur, & impeditur, reperio esse sexdecim secundum aliquos, & secundum alios decem & octo, idem alii distinguendo dicunt, quod impedimenta, quae impediunt matrimonium, s. faciunt ut nō possit contrahi sine peccato, sunt duo: hoc est interdictum ecclesiae, & tempus feriarum: unde versus Ecclesiae uctitum, nec non tempus feriarum, Impediunt fieri permittunt iuncta teneri.

Quaedam uero impediunt, & dirimunt matrimonium.

matrimonium quia scilicet si de facto contrahatur cum peccato, uel sine, non tenet, quæ in his uerbis continentur, & videntur esse duodecim.

*Error, conditio, uotum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas, Si is affinis, si forte coire nequibis,*

*Hæc locanda uetant connubia, facta retrahant.*

vt ex D. Thoma. 4. dist. 22. ar. 1. & sic fere reducuntur ad sexdecim cognatione diuisa in tres, & addita morte, de qua Doctores non uidentur facere mentionem. Alij & forsã melius dicunt quod impedimenta, quæ solum impediunt matrimonium, sed non dirimunt, sunt septem; nempe interdictum, ferriæ, sponsalia, catechismus, uotum simplex, consuetudo, crimen, & crimen dirimens, sed non impediens diuiditur in sex, quæ sunt incestus, uxoricidium, raptus alienæ sponsæ, susceptio proprii filij per dolum de fonte, interfectio presbiteri, & penitentia solennis. matrimonij uerò impedimenta, quæ impediunt & dirimunt si de facto contrahatur sunt sexdecim, vt supradiximus, uidendum est ergo de singulis.

4 Et primo matrimonium etiam consummatum soluitur ipso iure morte alterius coniugis. §. deinceps Auth. de nupt. gl. in §. illud de non elig. secundum. Sebast. Medi. trac. mors omnia soluit, conclusi. 65. & D. Pau. Apost. in 1. ad Corinth. c. 7. Hinc dicunt Doctores quod si maritus uel uxor relurgat a mortuis, non recuperant se, quia per mortem fuit matrimonium dissolutum gl. in c. licet 32. q. 3. Doct. communiter in l. nam ad ea. ff. de leg. Alex. in l. si cū dotem. §. si maritus. ff. sol. matr. Bar. in l. si is qui, eo. tit. l. rerum. ff. rer. amota. C. l. si quis stipuletur. ff. sol. matr. Angelus in l. si marito. ff. sol. matr. Doct. canon. in c. fraternitatis, de frigi. & male. Tirac. trac. de leg. connubi. ver. consentire met. glo. 6. nu. 19.

5 Limita in morte ciuili ut per deportationem, quam non soluitur matrimonium §. de portatione, Auth. de nupt. gl. in l. si cum dotem. ff. sol. matrim. Doct. l. 1. c. de repud. Idem dicendum est, si per bannum & per exilium, Bar. d. l. 1. nec per damnationem in metallum. d. Auth. de nup. §. deportatus. Itẽ nec per ingressum religionis alterius coniugis si matrimonium est consummatum carnali copula, sed bene soluitur per ingressum amborum c. uerum. c. cõ iugatus. c. cum sis, de conue. coniug. gl. & Bal. auth. sed hodie. C. de adulte. Sed matrimonium non consummatum dissoluitur per ingressum vnus tantum, c. ex publico, de conue. coniu. Imo in l. si cum dotẽ, ff. solu. matr. Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. Card. clem. 1. q. 22. de consan. & affin. Si tamen mulier consensit uirum promoueri ad sacros ordines continere se debet dum uixerit, Cardin. capitulo, ex parte de conue. coniug. cap. Agathosa. 28. quæst. 2. cap. mulier 33. q. 5. & hæc procedunt quoad vinculum matrimonij.

7 Secundo soluitur seu impeditur matrimonium, si fuit contractum per errorem personæ, vt si credidi contrahere cum Beatrice, & contraxi cum Barbara, nam errans consentire non dicitur. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. l. non idcirco. l. cum per te. Stamensum. C. de iur. & fac. igno. cap. cum locum de

sponsa. & mat. c. tua. eod. de quo diximus supra in prin. & col. 3. ibi quadruplex est error, fortunæ, qualitatæ, personæ & conditionis. error fortunæ & qualitatæ non dirimit matrimonium, personæ & conditionis error dirimit, & de errore conditionis est exemplum si quis credidit contrahere cum libera, quæ erat serua, vt cap. proposuit, de coniug. seruo. de quo nos diximus supra. Sed quæri solet si mulier nobilis Romana contraxit matrimonium cum rustico Gallicano asserente se filium Regis Angliæ, cū non sit, sicut aliquando accidit de facto, an sit matrimonium quidam vt Ray. dicunt matrimonium tenere: quia fuit error qualitatæ, & non personæ.

8 Sed Hostien. dixit contrarium, quia uidetur error personæ, cum ubique habeatur noticia Regis Angliæ: si quidem ista mulier consentit in personam filij Regis Angliæ, & non in personam præsentem. Diuus autem Thomas in 4. distinc. 20. distinguit virtualiter dicens, quod si error nobilitatæ, vel dignitatis redundat in errorem personæ, non impedit matrimonium, unde si consensus mulieris feratur in istam personam directè error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium: si autem directè intendit consentire in filium Regis quicumque sit ille, tunc si alius præsentetur illi quam filius Regis error est personæ, & impedit matrimonium, & hanc distinctionem sequitur Vigleri Grana. super Mag. sente. c. 16. de matrimoni. & alij Docto. communiter. Sed intellige hoc esse verum si ille rusticus, qui fingit asserat se esse Regem Angliæ vel Galliæ, vel Hispaniæ exprimens specialiter se esse talem: secus est dicendum si ille rusticus dixisset se esse filium regis simpliciter, uel se esse magnum Baronem: quia tunc esset fortunæ error, seu qualitatæ non personæ, & idem dicendum est si quis dicat se esse primogenitum magni Comitis, & non sit. Sed quid si aliqua sciat aliquem multos habere filios, quorum nullum cognoscat, si aliquis eorum falso dicat se primogenitum, & illa consentiat in eum. dic secundum Cald. in c. 2. de coniug. seruo. & Ioã. 29. q. 1. & Host. in summa & Ray. Siluest. & ex mente etiam & distinctione Diui Thomæ superius tradita, quod est error personæ nec tenet matrimonium, quod uerum est si consensus ferebatur in eum non ut in personam, sed ut in primogenitum. Ex quo elicitur quod si consensus sit in aliquem, qui sit mortuus, & præsentetur alius in sui locum, erit error personæ & matrimonium non ualebit.

10 Tertio impeditur matrimonium per conditionem appositam, & accipitur hic conditio, prout est suspensiuus actus, de quo late diximus in ordi. diuis. ibi uideas. & aduerte quia conditio appositæ matrimonio aliquando impedit solum ad tempus, interdum in perpetuum, cum multa sint genera conditionum, de quibus supra diximus in ordi. diuis. Vel intellige conditionem alio modo ut si credo illam, cum qua contraho, fore liberam & sit ancilla, tunc enim nullum est matrimonium nisi, postquam sciuerit eius conditionem, consenserit in eam, ut in c. proposuit, de coniug. seruo. & nos supra diximus.

11 Quarto soluitur, seu impeditur matrimonium ob

ob uotum solemnne, vt not. in c. 1. de uoto. in 6. ibi uide de Gemini & uotum solemnne est promissio castitatis facta Deo ex deliberatione firmata propter bonum finem scdm Riccar. 4. dist. 38. art. 3. q. 2. in fi.

Addè quod scilicet comitetur professio expressa uel tacita alicuius religionis approbatæ uel susceptio ordinis sacri. cum ergo uotum solemnne obliget ad id quod est contra unum essentialē matrimonij, merito ipsum matrimonium impedit, & non solum impedit, sed etiam dirimit, & soluit ita quod matrimonium nullum est, immo incurritur excommunicatio, vt clem. eos de consa. & affini. sed si non sit uotum solemnne: sed simplex, impedit quidem sed tamen post contractum tenet matrimonium, vt not. c. rursum. cap. consultit. c. insinuante, qui de. uel uot. & per rotam. 27. q. 1. & nos diximus supra, & dicemus infra. quæ autem sit causa quare uotum solemnne dirimat matrimonium contractum, & non uotum simplex est cõi sua Diui Bonau quarto distinc. 38. art. 1. quæst. 1. Tho. 2. 2. q. 87. art. 7. Dura. Riccar. art. 7. quæstio. 1. & 2. Alexan. Alen. 2. par. quæstio. 166. & aliorum illa uidetur esse causa, quia per uotum simplex solum promittit homo Deo sui corporis continentiam. At uerò per solemnne uotum, & promittit ipsum perpetuo obsequio Dei tanquam mancipium, & tradit, unde permutando corpus cū uxore non ualebit permutatio. & ex hac opinione

12 infertur Romanum Pontificem non posse dispensare, uel religiosus sit ad matrimonium habilis, quia que semel Deo dicata sunt ad humanos usus transferri non possunt. opinio autem Scoti dist. 38. cui adhæsit Caietanus, & Palud. est, solum ecclesiæ institutionem esse causam quare solemniter uouentes censentur illegitimi ad contrahendum matrimonium, quoniam solemniter uouentes alieni iuris, nempe ecclesiæ, efficiuntur, at uerò uouentes simpliciter sunt sui iuris, & ita ad contrahendum non censentur inhabiles Hinc de sententia Scoti Papa poterit dispensare in uoto solemnne ad contrahendum: cum inhabilitas ex sola ecclesiæ institutione oriatur de quo per Ioseph. Angl. Val. sup Mag. sen. in Flosc. Theol. dist. 37. art. 3. in prima parte sui operis. Ego autem ere do (saluo semper iudicio sanctæ matris Ecclesiæ, cui me remitto) Papam dispensare posse ex potestate sua semper, tum in prima, tum in secunda cã, quia Papa omnia potest soluere, & ligare in terra dummodo non sint contra articulos fidei, vt dicit Vincen. vt refert Pano. in c. proposuit. de concess. præbe. & sequitur Iaco. Vngar. in addi. ad Ange. de Claua. in uerbo Papa, littera B. dicit tamen Inno. c. cum ad monasterium, de sta. regu. quod Papa sine causa non dispensat in his, quæ sunt iuris positiuui puri, de quo nos infra.

13 Quinto soluitur, seu impeditur matrimonium per cognationem, quæ diuiditur in carnalem, spiritualem, & legalẽ, vt p. Host. in summa ti. de mat. nu. 26. & primo consanguinitas dicitur a con, quod est simul, uel unitum, & sanguine, quasi sanguinis unita, & consanguinitas est uinculum personarum ab eodẽ stipite ascendentiũ, uel descendentiũ carnali propagatione contractũ secundũ Holt. co. ti. & consanguinitas est cã uinculi

& habet tres lineas unã ascendentiũ, alterã descendentiũ, tertã collateralium, & linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentiũ gradus continens, & numeros distinguens. A prima linea ascendentiũ quisque trahit originem, sicut pater, & auus, proauus, & at auus, & idẽ dic de matre auia proauia atauia. In secunda linea, scilicet descendentiũ perpetuatur memoria, & genus, vt est filius nepos, pncepos abnepos, & sic similiter filia neptis &c. Tertia respicit illos, qui nec ipsi a nobis, nec nos ab ipsis traximus originem, nihilominus ab eodem sanguine sunt propagati, vt duo fratres, & eorum filij, qui patruus, & filij prætorũ, & idem in feminis, & hæc omnia probantur. c. 1. 35. quæst. 4. & per totum & ff. de grad. l. 1. & l. Turisconsultus. gradus autem secundum Io. And. est habitudo quædam (seu convenientia secundum Scotum) distantium personarum, qua cognoscitur quota generationis distantia duar personarum distent inter se, vt colligitur ex ca. litteris c. quod dilectio. de consa. & affin. & pro declaratione & intelligentia prædictorũ notandã sunt plures regulæ, & prima est, quod aliter computatur gradus collateralium de iure canonico, aliter de iure ciuili, quoniã de iure canonico duo fratres sine fratre & sorore faciunt unum gradum cum patre, & matre, sed de iure ciuili faciunt duos, quia ascendit de filio ad patrem, & sic est primus gradus, postea descendit de patre ad filium alium, uel sororem, & sic est secundus gradus de iure ciuili, sed in materia matrimonij semper & in omni casu est attendendum ius canonicum, & non ius ciuile Fel. in rub. de spõ. nu. 6. & nos diximus supra in 4. col. ult. ord. & in 3. in uigesimo quinto Naturali, ratio huius diuersitatis redditur. 35. q. 5. c. 1. ad sedem, & ibi uide & nos diximus supra. Secunda regula est, quod persona addita personæ per carnis propagationem in linea ascendentiũ, uel descendentiũ addit gradum dẽpto stipite, qui ideo demitur, quia filius est, de sanguine patris, & matris, unde non fit descensus per duos gradus, sed per unum tantum de patre ad filium uel e conuerso, & est ratio, quia vnus non est numerus, sed principium numeri. Præterea probatur etiã exemplo si quis faciat unam fenestram requiruntur necessario duæ columnæ, sed si aliam fenestrã uult addere sufficit una sola columna, & sic in proposito nostro. Tertia est regula quod in linea transuersali toto gradu personæ descendentes à stipite distant inter se quoto distant a stipite. Itaq; duo fratres attinent sibi primo gradu, item filij duorum fratrum distant in secundo gradu, & sic incipiendo a stipite nepos ex vno filio & pronepos ex altero filio distant a te in secundo gradu ex una parte, & in tertio gradu ex altera parte secundũ canones. Quarta est regula quod quando personæ distant inæqualiter à stipite dnt computari scdm gradũ magis remotum à stipite, vt quantum ille remotior distat à stipite tantum intelligatur inter se distare, vt c. ult. de cons. & affi. & si consuetudo esset in patria quod computatio inciperet à propinquiori illa esset seruanda propter scandalum, vt in capitulo, quod dilectio. de consang. & affinita, quod in contrahendo

trahendo posset esse verum, sed in contracto a remotiori debet fieri.

**14** Videamus ergo usque ad quem gradum consanguinitatis impediatur matrimonium. & quia varia iura circa hoc considerata sunt, dico quod prohibitio matrimonij ratione consanguinitatis quantum ad legem naturæ secundum D. Thomam, Riccard. D. Bonauen. Vigler. Ioseph. Angl. Palud. Angel. de Claua. Siluest. de Prier. Dida. Coua. & alios Theologos & Canonistas est inter patrē & filiam, matrē & filium propter reuerentiam ne sit socius, qui debet esse subiectus, vt in Gene. c. 1. relinquit homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. & præterea inquit Scotus quod potentior est gradus in linea descendente quàm transuersali: plus enim coniungitur proles parenti, quam proles proli. Adde quod nil maius uidetur esse contra naturam, & sic contra ius naturale quod filius habeat matrem in tali turpitudine subiectam: hinc est quod quædam bruta horrent coitum cum matre quamdiu apud illa manet cognitio matris, ex reuerentia quadam ad ipsam, ut inquit Aristot. 8. de anima. de quodam camelo, qui coopertam cognouit matrem, & deinde hoc comperto interfecit ingeniatorem, & de equo qui ob hoc se præcipitauit. Quantum uero ad legē diuinam propter concupiscentiam refrēndā prohibitum est matrimonium in lege Mosaicā cum aliquibus personis, quæ simul habeant cohabitare, & numerantur Leuit. c. 18. & refert glo. in c. litteras, in verbo diuina, de restit. spo. & sunt consanguinei in primo gradu & secundo in linea inæquali consanguinitatis & affinitatis, & his uersibus continētur, Nata soror neptis matertera fratris & uxor, Et patrui coniux, mater prænupta nouerca, Vxoribus soror priuigni nata utriusque, Atque soror patris coniungi lege uentantur. Et sciendum quod dictum de uxore fratris non intelligitur præmortui sine liberis: quia eam debebat accipere ad suscitandū semen defuncto. c. si. de divor.

Nota etiā quod ibi prohibētur copulari consanguinei in primo gradu, & in 2. inæquali consanguinitatis, quod Nicolaus de Lira super expositio. Iosue. c. 15. Limitat uerum esse ne amitam nepos accipiat propter reuerentiam, uel melius secundū Diuum Thomam in 4. dist. 40. quia non ita consuevit cohabitare, sed quod patruus accipiat neptem conceditur, ut patet ibidem, quia frater Caleb, accepit eius filiam capta ciuitate. Sed circa prædicta quæro **15** an Papa dispensare possit in his gradibus prohibitis in Leuiti. & secundum D. Thomam in 4. dist. 4. quolibet. arti. 13. & 1. dist. 47. & 3. dist. 37. Papa in præceptis diuini aut naturalis iuris dispensare nõ potest, & Diuum Thomam refert & sequitur Siluest. de Prier. in uerbo Papa, in 16. quæstio. uerfic. quartum, quod tamen ibi declarando limitat in tribus casibus, primo quantum ad ius naturale quoad particulares applicationes iuris naturalis aut etiam diuini, quia hodie non habent nigorem nisi ex lege positua, ideoque Papa in oppositum potest. Secundo quoad ius diuinum quando aliquid dicitur de iure diuino: quia continetur in doctrina Apostolo-

rum, licet non sit statutum a Deo, sed ab Apostolo sicut quod bigamus non promouetur, Aposto. 1. ad Timothee, 3. c.

Tertio secundum Riccard. quantum ad utrumque, quando dispensatio sumitur large & improprie pro interpretatione, quæ aliud est, cum possit circa articulos fidei interpretari, non autem dispensare, ut ibi docet D. Thom. Atque ideo in uotis potest proprie dispensare, hoc est ius relaxare, in diuinis autem præceptis hoc non potest, sed potest ea interpretari in dubio auctoritative, nempe utrum in aliquo determinato casu habeat locum ratio diuini aut naturalis status, uel non, quod patet, quia interpretatur præceptum Dei de credendis, & interpretatur omnia dubia circa sacram scripturam, & fidem & mores, & Innocen. dixit in capitu. in ecclesiasticum, de constitutio. quod Papa potest ius diuinum interpretari, & addere & diminueri, ita etiam Ange. de Claua. matrimonium. 3. impedimento 17. Aduerte tamen ad illud quod dictum est de uxore fratris, quia uxorem fratris mortui propter rationabilem causam ducere ex dispensatione Pontificis potest, quia potest dispensare in hoc casu, ut multorum Pontificum exemplis constat. Nam Alexand. Sextus cum quodam rege Lusitanæ dispensauit, ut uxorem fratris mortui duceret, & Iul. Secundus cum Henrico Rege Angliæ, ut duceret in uxorem Catharinam, quæ fratris sui uxor fuerat, & Marti. Quintus ut refert Siluest. de Prier. similem concessit dispensationem, & quod Pontifex possit ex magna causa dispensare, ut frater alterius fratris uxorem sibi matrimonio coniungat, consuluit & tenuit Nata, uir in iure Pontificio peritissimus, in consilio tertio, uolumine primo, quem omnino uideas, & ita etiam tenet referendo Ioseph. Angl. in Flof. Theolo. super 4. Mag. senten. distinc. 41. artic. primo, conclus. 2. licet contrarium teneat Vigil. Gra. capitulo 16. de sacra. matr. nu. 213.

Ego tamen crederem Papam posse dispensare et in gradibus prohibitis Leuitici. d. ca. 18. sed Papam non solere dispensare, quia non expedit, ut inquit etiam Marti. Nauar. in suo Enchiri. cap. 22. nume. 84. dicit tamen Angles ex mente Theologorum, quod affinitatis gradus positi inter ascendentes & descendentes in lege naturali matrimonium contrahendum dirimunt, ut in his Papa dispensare nõ possit, cum dicat Diuus Paulus Apost. ad Corinth. capitulo quinto, audite inter uos fornicatio qualis neque inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat, quare erit tale concubitus contra ius naturale. hinc Ruben a patre Iacob maledictus fuit propterea quod ad eius uxorem ascendebat, ut Genes. cap. 49.

**16** Quantum uero ad ius canonicum, in quo gradu matrimonium sit prohibitum, dico quod olim fuit prohibitum matrimonium usque ad septimum gradum, ut d. c. ad sedem. 33. q. 5. sed propter causas assignatas a Diuo Thoma in 4. dist. 40. hodie prohibitum est solum usque ad quartum gradum consanguinitatis & affinitatis præcisè, est rex. in c. non det. de consan. & affi. Aduerte tamen ex hac prohibito-

usque

usque ad quartum gradum est uera in collateralibus sed in descenditibus, & ascenditibus est perpetua prohibitio, ratio est, quia maior reuerentia debetur parentibus remotis, quam propinquis. Adeo quod si Adam hodie uiuere non reperiret uxorem, ut notat gl. in l. nuptiæ. ff. de ritu nup. Præterea est alia ratio: quia ius ciuile indistinctè prohibet inter descendentes, & ascendentes matrimonium, ut Insti. de nupti. §. inter eos quoque, & l. nuptiæ. ff. de ritu nup. & hoc in infinitum, quod quidem ius non inuenitur expresse correctum, secundum communem opinionem, & est fundatum super maxima honestate, non debemus super generalem constitutionem dicere contrarium, argu. capitulum secundum, de despo. impu. ita tenet Panormi. per rationes in dicto capitulo, non debet, de consan. & affi. & putat uerissimam, & ita tenet etiam Ioan. And. in arbo. consan. & affi. & tenet Hostien. in summa, titu. de consanguini. & affini. §. confueuerunt, & §. qualiter, & tenet Azo in l. nemini. C. de nupt. & Pet. de Palu. Archiepisco. Summa Pisanel. Siluest. de Prier. Petr. Hugu. Riccar. & Iaco. Vngarel. in additio. ad Ange. de Claua. in uerbo, matrimonium. 3. impedimento. 6. & uidetur communior seu (vt aiunt) magis recepta opinio, licet Angelus de Claua. Rosel. & Goffr. teneant contrarium.

Nota tamen secundum Host. quod licet consanguinitas duret usque ad quartum gradum, solum quantum ad contrahere matrimonium, ut quis euitet incestum, tamen quantum ad successionem hereditatis durat usque ad decimum, ut dicemus in secunda parte Amphitheatri vltim. uolunta.

Sed quærent Doctores, si duo contrahunt matrimonium, quorum alter distat a stipite quinto gradu reliquis uero secundo, uel tertio gradu, an teneat matrimonium? Dic quod sic, secundum omnes: quia tales attinent sibi in quinto gradu, † & in consanguinitate semper standum est remotiori personæ, capitulo ultimo, de consan. & affi. etiam si reliquis distaret solum in primo, licet Hostien. sit in singulæri opinione, quod non teneat, capitulo, quod dilectio, de consan. & affi. & sic Hostien. uult esse uerū, si alter sit in secundo, uel tertio gradu, sed non si sit in primo, quia vna caro censetur cum stipite: tamē hoc non tenendum, nec alius Doctor hoc tenet, & ideo dicas, secundum Directo. Goffred. & Pisanel. quod matrimonium tenet, & ualet. & ex hoc inferatur, quod impetrans dispensationem contrahendi in tertio, uel quarto gradu consanguinitatis, quamuis ex aliis latere persona, cum qua uult contrahere, sit in secundo gradu, & hoc non exprimitur, nihilo minus ualet dispensatio: quia licet dispensatio contra ius sit strictè interpretanda: tamen interpretari quisque debet, secundum dispositionem iuris communis, quod uult computationem fieri a gradu remotiori, & ita uidetur concludere Panor. d. c. quod dilectio, & a fortiori poterit cum talibus dispensare ille cui generaliter concessa est authoritas dispensandi in tertio, uel quarto gradu, & sic consuluit Ioan. Cald. ut recitat D. Ioan. Anto. de sancto Georgio, in d. c. quod dilectio.

**18** Veniamus modo ad cognationem spiritualement, quæ dicitur compaternitas a Doctoribus, & cognatio spiritualis est quædam personarum proximitas proueniens ex hoc, quod quis confert sacramentū baptismi, uel confirmationis, seu tenet vel suscipit illum, cui tale sacramentum confertur, de qua cognatione habetur 30. quæstione prima. c. eos, & c. fina. de cogn. spiri. & per D. Thomam, in quarta distinctione 42. & quolibet 6. quæstio. tertia, ubi inquit, quod cognatio spiritualis est uinculum contractum ex statuto ecclesiæ per baptismum, & confirmationem per suscipientem, & dantem, & tenentem: non autem per plures tenentes adinuicem, quia per accidens est, quod ibi sunt multi, cum sufficiat unus, sed in hoc prouidet Concilium Tridentinum, vigesima quarta sessio. capitulo docet, de quo infra. itaque si talis cognatio præcedit matrimonium, nõ solum impedit, sed dirimit post contractum, dicto capitulo finali, & capitulo, ueniens, de cogn. spiri. si uero sequitur, non dirimit, sed impedit quoad executionem debiti carnalis, si sine necessitate contrahitur, ut trigesima quæstione prima, capitulo, ad limina.

**19** Sed quæro ultra prædicta, ex quibus alijs sacramentis contrahatur talis cognatio spiritualis? Respondetur ex mente Doctorum omnium, quod ex tribus solum contrahitur, nempe ex baptismo, ex confirmatione, & catechismo, ut habetur in capitulo, quamuis, de cogn. spiri. lib. sexto, & not. in quæto senten. distinctio. 47. sed aduerte, quod cognatio quæ contrahitur in catechismo, licet impediatur contrahendum, non tamen dirimit contractum, ut est text. expressus in capitulo, per catechismum, de cognatio. spiri. lib. sexto, & capitulo, contracto, extra de cog. spiri. & capitulo, si quis filiam, 30. quæstio. prima. Catechismus autem dicitur a catechizo, id est instruo, uel doceo, ideo catechismus institutio, uel doctrina dicitur, de hoc in capitulo, ante baptismum, de consecra. distinctio. quarta, & d. c. per catechismum, & catechismus, est ille exorcismus, qui fit in ianua ecclesiæ, super baptizando, & catechismus debet præcedere baptismum, ut dicto capitulo, per catechismum, ideo in Euangelio habetur, Eantes docete & baptizare, quia prius debet præcedere doctrina. & instructio, & postea baptismus, sed in paruulis infantibus iste catechismus, & ista instructio fit in spiritu, & per patrum promittitur, dicendo, credo, scilicet ego paruulus, quando ad ætatem perfectam uenero credam, uel ego patrum operam dabo, quod iste credet, cum paruuli infantes non possint institui in illa ætate.

**21** Sed quæro iterum, in quoto gradu ista cognatio spiritualis impediatur matrimonium, & qualiter computetur gradus in ista cognatione spirituali? Doctores circa hoc multa dicunt, ut habetur in c. quamuis lib. sexto, de cogn. spiri. & capitulo, Martinus, extra eod. de cogn. spi. & c. si quis, & c. post vxoris. 30. q. 4. & c. pictatiun, 30. q. 3. & c. ex literis, de cogn. spi. ex quibus iuribus eliciunt, tres esse species cognationis huius: id est quæ dicitur paternitas inter regneratum, & generantem, id est ministrantem sacramentum



mentum, secunda inter regenerantem, vel tenentem, & genitores carnales regenerati, qui etiam ministrantes, & tenentes, si sunt coniugati, & matrimonium consummauerunt transmittunt hanc co-paternitatem ad uxores, tertia dicitur fraternitas, quae inter regeneratum masculum, vel feminam, & filios regenerantis ministrantis, vel tenentis, iuribus supradictis notatur. Hodie autem nos debemus attendere tantummodo prohibitionem factam in sacrosancto Concilio Tridentino, sub sessu. 23. de reformatio Marti. Canone, docet, cuius verba sunt haec, Docet experientia propter multitudinem prohibitionum meliores in casibus prohibitis ignorant contrahi matrimonia, in quibus, vel sine magno peccato persequatur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur, volensque sancta Synodus huic incommodo prouidere & a cognationis spiritualis impedimento incipiens statuit, ut vnus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum baptizatque patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur, parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab his, ad quos spectabit, sciscitetur quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & cum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeat, quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualis nullo pacto contrahant, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus, si parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur, ea quoque cognatio, quae ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum illiusque patrem, & matrem ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.

**22** Adde supradictis, quod cognatio spiritualis non oritur ex illicito coitu, nam femina a patre spirituali fornicarie cognita non contrahit cognationem spiritualem, & nullum subest impedimentum inter eam & filium spiritualem, vt asserit gl.in c. si quis de vno, 30 q. 4. ea ratione, quod istud sit spirituale vinculum, nec deceat id illicite coitu oriri, idem approbat Henric. & Abbas in d. c. Martians, de cogn. spiri. Riccard. & Palud. 4. dist. 42. art. 7. Io. And. & alij Docti. de cogn. spirita. in 6. Ang. de Claua, in verbo matrimonio 3. nu. 7. ibi de communi attestatur, & hanc opinionem veriorum putat Brun. tract. de spon. concl. 20. cas. 7. Did. Cou. de spon. in 2. par. c. 6. §. 4. ibi de communi asserit, quamuis contrarium teneat D. Tho. in 4. sen. dist. 42. Silu. de Prier. matrimo. nu. 8. q. 5. vbi conatur eum tueri subtilissimè disputando, & de materia ista, an compaternitas possit contrahi per procuratorem, vide Doctor. supradicti. locis.

**23** Tertia est cognatio legalis, quae est propinquitas

personarum ex adoptione proueniens, & matrimonium impeditur ob cognationem legale, quae ex adoptione, vel arrogatione insurgit, ex adoptione, cum quis in proprium filium assumit eum, qui sub patris carnalis potestate est: ex arrogatione vero, cum quis liberum a patria potestate accipit in filium, quo casu in arrogantis potestate transit, & ad sciendum inter quas personas cognatio legalis matrimonium impeditur, notandum est quod triplex est cognatio legalis, prima est descendenti, quae contrahitur inter (perfecta adoptione) adoptantem patrem, & ipsum filium adoptatum, ac etiam filium & filiam filij adoptati, ac nepotis ac neptis deinceps. Secunda est per modum cuiusdam affiliatatis, quae est inter patrem adoptantem, & uxorem adoptantis. Hinc elicitur, non posse matrimonium contrahi inter patrem & filiam legalem, nec inter filium & matrem legalem, nec cum vxore patris legalis, etiam finita adoptione, vel arrogatione, quod not. gl. in c. 1. de cogn. lega. facit tex. c. 1. 30. q. 3. & ad adoptiuum, de ritu nup. & no. Pet. Loriotus in l. non facile, §. in adoptionem, ff. de grad. quem citat Did. de spon. 2. par. c. 6. §. 5. Tertia est inter filium adoptiuum, & filiam naturalem adoptantis, & haec tertia cognatio matrimonium perpetuo non impedit & dirimit, sicut facit & impeditur supradicta duo, sed impedit haec tertia, quoad manet sub potestate patris adoptantis. Itaque mortuo patre, vel aliter soluta per emancipationem, contrahi potest inter eos matrimonium, vt in c. vnico, de cognatione lega. ibi gl. & Host. Inno. Henri. de quo vide etiam Vigle. Grana. super Mag. sen. c. 16. §. 7. de matrimo. nu. 212. Ang. de Claua. matrimonium 3. impedimè. §. Siluest. de Prier. matrim. 8. nume. 8. q. 8. cum alijs similibus.

**25** Sexto soluitur, seu impeditur matrimonium ob crimen, vt si quis duxit eam, quam polluit per adulterium.

Item si de facto contraxit, & eam polluit. c. 1. & seq. de eo, qui duxit in mat. quam pol. & c.

Item si machinatus est in mortem prioris viri: capitulum laudabilem, de conuer. infide. Vel dicas, quod impeditur matrimonium, & dirimitur ob crimen, & ista crimina sunt duo, secundum aliquos, vel tria secundum alios, sed duo patent, & eliciuntur ex textu in cap. significasti, de eo qui duxit in mat. quam poll. per adul. & ex Diuo Thoma, in 4. dist. in c. 35. & dist. in c. 32. quaestio 2. articu. 2. & ex alijs Doctoribus communiter, & ista crimina, quae impediunt, & dirimunt (vt dixi) sunt tria, nempe adulterium cum homicidio, secundum adulterium cum fide data de contrahendo & contractas de presententi cum secundo coniuge viuente primo, & primum crimen est adulterium cum homicidio effectualiter machinato, vt si vir occidit maritum eius, cum qua adulteratur, vel si quis occidit propriam uxorem, vt ducat adulteram in uxorem, vel econuerso vxor occidit uxorem eius, cum quo adulteratur, vel occidit proprium maritum, vt adulterum ducat in virum, & haec ampliatur, vt habeant locum non solum quando vir, vel vxor occidit proprijs manibus, verum etiam si mandauit

homi-

**homicidium fieri, cum facere & madare, paria sint, de quo diximus supra tracta. mandati, ibi videas.**

Limitatur tamen supradicta conclusio, si nec mandatum, nec factum intercescit, sed mulier, vel vir homicidium ratum habuit, quia si nihil operatus est coniux, vt occideretur, rati habitio non inducit hoc impedimentum, siue factum homicidium nomine suo, siue non, secundum glo. in c. si quis viuente, 31. quaestio. prima, & glo. in capitulo primo, de conuer. infide. vt Abbas, Vincen. & Ioan. And. d. cap. 1. licet alijs in maleficijs rati habitio retrotrahatur, & comparetur mandato.

Limitatur secundo, quando vir interfecit alterius mulieris virum, sed non ex intentione, vt alteram haberet in coniugem, sed ob aliam causam, puta in bello, vel casu, aut odio: istud enim non erit impedimentum, secundum Ber. & Hostien. in c. super eo, de eo qui duxit in mat. quam pol. per adul. & c. laudabilem, extra de conuer. infide. ideo dixit D. Thomas in quarto, dist. in c. 37. quod vxoricidium aliquando impedit, & non dirimit, vt quando vir vxorem occidit propter adulterium, vel odium, quandoque vero etiam dirimit, vt cum occidit, vt ducat eam, cum qua mechatur, quia tunc efficitur persona simpliciter illegitima ad contrahendum cum illa, non autem respectu aliarum mulierum.

Sed stante praedicta regula ita ampliata, & limitata, quaero iterum, an huiusmodi impedimentum propter crimen intelligatur procedere, si sequatur homicidium cum adulterio, vel etiam licet adulterium non praecesserit, sed tantum homicidium? Et in hac quaestione ego reperio Doctores contrarios inter se. Innocen. enim, & Hostien. qui fuerunt duo luci dissimilia sidera inter Doctores, intelligunt si sequatur homicidium, licet adulterium non praecesserit. cap. laudabilem, quod est, cap. l. extra de conuer. in fide. vbi nihil dicitur de adulterina pollutione, quidam vero, vt Goffred. dicebant, necessario requiritur pollutionem. Sed D. Thomas in quarto, dist. in c. 35. & locis supracitatis, videtur innuere quod aliquando sic, & aliquando non. Sed veritas esse videtur, quod si ambo adulteri machinati sunt in mortem, sufficit mors, sine adulterio, vt colligitur ex dicto cap. laudabilem, etiam si alter machinantium sit infidelis, nihilominus dirimetur matrimonium si conuertatur, vt ibi, etiam si eo animo factum esset, vt conuertetur, secundum Riccard. si vero alter tantum sit machinatus in mortem, tunc ad dirimendum requiritur pollutio, vt not. Ioan. And. sequitur Panor. & est tex. in terminis in capitulo, super hoc, de eo, qui duxit in mat. quam poll. per adul. & sequitur Siluest. de Prier. matrimonium 8. nume. nono. si vero homicidium non interuenierit actu, non sufficit adulterium solum, vt not. Ioan. And. ibidem, & est tex. in capitulo significasti, de eo, qui duxit in mat. quam poll. per adul.

Secundum crimen est, quando viuente coniuge de facto contrahitur cum alio. Et tertium crimen est, si non contrahitur de facto, sed tamen datur fides contrahendi, vel iuramentum, cap. fina. extra de eo, qui duxit in mat. quam poll. per adul. & c. re-

latum, 31. quaestio prima. Sed animaduertendum quod ad hoc, vt quodlibet istorum duorum criminum impediatur, seu dirimat matrimonium, multa debent concurrere, & multa requiruntur nempe quatuor, & primo requiritur, vt vterque sciat impedimentum, i. quilibet eorum sciat reliquum habere coniugem, idest esse vxoratum, si quidem alter ignorat, poterit esse matrimonium inter eos post mortem coniugis, tex. est in capitulo primo, de eo, qui duxit in mat. ibi Abbas, qui limitat supradictum textum, si superinducta fuit ignorans toto tempore vitae vxoris, quia in his atrocioribus requiritur dolus. l. 3. & l. lex Cornelia. ff. de fidei. nec exemplum, & ibi Barto. C. de falsis, & dicitur ignorans, quando non habuit certitudinem, vel probabilem opinionem, vt in cap. inquisitioni, de sentent. excommuni. & filii, qui nascuntur durante tali ignorantia, sunt legitimi, secundum glo. d. c. 1. videlicet, si publice contraxerunt, cap. cum inhibetio. §. primo. ibi glo. de clan. despon. & nos diximus supra, alijs, si mulier certiorata de vita primae vxoris permitteret se cognosci, non posset inter eos esse matrimonium, d. c. fina. & est communis opinio. Secundo requiritur interuenisse contractum per verba de presenti, vel fuisse datam fidem, vel iuramentum de contrahendo, aliter non impediret, etiam si interuenisset copula, & licet, secundum aliquos, vt Riccard. quarto, dist. in c. trigesima quinta, articulo tertio, quaestio penultima, non sufficiat, quod nudè promiserit ad hoc vt sit impedimentum, sed opus sit, vt sit fides data, vel iuramentum interpositum, tamen hoc impedimentum oritur etiam ex nuda promissione. Nec refert dicere, promitto, vel do fidem, secundum communem usum loquendi, eo maxime, quod hic militat eadem ratio, ne detur materia machinandi in coniugis mortem. Adde quod Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum, capitulo iuramenti, vigesima secunda, quaestio prima, glo. in capitulo primo, de pact. in fine, cum similibus, & hanc opinionem sequitur Ange. de Claua. maxime ante factum, & approbat Iaco. Vngar. in addi. ad eum, in verbo, matrimonium, il terzo, impedimento nono, & Siluest. de Prier. matrimonium 8. numero nono, Rosella impedimento octauesimo, §. secundo, & etiam Riccard. in quarto, dist. in c. trigesima quinta, & haec videtur esse magis communis opinio.

Tertio requiritur in vtroque crimine interuenisse carnalem pollutionem, scilicet ante vel post contractum, aut fidem datam, quia solum adulterium sine contractu, vel datione fidei, non inducit istud impedimentum, nec contractio, seu datio fidei, sine adulterio, vt c. significasti, ibi Card. de eo, qui duxit in mat. & capitulo primo, trigesima prima quaestione prima.

Quarto requiritur primum matrimonium fuisse validum, alioquin non impediret, etiam cum pollutione, vt dicto capitulo, significasti, & sufficit etiam si primum matrimonium fuit ratum, idest per verba de presenti contractum, licet non consummatum, etiam si esset separatum, quoad thorum, vt d. capit. significasti, & c. ex litterarum, eod. titu.

His

26 His ita deductis Doctores de pluribus quaestio- nibus circa hanc materiam dubitare consuevere, & primò si quis dedit fidem vni mulieri viuente propria vxore, ( sine copula tamen ) & deinde mortua vxore accepit tertium, qua viuente cognoscit secun- dam, cui primo dederat fidem, & secundum Ioann. And. in capitulo, si quis, de eo, qui dux. in matrimo. quod est capitu. fina. non poterit mortua tertia ha- bere secundam : quia constante legitimo matrimo- nio dedit fidem, & cognouit, nec matrimonium in- termedium remoueret impedimentum, facit. l. sin- gularia. ff. si cer. peta. & cap. in scripturis, octaua q. prima, sed Gaspar Calde. tenet contrarium, & sequi- tur eum Panor. dicto capitulo, si quis, & ibi etiam Ioan. de Ligna. & summa Rosella, & Siluestrina, in verbo, matrimonium, octauo, quia contrahendo cum secunda, videtur recessisse à data fide, & con- sequenter nunc reperitur solum adulterium, quod non impedit, vt dicto capitulo, significasti, & mor- tua secunda poterit contrahere cum tertia, non ob- stante adulterio solo immediate remanente, per d. c. significasti, de eo, qui dux. in ma. quam poll. cum alijs similibus.

27 Secundo, quid si vxoratus det fidem Bertæ, quòd si consentiat post mortem vxoris accipiet illam, quam Blanca consanguinea ipsius Bertæ consulit, & Blanca consulit, quòd accipiat Bertam. In hac quaestione respici debet animus, & ex mente Do- ctorum est distinguendum : quoniam si Bertæ, aut is, qui dedit fidem, probabiliter credebat, quòd con- suleret de Bertæ, non poterit esse matrimonium, quia est in fraudem; si verò ille aut illa hoc non existima- bat, poterit habere Bertam, & intelligi, si non existi- mabant ambo: quia vno solo existente dirimitur, si ambo sciebant impedimentum : quia fraus nemini debet patrocinari, capitulo, aduersus. §. ceterum, de immo. eccle. & facit, c. ex tenore, de rescrip. & supra dictam quaestionem mouet Riccardus in 4. distinct. 35. vlti. articu. & refert eam Asten. Ange. de Clausas. Silue. de Prier. & alijs.

28 Tertio quaerunt Doctores, quid si quis viuente vxore, de facto contrahit cum alia secunda, intellige sine coitu, & mortua vxore contrahit cum tertia: di- cendum est, secundum glo. & Alexan. Host. & Do- ctiores communiter approbantes glosam illam, in capitulo primo, de eo, qui dux. in ma. quam poll. per adul. quod poterit stare cum tertia, si contrahit cum ea, antequam expresse, vel tacite consentiret cum se- cunda, quia matrimonium illud nullum erat, etiam si illa fuisset ignorans viuente prima: antequam ta- men contrahat cum tertia, compellendus esset con- trahere cum secunda, si illa ignorauit illum habuisse vxorem, ipsa verò non est compellenda.

29 Quarto inferunt Doctores, quid si quis viuente vxore contrahit de facto cum secunda adultera, cum qua scilicet polluitur? distingue: nam, si illa sciuit, quod habebat aliam, quando eam duxit, vel alio tē- pore, non poterit esse inter istos matrimonium, sed si ystique ad mortem primæ hoc nesciuit, & ea mor- tua hoc scit, in potestate ignorantis est ratificare matrimonium, aut diuortium petere, capitulo pri-

mo, & capitulo, veniens, extra de eo, qui dux. in ma- trimo. nisi prima viuente facta sit conscia, & con- senserit in copulam: quia matrimonium perpetuo impeditur, argu. cap. fina. de præscrip. in fine, & ca- penul. in fine, & trigesima quarta quaestione secun- da, cap. si virgo, & cap. Dominus, extra de sec. nupt. vel nisi mortua prima postquam sensit, consenserit, in copulam: quia diuortium petere non poterit, ar- gu. de coniug. seruo. cap. proposuit, & cap. fina. & si in casu, quo ista adultera contraxit ignoranter mor- tua prima contrahat cum tertia, secundum Hostien. & Goffre. manebit cū tertia, etiam si postea cognouit secunda, vt dicto capitulo, veniens, quia prima viuente consensus habitus cum secunda fuit nullus: & consequenter non impediuit matrimonium cū tertia, & si secundam cognouit antequam duceret tertia, stabit tamen cum tertia, secundum Hostiē. facit capitulo, proposuit, de coniug. seruo. & c. fina. & cap. bonæ memoriæ, de electio. & si secunda agat, contra eam, & durante iudicio contrahit cum alia, tertia erit vxor, quia secunda non censetur vxor, ni- si ex nouo consensu, d. c. veniens.

30 Quintò, quid si quis priore vxore viuente contra- xerit, & concubuerit cum pluribus inficijs? secundū. Hostien. locus est gratificationi, si quidem quæm cū que certificationem de morte prioris primo cognoue- rit post mortem legitime, illam tenebit. d. c. veniens, de quo per summam Directo. Ange. & Siluest. & di- citur inficia, siue ignorans, secundum Host. quan- do habet iustam causam ignorandi, vt quia vir de- remotis partibus adueniens dicebat se vxorem non habere, cap. cum in apostolica, de sponfa. & filij in- terim nati sunt legitimi, vt diximus supra, si in faciē. ecclesiæ matrimonium secundum contraxit cum fuit, & non clam, iuxta tamen formam Concilij Triden- tini, 24. sess. de refor. matri.

31 Sexto, & vltimo quaerunt Doctores, quid dicen- dum sit de illo, qui habens vxorem adulteretur cum Bertæ, & dicat, si vxorem non habebam, acciperem te, & postea interfecit vxorem: non tamen eo pro- posito, vt Bertam acciperet? & secundum Gasp. Cal de. & recitat D. Anto. de Sancto Georgio, in dicto capitulo, super hoc, tenendum quòd poterit Bertam accipere in vxorem: quia hic non est fidci datio p. verba præmissa, nec homicidium est factum eo pro- posito, nec adulterium cum dicta machinatione, & hanc opinionem videtur sequi Siluest. de Prier. ma- trimonium 8. ex mente etiam Diui Thomæ, licet Cardina. d. cap. hoc reprobet, dicens quod non te- net matrimonium: quia quando adulterium inter- uenit, non attenditur, an machinatio interuenierit ex proposito habendi eam, necne.

32 Itaque pro conciliandis opinionibus oportet di- cere, quod ante factum impedit matrimonium, post- factum tamen tenet matrimonium, non dirimi- tur.

33 Septimò soluitur seu impeditur matrimonium ob cultus disparitatem, vt si vnus sit Iudæus, alter pa- ganus, vel Christianus, vt cap. gaudemus, de diuor. & 28. q. 1. & 2. §. ex his, in fine, & c. caue Christiane, Exod. cap. 34. & Deutero. cap. 7. & Pau. Apost. 2. ad Corinth.

Corinth. capiteu. sexto, inquit, nolite coniungi cum infidelibus, de quo etiam per Didac. Couarru. de sponfa. secunda par. cap. sexto. §. vnde dicitur. Siluest. de Prier. matrimonium, 8. numero decimo, Mar- quard. de Sufannis, Tracta. de Iudæ. & alijs infid. se- cunda par. capitulo tertio, & nos de hoc diximus etiam supra, columna prima, vlti. ordi. & in princip. eolum. matrimonium inscripta. Sed animaduertend- um, & sciendum est, quòd infidelitas si præce- dit, impedit matrimonium cum fidei, & dirimit, sed si fidelis contrahat cum infideli hæretica bapti- zata, matrimonium tenet, quia licet sit hæretica, est eisdem fidei, & eiusdem sectæ, vt diximus alibi: cum infideli autem non baptizato non tenet. bene- verum est, quòd ob hæresim alterius coniugis, quoad cohabitationem, matrimonium dissolui posset, vt per Didac. Couarru. dicto. §. vnde dicitur. Tenet tamen matrimonium infidelium, seu He- bræorum inter ipsos in gradibus prohibitis ab ec- clesia tantum, non autem in prohibitis a Deo: quia subdiuntur statutis Dei, non autem ecclesiæ, & si baptizatur infidelis habens plures vxores, de- bet stare cum prima tantum, etiam si sit repudiata, si est conuersa: si autem recedat fidelis a coniug. in- fidei nitente contra fidem, contrahere potest cum alia, non autem si cohabitare velit sine iniuria: po- test etiam ingredi religionem, vel sumere ordines nec restituetur in fidei, si postea conuertatur, mo- do prius monetur, de quibus per Siluest. de Prier. matrimonium, sexto, numero primo, & matrimo- nium, octauo, numero decimo, vbi inquit, quod cō- uersio alterius coniugis ad fidem ex mente Diui Thomæ vinculum matrimonij non soluit, quia fi- des non soluit, sed perficit matrimonium: soluitur tamen aliquando cohabitatione, & solutio debiti, si- cut etiam propter adulterium sit: igitur sicut con- iux manere potest cum adultera sub spe correcciónis, licet ad hoc non teneatur: non autem eum ob- stinata in adulterio, vt dicitur in quarto sententia. distinctione trigesima quinta, ita etiam manere po- test cum infideli sub spe correccionis, licet non te- neatur, & bene facit commemorando, iuxta consilium Apostoli primò ad Corinthios. capitulo septimo, non tamen potest ei commanere, si eum viderit ob- stinatum, & in primitiua ecclesia poterat coniux sub hac probabili spe cohabitare coniugi infideli tam gentili, quam Iudæo, etiam si conuersionem non sperabat: nunc autem eum neutro, nisi velit conuerti, quia vtrique obstinati sunt. Itaque con- iux infidelis ad fidem conuersus reliquo in infideli- tate remanente, licet non teneatur ei commota- ri, tamen cum alio contrahere non potest, nisi in tribus casibus, in quibus soluitur matrimonij vin- culum, etiam antequam aliud contrahatur, nisi in- uerim conuertatur infidelis, Panormita. capiteu. quah- to, de diuor. dicant alij, quid velint, & primus casus est, si solit infidelis cohabitare fidei; secundus si vtrique cohabitare, sed non sine iniuria creatoris, vel peccato: Tertius si trahere nititur ad infideli- tatem, vt per Abb. dicto capitulo, quanto, de diuor. Archidia. & Riccar. in quarto, & in effectu secun-

deus casus includit primum, & tertium, ideo Diuus Thomas non ponit, nisi secundum casum, sed de hoc vide supra, ea quæ diximus, columna prima, nu- mero 14.

34 Octauum impedimentum est, vis seu violentia, seu coactio, quia in matrimonio requiritur libera voluntas, capitulo, Gemma, de sponfa. & nos dixi- mus supra, columna tertia, huius vlti. ordin. & scien- dum, quòd duplex est coactio, seu violentia, de qua etiam in l. prima, ff. quod met. causa. scilicet absolu- ta per vim, quæ dicitur a Philosopho violentum simpliciter, vt puta, quando quis capitur, ligatur & ad motum impellitur, & hæc coactio non potest cadere in consensum, sed bene in copulam carna- lem. Itaque casu quo copula faceret matrimonium, sic coacta copula non facit matrimonium, argumē- to capituli, præsbyteros, quinquagesima distin- ctio. & capituli, veniens, el secundo, de sponfa. & ca- pituli primi, & secundi, trigessimaprime quaestio- ne secunda. Secunda vero est coactio faciens neces- sitatem conditionatam, quæ dicitur violentum met- tum, & est coactio per metum. Itaque si metus sit iustus, vt ille, qui potest cadere in constantem vi- rum, vel mulierem, in qua minor metus conside- ratur, matrimonium per talem metum est ipso iure nullum, vt tenet glo. capitulo, veniens, il primo, de sponfalibus, & ibi communiter Doctores, text. in capitulo, consultationi, eod. de sponfa. & capitulo, cum locum, ibi etiam glo. eodem. Si verò sit metus minor, non tollitur matrimonium, sed tenet. l. neque timorem. ff. quod met. causa, de quo vide ca, quæ diximus supra, columna tertia, hoc eod. ordi. Sed quid dicendum est, si quis in captiuitate con- trahit matrimonium? & ex mente Hostien. dicen- dum est, quòd si captus est ab hostibus, & seruus factus est, matrimonium contrahere non potest, nisi sicut seruus, vt diximus supra, columna prima, hoc eodem ordin. si vero est captus propter debi- tum, potest contrahere: si verò est captus, vt cogatur ad tale matrimonium, non valet, quia deficeret consensus habita distinctione metus maioris, vel minoris, de quo vide summam confessorum, libro quarto, titulo vnde dicitur; quaestione secunda, in fine.

35 Nonum impedimentum est ordo: si quis enim post susceptionem ordinis sacræ: nempe sacerdotis, Diaconi, aut Subdiaconi, contrahit matrimonium, dirimitur: quia in his est votum continentie, vt in capitulo vnico, de voto, libro sexto, & est excommu- nicatus ipso facto, vt clem. eos; de consanguinita. & affinita, vt diximus supra, hoc eodem ordi. colu- na prima. si vero contrahit post susceptionem mi- norum ordinum, non dirimitur: sed in officijs non ministrat, si est clericus occidentalis, & beneficia non assequitur: atque ideo ordo sacer, qui etiam di- citur maior ordo, impedit & dirimit matrimonium, ordo non sacer, qui dicitur ordo minor, solum im- pedit, si volunt remanere in ministerio, de quo vi- de ea, quæ diximus supra, col. 1. hoc eod. ordi. nume- ro decimonono.

36 Decimum impedimentum est ligamen, hoc est vinculum

vinculum alterius matrimonii, capitu. quomodo, 3 r. quaestio. 1. cap. nuptia, 3 2. quaestio. 2. si quidem prima coniunge viuente non poterit quisq; alteram uxorem accipere, alias committeret adulterium, & haberet duas uxores, quod non licet, l. cum qui. C. de adulte. cap. geudemus, de diuor. Paris. consilio quinquagesimo secundo, in princip. volumi. 4. & consilio sexagesimo octavo, numero centesimo quinquagesimo quarto, eod. volu. Roland. consilio nonagesimo tertio, volumine 3. & si quis haberet duas uxores, esset equidem infamis ipso iure lege prima, in fine. ff. de his, qui nota. infam. & etiam efficeretur bigamus, & debet ieiunare per quadragesima dies in pane, & aqua, quod uocat carenam, scilicet quadragesima, sic dicta, quia caret cibis & septem sequentibus annis penitere. c. accepisti, de spon. duo. ubi habentur supradicta ad litteram. Neque obstat, si diceret, quod antiquo tempore licuit plures habere uxores, quia illud fuit permixtum sanctis patribus diuina reuelatione, vt habetur capitulo gaudemus, §. fina. de diuor. & illa crant miseria, & figura, vt diximus in princi. tracta. ubi videas, & de hoc habetur etiam apud summam confes. libro quarto, titulo decimo quarto. Aduerte tamen, quo ad istud impedimentum ligaminis, quod alter coniugum ante carnalem copulam potest ingredi religionem, vt supra diximus. cum autem alteri alligatus per sponsalia possit cum altera contrahere, diximus supra de sponsa. ibi videas.

37 Sed iuxta praedicta quaero, an mulier credens primum uirum mortuum esse, possit contrahere cum altero secundo? & secundum aliquos dicendum est quod si uerisimiliter praesumitur de eius morte, potest contrahere, vt not. in c. quoniam frequenter, ut lite non contestata. in §. si in autem. faciunt dicta per Bar. in trac. de teste, in 3. car. ver. mortuu. & in trac. qualiter prob. mors, col. 2. Alex. consi. 4. nu. 18. vol. 2. Maran. in l. is potest, nu. 145. de acquirenda haeredita. ubi mors alicuius probatur eo ipso, quod aliquis iuuenis luxuriosus, & uagabundus cepit uagari per orbem, & nescitur ubi sit, nec aliquod nouum habetur de eius morte, uel uita, nam si ex hoc tempore lapsi sunt solum quinque anni, ex hoc praesumitur & probatur mortuus, & de hoc est tex. in l. uxor, C. de repud. de quo Soci. iun. consilio uigesimosexto, columna secunda, uolumine secundo. Contrarium tamen est uerius in matrimonio, & de iure canonico, quod immo debet quis habere certum nuncium de morte uiri. capitulo, in praesentia de sponsa, & capitulo, dominus, de secund. nupt. ubi matrimonium per uerba de praesenti non dissoluitur propter absentiam quantumcunque mariti etiam si ignoretur de uita, uel morte ipsius, ac etiam concurrente iuuenili aetate coniugum, quia requiritur, ut possit conuolare ad secundum matrimonium, quod primo receperit certum nuntium de morte, & hanc sententiam, & opinionem tenuit Abbas, Socin. & Barba. in capitulo, quoniam frequenter, §. porro, ut lite non contestata. Alexand. consilio quarto, numero decimo octavo, uolumi-

ne secundo, Angel. de Claua. in uerbo, matrimonium, il tertio, impedimento 13. ibi Jacob. Vngarel. in additio. sequitur Siluest. de Prier. matrimonium, 8. in §. 17. Abbas consilio quadragiesimo quarto, in princi. & Paris. consilio quinquagesimo septimo, numero decimosexto, uolumine quarto, Roland. a Valle, consilio nonagesimotertio, in 1. articu. numero octavo, uolumine tertio, & Francis. Pavi. in tracta. de uisit. quaestio. octaua, secunda parte, numero quinquagesimonono, & hęc uidetur esse communis opinio in pratica seruanda, nisi concordando dicas, quod satis est certificatus coniuix, quando habet uolentis suspitiones, exemplum, si diu stetit, uel senex recessit, uel aegrotus, uel quia est fama publica, & diu expectauit, & uidetur sufficere unus testis, ut in dicto capitu. in praesentia, de sponsa, & excusatur ab adulterio & poenis, quando coniuix probabiliter credit mortuum uirum suum, & cu alio matrimonium contrahit. capitulo, cum bellicam, trigesima quarta quaestio, prima, Butr. & Praepo. in cap. in praesentia, de spon. ubi uelle uidetur contra Abbas. & gl. mulierem esse liberam a pena, si contrahat matrimonium ex uerisimili coniectura mortis prioris mariti, non tamen posse ex hoc ecclesiasticum iudicem licentiam ei exhibere, ut alteri nubat, ut per Portium consilio uigesimosexto, per totum, & consilio septuagesimo octavo, Anchara. consilio 402. in prin. Rola. consi. 93. vol. 3. nu. 8.

Limita tamen, si primum matrimonium contractum esset per uerba de futuro, & sic in sponsalibus quia tunc mulier potest contrahere, & annihilare sponsalia, si matrimonium secundum fuit celebratum per uerba de praesenti, ut consuluit Laur. Silua. d. consi. 3. art. 1.

38 Sed iterum quaero, an ex dispensatione Pontificis post matrimonium contractum possit quis alteri nubere? In hac quaestione Doctores ita uidentur distinguere, quod si matrimonium non est consummatum Papa potest dispensare, ut nota. in capitulo, ex publico, de conuer. coniuga. ibi Hostien. & Abbas. si uerò matrimonium est consummatum inter fideles, Papa non potest dispensare, quoniam matrimonium consummatum constat in facto, & non potest haberi pro infecto, 3 2. quaestio. secunda, capitulo, si Paulus. & de iure ciuili est text. uulgatus in l. in bello. §. facta, ff. de capti. & postlimi. reuer. Et dicebat Hostien. unum notabile, quod refert Abbas, dicto capitulo, ex publico, quod Papa ex consensu utriusque sponsi potest ex potestate absoluta dissolvere matrimonium non consummatum, nulla alia causa subsistente, sed potestate ordinaria non potest sine causa, & cum hoc dicto Hostien. transeunt communiter Doctores. & subdit Abbas, Papam respondisse cuidam petenti dispensationem in matrimonio non consummato, se non posse facere, cui ille affirmauit esse glossam de hoc in dicto capitulo, ex publico, & Papam respondit, maledictus, qui te docuit illam glossam: innuens ex hoc non debere fieri, nisi ex magna causa, de quo uide Petr. de Anchara. in capitulo,

pitulo, canonum statuta, de constitu. columna decima quarta, uersiculo, matrimonium, & Ioan. Andre. in regu. actus, in Mercuriali. libro sexto, Alexand. capitulo finali, de sponsa duo ibi plenè. & ratio est, quia matrimonium contractum & non consummatum repraesentat unionem, quae est inter Deum, & animam; quae unio diuiditur per peccatum mortale, quod priuat animam gratia. §. criminis, & §. alius, uigesima quinta, distinctio. ideo potest diuidi, sed consummatum aequiparatur unioni, quae est inter Christum, & ecclesiam, siue inter Christum, id est diuinitatem, & humanam carnem, quam in uero uirginis suscepit, quae quidem sunt indiuidua, ex quo semel fuerunt unita, ideo non possunt diuidi.

39 Undecimum est impedimentum honestas, & istud impedimentum dicitur publicae honestatis iniuria, quae diffinitur, ut sit propinquitas ex sponsalibus. proueniens, robur ex institutione ecclesiae trahens propter eiusdem ecclesiae honestatem, unde impedit & dirimit tam matrimonium, quam etiam sponsalia sequentia non praecedentia, vt in capitulo, ex sponsalibus de sponsa. libro sexto. & ista publica honestas iustitiae, cum sit quoddam simile affinitati, ideo impedit illos gradus, secundum quos affinitas impedit usque ad quartum gradum inclusiue, de quibus infra, & istud impedimentum habuit hoc nomen propter defectum nominis, secundum Hug. uigesima septima, quaestione prima, capitulo. si quis, & Gemini & prius Archidia. in capitulo primo, de sponsa. in 6. si quidem nulli ex cognationibus. spiritualibus legali, vel carnali attribui poterat, itaque non uideretur nomen decentius obcurrere potuisse, nam si inspiciamus in matrimonijs non solum quid liceat, sed quid honestum sit, debet attendi l. semper. ff. de ritu nupti. secundum Hostien. & not. in capitulo, non debet, de consanguinitate. & affinitate. uelima gloss. publice, & honestum est, vt quae consanguinei sponsa fuit, necum contrahere non possit, & sciendum est, quod olim erant duae species publicae honestatis, quarum prima, quae contrahebatur ex secundis nuptijs, exemplum, Titius uxorem habebat, quo mortuo eius uxor accepit alium uirum, de quo habuit filium, vel filiam, & talis proles cum nullo consanguineo Titij poterat contrahere, sed hodie sublata est per capitulo, non debet, de consanguinitate. & affinitate. Alia quae hodie habet locum est, quae contrahitur ex sponsalibus de futuro, vel ex matrimonio de praesenti nondum consummato, secundum Panor. capitulo sponsam. de sponsa. atque ideo nullus consanguineus sponsi potest accipere talem sponsam usque ad quartum gradum inclusiue, nec e conuerso, secundum canones, vt in capitulo iuuenis, & capitulo, ad audientiam, de sponsa. (licet sint correcti per Concilium Tridentinum, vt infra) & si accipit, non erit uxor eius, quia

dirimit omni tempore, d. capitulo, sponsa. & sic etiam mortua sponsa, sicut etiam mortua uxor durat affinitas quoad hunc effectum, licet non quoad alios effectus, secundum tex. in d. capitulo sponsam, ibi communiter Doctores, quem text. ad hoc ponderat Bar. & Anto. in l. cui eorum. §. fina. de postu. Franc. in capitulo primo, de sponsa. in 6. in princip. Abbas capitulo, ueniens, de sponsa. in Ioan. Brun. tracta. de sponsa. con. clu. 10. Dida. Couar. de spon. in secunda parte, cap. 6. §. 2. Nec refert, secundum Anchara. in d. cap. sponsam, an sint consanguinei spiritus, vel illegitimi, an legitimi. Sed aduerte, vt dixi, quod hodie per sacrosan. Concilium Tridentinum, sessi. 24. can. 3. fuit restrictum impedimentum publicae honestatis ad primum gradum, ideo inquit ibi iustitiae publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus profus tollit: ubi autem valida fuerunt, primum gradum non excedant, quoniam in uterioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari. Quando autem sponsalia valida dicantur, & per consequens indicant praefatum impedimentum in primo tantum gradu, aduerte quod quinque requiruntur à Doctoribus, primo quod sint contracta à maioribus septennio, text. in capi. ex sponsalibus, de spon. libro sexto, Panor. c. iuuenis, de sponsa. & declara, vt diximus supra, de sponsa. columna 1. ult. ord.

Limita tamen, nisi perseverent, & perdurent in uoluntate contrahendi post septennium completum, quia tunc oritur publicae honestatis iniuria, vt not. d. capitulo, ex sponsalibus.

Secundum, quod requiritur, vt inducatur istud impedimentum est, quod non sint sponsalia contracta sub conditione, & est ratio, quia habent solam spem, non vinculum, vt Institutio. §. ex conditionali, de uerborum obligatio. atque ideo ante conditionis euentum non oritur istud impedimentum, quare posset contrahere cum aliquo consanguineo sponsi ante conditionis euentum.

Tertium, quod requiritur, vt istud impedimentum inducatur, est vt sponsalia sint certa: quia in incertam personam non inferitur consensus, nec oritur istud impedimentum, vide gloss. in capitulo unico, de sponsa. in sexto.

Quartum, oportet quod non defecerit consensus, dicto capitulo, ex parte, de sponsa. in sexto. atque ideo consanguineus furiosus statim potest eius sponsam ducere, quam in amentia & stultitia desponsauerit, ex quo consensus deficit. capitulo, dilectus, de sponsa. capitulo, neque trigesima secunda, quaestio. septima, nos supra, col. 1. ult. ordinis.

Limita & declara, quando defectus consensus est apparens, vt in pueris, & amentibus, secus esset, quando esset latens, sicut in illo, qui contra-

xit non animo contrahendi, sed decipiendi, quia tunc oritur istud impedimentum, quoniam Ecclesia instituit istud impedimentum propter apparentiam honestatis, & ideo impedit, quia de intentione non potest constare, & Ecclesia non indicat de occultis, & pro hac decisione faciunt dicta per Archidia. Ioan. Andre. Imolam, & Gemini. in capitu. vnico, de sponsa. in 6. & per Vincen. in capitu. ad audientiam, de sponsa. qui tenent, quod contrahens ioco, si de ioco aperte constat, non inducitur publica honestas, ergo si non constaret, induceretur.

Quantum, quod non sint contracta post matrimonium, vel sponsalia prius facta: quia si quis contraxisset matrimonium vel sponsalia, & post viuet prima sponsa contraheret cum aliqua eius consanguinea, non dirimentur sponsalia præcedentia. d. c. ex sponsalibus. quod intelligit, nisi priora sint conditionata, & pendeat adhuc ipsa conditio: secunda verò sint absoluta, glof. dicto capitulo, sponsalia. Aduerte tamen, quod secundum canones, si contrahentes sponsalia habuerunt supra dicta quinque requisita, id est tempus debitum, purè contracta, cum certa persona, cum consensu, quamuis sint nulla de iure, puta cum affine, vel cum religioso, vel in sacris, aut cum maleficiato, & huiusmodi, nihilominus oritur publicæ honestatis iustitia, vt dicto capitulo, ex sponsalibus, quia in matrimonio attenditur potius honestas. d. l. semper. & sic quamuis nulla oriatur obligatio, oritur tamen publica honestas, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

An autem sacrosanctum Concilium Tridentinum voluerit etiam intelligere de sponsalibus nullis ex consanguinitate & ex maleficio, & alijs similibus, vt in isto vltimo casu? crederem, quod sic, cum dicatur ibi, sponsalia quacunq; ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, & sic erit etiam correctio hæc vltima decisio canonistarum, tamen ego in hoc & in cæteris me remitto iudicio Sanctæ Matris. Ecclesiæ, ad quam spectat declarare & interpretari canones & decisiones Concilij.

41. Duodecimum est impedimentum affinitatis, & dicitur affinitas, quasi ad alterius fines accedentes, vt per Goffre. in summa, de consanguinitate & affinitate, numero decimo, ibi inquit, quod affinitas est attentia vnus personæ ad aliam proveniens ex copula carnali, nam quando vir coniungitur carnaliter vxori, omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines viro, & e conuerso omnes consanguinei viri efficiuntur affines vxori: at secundum Raym. Hostien. affinitas est proximitas personarum ex copula carnali proveniens omni parentela carens, vt inquit Ioann. Andre. in arbo. affini. quem refert Didac. de sponsa. secunda parte, capitulo sexto, §. septimo, vbi ipse aliter diffiniēbat, nempe vt affinitas sit proximitas personarum ex coitu deducta: tamen secun-

da diffinitio est communiter recepta, licet inter se omnes parum differant, & sequitur eam Ange. de Claua Siluest. de Prier. & alii communiter, & intellige, vt affinitas proveniat ex carnali copula tum licita siue matrimoniali, tum illicita siue fornicaria, secundum communiter Theolo. & canonist. vt per D. Thoimam, in quarto, diffin. 41. & Petr. de Palude, & c. nec causam, trigesima quinta quæstio. tertia, & est text. in capitulo, discretionem, extra de eo, qui cogn. conf. vxor. suæ ibi Abbas, & Henric. & capitulo, tuæ. eod. text. in c. ex litteris, secundum Abba. & Aretin. ibi de testi. & rex. in capitulo secundo, de consanguini. & Capel. Tholof. ibi Aufser. 36. Hiero. Paul. in prouinc. fol. 38. Siluest. de Prier. matrimonium 8. impe. 15. & per Dida. de sponsa. secunda par. capitu. 6. §. 7. sub numero secundo, ideo dicitur in diffinitione Ioan. Andre. ex coitu non ex nuptijs, licet Goffre. teneat, & male, quod causetur solum per coitum nuptialem, per §. sciendum. l. non facile. ff. de grad. sed ille §. loquitur de affinitate, per quam defertur hereditas alicui, secundum Ioann. Andre. in lectu. arbo. affinitatis.

Quinimo inducitur affinitas, quoad coniugium impediendum, etiam si coitus coactus sit. rex. in dicto capitulo, discretionem, de eo, qui dux. in mat. Nec refert, an sit ex vi præcisa, an ex conditio nali, vt ibi probare videtur tex. in illis verbis, quantum potuit, renitentem. Quinetiam coitus cum dormiente hæc affinitatem producit, vt not. ibi in dicto capitulo, discretionem Cardina. & Præposi. ex eo, quod copula carnalis etiam cum dormiente contingit, & sic coitus est de substantia, & de necessitate affinitatis, vt tradit post alios Ferd. Loares in tracta. de matrimo. dub. 1. & dub. 15. quem refert & sequitur Didac. Couar. de sponsal. secunda parte, dicto capitulo sexto, §. septimo.

Non tamen causatur affinitas ex coitu sodomitico, & generaliter extra vas naturale. factio. capitulo, extraordinaria, trigesima quinta, quæstio. tertia, & capitulo, fraternitatis, ibi Hostien. Innocen. Panor. de eo, qui cong. conf. vxor. suæ, quia non est facta sanguinis commixtio, secundum Riccardum ex quo infertur per Doctores, quod licet vir claustra pudoris intrauerit, sed non spermatizauit, affinitas non contrahitur, sed ad contrahendam affinitatem bene sufficit, quod vir emittat semen, licet mulier non emittat, quia secundum Medicos, potest fieri generatio per semen tantum viri, vt voluit Feder. in consilio ducentesimo nonagesimo, & Panor. & Innocen. d. capitulo fraternitatis, Rodoan. & Petr. de Palu. in quarto, Ange. de Claua. in verbo matrimonium. 3. impedimento, decimotercio, & legitur de Meilino, esse natum ex semine tantum viri.

Intellige etiam illa verba, omni carens parentela: per se, quia ex affinitate consanguinitas necessario non deducitur, sed per accidens potest.

sunt licet, vel illicitè permisceri consanguinitas consanguinitati, & affinitas affinitati, vt legitur de incestu Loth incubriati cum siliabus, & Caroli Magni cum sorore, & Iudæ cum Thamar. Vel pone exemplum, si quis carnaliter cognouerit alteram ex duabus sororibus, quæ tamen eius erant consanguineæ, inter quartum gradum non poterit alteram ex ipsis vxorem ducere impediēte matrimonium ipsum affinitate, atque etiã consanguinitate, & sic per accidens affinitas potest concurrere cum consanguinitate: vnde in dispensatione ad contrahendum matrimonium a Romano Pontifice impetrata opus erit vtrunq; impedimentum sublatum fuisse, vt inquit Didac. dicto loco supracitato. Sed aduerte, quod olim ante Concilium Tridentinum affinitas per copulam vsque ad quartum gradum efficiebatur: modo autem non contrahitur affinitas præcedens, & dirimens matrimonium, nisi vsque ad secundum gradum tantum, vt diffinitum est expresse, scilicet, vigesima quarta, capitulo quarto: Itaque si Petrus per fornicationem cognouerit Mariam, solum cum sorore Mariæ contrahere prohibetur, quod est intelligendum de affinitate matrimonium præcedente: nam si sequatur post matrimonium, etiam si cognouerit, debitum exigere non poterit, vt per Ioseph Angl. distinctione quadagesima prima, super Magist. sentent. articulo primo, propo. quarta. si autem per copulam licitam, scilicet coniugalem impeditur matrimonium vsque ad quartum gradum, ita vt mortua vxore non possit vir cum consanguinea illius vsque ad quartum gradum contrahere, vt c. non debet, de consan. & affi.

42. Præterea est sciendum, quod olim tria erant genera affinitatis, rex. est ibi glo. capitulo, non debet, de consanguinitate & affinitate. & etiam patet trigesima quinta quæstio. tertia, per totum, & diffuse per summam Director. libro primo, Ange. de Claua. matrimonium, octauo, impedimento. decimo quinto. Hodie autem non reperitur, nisi primum genus affinitatis, quia secundum, & tertium sunt sublatum, quæ olim erant in matrimonio contrahendo, vt habetur in textu, quod quotidie allegatur in dicto capitulo, non debet, de consanguinitate & affinitate. ibi etiam tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptijs, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Sed vt antiquitatis nihil penitus ignoretur, ponamus etiam hic declarationes, & regulas, & exempla primi, & secundi, & tertij generis affinitatis, quæ habentur in glo. dicto capitulo, non debet, ibique per Doctores, & etiam videamus de gradibus: & regula est, quod persona addita personæ per carnis copulam mutat genus attententiæ, sed non gradum: nam persona adiuncta sanguini alterius per copulam carnalem facit primum genus: persona verò secunda per copulam addita dictæ personæ primæ, seu facienti primum genus, faciebat secundum: Persona verò tertia addita secundæ per copulam carnalem

faciebat tertium genus: sicut, verbi gratia, vxor fratris mei mutat genus: quia frater meus attinet mihi consanguinitate, ita illa affinitate: sed est mihi affinis in primo genere affinitatis, & in eodem affinitatis est mihi, & alijs consanguineis meis, quo gradu consanguinitatis, & mihi, & meis consanguineis est frater meus. Secunda autem persona mihi aliunde non affinis, nec consanguinea, si coniungatur, id est coeat cum dicta vxore est mihi, & etiam consanguineis meis affinis in secundo genere affinitatis, & eodem gradu, quo sumus fratri meo, & de isto secundo genere affinitatis habes, capitulo, de propinquis, trigesima quinta, quæstio. tertia. Tertia quoque persona aliunde, nec consanguinea, nec affinis, si coniungatur dictæ secundæ personæ, est mihi & consanguineis meis affinis in tertio genere, & secundum antiqua iura mortua illa, vel illo non poterat accipere aliquem de consanguinitate prioris mariti vsque ad quartum gradum, vel tertium, de quo genere habes in dicto capitulo, porro, trigesima quinta, quæstio. tertia, secundum glo. dicto capitulo, non debet, sed, vt dixi, primum & secundum genus est sublatum, ideo videamus de gradibus primi generis, quod est in vsu, & hodie tantum obseruatur, & sciendum est, quod omnes consanguinei vxoris meæ, vel mulieris a me cognite carnaliter, sunt mihi affines eo gradu, in quo sunt consanguinei talis mulieris, & similiter omnes consanguinei mei sunt illi mulieri affines in eodem gradu, in quo sunt mihi consanguinei, sicut soror vxoris meæ est in primo gradu, illi quidem consanguinitatis: mihi verò affinitatis, filia sororis illi est in secundo consanguinitatis, & mihi in secundo affinitatis, idemque in cæteris successoribus dicendum est, capitulo, porro, trigesima quinta quæstio. quinta. consanguinei verò mei, & meæ vxoris nullo modo inuicem sunt affines, nec inter eos matrimonium prohibetur, capitulo, super his, de consanguinitate & affinitate. ideo pater, & filius cum matre, & filia contrahunt, & duo fratres cum duabus sororibus, & quod dicitur de vxore, intelligitur, vt etiã alias diximus, de omni muliere carnaliter cognita.

43. Ex supradictis ergo sic præmissis elicitur, vt affinitas impediatur matrimonium, & dirimat, si illud præueniat quoad ascendentes, & descendentes in perpetuum, & in infinitum, vt diximus supra de consanguinitate, secundum magis communem opinionem facit tex. capitulo primo, de consanguinitate, & affinitate, vbi inquit tex. quod ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, vt a propriis. Concordat capitulum, de propinquis, & capitulum, æqualiter, trigesima quinta quæstio. tertia, ad idem Institut. de nup. §. affinitatis. Quo vero ad collaterales, si affinitas præcedat, secundum canones impedit, & dirimit in primo genere tantum hodie vsque ad quartum gradum inclusiue. d. cap. non debet. atque ideo persona cognita carnaliter ab aliquo consanguineo, non poterit matrimo-

nium contrahere cum aliquo de illa consanguinitate, nisi ab eo distet ultra quartum gradum, a quo fuit cognita, & contrario, & si contrahit matrimonium, nullum est, & contrahens est excommunicatus, capitulo vnico, incipiente, eos, de consanguinitate, & affinitate. in elementina. si quis autem cognoscit consanguineam alicuius, in quinto gradu, vel supra, non contrahitur affinitas, nec impeditur matrimonium, & si erat suæ vxoris consanguinea, non perdit ius exigendi debitum: sed hoc est hodie emendatum per concilium Tridentinum, affinitas præcedens, & dirimens matrimonium, nisi vsque ad secundum gradum tantum declarando, vt dicemus, & diximus supra.

Sed quid si affinitas non præcedit, sed superueniat matrimonio iam contracto? isto casu dico, quod non dirimit etiam quod matrimonium non esset consummatum, dummodo fuerit contractum per verba de presenti, vt in capitulo secundo, de consanguinitate, & affinitate, bene verum est, quod ille, per quem affinitas contracta est debitum petere non potest sine peccato mortali, licet reddere teneatur expresse, vel interpretatiue potenti: imo si matrimonium non sit consummatum, secundum aliquos, non potest absque dispensatione (quam tamen potest facere episcopus) reddere sine mortali.

Illud tamen, quod supra dictum est, quod si affinitas superueniat, non impedit matrimonium iam contractum, limita (si limitatio appellari potest) & intellige non habere locum in sponsalibus: quoniam si affinitas superueniat sponsalibus de futuro, soluentur sponsalia, nec potest vir habere sponsam illam obstante affinitate, nec eam, quam cognouit obstante publica honestate, de quo supra diximus, & vide columna finali, tracta, de sponsa supra.

Et animaduertendum, & sciendum est, quod affinitas remanet etiam post mortem illius personæ, per quam est contracta, ad consanguineos eius, secundum Petr. de Palude, capitulo, fraternitatem, trigesima quinta, quaestione prima, adeo quod mortuo viro vxor accipere non potest aliquem virum de consanguinitate primi mariti, potest tamen accipere virum olim maritum alicuius sceminae de ipsa consanguinitate, quia ibi non est affinitas primi, sed secundi generis. simili modo, si Franciscus habuit successiue duas vxores, Ioannam, & Cleliam, ex quarum prima idest Ioanna genuit Mariam filiam, quæ nupsit Petro: mortuo Francisco Ioanna & Maria, Petrus potest in vxorem accipere Cleliam secundam vxorem Francisci, secundum prædicta: quia licet Petrus non possit accipere aliquam de consanguinitate suæ vxoris vsque ad quartum gradum, tamen bene potest accipere sceminam olim vxorem alicuius de ipsa consanguinitate, & sic est casus, in quo gener accipere potest eam, quæ fuit vxor socii sui, similiter si mortua vxore mea volo accipere relictam viri, qui fuit germanus meæ vxoris, hoc possum, iuxta prædicta, &

de alijs exemplis, & casibus vide apud Doctores si-  
practitatis locis per te ipsum.

44 Decimum tertium impedimentum est impotentia coeundi, quæ quidem est vitium animi, vel corporis, vel vtriusque, quo quis impeditur alii commisceri, secundum Raym. conf. ff. Angeli. Rosel. Siluestri Armil. & alios suis summis, & duæ sunt species impotentia, secundum magis communem opinionem, licet aliqui ponant tres species, nempe naturalis, accidentalis, & masculialis: sed quia ipsa masculialis est accidentalis, ideo dic quod duæ sunt, naturalis, vt frigiditas, seu impotentia pueri, & senis, & complexiois, vt caliditas nimia, & arctatio mulieris. Accidentalium, vt masculium castratio, & huiusmodi, & animaduertendum: quia si causa naturalis est temporalis, cui subueniri possit medicina, vel ætatis beneficio, matrimonium non soluit: quod tamen soluit, si est perpetua, & ab eorum altero ignorata, ita quod ille, ex cuius parte allegatur impedimentum, perpetuo maneat, sine spe coniugij, alius vero nubat cui vult in domino, & tale impedimentum est frigiditas, ad quam redigitur omnis defectus naturalis. Accidentalium, licet ex masculium si non est perpetua non dirimit: si vero est perpetua, hoc est non habens remedium opere humano (& si diuino, vel diabolico,) dirimit, & nunquam erit licitum opera diaboli vt ad masculium auferendum, vt habetur in cano. qui sine saluatore, vigesima sexta, quaestione secunda, licet oppositum teneat Ange. de Claua. in verbo, superstitio. §. vigesimo tertio, vbi dicit non esse mortale vt opera magis ad dissolendum matrimonium, seu impedimentum matrimonij: mihi tamen magis placet opinio prima contra Angelum: quia masculium erit auferendum remedijs spiritualibus, vt sunt ieiunia, orationes, peccatorum contritio, vt Deus opera diaboli dissoluat, quod quidem remedium colligitur in cano. si per sortiaras, trigesima tertia, quaestione prima, de quo etiam per Iosef. Angl. in quarto, distinctione trigesima quarta, articulo secundo, in secundo dubio. & ad cognoscendum, vtrum impedimentum sit perpetuum vel temporale, ecclesia statuit tempus triennij ad hoc experiendum, in quo ex vtraque parte detur efficaciter opera copulae carnali, post quod tempus, si matrimonium reperitur non consummatum iudicio ecclesie dissoluitur, in quo casu quandoque potest errari, quia per triennium quandoque experiiri sufficienter non potest perpetuitatem impotentia, & ideo hoc casu si quis reperitur deceptus, vel decepta, cum impedimentum non sit verum, ex quo illa, in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cum eadem, vel alia perfecisse, ecclesia redintegrat præcedens matrimonium, & dirimit secundum, licet de eius licentia factum sit, vt est text. de lebris in capitulo, fraternitatis, de frigid. & male. Sed animaduerte, quia est aliqua differentia inter frigiditatem, & masculium, si quidem impotens

impotens ex illa frigiditate, ad omnes mulieres est impotens, & ideo soluto matrimonio non datur licentia ei nubendi. & ex masculio potest esse, quod quis sit impotens ad vnā mulierē, & non ad aliam, & sic isto secundo casu: quoniam iudicio ecclesie matrimonium dirimitur, vtrique; tamen masculo, quā scemina datur licentia quærendi aliam copulam. Animaduertendum est etiam circa frigiditatem, & arctationem, quod ad hoc, vt impediatur matrimonium contrahendum, & dirimat, quatuor requiruntur. primo quod tale impedimentum frigiditatis, & arctationis præcesserit matrimonium: quia si adueniret post contractum non dirimeret, licet esset rationalis causa pro dispensatione facienda per Papam, vel alter aptus contrahere cum alio, si nondum erat matrimonium consummatum, vt not. Abbas capitulo, ex litteris, de frigi. & male. & allegat not. in capitulo, ex parte, & in capitulo, ex publico, de conuer. coniu. & si sit dubium, an tale impedimentum impotentia coeundi præcesserit matrimonium contractum per verba de presenti, an non præsumatur, quod præcesserit, ex quo nunquam potuit cognoscere, vt inquit Panor. c. fraternitatis, de frigi. & male. sequitur Ricar. in quarto, distinct. 34. facit in arg. l. tertia. C. de adil. edict. de magis communi opinione attestatur Ange. de Claua. matrimonium, 3. in ped. 16. in fine. Secundo requiritur, vt sit tanta, quod nullo modo possit coire, hoc est, secundum Petr. de Palu. quod sit talis, vt impediatur actum perpetuo saltem: quia licet impediret effectum generationis: sed non actum, qui est emissio seminis in vase, non esset impedimentum. Tertio, quod sit perpetuum impedimentum, ita vt nullo medicamine, aut remedio possit remoueri, nā si possit sine periculo mortis remoueri, non dirimeret, vt not. in capitulo primo, & secundo, 33. quaestio. prima, & capitulo primo, & secundo, de frigi. & male. & per totum, itaque scemina arcta tenebitur incisionem pari, vt apta ad congressum reddatur: quicumque enim ad aliquod obsequium obligatur, simul etiam ad omnem actionem, & expeditionem obligatur, quæ naturaliter sine tamen mortis periculo ad tale obsequium præstandum desideratur, etiam si ex incisione aliqua infirmitas timeatur. Sed oppositum tenet Sotus, quando timetur infirmitas, tamen text. in capitulo, ex litteris, de frigi. & male. solum mortis periculum exceptum voluit. Aduerte tamen quod si potentia viri non fuerit cum corruptis mulieribus manifestata, virgo non tenebitur referari: ratio est, quia vir fortassis est frigidæ naturæ, vt per Angle. Vale. super Mag. senten. in quarto, distinctio. 34. articulo primo, in secunda difficul. Quartum requisitum est, vt sit ignorans, quando contraxit de tali impotentia, quoniam qui scit se, vel alium impotentem, & eum accipit, non potest amplius eum dimittere quoad vinculum, quia est verum matrimonium, secundum Petrum de Palude, & tex. in capitulo, consultationi, de frigi. & male. & hæc quatuor requiruntur etiam in impedimento accidentali. Ex quo inferitur, & e-  
46 licitur, secundum Ray. quod si vir scit se frigidum, & ineptum, & scienter contraxit matrimonium, si

mulier vult sibi cohabitare, ipse non potest ab ea discedere, capitulo primo, de eo, qui dux. in matrimonio: quam polluit. per adul. & idem est, si mulier sciens se arctam contraxit cum aliquo: quia si vir vult cohabitare, ipsa non potest recedere, & si vir aliquis scienter contraxit cum arcta, dicit Innocen. quod tenetur cum ea stare, vt frater cum sorore, si tamen contrahit cum alia, tenet matrimonium, nihilominus tenetur primam, vt sororem tenere, & idem dicendum si mulier scienter contrahit cum frigidus, vel impotente, quia debet ei cohabitare, vt foror. Idem dicendum si frigidus, & arcta scienter simul contraxerit, vt per summ. confesso. libro quarto, titulo decimo sexto, quaestione vigesima quinta, & habes apud Armil. Ray. Ange. Siluest. Nau. & alios.

47 Sed quæro, an arctatio mulieris sit semper impedimentum matrimonij? & dicunt Doctores, vt supra dixi aliàs, quod si absque periculo potest subueniri beneficio medicinæ, vel per futurum vsum viri proportionatum, non impeditur matrimonium, capitulo, ex litteris, de frigi. & male. si vero non potest aliquo modo sine graui periculo subueniri, tunc separabitur, & poterit alteri copulari, cui fortè arcta non erit, vel cuius respectu, sine periculo subueniri potest, & hoc est notabile, quod si per vsum secundum facta sit idonea primo, sibi reddatur, etiam si cum alia contraxisset, quam hoc casu dimittere debet, & ad primam redire, nisi ipsa ad religionem transiret tunc enim remanebit maritus cum secunda, cum qua contraxit factio diuortio. Item non tenetur redire ad primam, si ipsa aliàs sit fornicata, ita quod velit eam dimittere quoad thorum: si vero ista fecit votum continentia simpliciter, nihilominus postea publice nupsit secundo, non potest repellere a primo prætextu fornicationis, quasi fornicata sit cum isto secundo, quando de primo matrimonio dubium erat, sed modo non debet cum isto secundo viro manere, vt habetur plenè in capitulo, fraternitatis, ibi scrib. de fri. & male. & in summa confesso. lib. quarto, de poten. coeun. quaestione tertia. Quomodo autem debeat constare, quod ista arcta separata a primo sit facta sibi apta per vsum secundi dicit Guille. per iuramentum matronarum, a quibus ipsa inspicietur, vel forte vterque, vt dicto capitulo, fraternitatis. si vero sit reddita primo marito, & non intuenitur sibi apta, dicit Hostien. in summa de sponsalibus, rubrica, de matrimonio, quod remanebit per triennium cum ipso, quasi præsumatur masculicatus, & si iterum eam cognoscere poterit, remanebit cum eo, alias lapsa triennio restituetur secundo sine spe restitutionis primi, vt per summam confesso. d. titu. quaest. 5.

48 Sed iterum quæro, quid si mulier sit ita lata, vel ampla, vt non possit cognoscere? dicit Hostien. in summa. §. tertio, de impot. vers. quid si ita, hunc casum fuisse de facto apud Enifam, & dicit quod qualitercunque impotens sit ad reddendum debitum, matrimonium impeditur, & sequitur summa confesso. dicta quaestione vndecima, & idem dicendum est de viro, qui habet membrum excessiuum: quia iste poterit contrahere cum vna sibi apta, non cum alia,

& sic cum muliere bene lata, & hæc opinio est communis, ut per Siluest. de Prier. matrimonium, octavo, numero decimo sexto, licet dicat Hofst. in hoc casu Papam esse consulendum.

49 Sed querunt Doctores, quid dicendum, si mulier pariat mortuos, vel concipere non possit, vel in lecto mingat, erunt ne hæc impedimento matrimonio? Dicunt quod non, si potest reddere debitum matrimonij non impeditur, quia edictum de matrimonio, est prohibitorium, capitu. cum apud, extra de sponsa. De impedimento autem, quod prouenit ex causa & ratione accidentali, diximus supra col. r. ibi etiam de naturali impedimento aliquid diximus.

50 Venio modo ad impedimenta, quæ impediunt, & non dirimunt matrimonium, quæ sunt septem, ut supra diximus, & primum est interdictum, quod dupliciter potest esse. Primum, quia est contra statum iuris nempe, quia prohibentur fieri matrimonia tali modo, ut de clandestino matrimonio dictum est, vel quia prohibentur tali tempore fieri, ut habetur in Concilio Tridentino, vigesima quarta sessio. de reforma. matrimo. Secundo, quia est contra interdictum, id est contra hominis præceptum ministri iuris, & ecclesiæ propter aliquam legitimam causam prohibentis contractum. Quis autem possit facere tale interdictum, dicitur quod potest episcopus, vel alius ordinarius, & minister, & sacerdos parochialis, qui potest matrimonium dispensare, & si non iudicare, quia ipse habet inquirere de impedimento, ut inhibere, ut per Siluest. de Prier. matrimonium, septimo, numero primo. Contrahens autem contra interdictum ecclesiæ, vel ministri, secundum Doctores peccat mortaliter, nisi fuerit dispensatum ab eo, qui potest, & si causa, propter quam est factum interdictum, est perpetua, id est ad nullum tempus restricta, puta si prohiberetur fieri matrimonium propter malum, quod inde sequi potest, secundum glo. capitulo, ubi, de sponsa duo. ibi Abbas, & in capitulo, ad dissoluendum, de despon. impu. capitulo, cum apostolica, de sponsa. probato impedimento, data sententia diuortij, omnino separabuntur, capitulo ultimo, de matrimo. contr. contra int. eccles. si verò causa erat temporalis, id est restricta ad certum tempus, ut si prohiberetur propter uenerationem diei, vel donec cognoscatur, tenebit matrimonium: sed in pœnam debet ad tempus separari, capitulo primo, & secundo, extra de matrimo. cont. contra inter. eccles. & addit Petrus de Palude, quem refert, & sequitur Siluest. de Prier. matrimonium, septimo, numero primo, quod si inhibita facta fuit ab inferiore a Papa, vel ab episcopo, vel parochiali, quamuis sit peccatum, tamen si non est aliud impedimentum, intellige perpetuum tenet, & idem si a Papa facta est simpliciter, secus si prohibuerit decernendo irritum, & inane, si scias factum fuerit, quia est nullum, cum per hoc reddat eos inhabiles, sicut & prohibendo matrimonium per cognationem legalem, spirituales, vel carnalem in gradu non prohibito lege diuina, huiusmodi reddit inhabiles, de quo vide etiam Dida. Couar.

epitom. de sponsalib. parte secunda, capitulo sexto, numero sexto, impedimen. quarto, ibi inquit, quod coniugium contrahi non debet contra prohibitionem iudicis: tamen si contrahatur, valet contractus, iuxta tex. supra allegatum in capitulo primo, cum similibus, de matrimo. contra. contra inter. eccles. & idem dicit de matrimonio contracto contra prohibitionem legis, aut Romani Pontificis, quando illa prohibitio habet temporalem, non perpetuam causam prohibitionis, de quo per Domi. consilio trigesimo tertio, columna quinta, & capitulo finali, de matrimo. contra. contra inter. eccles. not. Decius in capitulo secundo, columna secunda, de testi. & not. glo. insignis, clementina prima, versiculo, inhabentes. de iure patronatus, & sic matrimonium ex legis prohibitione lite pendente contrahi non debet, tamen contractum tenet, dicto capitulo. cum apostolicum, secundum communem intellectum, nisi contrahens crediderit primum matrimonium, super quo litigatur, validum esse, quia tunc esset defectus consensus, ut per Abba. dicto capitulo, cum apostolica.

51 Secundum impedimentum est feriarum: nam ideo prohibentur nuptiæ tempore feriarum, quia tempore feriarum animus nimis resoluitur in lætitiâ, cum tamen sit tempus mœstitiæ, ut per Diuû Thom. in quarto, distinctione trigesima secunda, & tempus feriarum, secundum Panor. in capitulo, capellanus, de ferijs, sed ab Aduentu usque ad Epiphaniam, capitulo, non oportet, trigesima tertia quæst. quarta. Item a septuagesima usque ad octauam Paschæ. Item a primo die Rogationum, quæ est secunda feria ante Ascensionem Domini, usque ad octauam Pentecostes, ut d.c. capellanus, sed per Concilium Tridentinum, 24. sess. cano. 10. emendantur ista tempora, & solum statutum est ab aduentu Domini nostri Iesu Christi, usque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta cinerum usque in octauam Paschæ includendæ antiquas nuptiarum prohibitiones obseruari. In alijs vero temporibus solemniter celebrari permittit. Ex quo elicitur, ut non sit prohibitus totaliter contractus matrimonij, sed ipsa solemnitas: nam matrimonium sine alia solemnitate, & celebratione, sed solum per verba de presentibus, & etiam per verba de futuro, ut sponsalia coram facie ecclesiæ potest omni tempore contrahi, cum non inueniatur aliqua causa prohibitionis, ut Panor. dicto capitulo, capellanus, & 34. quæstio. 4. ibi glo. §. fina. quia in tali consensu nullum est peccatum, imo est sacramentum, ut capitulo, debitum, de big. est ergo prohibita solemnitas propter conuiua, co-reas, & alias similes solemnitates, & ideo secundum glo. in dicto cap. capellanus, est solum prohibita solemnitas traductio, & carnis noua commixtio, licet secundum Caieta. in sua summa, in verbo, matrimonium, par. 2. quem sequitur Nauarra, c. 2. de sacra. mati. nu. 7. 1. consummatio matrimonij per copulam absq; solemnitate nuptiarum & absq; traductione solemnibus in domum nullo tpe sit prohibita, sed contrarium tenet Palu. in 4. dis. 32. & Rosel. verbo, impedimentum, 13 §. 3. & Ant. 3. par. titu. 2. cap. 17. & nonnulli

nonnulli alij, qui tenent sine ratione necessaria peccat: sed solum prima uice, ideo pro cõcordia ego dicerem, quod prima opinio Caietani, & Nauarra procedat de iure. Contraria & secunda opinio Palud. Rosel. & aliorum procedat de consilio, quod probatur per simile nam uideamus, quod in diebus magnorum festorum debitum petere non licet, ut in c. quoties unque. 33. q. 4. qui tex. intelligitur procedere de consilio, ut ibi per glo. idem in casu. Vel dic, quod si est peccatum, est tamen ueniens, ut in si mili refert Ioan. Angle. super 4. Mag. fen. dist. 32. arti. 1. in quinta difficultate, dubio primo. Vel & tertio posses dicere, quod opinio Palud. Rosel. & aliorum, procedit quando quis uellet consummare matrimonium propter suum appetitum, & sic uenit ad commixtionem & copulam propter concupiscentiam. Alia & prima opinio procedere forsitan posset, quando ratione proli procreanda, & desiderio proli tantum mouetur ad copulam, uel quando uenit ad copulam gratia alterius coniugis ad uitandum concupiscentiam socij coniugis, ut dicemus etiam infra concordando alias opiniones, quod nota, quia non reperies ita alibi declaratum.

53 Tertium impedimentum est sponsalia, nam qui sponsalia de futuro contraxit, nisi ipsa sponsalia aliquo licito modo soluantur, tenetur de peccato mortali contrahere de presentibus cum eadem uel eodem, si tamen de factis facta fide contrahat matrimonium per verba de presentibus cum alia, uel alio, tenebit secundum contractus matrimonij, ut latè diximus supra, pluribus locis.

54 Quartum impedimentum est catechismus: nam ex catechismo contrahitur spiritualis cognatio ut habetur in c. quamuis. de cognat. spiri. libro 6. & hæc cognatio impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. c. contracto, ext. de cognat. spiri. & c. si quis filiabus 30. q. 1. & c. per catechismum. eod. titu. lib. 6. & nos diximus supra hac cad. col. impedimento. §. ibi uide quid sit catechismus, & unde dicatur. & sciendum est quod quemadmodum cognatio spiritualis, quæ ex baptismo & cõfirmatione oritur, est restricta per concilium Tridentinum, ita pariter concilium Tridentinum sessio. 24. uidetur hanc quoque limitasse ut subtilissime argumentando tenet insignis Doctor Nauar. in suo Enchiri. c. 22. de sacra. mati. nu. 72.

55 Quintum impedimentum est uotum simplex, etiam in uotum de seruanda continentia simplex id est non solemnizatum professione tacita uel expressa religionis approbatæ nec sacri ordinis susceptione impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum ut habetur dist. 27. per totam in tex. & no. Innoc. c. rursus & c. consuluit & c. in sinu. te qui clerici, uel uouent. etiam si uotum esset limitatum ad tempus nondum lapsum, matrimonium tamen ualeat, capit. secundo, cad. 27. dist. & etiam si ueterque uouisset secundum communem, de qua Nauar. 22. cap. de sacra. mati. num. 73. de quo est glo. in c. si quis uotum, 27. q. 1. & etiam si quis contraheret animo ingrediendi religionem post contractum, secundum Riccard. in 4. dist. 38. Rosel. in uerbo, uo-

tum. §. 9 & Anto. 3. parte titu. i. cap. 16. Siluester de Prier. in uerbo, matrimonium. 7. q. 5. §. 2. & idem de iuramento, quod de uoto simplici. & licet uotum solenne & uotum simplex æquiparetur, & æqualiter obliget quoad Deum: tamen ecclesia per suam constitutionem noluit inhabilitare ad contrahendum uouentes simpliciter: sed solum uouentes solenniter, ut habetur in c. unico, de uoto, lib. 6. & est communis opinio tam Theologorum in 4. dist. 38. quæ Canonistarum, in titulo qui clerici, uel uouent. & nos diximus supra. & animaduertendum est, quod secundum Gaspa. Calde. d. c. rursus, habens tale uotum simplex peccat mortaliter contrahendo cum intentione consummandi, quia agit contra uotum suum. c. in multis, 27. q. 1. non autem peccat, si non habuit animum consummandi, sed intrandi religionem, quia in nullo facit contra uotum, secundum aliquos, tamen hæc opinio non uidetur approbata, quia licet non agat contra uotum, agit contra iura & contra datam fidem deludendo alterum, atque ideo, secundum Diuum Thomam, Riccard. Armi. Silue. & alios indistincte tenendum est, quod contrahendo mortaliter peccat, nisi certificetur per spiritum sanctum, quod copula non sequatur.

56 Quantum uero ad exactionem debiti, ut talis habens uotum simplex possit sine peccato exigere, una est opinio quod peccet solum exigendo prima uice, ut habetur in glo. in c. si quis uotum, 27. q. 2. quia uotum extinguitur per subsequens matrimonium, & no. ibi in c. de uiduis, ead. dist. il secundo. & sequitur Hofst. in d. c. rursus, & uidetur communis opinio, & Cardin. d. c. rursus. dicit hanc opinionem esse ueriores.

Alia uero opinio est, quod semper peccet mortaliter, & hanc opinionem tenet glo. in c. Agathosa, 27. q. 2. & in c. quidam, in c. placet, de conuer. coniuga. quam Io. Andre. Vincen. & communiter Theologi sequi uidentur, & sic uideamus quod opiniones communes sunt pro utraque parte. Quare pro concordia aliqui Docto. conati sunt dicere, quod si uotum sequitur matrimonium, exigere non potest, si uero præcedit, peccat exigendo prima uice tantum. sed hæc distinctio eueritur per sententiam Riccardi in 4. dist. 38. & indistincte tenet, quod exigere non potest, qui ante uel post matrimonium fecit uotum castitatis, & per rationem Diui Thomæ, quia uouens adhuc tenetur seruare uotum suum, quantum ad ea, in quibus non est factus impotens ad seruandum, unde mortua uxore contrahere non potest, ut tenet etiam Hugo. & Archidia. 30. q. 1. cap. de eo. & 27. dist. c. si uir. 33. q. 2. c. antiqui. quia uotum non est ablatum, sed executio uti. Itaque pro concordia dic secundum, & melius, quod prima opinio sit uera, quando si nunquam peteret, redderet coniugium nimis onerosum alteri, & sic quando uouens petit debitum gratia alterius, maxime si sit uir, qui tenetur petere ratione proli procreanda, ut alias dixi. Secunda uero opinio, quando petit quis propter suum appetitum, & hanc distinctionem facit Ang. de Claua. quem sequitur approbando Siluest. de Prier. matrimonium. 7. numc. 5. sed fuit antea Diui Thomæ,

Thomæ, in 4. dist. 38. q. 1. ar. 1. q. 2. in fine.  
 57 Sed quid si ambo contrahentes habent votum simplex castitatis? dic, secundum communiter Doctores, quod tenet matrimonium, sed neuter potest exigere debitum, nec etiam reddere absque dispensatione (quam potest episcopus facere, ex causa legitima, vt d. c. rursus, & est communis opinio) de quo per Siluest. matrimonium, 7. post summam Rosell. ibi inquit, hoc procedere, siue votum præcedat, siue sequatur matrimonium, sed intelligit quando vterque scit impedimentum alterius, si autem non habens votum contraheret scienter cum habente peccat, quia participat cum eo in crimine: tamē matrimonium tenet, & poterit ille etiam exigere. An autem alter coniugum continentiam uouendo a solutione debiti liberari possit inuito altero? Dic quod votum non petendi debitum si fiat a viro, non valet, quia esset contra bonum prolis: nunquam enim generaretur, vxores namque præ nimio rubore tunc rarissimè debitum petere audent: at verò votum de non petendo debitum in fœminis valet, quia non esset contra bonum prolis, si quidem viri petere & exigere debitum vxoribus renitentibus solent, vt per Iosef. Angl. Vale. in Flof. Theol. super 4. distinc. 32. Marti. Nauar. c. 12. nu. 60. qui ita debet intelligi, dum inquit, quod votum coniugis nihil valet quoad non soluendum, & non petendum debitum coniugale, quatenus alteri coniugi præiudicet: ualeat tamen quoad non exigendum, & non petendum debitum coniugale, quatenus sibi tantum præiudicat, & sic vult non posse fieri præiudicium mulieri & vxori ergo a fortiori multo minus poterit votum mariti facere præiudicium proli, quæ proles est vnus de bonis matrimonijs, vt supra diximus, col. 3. hoc vlti. ord. & sic deberet vir petere debitum pro parte mulieris, & pro parte prolis, hoc est ad fauorem prolis: non tamen suo appetitu, & pro sua libidine explenda.  
 58 Sed quæro, an sit votum simplex, si quis vouerit castitatem respectu alicuius religionis, sed non omnia substantialia regulæ? D. Anto. in d. c. rursus, qui cler. vel nouen. vt refert Abbas Panormi. ibi, post multa concludit quod aut vouit omnia substantialia respectu certæ religionis, & tunc votum est simplex, nec matrimonium dirimit, aut vouit omnia substantialia respectu certæ religionis, ita quod effaciter est obligatus religioni, & tunc clarum est, esse votum solenne & matrimonium non tenere, ut c. vnico, de voto, lib. 6. aut vouit tantum castitatem respectu certæ religionis, & tunc dixit votum esse solemnizatum, & sequens matrimonium non tenere, licet verè iste non sit stricte & vere religiosus, ut quia ad paupertatem & obedientiam non se obligauit, per d. c. vnico, sed quantum ad hoc Abbas tenet ibi contrarium, quia ille tex. d. c. vnico, non requirit ad solemnitatem, quod fiat confessio alicuius approbatæ religionis, & consequenter quod profiteatur religionem probatam, ita vt verè sit religiosus illius religionis, vt per Siluest. de Prier. matrimonium, 7.  
 59 Demum quærunr Doctores, an peccet, qui in-

terrogatus ab eo qui votum simplex castitatis emisit, an valerit matrimonium si contraheret illud? respondit valere, & maxima est cōtrouersia inter Doctores: nam Hostien. tenet quod peccet, & aliqui alii quod non. Sed pro conciliatione & concordia possumus dicere, quod opinio Hostiæ, quando tali personæ & tali tempore & tali loco & modo respondeatur, vt voti violandi occasio detur: & contraria opinio procedit, quando tali modo respondetur, quod nulla occasio talis detur: quamuis eam ille ex bono responso arripiat, ut sentit etiam concordando Siluest. de Prier. matrimonium, 7. q. 5. §. 9. & etiam per Mar. Nauar. in suo Enchir. c. 22. de sacram. matrimonij, in fine.

60 Sextum impedimentum est consuetudo, quæ si nec approbata, nec reprobata sit a Papa ad uitandum scandalum impedit matrimonium, sed non dirimit: sed si est huiusmodi consuetudo approbata per Papam, ne matrimonium contrahatur, & vt contractum separatur, impedit & dirimit in quibuscunque casibus hoc posset facere canonica constitutio, de cogn. spiri. c. 1. & c. super eos, de consan. & affin. & c. quod dilectio, quia approbatio Papæ hêr uim constitutionis, ita ex mente Hostien. Bernar. & Innoc. At Panormi. in c. super eo, de cogn. spiri. sic distinguit: aut enim consuetudo habilitat aliis inhabiles per ius canonicum, puta quod contrahatur in secundo, vel tertio gradu consanguinitatis & huiusmodi, & sic non valet, ut probatur in d. c. super eo, secundum veram significationem, iuncto capite, quod super his, de consan. & affini. quod etiam tenet Hostiæ. quasi sit irrationabilis. Ex quo inferunt per Doctores, quod consuetudo non approbata a Papa non potest tollere impedimentum publicæ honestatis, cum consuetudo non valeat contra honestatem ecclesiæ, c. cum decorem, de uita & honestate cleri. Aut consuetudo solum inhabilitat aliis habiles, vt in filiis duorum compatrum, per quoru neutrum uentum est ad cognationem spiritualetm, & tunc valet, vt non contrahatur. facit uers. cæterum, d. c. super eo, & d. c. olim de cleri. coniug. Aut non solum inhabilitat ut non contrahatur, sed etiam habet ut dissoluatur ad tempus, & sic valet, vt uoluit Innocen. quia peccauerunt contemnendo consuetudinem patriæ. 30. q. 5. c. aliter. aut inhabilitat sic, vt contractum dissoluatur in perpetuum, tunc si est approbata per Papam saltem tacite valet, vt probatur in d. c. super eo, secundum lecturam Hostien. sed si de approbatione Papæ non apparet, tunc non ualet, secundum Hostien. ibi, & propterea dicit casum d. c. non extendendum. Sed Panor. contrarij tenuit, ubi scandalum concurrat, quia sicut Papa potest ius diuinum interpretari, & addere, & minuerē, vt no. Innoc. c. quæ in ecclesijs, de constit. Ita quoque consuetudo, vt tenet idem Innoc. in c. fin. de consuet. & notabis, secundum glo. magnam in d. c. super eo, quod ubi esset consuetudo, vt non contraheretur in quinto gradu, si ex eo generaretur scandalum, non valet matrimonium, licet c. non debet, de consan. & affini. hoc permittat, quia consuetudo continens in se scandalum ex præteritione potest

est inhabilitare aliis habiles: sed ubi a principio nullum fuisset impedimentum, solum scandalum superueniens non potest matrimonium dissoluere, vt dicit ibi glo. quia propter scandalum recedendum est a iure. c. 2. de noui ope. nuncia. & reg. qui scandalizauerit, de reg. iur. & ideo concorditer Panor. & d. glo. Anto. de Butr. in d. c. super. dicunt quod consuetudo habens concursum iuris antiqui dirimit in perpetuum interueniente scandalo, nisi dirimatur, & similiter si non iure, vel a Papa approbatur, licet non habeat dictum concursum, si verò non habeat concursum iuris antiqui, vel noui aut approbationem Papæ, non potest creare nouum impedimentum ad dirimendum perpetuo, ex quibus patet quod Panormi. approbat glo. cui consonat D. Anto. sed idem Panor. ulterius uoluit, quod scandalum cum impedimento consuetudinis dirimat perpetuo etiã sine concursu iuris, quod non est verum, nisi Papa tacite approbet sciendo, & tolerando, quia consuetudo non habet uim legis, nisi ex uoluntate potentis in illa re legem condere, quod in proposito habet locum, ut declarat Siluest. de Prier. matrimonij 2. nu. 3. post alios Doctores.

61 Septimum impedimentum est crimen, quod diuiditur in sex, seu septem: nempe incestus, uxoricidium, raptus alienæ sponsæ, susceptio proprii filij de fonte, interfectio presbyteri, & penitentiæ solennis, & sic impeditur, qui contrahit matrimonium post commissum aliquod ex septem delictis, quæ matrimonium impediunt, & non dirimunt, iuxta mentem glossæ receptam. c. qui presbyterum, de peni. & remis. si. & c. hi ergo. 27. q. 1. Palu. in 4. dif. 34. q. 1. col. 2.

62 Et primo matrimonium prohibetur ob crimen incestus commissum cum affine, c. 1. c. ex litteris, c. transmissæ, de eo qui cog. consan. uxo. suæ. c. qui dormierit. 32. q. 7. Quod ampliatur non tantum, quãdo quis habuit commercium carnale cum consanguinea uxoris: verum etiam, quando cognouit carnaliter feminam illam, cum qua habet impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, sed in hoc casu prohibitio fit tantum durante uita alterius delinquentis. c. duo pueri, de despon. impu.

Contractum tamen matrimonium firum est etiam utroque casu, non obstante d. prohibitione. glo. c. 2. de peni. & remis. An autem ob crimen incestus commissi cum propria consanguinea prohiberetur coniugium, diximus supra col. 1. vlti. ord. in §. 13. Quibus adde, quod dato ut non posset incestuosus contrahere matrimonium de iure, si tamen de facto contrahat, tenet & valet matrimonium, & coniux reddere tenetur debitum, sed exigere non potest, ita Abb. c. transmissæ, de eo qui cog. consan. ux. in secundo notabi. & Ang. de Claua, in verbo, incestus, nu. 4.

Alij dicunt, quod ante contractum matrimonij si de incontinentia timeretur, secundum Ray. debet episcopus concedere licentiam nubendi, argumen. 33. q. 1. c. antiqui. & c. in adolescentia, & c. litteris, extra de eo, qui cog. cons. uxo. imò secundum Vuer. sufficit licentia proprii sacerdotis, quinetiam, secun-

dum eundem, de consuetudine non seruatur iste rigor petendi licentiam, idem Monal. & Rode. atq; ideo Ioan. And. c. in adolescentia, tenet quod iuuenis in cestuosus contrahere possit sine dispensatione, sed non possit senex, ita tenet etiam Ang. de Claua. matrimonium, 3. imped. 9. Armil. tamen post Petrum de Palu. dicit quod sine dispensatione expressa non licet in uoluto in aliquo prædictorum contrahere vel exigere, nec dicta consuetudo ualet, nisi constet episcopus diu hoc scienter dissimulasse, aliter contrarium faciens peccat mortaliter, & idem videretur tenere D. Thomas in quarto, distin. 34. articu. ult. & summa Rosella, & Siluestri. cõtra Angeli.

63 Sed quid si sponsus cognouit carnaliter consanguineam sponsæ, poterit ne amplius cum sponsa matrimonium contrahere? Dic quod non, quia impeditur matrimonium, intellige usque ad secundum gradum, licet enim olim ante concilium Tridentinum affinitas per copulam usque ad quartum gradum efficeretur, modo tamen non contrahitur affinitas præcedens & dirimens matrimonium, nisi usque ad secundum gradum, ut est definitum expressè 24. sessio. c. 4. concilii Tridentini.

Hinc si Petrus per fornicationem cognouerit Bertam, solum cum sorore Bertæ contrahere prohibetur, quod est intelligendum de affinitate matrimonium præcedente, nam si sequatur post matrimonium etiam si cognouerit consanguineam uxoris, siue in primo, secundo, tertio gradu debitum exigere non potest, ut declarat Iosef. Angl. super 4. senten. dist. 41. ar. 1. propo. 4. quare si matrimonio contracto maritus cognouerit consanguineam uxoris, non dissoluitur matrimonium. c. littera, de despon. impu. c. 2. de eo qui cog. cons. uxo. suæ. c. 1. c. discretionem, c. pen. eod. Sic & seruitus, quæ coniugio alii beris contracto alteri eorum contingat, ex eo quod libertus ob ingratitudinem in seruitutem reuocatur, non dirimit matrimonium, licet hoc coniugiu nullum fuisset, si tempore contractus esset maritus seruus, & hoc ignoraret vxor, quod probatur ex his, quæ diximus de errore impediante consensum. Crimen igitur non dirimens, sed impediens, ut dixi, diuiditur in sex, seu in septem, quia sex crimina sunt illa, quæ matrimonium impediunt, sed non dirimunt.

Et primum est incestus, ut c. 9. de eo qui cog. cons. uxo. suæ.

Secundum est uxoricidium, ut 33. questio. capitulo 2. admonere, & c. ineriores. idem est de mariticidio, secundum Palud. dist. 34. quem sequitur Nauar. c. 22. de sacramen. matrimo. nu. 74. licet Siluest. de Prier. dicat nullo iure probari, quod econuerso mulier occidens maritum contrahere matrimonium non possit, nisi fecisset intentione habendi adulterum.

Tertium crimen est raptus sponsæ alterius, c. sicututum. 27. q. 2.

64 Quartum leuatio proprii filij de sacro fonte, insidiando matrimonio, vt scilicet posset uxorem priuare debito coniugali, c. de eo. 33. q. 1. & tunc uxor non priuatur, sed uir, qui tunc reddere debitum tenetur, secus esset dicendum, si in extrema necessitate:

tate: quia nullus aderat, hoc fecit, ut c. si vir, de cogna. spiritu. de quo etiam diximus supra.

Quintum crimen est presbitericidium, hoc est interfectio sacerdotis, c. qui presbiterum, de pgni. & remisio, ibi Abbas in verbo, conuictus, dicit secundum vnam expositionem, hoc non habere locum, nisi prius interfectus sit conuictus in foro contentioso.

Sextum est id, propter quod quis solemniter poenitet, & sic peccatum, propter quod penitentia solemniter iniuncta & facta fuit, capitu. de his. capitu. antiqui. 33. q. 2.

Septimum est, cum quis monialiter scienter accipit in uxorem. 27. q. 2. §. si verò, sed istud impedimentum reducit ad incestum, ut putat glo. ibi & hæc omnia crimina not. gl. in d. c. qui presbiterum, & 32. q. 2. in c. de penitentibus, & per Dium Thomam, Ricard. Ray. Hostien. Angeli. Armill. Siluest. Nauar. & alios Theologos, & canonistas. Reliquum 65 est, ut nunc videamus de aliquibus casibus, quibus manente matrimonio quoad habitationem mutua matrimonium dirimi possit, & primo scilicet causa potest uxor petere separationem a viro quoad cohabitationem, si maritus non reddat sufficientem cautionem de non offendendo uxorem. c. 1. ut lite non contest. c. litteras, de restit. spo. ibi Abb. & Præp. c. 1. de diuor. Io. Lup. in c. per vestras. 3. no. col. pen. de donatio. inter vir. & vxor. Alex. consil. 78. vol. 5. Hippol. l. fina. C. ad leg. Corn. de sica. colum. fi. ad idem l. consensu. C. de repu. Nam & vxor acriter & immoderate a marito verberata, licet actione iniuriarum agere non possit contra maritum, ne infamis efficiatur, potest tamen agere actione in factum, ut maritus puniatur, Alex. l. diuortio. §. si vir. col. 3. ff. solu. matrim. Io. And. in addi. ad Spe. tit. de iniur. Careli. Corta in ult. memo. verbo, actio iniuriarum, & dictione, uxor. Nec tantum est consideranda in hac causa præterita scilicet iniuria in male tractando, sed etiam timor in futurum est aduertendus, ut etiam separationi locus sit, ut no. in c. litteras, de restit. spo. liarum, exempli gratia, quando esset grauis & magna lis super maiori parte bonorum, tunc enim coniectura præsumi potest de futura scilicet iniuria, ut explicita Crauet. consil. 31.

66 Et pariter erit iusta causa diuortii, si alter coniugum tentauerit alterum occidere, not. Gerar. singu. 65. & sentit Abbas in c. quemadmodum, in fi. de iurciu. & in locis supracitatis, & Hippol. in l. unica. colum. pen. C. de rap. uirg. & in l. fina. & probat rex. d. l. consensu. de repud. Hinc dicebat Bal. l. 1. colum. 2. C. commu. de lega. his casibus maritum cogendum esse extra propriam domum in loco honesto uxorem alere, & hinc etiam scripsit Ancha. consil. 408. maritum non posse accusare uxorem quoad amissionem dotis, si uxor ipsa a marito ob eius scilicet fugiens adulterium commisit, ita etiam dixit Ioan. Lupus in Rubr. de dona. inter vir. & uxo. §. 20. col. 2. & 64. col. 2. & in repeti. c. per vestras. not. 3. qui tamen intelligit hanc opinionem Anchi. quando maritus ciuilitate accusat uxorem ad dotis amissionem, de quo alibi dicemus.

Hinc dicitur quod vir agens contra uxorem recuperare illam, repellit potest opposita exceptione scilicet iniuria. ita Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, nume. 84. de acqui. possess. Anto. Corset. trac. regu. quod spoliatus ante omnia resti. fallen. 26. Menochi. tracta. de reposs. possessio. remed. 1. num. 320. & tracta. de arbit. iudic. libro 2. centu. 2. cas. 139. Itaque si timeatur de scilicet uiri erga uxorem, potest & debet iudex providere adstringendo uirum ad dandam cautionem, & hac in re cautionem sufficientem discretus iudex arbitrat, ut probat Pano. d. cap. litteras, num. 7. sequitur Paris. consilio 54. numero 36. volumine 4. Bald. in l. uniuersa, numero tertio. C. de preci. imper. offe. Menoch. tract. de arbit. iudic. libro secundo, centu. 2. cas. 142. numero secundo.

67 Secunda causa dirimens coniugium quoad thorum, erit furor, Alex. l. si cum dotem. §. si maritus, colum. ff. sol. matr. ibi attestatur de communi, licet ipse Alex. post glo. & Cuma. recedat a communi opinione. Itaque pro conciliatione & concordia distinguendum est, quod ut furor est ita ardens & uehemens, ut periculum esset cohabitare cum coniuge furioso, procedit & uera est communis opinio. Contraria autem Alex. est uera & procedit, quando furor non esset uehemens & ardens, ut ex mente Didac. de sponsa. secunda parte, c. 7. §. finu. 3. ita et Nauarra in suo Enchi. c. 2. sub nu. 21. uer. quinto. ibi inquit quod coniux a coniuge non potest ob amentiam discedere, nisi probabile mortis periculum induceret, & ita respodisse cuidam amico suo religionem intrare uolenti, dixit. Idem esset, si coniux uellet alterum coniugem intoxicare vel occidere. c. litteras, de restit. spo. Nauar. c. 2. de sacra, matrim. numero 21.

68 Tertia causa, ob quam diuiditur matrimonium quoad thorum, est fornicatio carnalis, ut habetur Matth. cap. 19. quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur, ergo licet uxorem dimittere causa fornicationis, August. in lib. 2. de adultere. coniug. quod postea refertur in c. licet. 32. q. 7. licet dimittur uxor ob causam fornicationis, sed manet uinculum prioris. & Apost. Paul. dicit, His, qui sunt in coniugio, præcipio non ego, sed dominus uxorē a uiro suo non discedere, quod si discesserit manere innuptam, & id iura canonica passim referunt & admittunt. c. ex parte, de sponsa. c. significasti, c. ex litteris. c. gaudeamus, de diuor. c. intelleximus. c. si de adult. c. tuæ, de procur. l. consensu. C. de repud. & de communi opinione attestatur Dida. Couar. in Epit. de spon. c. 7. §. 5. Nauarra cap. 2. sub nume. 2. & Lauren. Chirchou. in re-colleo commu. opinio. conclus. 6. in verbo, adulteria. ibi diffuse pertractat disputando, an matrimonia propter adulterium retractari possint, & hæc est ueritas catholica distincta temporibus Apostolorum, ut Damascen. inquit, lib. 4. Orthodoxæ fidei, & in concilio Mileuita. c. placuit, 32. q. 7. & in concilio Elibertano ca. fidelis, & in concilio Florentino, ut refert Iosephus Angl. super 4. Mag. sent. distinc. 35. arti. 1. in 7. difficultate, dicant quid uelint quidam

quidam. Itaque separatio thori propter adulterium nulli ex coniugibus permittitur de iure canonico, licet de iure ciuili permitteretur dissolutio matrimonij dicta. l. consensu. Soc. iu. consil. 32. vol. 2. Rolan. consil. 50. volum. 1. numero 8.

Aduertendum est tamen, quod ad constituendam hanc separationem necessarium est iudicium ecclesiæ. cap. plerumque, de dona. int. vir. & vxor. cap. porro. de diuor. quibus iuribus probatur, maritum propria auctoritate uxorem adulteram dimittere non posse, & ita tenere etiam uidetur Didac. Couar. in epit. de sponsa. cap. 7. §. 5. numero 8. Contrarium tenet Marti. Nauarra, in suo enchiridio. cap. 22. numero 21. ibi inquit, quod matrimonium diuiditur quoad thorum tantum ob fornicationem per solam euangelij auctoritatem sine alia iudicis licentia, allegat glo. cap. nosse 30. quæstio. 1. communem. ergo pro concordia, & conciliatione est intelligendum, ut opinio ultima Nauarræ loquatur, quoad adulterium est notorium: quia tunc poterit uir propria auctoritate ita expellere a se uxorem, ut expulsa nequaquam competat interdictum unde, nec recuperanda possessionis. cap. significasti, de diuor. glo. in cap. fin. de adulte. ibi Abbas, licet Anto. contrarium not. & est ratio, quia a genti interdictum unde in matrimonio, & sic penenti se spoliatum restitui, obstat exceptio deficientis iuris, si notoria sit, ut not. Prepos. in cap. 2. 3. q. 7. imola in cap. ex conuersione, de restit. spolia. & Gul. Cassa. decif. 3. titu. de restit. spolia. tex. in c. litteras, eodem. itaque si maritus peregre profectus esset, & post multum temporis reuersus reperiret uxorem prægnantem, vel uxorem uideret perisse, posset propria auctoritate expellere uxorem, cum sumus in notorijs. Idem quando mulier esset in iudicio crimen confessæ, vel publice cum adultero cohabitaret, ut ex glo. dicti cap. 1. 3. quæst. 1. ex quo infertur, ut uxor spoliata minimè sit restituenda, si probatur fornicationis, & consanguinitatis in continentia a marito offeratur, Abbas, d. ca. litteras de restit. spolia.

Alia autem, & prima opinio procedit regulariter, cum non sumus in notorijs, sed occultis, & non facile probationis: quia tunc non debet quis uxorem ab eius consortio expellere propria auctoritate, Dida. Couar. de sponsa. dicto. cap. 7. §. 5. numero 9. post Abba. & alios. Vel secundo dicit, quod non licet marito expellere uxorem a domo propria auctoritate ob notoriam fornicationem, vel ob notoriam consanguinitatem: sed bene licet ei ob notoriam fornicationem debitum conjugale denegare. Quod debitum conjugale liceret etiam denegare propter occultum adulterium ut arguit Abbas, capitu. fina. de adulte. & in capit. ex parte, de sponsa. D. Thom. in quarto senten. distin. 35. articu. 3. Palud. in quarto, distin. 27. quæstio. quarta. artic. 1. & distin. 35. quæstio. prima. artic. quarto. ita intelligi debet Siluester de Prier. in verbo, diuortium, quæstio. octaua sive summa, post Thom. dicto artic. 3.

Limita tamen, & intellige supradictam causam,

quando uxor sponte, secus si per uoluntatem adulterium commisit, quia isto casu non est dimittenda cap. ita ne, & in cap. proposito, 22. quæstio. 5. & c. omnes, 2. quæstio. 7. nam ubi non est culpa, ibi non est pena, ut per Ios. Angl. super Mag. sent. in 4. distin. 35. de diuortio. conclus. 2.

Item limita, quando uir adulterium etiam ipse commisit, non potest tunc uxorem dimittere. cap. 1. 3. 2. quæstio. 6. cap. intelleximus. cap. fina. de adulte. paria enim delicta mutua compensatione tolluntur, quinimo dicit Cuma. consil. 175. quod quando maritus tenet concubinam, uxor potest agere ad separationem thori, & dotem repetere, ac donationem propter nuptias lucrari, & Cuma. sequitur Deci. consil. 531. colum. 1. & in l. semper, de re gu. iur. Soci. in consil. 32. uolu. 2. Rolan. consil. 50. uolum. 1. limita tertio, quando aliquis sub spe mariti illam mulierem cognouit, tunc dimittenda non erit, c. in lectum, 34. q. 2.

Quarto limita, quando maritus tradidit adultero uxorem, cap. discretione, de eo, qui cogn. cōf. vxor. sua.

Quinto limita, ut nec dimittenda sit uxor, si maritus adulterij conscius illam postea cognouit, quia tunc uidetur maritus noxam dimittere. cap. si quis uxorem, 2. quæstio. 5. quod si postea adulterium commisit, propter adulterium a reconciliatione commissum, illam repellere poterit, verum si post separationem illam quouomodo cognoscat, iniuriam remittere censetur, de quibus plene dicemus suo loco, tracta. adulte. in in 2. par. Amphi.

Quarta causa, ob quam diuiditur matrimonium quoad thorum, & cohabitationem, est fornicatio spiritualis, quoniam potest coniux catholicus, vel catholica discedere a cohabitatione coniugis Lutera ni vel Luterae ad suam hæresim inducitur, per c. 3. de diuor. cap. fina. de cōuers. conjugatorum. nō tamen noue contrahere potest. Hinc dicebat Abbas, post Ioan. Andr. Anto. dicto capitu. fina. & Brixien. in quæstio. Veronen. 86. quod uxor amittit dotem propter hanc fornicationem spirituales, non tamen dos viro catholico ad iudicatur, sed fisco, sicut etiam in crimine læsæ maiestatis, ut uoluit Card. d. c. fin. & Gonfal. de Villadiego in tracta. de hæreticis, quæst. 15. nume. 9. arg. text. in l. quinque legibus. ff. de bonis damnato. ibi Alber. & notandum hic est, quod matrimonio separato minimè est cogendus catholicus coniux ad cohabitandum cum altero in hæresim lapsus etiam si is penitentia ductus ad ecclesiæ gremium redierit, ita no. Abbas expressè in d. c. vlt. de cōuers. coniug.

72 & in c. de illa, de diuor. p. text. ibi. Sed contrariū tenet gl. d. c. si. Ideo pro concordia & conciliatione intelligenda est opinio Abbatis, quoniam catholicus ab hæretico discesit præmissa ecclesiæ iudicio, quod declarauit ipsam hæreticum esse. Alia opinio gl. est intelligenda, quoniam propria auctoritate catholicus ab hæretico diuerterit, quia tunc cogendus erit alteri penitenti debitum reddere, ac cetera matrimonij iura, ut uir esse ex mente Alfoni a Castro de iusta hære. puni. l. 2. c. 7. post Dida. de sponsa. d. c. 7. §. 5. nu. 4. caus. 3.

Quinta



## Petr. Nic. Moz. de Matrimonio.

73 Quinta potest esse causa, ob quam poterit quoad thorum fieri diuortium, si alter coniugum à suo, vel sua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale, & non potest ab inducendo retrahi, Palu. in 3. dist. 39. q. 1. col. fi. & Nauar. in suo Enchiri. c. 22. de sacram. mat. nu. 21.

74 Sexta potest esse causa, ob quam quoad thorum diuiditur matrimonium, sodomia, & nefandum crimen contra naturam. c. omnes causationes 33. q. 7. & quod ista sit legitima causa diuortij, quoad thorum, asserit Cald. Ant. Abb. & Anania in c. maritis, de adul. Siluest. de Prier. in verbo, diuortium, q. 7. & Casta. in cōsue. Burg. rub. 7. §. 3. ver. 1. quero. nu. 6. Dec. in l. 1. nu. 8. C. de sec. nupt. & aperte D. Ambro. 1. ad Corinth. c. 1. post D. Hiero. in episto. ad Homac. 3. episto. Did. Coua. epit. de sponsa. c. 7. §. 5. nu. 6. & de communi attestatur Abb. d. c. maritis, Barb. consi. 64. vol. 1. Lamb. tract. de iu. patr. 1. par. 2. lib. 9. art. 18. in fi. licet gl. in d. c. omnes, quæ duos habet intellectus, nempe pro vtraque parte, & Inno. in c. 1. de adul. & Alua. Pelagius de

plan. Ecclesie, lib. 2. art. 2. dissentiant & male. itaque tenendum absolute est, quod vxor poterit petere separationem matrimonij, quoad thorum, si fuerit à viro tentata ad vsu contra naturam, vt asserit Barb. d. consi. 64. & Dec. suprac. l. 1. Pro concordia & conciliatione posses forsan dicere, quod si vir non perseverat in crimine & peccato, dimittere & separare thorum non debet vxor, puta quia statim virum penitet criminis, & non vult perseverare in peccato: alia opinio contraria posset procedere in perseverante in peccato, vt in simili declarat Ioseph Angl. super Magist. sent. in 4. dif. 35. art. 1. post 7. concl.

76 Demum quero, quid dicendum sit de lepra, & morbo Gallico, poterit ne fieri separatio thori propter istos morbos? Dic quod non. c. 1. & 2. de coniug. lepro. & pro morbo Gallico facit. c. si vxorem & c. si horrendus. 3. 2. q. 5. Alex. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sel. mat. & expresse Nauarra, c. 22. de sacra. matr. 22.

Et per hæc ad laudem Dei sit impositus finis huic Tractatui De Matrimonio: In quo si quid boni apparet, Deo acceptum referre debemus: si quid mali, meæ fragilitati, & adolescentiæ condonare Lectores debent, ex quo sum paratus in hoc, & in ceteris, meliori iudicio semper, & correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, & eius Inquisitionibus me subijcere, & ex nunc humiliter me subijcio.

F I N I S.

